This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.


We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/





13641. f. 42

BREVIARIUM CARCASSONENSE,

Illuſtriſſimi & Reverendiſſimi in Chriſto Patris, D D. Armandi Bazin de Besons, Carcaſſonenſis Epiſcopi, auctoritate, ac venerabilis ejuſdem Eccleſiæ Capituli conſenſu, editum.

PARS HIEMALIS.



PARISIIS,

Apud { J. B. Coignard, Regis Typographum, Et Fratres Guerin.

M. DCC. XLV.

CUM PRIVILEGIO REGIS.

ARMANDUS
BAZIN
DE BESONS,

MISERATIONE DIVINA,
& Sanctæ Sedis Apoſtolicæ gratiâ,
Epiſcopus Carcaſſonenſis:

CLERO CARCASSONENSI

Salutem & benedictionem
in Chriſto Jeſu.

CUM legem a credendi lex ſtatuat ſupplicandi, FRATRES CHARISSIMI, *fideſque ex publicis Eccleſiæ precibus potiſſimùm appareat, proprium eſt ac præcipuum Epiſcoporum munus curare, ut communes illæ precationes, quibus* ante Thronum Dei *fidelium vota, tamquam* incenſa multa, b *jugiter deferuntur, religionis veritati ac dignitati aptiſſimè omni ex parte conveniant.*

Quam ob rem à Concilio Tridentino, c Epiſcoporum curæ & autoritati demandatum eſt, ut ad eos præcipuè libros, quibus publicarum precum materia continetur, attendant animum: idque ſedulò perficiant,

a Cæleſt. Epiſt. ad Epiſc. Gall. c. 8.

b Apoc. 8. 3. 4.

c Seſſ. 25.

ne quid irrepat divini cultûs abſonum ſanctitati & aut ſi fortè quid ejuſdem decori, integritati, ac majeſtati minùs conſentaneum illeviſſet error, vel ignorantia, hoc omne penitùs expungatur.

Huic legi ſummus Pontifex Pius V. correcto Breviario quo Apoſtolica ipſa utebatur Eccleſia, plenum autoritatis inſuper exemplum adjecit: idemque poſteà ab Epiſcopis paſſim ſuſceptus labor. Indè ſenſim, ſi quid in Breviariis, librìſque aliis Eccleſiaſticis mendoſum eſſet, aut ſaltem minùs accuratè digeſtum, non ſemel reciſum eſt: quod quidem, noſtrâ hâc præſertim ætate, plures Gallicanæ Eccleſiæ Epiſcopi tentaverunt majore cum diligentia ac delectu, & multa non ſine laude perfecerunt.

Eorum nos exemplum ut ſequeremur, operæ pretium fore duximus, FRATRES CHARISSIMI, *novum hoc Breviarium in hujuſce Diœceſeos uſum emittere. Hoc verò eo majore ſtudio ſumus aggreſſi, quòd apertam jamdudum ab Eccleſia Metropolitana ſemitam ineundo, & muneri noſtro, & totius Cleri noſtri votis faceremus ſatis; ac præclaram aliunde veteremque hujus, quæ nobis à Deo concredita eſt,*
d Miſſal. Carcaſ. an. 1472. item Breviar. Carc. an. 1538. *Eccleſiæ* [d] *hæreditatem publicis etiamnum apud nos teſtatam tabulis, ut ſuum ſibi Breviarium, ſuum ſibi officium ritumque haberet, deſuetam revocaremus.*

Quod quidem opus ut quàm abſolutiſſimum & utilitati veſtræ convenientiſſimum in manus veſtras veniret, FRATRES CHARISSIMI; *nihil à nobis diligentiæ prætermiſſum eſt: neglectumque nihil, ut illud tandem & divini cultûs ſplendori, & noſtris quæ communem omnium ſanctificationem ſpectant, votis reſponderet. Quâ autem ratione elaboratum ſit ac concinnatum, quâve lege ſingula totius operis membra compacta ſint atque digeſta, ut ejuſdem uſus fiat omnibus facilior & planior, in ipſo limine, breviter aperiendum eſſe judicavimus.*

Hanc porrò eſſe Breviarii mentem ut & precandi formulas complectatur, & documenta ſuppeditet, nullus profectò ignorat. In ejuſmodi opere ad alterutrum omnia ſpectare neceſſe eſt. Quæcumque autem Chorus tota decantat, Pſalmos, Cantica, Hymnos, Reſponſoria, Antiphonas, Verſiculos, iis precationes contineri notum eſt. Quæ verò unius voce proferuntur, ut Lectiones, Capitula, & Canones, ea pertinent ad

*rum documentum qui aut Officium privatum reci-
tant, aut publico interſunt.*

Ac primùm quidem quòd ſpectat ad precationem, quæ & potior Breviarii pars & latiùs diffuſa eſt, cùm veriſſimum illud ſit quod aiebat quondam Cyprianus, e Amicam & familiarem eſſe orationem, Deum de ſuo rogare; *hoc loco vos monitos volumus,* FRATRES CHARISSIMI, *maximam in eo præſertim curam à nobis adhibitam fuiſſe, ut, ſi excipiantur Hymni, Antiphonæ quædam, Orationes, ac Lectiones nonnullæ, ſingulæ Officii partes è ſacra depromerentur Scriptura, quæ, ut ſcitis,* divinitùs inſpirata utilis eſt ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, & erudiendum in juſtitia. f

e Lib. de Orat. Dom. poſt init.

f 2. Tim. 3. v. 16.

Eamdem verò in partiendo Pſalterio rationem ſecuti ſumus, quam in aliis Eccleſiis jam inſtitutam invenimus. Sui ſingulis cujuſque hebdomadæ diebus, imò & ſingulis cujuſque diei Horis addicti ſunt Pſalmi, ita diſpoſiti, ut omnes, ferè ſemper, intra unius hebdomadæ ſpatium perlegantur. Qui longiùs excurrebant, eos diviſimus; quâ in re, veteri huic ac gentilitiæ legi obſecuti ſumus, quâ in Provincia Narbonenſi antiquitùs ſancitum fuit, ut per majores Pſalmos pauſationes fierent, & per quamque pauſationem gloria Trinitatis Domino decantaretur. g *Eâdem autem Pſalmorum partitione precum inæqualitatem ſuſtulimus, & ad juſtiorem modum contraximus nimiam officiorum prolixitatem: non eâ ſanè mente, ut aliquid ex iis ſubduceretur quæ Deo deberi ſentimus, ſed ut recitantium animi minùs jam gravarentur, Cantoreſque jam lento ſpiritu & diſtinctè verba omnia pronunciarent.*

g Conc. Narb. an. 689. c. 2.

Quoniam verò animus rerum tenore nimiùm æquabili plerumque dejicitur, & varietate aliquâ certiùs & faciliùs ad pietatem ineſcatur, ex aliis quoque Breviariis exemplum ſumpſimus, ut cujuſque diei officio ſuus quidam ſcopus, certumque diſcrimen aſſignaretur; ſicque ſua cuique diei tribueretur ad meditandum materia. Die Dominicâ, quâ Dei poteſtas in mundo creando ſalvandoque præcipuè colitur, & quæ creatæ lucis dies eſt, excitatur in fidelium animis Dei & divinæ legis amor. Feriâ ſecundâ, benigna Dei erga homines charitas & beneficentia celebratur. Tribus proximè ſequentibus feriis amor proximi, ſpes,

ARMANDUS BAZIN DE BESONS,

MISERATIONE DIVINA, & Sanctæ Sedis Apoſtolicæ gratiâ, Epiſcopus Carcaſſonenſis:

CLERO CARCASSONENSI

Salutem & benedictionem in Chriſto Jeſu.

CUM legem [a] credendi lex ſtatuat ſupplicandi, FRATRES CHARISSIMI, *fideſque ex publicis Eccleſiæ precibus potiſſimùm appareat, proprium eſt ac præcipuum Epiſcoporum munus curare, ut communes illæ precationes, quibus* ante Thronum Dei *fidelium vota, tamquam* incenſa multa, [b] *jugiter deferuntur, religionis veritati ac dignitati aptiſſimè omni ex parte conveniant.*

Quam ob rem à Concilio Tridentino, [c] Epiſcoporum curæ & autoritati demandatum eſt, ut ad eos præcipuè libros, quibus publicarum precum materia continetur, attendant animum: idque ſedulò perficiant,

[a] Cæleſt. Epiſt. ad Epiſc. Gall. c. 8.

[b] Apoc. 8. 3. 4.

[c] Seſſ. 25.

ne quid irrepat divini cultûs abſonum ſanctitati, aut ſi fortè quid ejuſdem decori, integritati, ac majeſtati minùs conſentaneum illeviſſet error, vel ignorantia, hoc omne penitùs expungatur.

Huic legi ſummus Pontifex Pius V. correcto Breviario quo Apoſtolica ipſa utebatur Eccleſia, plenum autoritatis inſuper exemplum adjecit: idemque poſteà ab Epiſcopis paſſim ſuſceptus labor. Indè ſenſim, ſi quid in Breviariis, libriſque aliis Eccleſiaſticis mendoſum eſſet, aut ſaltem minùs accuratè digeſtum, non ſemel reciſum eſt: quod quidem, noſtrâ hâc præſertim ætate, plures Gallicanæ Eccleſiæ Epiſcopi tentaverunt majore cum diligentiâ ac delectu, & multa non ſine laude perfecerunt.

Eorum nos exemplum ut ſequeremur, operæ pretium fore duximus, FRATRES CHARISSIMI, *novum hoc Breviarium in hujuſce Diœceſeos uſum emittere. Hoc verò eo majore ſtudio ſumus aggreſſi, quòd apertam jamdudum ab Eccleſia Metropolitana ſemitam ineundo, & muneri noſtro, & totius Cleri noſtri votis faceremus ſatis; ac præclaram aliunde veteremque hujus, quæ nobis à Deo concredita eſt, Eccleſiæ* [d] *hæreditatem publicis etiamnum apud nos teſtatam tabulis, ut ſuum ſibi Breviarium, ſuum ſibi officium ritumque haberet, deſuetam revocaremus.*

d Miſſal. Carcaſ. an. 1472. item Breviar. Carc. an. 1538.

Quod quidem opus ut quàm abſolutiſſimum & utilitati veſtræ convenientiſſimum in manus veſtras veniret, FRATRES CHARISSIMI; *nihil à nobis diligentiæ prætermiſſum eſt: neglectumque nihil, ut illud tandem & divini cultûs ſplendori, & noſtris quæ communem omnium ſanctificationem ſpectant, votis reſponderet. Quâ autem ratione elaboratum ſit ac concinnatum, quâve lege ſingula totius operis membra compacta ſint atque digeſta, ut ejuſdem uſus fiat omnibus facilior & planior, in ipſo limine, breviter aperiendum eſſe judicavimus.*

Hanc porrò eſſe Breviarii mentem ut & precandi formulas complectatur, & documenta ſuppeditet, nullus profectò ignorat. In ejuſmodi opere ad alterutrum omnia ſpectare neceſſe eſt. Quæcumque autem Chorus tota decantat, Pſalmos, Cantica, Hymnos, Reſponſoria, Antiphonas, Verſiculos, iis precationes contineri notum eſt. Quæ verò unius voce proferuntur, ut Lectiones, Capitula, & Canones, ea pertinent ad

[illegible] documentum qui aut Officium privatum recitant, aut publico interſunt.

Ac primùm quidem quòd ſpectat ad precationem, quæ & potior Breviarii pars & latiùs diffuſa eſt, cùm veriſſimum illud ſit quod aiebat quondam Cyprianus, e Amicam & familiarem eſſe orationem, Deum e Lib. de ſuo rogare; *hoc loco vos monitos volumus,* FRATRES CHARISSIMI, *maximam in eo præſertim curam à nobis adhibitam fuiſſe, ut, ſi excipiantur Hymni, Antiphonæ quædam, Orationes, ac Lectiones nonnullæ, ſingulæ Officii partes è ſacra depromerentur Scriptura, quæ, ut ſcitis,* divinitùs inſpirata utilis eſt ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, & erudiendum in juſtitia. f

e Lib. de Orat. Dom. post init.

Eamdem verò in partiendo Pſalterio rationem ſecuti ſumus, quam in aliis Eccleſiis jam inſtitutam invenimus. Sui ſingulis cujuſque hebdomadæ diebus, imò & ſingulis cujuſque diei Horis addicti ſunt Pſalmi, ita diſpoſiti, ut omnes, ferè ſemper, intra unius hebdomadæ ſpatium perlegantur. Qui longiùs excurrebant, eos diviſimus; qua in re, veteri huic ac gentilitiæ legi obſecuti ſumus, quâ in Provincia Narbonenſi antiquitùs ſancitum fuit, ut per majores Pſalmos pauſationes fierent, & per quamque pauſationem gloria Trinitatis Domino decantaretur. g *Eâdem autem Pſalmorum partitione precum inæqualitatem ſuſtulimus, & ad juſtiorem modum contraximus nimiam officiorum prolixitatem: non eâ ſanè mente, ut aliquid ex iis ſubduceretur quæ Deo deberi ſentimus. ſed ut recitantium animi minùs jam gravarentur, Cantoreſque jam lento ſpiritu & diſtincto verba omnia pronunciarent.*

f 2. Tim. 3. v. 16.

g Conc. Narb. an. 689. c. 2.

Quoniam verò animus rerum tenore nimiùm æquabili plerumque dejicitur, & varietate aliquâ certiùs & faciliùs ad pietatem ineſcatur, ex aliis quoque Breviariis exemplum ſumpſimus, ut cujuſque diei officio ſuus quidam ſcopus, certumque diſcrimen aſſignaretur; ſicque ſua cuique diei tribueretur ad meditandum materia. Die Dominicâ, quâ Dei poteſtas in mundo creando ſalvandoque præcipuè colitur, & quæ creatæ lucis dies eſt, excitatur in fidelium animis Dei & divinæ legis amor. Feriâ ſecundâ, benigna Dei erga homines charitas & beneficentia celebratur. Tribus proximè ſequentibus feriis amor proximi, ſpes,

fideſque commendantur. Feriæ ſextæ, quæ dies eſt Paſſionis Chriſti, Officium ad patientiam in hujuſce vitæ laboribus & ærumnis ſuſtinendis refertur. Sabbato denique, propter bona fidelium opera, iiſque repenſam mercedem grates Deo perſolvuntur. Atque tum hac ipſâ die Dominicâ, tum aliis cujuſque diei Feriis, Hymni quilibet Officio Noctis ac Laudum aſſignati huic eidem ſcopo reſpondent & concinunt: quem etiam ad mentem revocat in Veſperarum Hymnis ſtropha penultima. At ſuperioribus ſtrophis ſex dierum opus expanditur, cujus quidem mutationis admonet Veſperarum Capitulum, quo in unaquaque Feria ex Geneſi deprompto, proprium cujuſque diei opus ſignificatur.

Omnia Adventûs Reſponſoria iis, pro more ſolito, contexta ſunt ſacrorum librorum verbis quæ flagrant deſideriis Patriarcharum & Prophetarum Meſſiam toto pectore anhelantium. Eadem, à Natali die ad Purificationem, ſpirant precibus aut laudibus ad Chriſtum infantem pertinentibus. Quadrageſimali tempore, ea ſelecta ſunt Scripturæ loca quæ contriti & humiliati cordis [h] *affectibus imbuta, ſanctæ exhiberent pœnitentiæ ſeveritatem. Quæ verò grati animi ſignificatione & lætitiâ magis perſonant, ea tempore Paſchali adhibentur. At verò tum in Officiis diverſarum anni tempeſtatum propriis, tum aliis, atque etiam in Communi Sanctorum, prætermiſſis, ex conſilio, iis Scripturæ ſacræ locis, in quibus, aut Deus ipſe, aut Sancti loquentes inducuntur, quæ quidem homini precanti minùs accommodata viſa ſunt; ea tantùm in Antiphonis Reſponſoriiſque ordinandis, adhibita ſunt Scripturæ verba, quæ brevi quodam & acri ſenſu, aut admirationem exprimerent & laudationem; aut fidem, ſpem, charitatem, fiduciam in Deum, terreſtriumque rerum aſpernationem enunciarent. In cujus rei diſpoſitione ubique Scripturæ ſacræ textus tantâ religione & reverentiâ adhibitus eſt, ut ſedulò cautum fuerit, ne unquam ullâ vi à genuino & litterali ſenſu ad accommodatitium adduceretur.*

Hactenùs ea quæ ad precationem præcipuè ſpectant. De iis quæ documenti ſunt, dicendum nunc ſupereſt. Hæc Lectionibus demum & Canonibus includuntur: neque enim immorandum in Capitulis, cùm ea elaboratæ diſpoſitionis conſilium minimè admittant.

[h] Pſal. 50. v. 19.

Ab ipſo ſtatim ingreſſu occurrit Adventus. Stetit univerſus orbis per quatuor millia annorum in expectationem Meſſiæ ſuſpenſus & arrectus. Segregata eſt gens quædam cui promiſſa Dei crederentur: & ipſa extitit quaſi Propheta unus immortalis qui, perdurante in ſecula vocis ſono, Liberatoris adventum prænunciaret. Hunc porrò non Iſaiæ ſolùm libri loquuntur: multa de ipſo canit Geneſis; canunt & libri Regum: nec Propheta ullus eſt qui non vocem ſuam habeat tanti eventûs vaticinio conſecratam. Hoc quidquid eſt teſtimoniorum, quibus inconcuſſa manet vigetque Religionis noſtræ veritas, in tempore Adventûs ſecundùm Iſaiæ Lectiones collocatum eſt, ut uno omnia conſpectu deprehendantur.

Paſſionis tempore eamdem quoque rationem ineundam eſſe judicavimus. Quapropter id unum è Jeremia deſumptum eſt, quod Chriſtum humiliatum patientemque ſubjiceret oculis: & quæ Scripturæ loca eamdem præberent imaginem, in ejuſdem temporis Lectiones conjecta ſunt. Idem etiam conſilium fuit in aliis Officii Divini partibus, ut quantùm res tulit, colligerentur ſparſa paſſim cùm in veteri, tùm in novo Teſtamento, unius ejuſdem imaginis quaſi lineamenta, quæ in unum collata uſui fore videbantur ad eorum qui Breviarium recitant fovendam pietatem, fidemque illuſtrandam.

Cùm verò ita contingit, ut Dominica dies aliquid habeat peculiare ſibi, tum in ſecundo Nocturno legitur ſermo alicujus è ſanctis Patribus ad illam rem pertinens. Sin aliter ſe res habeat, tum pro ſermone ejuſmodi, quo trium primarum Lectionum narratio evolveretur, affertur alius è Scriptura ſacra locus, quo eadem facta explicantur; ſicque per anni decurſum, quod quidem religioni duximus, orbis Hiſtoriæ ſacræ totus peragitur, & eorum, aut veteris, aut novi Teſtamenti librorum qui ſapientiales moraleſve dicuntur, haud ullus eſt, qui non aut perlegatur, aut aliquâ ſaltem parte delibetur.

Lectiones è Patrum Scriptis & vita Sanctorum excerptæ, cavimus ut cum delectu fierent; idque proviſum maximè, ne ultrà in ſanctorum Hiſtoriis recitentur novella, vel levia; ſed certe autentica & antiqua, quæ & Eccleſiam ædificent, & Eccleſiaſticam redoleant gravitatem.[1] *E Patrum verò ſermonibus, eos*

1 Sanct. Bern. Epiſt. 112.

præ cæteris ſeligendos curavimus, *qui* lumen veritatis mentibus parerent, formam moribus, crucem vitiis, affectibus devotionem, ſenſibus diſciplinam. l

l Ibid.

Morem quoque demùm illum omnium recentiorum Breviariorum, quo in Officio Primæ leguntur Canones Conciliorum imitati ſumus. Ii autem ferè omnes hauſti ſunt è Generalibus, aut Provincialibus Conciliis; atque ex iis præſertim quæ in hac Provincia habita ſunt: quibus nonnulla paſſim ex antiquioribus hujuſce Diœceſeos Synodis Statuta adjungi voluimus. Quidquid autem ad tuendam Eccleſiæ diſciplinam, aut ad fingendos Cleri mores utiliſſimè inſtitutum eſt, id omne illorum Canonum ſerie euceſcet.

Eâ tandem ratione, FRATRES CHARISSIMI, *totum elaboratum eſt opus, ut parata ſint Sacerdotibus ſubſidia quibus ſuam ipſi pietatem enutrire, ac populos ſibi commiſſos ſcientiâ ſalutis faciliùs poſſint inſtruere. Hinc Verbi Divini diſpenſatores non largas quidem, ſed ſalubres aquas haurire poterunt, quibus pia animarum Chriſtianarum ſitis expleatur. Hinc ipſi altarium Miniſtri veræ pietatis morumque regulas elicient, & opem quoque ferent facillimam ad orationem mentalem cœleſtiumque rerum commentationem, ex quâ ipſa eorum oratio quæ vocalis dicitur, vim ſuam omnem accipit.*

Unum igitur ſupereſt, FRATRES CHARISSIMI, *hortari vos in Domino, ut has preces eâ, quâ par eſt, animi attentione, religione, ac pietate recitetis. Veſtris porrò auribus aſſiduè inſonet vox illa Dei quondam populum ſuum objurgantis, quòd labiorum tenùs adoraret, & mente procul abeſſet. Non enim ſolo & inani verborum ſonitu precandi munus peragitur, ſed* ſpiritu & mente; m *ſed* continuato cordis deſiderio, *ut ait S. Auguſtinus.* n Multùm enim precari eſt ad eum quem precamur, diuturnâ & piâ cordis excitatione pulſare. o Orate igitur certatim, concordique & ſancto certamine; & ſanè memineritis & pro nobis orare. p Obſecro ergo vos, fratres, q per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, & per charitatem ſancti Spiritûs, ut adjuvetis me in orationibus veſtris pro me ad Deum. r Ipſe autem Dominus noſter Jeſus Chriſtus, & Deus, & Pater noſter, qui dilexit nos, & dedit conſolatio-

m 1. Cor. 14. 15.
n Epiſt. 130. ad Probam. n. 9.
o Ib 30.
p Ib. 31.
q Rom. 15. v. 30.
r 2. Th. 2. v. 15. 16.

JANUARIUS.

Cycl. Epact.	Litt. Dom.	Dies Menſis.		
xvj	A	xviij	15	Pauli, Eremitæ, *Simplex*, c. an. 342. cum *comm.* S. Mauri, Abbatis, an. 604.
xv	b	xvij	16	
xiv	c	xvj	17	Antonii, Abbatis Ægyptii, *Semid.* an. 356.
xiij	d	xv	18	Pontificatûs, ſeu Cathedræ S. Petri Apoſt. quâ primùm Antiochiæ, c. an. 36. tum Romæ ſedit, c. an. 43. vel 48. *Duplex-minus.*
				Prima Septuageſima.
xij	e	xiv	19	
xj	f	xiij	20	Sebaſtiani, Mart. *Duplex-majus.* c an. 288. (*Feſtum in utraque urbe : in tota Diœceſi, Miſſa de præcepto.*) cum *comm.* S. Fabiani, Papæ & Mart. an. 250.
x	g	xij	21	Agnetis, Virg. & Mart. *Semid.* an. 303. vel 304. cum *comm.* SS. Fructuoſi & Socior. Mart. c. an. 257.
ix	A	xj	22	Vincentii Cæſar-Auguſtani, Diaconi & Martyris Valentiæ in Hiſpania, an. 303. vel 304. *Duplex-majus.* (*In Colleg. Eccl.* Annuale.)
viij	b	x	23	
vij	c	ix	24	
vj	d	viij	25	Converſio S. Pauli Apoſtoli, *Duplex-majus*, an. 30. vel 31. aliis 34. vel 35.
v	e	vij	26	Polycarpi, Smyrnenſis Epiſc. & Mart. *Semid.* an. 169.
iv	f	vj	27	Joannis Chryſoſtomi, Epiſc. & Eccl. Doct. *Semid.* (è die 14. Sept.) an. 407.
iij	g	v	28	Franciſci Saleſii, Genev. Epiſcop. (è 28. Dec.) *Duplex-minus*, an. 1622.
ij	A	iv	29	(In Colleg. Eccleſ. Octava S. Vincentii, *Duplex-minus.*)
j	b	iij	30	Bathildis, Reginæ Francorum, Viduæ, *Semiduplex*, c. an. 680.

TABULA TEMPORARIA

Anni Domini.	*Aureus Nu.*	*Epactæ.*	*Indictio.*	*Lit. Domin.*	*Dom. poſt Epiph.*	*Septuageſima.*	*Dies Cinerum.*
1745	17	xxvj	8	c	5 †	14 Febr.	3 Mart.
1746	18	vij	9	b	4 †	6 Febr.	23 Febr.
1747	19	xviij	10	A	3	29 Jan.	15 Febr.
1748	1	xxx	11	g f	5	11 Febr.	28 Febr.
1749	2	xj	12	e	3 †	2 Febr.	19 Febr.
1750	3	xxij	13	d	2 †	25 Jan.	11 Febr.
1751	4	iij	14	c	5	7 Febr.	24 Febr.
1752	5	xiv	15	b A	3	30 Jan.	16 Febr.
1753	6	xxv	1	g	6	18 Febr.	7 Mart.
1754	7	vj	2	f	4 †	10 Febr.	27 Febr.
1755	8	xvij	3	e	2 †	26 Jan.	12 Febr.
1756	9	xxviij	4	d c	5 †	15 Febr.	3 Mart.
1757	10	ix	5	b	4 †	6 Febr.	23 Febr.
1758	11	xx	6	A	2	22 Jan.	8 Febr.
1759	12	j	7	g	5	11 Febr.	28 Febr.
1760	13	xij	8	f e	3 †	3 Febr.	20 Febr.
1761	14	xxiij	9	d	2	18 Jan.	4 Febr.
1762	15	iv	10	c	4 †	7 Febr.	24 Febr.
1763	16	xv	11	b	3 †	30 Jan.	16 Febr.
1764	17	xxvj	12	A g	6	19 Febr.	7 Mart.
1765	18	vij	13	f	3 †	3 Febr.	20 Febr.
1766	19	xviij	14	e	2 †	26 Jan.	12 Febr.
1767	1	xxx	15	d	5 †	15 Febr.	4 Mart.
1768	2	xj	1	c b	3 †	31 Jan.	17 Febr.
1769	3	xxij	2	A	2	22 Jan.	8 Febr.
1770	4	iij	3	g	4	11 Febr.	28 Febr.
1771	5	xiv	4	f	2	27 Jan.	13 Febr.
1772	6	xxv	5	e d	5	16 Febr.	4 Mart.
1773	7	vj	6	c	4	7 Febr.	24 Febr.
1774	8	xvij	7	b	3	30 Jan.	16 Febr.
1775	9	xxviij	8	A	5	12 Febr.	1 Mart.
1776	10	ix	9	g f	4	4 Febr.	21 Febr.
1777	11	xx	10	e	2	26 Jan.	12 Febr.
1778	12	j	11	d	5 †	15 Febr.	4 Mart.

FESTORUM MOBILIUM.

Anni Domini.	*PASCHA.*	*Aſcenſio Domini.*	*Pente-coſtes.*	*Feſt-Corp Chriſti.*	*Dom. poſt Pent.*	*Domin. prima Adv.*
1745	18 April.	27 Maii.	6 Junii.	17 Junii.	24	28Nov.
1746	10 April.	19 Maii.	29 Maii.	9 Junii	25	27Nov.
1747	2 April.	11 Maii.	21 Maii.	1 Junii.	27	3 Dec.
1748	14 April.	23 Maii.	2 Junii.	13 Junii.	25	1 Dec.
1749	6 April	15 Maii.	25 Maii.	5 Junii.	26	30Nov.
1750	29 Mart.	7 Maii.	17 Maii.	28 Maii.	27	29Nov.
1751	11 April.	20 Maii	30 Maii.	10 Junii.	25	28Nov.
1752	2 April.	11 Maii.	21 Maii.	1 Junii.	27	3 Dec.
1753	22 April.	31 Maii.	10 Junii.	21 Junii.	24	2 Dec.
1754	14 April.	23 Maii.	2 Junii.	13 Junii.	25	1 Dec.
1755	30 Mart.	8 Maii.	18 Maii.	29 Maii.	27	30Nov.
1756	18 April.	27 Maii.	6 Junii.	17 Junii	24	28Nov.
1757	10 April.	19 Maii.	29 Maii.	9 Junii.	25	27Nov.
1758	26 Mart.	4 Maii.	14 Maii.	25 Maii.	28	3 Dec.
1759	15 April.	24 Maii.	3 Junii.	14 Junii.	25	2 Dec.
1760	6 April.	15 Maii.	25 Maii.	5 Junii.	26	30Nov.
1761	22 Mart.	30April.	10 Maii.	21 Maii.	28	29Nov.
1762	11 April.	20 Maii.	30 Maii.	10 Junii.	25	28Nov.
1763	3 April.	12 Maii	22 Maii.	2 Junii.	26	27Nov.
1764	22 April.	31 Maii.	10 Junii.	21 Junii.	24	2 Dec.
1765	7 April.	16 Maii.	26 Maii.	6 Junii.	26	1 Dec.
1766	30 Mart.	8 Maii.	18 Maii.	29 Maii.	27	30Nov.
1767	19 April.	28 Maii.	7 Junii.	18 Junii.	24	29Nov.
1768	3 April.	12 Maii.	22 Maii	2 Junii.	26	27Nov.
1769	26 Mart.	4 Maii.	14 Maii.	25 Maii.	28	3 Dec.
1770	15 April.	24 Maii.	3 Junii.	14 Junii.	25	2 Dec.
1771	31 Mart.	9 Maii.	19 Maii.	30 Maii.	27	1 Dec.
1772	19 April.	28 Maii.	7 Junii.	18 Junii.	24	29Nov.
1773	11 April.	20 Maii.	30 Maii.	10 Junii	25	28Nov.
1774	3 April.	12 Maii.	22 Maii.	2 Junii	26	27Nov.
1775	16 April.	25 Maii.	4 Junii	15 Junii.	25	3 Dec.
1776	7 April.	16 Maii.	26 Maii.	6 Junii.	26	1 Dec.
1777	30 Mart.	8 Maii.	18 Maii.	29 Maii.	27	30Nov.
1778	19 April.	28 Maii.	7 Junii.	18 Junii.	24	29Nov.

In ſequenti Calendario appoſitum eſt tempus quo quiſque Sanctus obiit : an. *ſignificat anno :* c. an. *circa annum :* ſ. *ſeculo :* c. med. ſ. *circa medium ſeculi :* c. fin. ſ. *circa finem ſeculi. Quibus nihil apponitur, tempus eorum mortis planè incertum.*

Feſta quæ majoribus notantur caracteribus, ferientur apud populum.

Cycl. Epact.	Litt. Dom.		Dies Mensis.	JANUARIUS.
*	A	Cal.	1	CIRCUMCISIO DOMINI, *Solemne-minus.*
xxix	b	iv	2	Baſilii magni, Cæſarienſis in Cappadocia Epiſc. & Eccl. Doct. *Semi-duplex.* Obiit 1. Januar. an. 379.
xxviij	c	iij	3	Genovefæ, Virginis Pariſ. *Simplex*, an. 512.
xxvij	d	Prid.	4	Ferreoli, Ucetienſis Epiſc. *Semid.* c. an. 581. cum *comm.* S. Titi, Epiſc Cretenſis & Diſcip. beati Pauli, an. 90.
xxvj	e	Non.	5	Vigilia Epiphaniæ *ſine jejunio.*
25. xxv	f	viij	6	*EPIPHANIA DOMINI, Solemne-majus.*
xxiv	g	vij	7	De Octava Epiphaniæ, *Semid.* SS. Juliani & Baſiliſſæ in Ægyp. Mart. *comm.* init. iv. ſ.
xxiij	A	vj	8	De Octava Epiphaniæ, *Semid.* cum *comm.* S. Luciani, Presb. & Mart. an. 290.
xxij	b	v	9	De Octava Epiphaniæ, *Semid.*
xxj	c	iv	10	De Octava Epiphaniæ, *Semid.*
xx	d	iij	11	De Octava Epiphaniæ, *Semid.*
xix	e	Prid.	12	De Octava Epiphaniæ, *Semid.*
xviij	f	Idib.	13	Octava Epiphaniæ, & Baptiſmus Domini, *Duplex-majus.*
xvij	g	xix	14	Hilarii, Pictav. Epiſc. & Eccl. Doct. (è 13.) *Duplex-minus*, c. an. 368. cum *comm.* S. Felicis, Presb. Nol. c. an. 265.

JANUARIUS.

Cycl. Epact.	Litt. Dom.	Dies Menſis.		
xvj	A	xviij	15	Pauli, Eremitæ, *Simplex*, c. an. 342. cum *comm.* S. Mauri, Abbatis, an. 604.
xv	b	xvij	16	
xiv	c	xvj	17	Antonii, Abbatis Ægyptii, *Semid.* an. 356.
xiij	d	xv	18	Pontificatûs, ſeu Cathedræ S. Petri Apoſt. quâ primùm Antiochiæ, c. an. 36. tum Romæ ſedit, c. an. 43. vel 48. *Duplex-minus.*
				Prima Septuageſima.
xij	e	xiv	19	
xj	f	xiij	20	Sebaſtiani, Mart. *Duplex-majus.* c an. 288. (*Feſtum in utraque urbe : in tota Diœceſi, Miſſa de præcepto.*) cum *comm.* S. Fabiani, Papæ & Mart. an. 250.
x	g	xij	21	Agnetis, Virg. & Mart. *Semid.* an. 303. vel 304. cum *comm.* SS. Fructuoſi & Socior. Mart. c. an. 257.
ix	A	xj	22	Vincentii Cæſar-Auguſtani, Diaconi & Martyris Valentiæ in Hiſpania, an. 303. vel 304. *Duplex-majus.* (*In Colleg. Eccl.* Annuale.)
viij	b	x	23	
vij	c	ix	24	
vj	d	viij	25	Converſio S. Pauli Apoſtoli, *Duplex-majus*, an. 30. vel 31. aliis 34. vel 35.
v	e	vij	26	Polycarpi, Smyrnenſis Epiſc. & Mart. *Semid.* an. 169.
iv	f	vj	27	Joannis Chryſoſtomi, Epiſc. & Eccl. Doct. *Semid.* (è die 14. Sept.) an. 407.
iij	g	v	28	Franciſci Saleſii, Genev. Epiſcop. (è 28. Dec.) *Duplex-minus*, an. 1622.
ij	A	iv	29	(In Colleg. Eccleſ. Octava S. Vincentii, *Duplex-minus.*)
j	b	iij	30	Bathildis, Reginæ Francorum, Viduæ, *Semiduplex*, c. an. 680.

Cycl. Epact.	Litt. Dom.	Dies Menſis.		JANUARIUS.
*	c	Prid.	31	Petri Nolaſci, Inſtit. Ordin. B. Mariæ de Mercede, *Semid.* an. 1256.

FEBRUARIUS.

xxix	d	Cal.	1	Ignatii, Antiochiæ Epiſc. & Mart. *Semiduplex*, an. 107.
xxviij	e	iv	2	*PRÆSENTATIO DOMINI, & PURIFICATIO B. MARIÆ VIRGINIS, Solemne-majus.*
xxvij	f	iij	3	Blaſii, Sebaſt. Epiſc. & Mart. *Simplex*, c. an. 316.
				Prima dies Cinerum.
25.xxvj	g	Prid.	4	Iſidori, Presbyteri, *Simplex*: an. 445.
xxv.xxiv	A	Non.	5	Agathæ, Catanenſis Virg. & Mart. *Simplex*, an. 251.
xxiij	b	viij	6	Amandi, Trajectenſis Epiſc. *Simplex*, c. an. 679. cum *comm.* S. Vedaſti, Atrebatenſis Epiſc. c. an. 539.
xxij	c	vij	7	
xxj	d	vj	8	Joannis de Matha, Presb. Pariſ. Ord. SS. Trinit. Fund. (è 21. Dec.) *Semiduplex*: an. 1213.
xx	e	v	9	Apolloniæ, Alexand. Virg. & Mart. *Simplex*, an. 249.
xix	f	iv	10	Scholaſticæ Caſſinenſis, Virginis, *Simplex*, c. an. 543.
xviij	g	iij	11	Benedicti, Abbatis Anianenſis, *Simplex*, an. 821.
xvij	A	Prid.	12	
xvj	b	Idib.	13	
xv	c	xvj	14	
xiv	d	xv	15	
xiij	e	xiv	16	
xij	f	xiij	17	
xj	g	xij	18	Simeonis, Hieroſolym. Epiſc. & Mart. *Simplex*, an. 107.
x	A	xj	19	
ix	b	x	20	

Cycl. Epact.	Litt. Dom.	Dies Menſis		FEBRUARIUS.
xiij	c	ix	21	*Ultima Septuageſima.*
vij	d	viij	22	
vj	e	vij	23	
*	*	*	*	*Dies intercalaris addendus in anno Biſſextili.*
v	f	vj	24	MATTHIÆ, APOSTOLI, *Duplex majus*, 1. ſ. [*Officium hâc alterutrâ die; feſtumque, ſi in diem Dominicam inciderit: ſin minùs, fit die Dominicâ, quæ diem* 24. *aut* 25. *antecedit.*]
iv	g	v	25.	
iij	A	iv	26	
ij	b	iij	27	
j	c	Prid.	28	Martyrum qui obiêre in charitatis officio, erga peſtilentiâ afflict. Alexandriæ, *Simplex*. an. 263.

In anno Biſſextili Februarius eſt dierum 29. *& Feſtum S. Matthiæ celebratur* 25. *Februarii, & bis dicitur* ſexto Calendas, *id eſt* 24. & 25. *Littera Dominicalis quæ aſſumpta fuit menſe Januario, mutatur in præcedentem, ut ſi in Januario Littera Dom. fuit* A, *mutatur in* g., *& ſic de aliis.*

MARTIUS.

*	d	Cal.	1	Albini, Andegavenſis Epiſcopi, *Simplex*, an. 550.
xxix	e	vj	2	
xxviij	f	v	3	
xxvij	g	iv	4	
xxvj	A	iij	5	
25. xxv	b	Prid.	6	
xxiv	c	Non.	7	Perpetuæ & Felicitatis, Mart. *commem.* c. an. 204.
xxiij	d	viij	8	

Cycl. Epact.	Litt. Dom.		Dies Menſis.	MARTIUS.
				Primum Novilunium Paſchale.
xxij	e	vij	9	Martyrum qui pro libris ſacris interiêre, *Simplex*, an. 303.
xxj	f	vj	10	
				Ultima dies Cinerum
xx	g	v	11	
xix	A	iv	12	
xviij	b	iij	13	
xvij	c	Prid.	14	
xvj	d	Idib.	15	
xv	e	xvij	16	
xiv	f	xvj	17	Patricii, Epiſc. & Hibernorum Apoſtoli, *comm.* c. an. 460.
xiij	g	xv	18	Cyrilli, Hieroſolym. Epiſc. *comm.* an. 386.
xij	A	xiv	19	Joſephi, Sponſi B. Mariæ, *Duplex-majus.* 1. ſ.
xj	b	xiij	20	
x	c	xij	21	
ix	d	xj	22	*Primum Paſcha.*
viij	e	x	23	
vij	f	ix	24	
vj	g	viij	25	*ANNUNTIATIO ET INCARNATIO DOMINI, Solemne-majus.*
v	A	vij	26	
iv	b	vj	27	
iij	c	v	28	
ij	d	iv	29	
j	e	iij	30	
*	f	Prid.	31	

Feriâ ſextâ poſt Dominicam Paſſionis fit Officium de Compaſſione B. Mariæ, *Duplex-minus.*

APRILIS.

xxix	g	Cal.	1	
xxviij	A	iv	2	Franciſci de Paula, Inſtitut. Ord. Minim. *Semid.* an. 1507.

Cycl. Epact.	Litt. Dom.	Dies Menſis.		APRILIS.
xxvij	b	iij	3	
25. xxvj	c	Prid.	4	
xxv. xxiv	d	Non.	5	
				Ultimum Novilunium Paſchale.
xxiij	e	viij	6	
xxij	f	vij	7	
xxj	g	vj	8	
xx	A	v	9	
xix	b	iv	10	
xviij	c	iij	11	
xvij	d	Prid.	12	
xvj	e	Idib.	13	Juſtini, Mart. *Simplex*, an. 167. vel 168.
xv	f	xviij	14	
xiv	g	xvij	15	
xiij	A	xvj	16	
xij	b	xv	17	
xj	c	xiv	18	
x	d	xiij	19	
ix	e	xij	20	Martyrum pro ſolemnitate Paſchali occiſorum, *Simplex*, an. 459.
viij	f	xj	21	
vij	g	x	22	
vj	A	ix	23	Georgii, Martyris, *commemoratio*, c. an. 303.
v	b	viij	24	
iv	c	vij	25	Marci, Evang. *Duplex-majus*, c. an. 68.
				Ultimum Paſcha.
iij	d	vj	26	
ij	e	v	27	
j	f	iv	28	Aphrodiſii, Biterrenſis Epiſc. & Mart. *Simplex*, c. an. 255.
*	g	iij	29	Mariæ Ægyptiæ, Pœnitentis, (è 1.) *Semiduplex*, v. vel vi. ſ.
xxix	A	Prid.	30	Eutropii, Santonenſis Epiſc. & Mart. *Simplex*, iii. ſ.
				MAIUS.
xxviij	b	Cal.	1	PHILIPPI * & JACOBI ** (ALPHÆI) APOſT. *Duplex-maj.* * poſt.

JUNIUS.

Cycl. Epact.	Lit. Dom.	Dies Menſis.		
xv	b	Prid.	12	
xiv	c	Idib.	13	
xiij	d	xviij	14	*Ultima Pentecoſte.*
xij	e	xvij	15	
xj	f	xvj	16	Cyrici & Julittæ, Mart. *Simplex*, an. 305.
x	g	xv	17	
ix	A	xiv	18	Amandi, Burdeg. Epiſc. *Commem.* c. an. 432.
viij	b	xiij	19	Gervaſii & Protaſii, Mart. *Simpl.* 1. *vel* 11. ſ.
vij	c	xij	20	
vj	d	xj	21	Sylveſtri, Papæ (è 31. Decemb.) *Semidupl.* an. 335.
	e	x	22	Paulini, Nolani Epiſc. *Simplex*, an. 431.
iv	f	ix	23	Vigilia *cum jejunio.*
iij	g	viij	24	NATIVITAS S. JOANNIS BAPT. *Solemne-min.*
				Ultimus terminus Feſti Corporis Chriſti.
ij	A	vij	25	De Octava Nativ. S. Joann. Bapt. *Simplex*, cum *Commem.* ſancti Proſperi, Eccl. Doct. an. 456. vel 457.
j	b	vj	26	De Octava, *Simplex*, cum *Commem.* SS. Joannis & Pauli, Romæ Mart. c. an. 362.
*	c	v	27	Irenæi, Lugd. Epiſc. & Eccl. Doct. ac Soc. Mart. *Duplex-min.* c. an. 202. *Commem.* Octavæ S. Joan. Bapt.
xxix	d	iv	28	Vigilia *cum jejunio*: *Commem.* Oct. S. Joan. Bapt.
xxviij	e	iij	29	PETRI ET PAULI, APOST, *Solemne-minus*: c. an. 66. *Commemoratio* Octavæ S. Joan. Baptiſtæ.
xxvij	f	Prid.	30	Commemoratio S. Pauli Apoſt. *Duplex-majus.*

JULIUS.

Cycl. Epact.	Lit. Dom.	Dies Menſis.		
xxvj	g	Cal.	1	Octava Nativit. S. Joan. Bapt. *Semiduplex*: cum *commem.* S. Martialis primi Lemovicenſis Epiſcopi, 111. ſ.
25. xxv	A	vj	2	Viſitatio B. M. V. *Duplex-majus.*
xxiv	b	v	3	De Octava SS. Apoſtolorum Petri & Pauli, *Simplex.*
xxiij	c	iv	4	Ordinatio * & Tranſlatio ** ſancti Martini, Turon. Epiſc. *Semidup.* * an. 372. ** 473. cum *commem.* Octavæ.
xxij	d	iij	5	De Octava SS. Apoſt. Petri & Pauli, *Simplex.*
xxj	e	Prid.	6	Octava SS. Apoſt. Petri & Pauli, *Semiduplex.*
xx	f	Non.	7	Pantæni, Preſbyt. Alexandrini, *Simplex*, c. an. 214.
xix	g	viij	8	
xviij	A	vij	9	
xvij	b	vj	10	Septem Fratrum, & Felicitatis matris eorum, Romæ Mart. *Simplex*, c. an. 150.
xvj	c	v	11	Benedicti, Caſſinenſis Abbatis. (è 21. Mart.) *Semiduplex*, an. 543. *Tranſlatio hâc die*, c. ann. 653.
xv	d	iv	12	
xiv	e	iij	13	
xiij	f	Prid.	14	Bonaventuræ, Albanenſis Epiſc. & Eccl. Doct. *Semiduplex*, an. 1274.
xij	g	Idib.	15	
xj	A	xvij	16	
x	b	xvj	17	Sperati & Sociorum, Mart. *Simplex*, an. 200.
ix	c	xv	18	Thomæ Aquinatis, Doctoris (è 7. Mart.) *Duplex-minus*, an. 1274. *Canonizatio hâc die*: c. an. 1333.
viij	d	xiv	19	Arſenii, Diaconi Romani, ſolitarii Scetis, *Simplex*, an. 445.
vij	e	xiij	20	
vj	f	xij	21	Victoris Maſſilienſis, Mart. & Sociorum, *Semiduplex*, c. an. 290.
v	g	xj	22	Mariæ Magdalenes, *Duplex-majus*, 1. ſeculo.

JULIUS.

Cycl. Epact.	Litt. Dom.		Dies Menſis.	
iv	A	x	23	Apollinaris, Ravennenſis Epiſc. & Mart. *Simplex* I. *vel* II. ſ.
iij	b	ix	24	
ij	c	viij	25	Jacobi (Zebedæi) Apost. *Duplex-majus*, an. 44. (*Hâc die Offic. ſancti Jacobi; Feſtumque, ſi in diem Dominicam inciderit; ſin minùs, ſit die Dominicâ, 25. diem antecedente.*) cum *Commem.* S. Chriſtophori, Mart. in Licia, III. ſ.
j	d	vij	26	Joachim et Annæ, parentum B. Mariæ Virginis, *Duplex-majus*. (In Cathedr. *Solemne-minus*; Feſtumque in Civitate ejuſque Suburbiis propter inſignem Reliquiam.)
*	e	vj	27	Vigilia, *ſine jejunio*.
xxix	f	v	28	*NAZARII ET CELSI, MART.* Eccl. Cathed. & totius Diœceſis Patronorum, *Annuale*, I. *vel* II. ſ.
xxviij	g	iv	29	De Octava SS. Mart. Nazarii & Celſi, *Semiduplex*.
xxvij	A	iij	30	Ignatii Loiolæ, Preſb. Inſt. Soc. Jeſu, *Semiduplex*, ann. 1556. *Commem.* Octavæ.
25. xxvj	b	Prid.	31	Germani Autiſſiodorenſis Epiſc. *Semid.* an. 448. *Commem.* Octavæ.

AUGUSTUS.

Cycl. Epact.	Litt. Dom.		Dies Menſis.	
xxv. xxiv	c	Cal.	1	Petri Apoſt. ad Vincula, (è 20. Apr.) *Duplex-minus*, an. 44.
xxiij	d	iv	2	De Octava SS. Nazarii & Celſi, Mart. *Semidup.* cum *Commem.* S. Stephani Papæ & Mart. an. 257.
xxij	e	iij	3	Inventio corporis S. Stephani Protomart. *Semidup.* an. 415. *Commem.* Octavæ.
xxj	f	Prid.	4	Octava & Feſtum Inventionis * &

Cycl. Epact.	Lit. Dom.	Dies Menſis		AUGUSTUS.
				Tranſlationis ** SS. Mart. Nazarii & Celſi, *Duplex-majus*: * c. an. 395. ** init. v. ſ.
xx	g	Non.	5	Dominici, Preſb. Inſtit. Ord. Fratrum Prædic. (è 6.) *Semidup.* an. 1221.
xix	A	viij	6	Tranſfiguratio Domini, *Duplex-majus*, an. 28. *vel* 32.
xviij	b	vij	7	Juſti & Paſtoris, Mart. Complutenſium, *Semiduplex*, circa an. 287.
xvij	c	vj	8	Omnium Sanctorum qui vixerunt ante Chriſtum, *Duplex-minus*.
xvj	d	v	9	Vigilia *cum jejunio*:
xv	e	iv	10	Laurentii, Diaconi et Mart. *Duplex-majus*, an. 258. (*Hâc die Officium: Feſtum verò, niſi dies* 10. *in Dominicam diem inciderit, fit ſemper Dominicâ antecedenti: pridiè jejunium.*)
xiv	f	iij		
xiij	g	Prid.	12	
xij	A	Idib.	13	Radegundis, Reginæ Franciæ, Viduæ, *Simplex*. an. 587.
xj	b	xix	14	Vigilia *cum jejunio*.
x	c	xviij	15	*ASSUMPTIO B. MARIÆ VIRGINIS. Solemne-majus*, 1. l.
ix	d	xvij	16	Rochi, Laici, apud Montem-Peſſulanum, *Duplex-minus*, an. 1327. (*Hâc die Feſtum in utraque urbe.*) *Comm.* Octavæ.
viij	e	xvj	17	De Octava Aſſumptionis, *Semiduplex*.
vij	f	xv	18	De Octava Aſſumptionis, *Semiduplex*.
vj	g	xiv	19	De Octava Aſſumptionis, *Semid.*
v	A	xiij	20	Bernardi, Claravall. Abbatis, & Eccleſiæ Doctoris, *Duplex-minus*, an. 1158. cum *Commem.* Octavæ.
iv	b	xij	21	De Octava Aſſumptionis, *Semiduplex*.
iij	c	xj	22	Octava Aſſumptionis B. M. Virg. *Duplex-minus*.
ij	d	x	23	

Cycl. Epact.	Litt. Dom.		Dies Menſis	AUGUSTUS.
j	e	ix	24	BARTHOLOMÆI, APOST. *Duplex-maj.* I. C. (*Hâc die Officium: Feſtum verò, niſi dies 24. in Dominicam inciderit, fit ſemper Dominicâ præcedenti.*)
*	f	viij	25	Ludovici IX, Regis Franciæ, *Dupl. maj.* an. 1270.
xxix	g	vij	26	
xxviij	A	vj	27	
xxvij	b	v	28	Auguſtini, Hipponenſis Epiſc. & Eccl. Doct. *Duplex-maj.* (in Cathed. *Solemne-min.*) anno 304.
xxvj	c	iv	29	Decollatio S. Joannis Bapt. *Dupl. min.* an. 28. vel 32.
25. xxv	d	iij	30	
xxiv	e	Prid.	31	

SEPTEMBER.

xxiij	f	Cal.	1	Lupi, Senonenſis Epiſcopi, *Semidupl.* c, an. 623. cum *Commem.* S. Ægidii, Abbatis in Occitania: an. 547. vel 548.
xxij	g	iv	2	Lazari a Chriſto ſuſcitati, & SS. Mariæ & Marthæ ſororum, Chriſti hoſpitum, *Semidupl.* cum *Commem.* S. Caſtoris, Aptenſis Epiſc. c. an. 420.
xxj	A	iij	3	Gregorii magni, Papæ, & Eccl. Doct. (è 12. Mart.) *Duplex-min.* an. 604. *Ordinatio hâc die,* anno 590.
xx	b	Prid.	4	Antonini, Mart. Apamiarum Patroni. *Simplex*; III. I.
xix	c	Non.	5	
xviij	d	viij	6	
xvij	e	vij	7	Clodoaldi. Preſb. *Simpl.* an. 668.
xvj	f	vj	8	*NATIVITAS B. M. VIRGINIS, Solemne-majus.*
xv	g	v	9	De Octava Nativitatis, *Semiduplex.*
xiv	A	iv	10	Salvii, Albigenſis Epiſc. *Semidupl.* an. 584. cum *Commem.* Octavæ.

De

Cycl. Epact.	Litt. Dom.		Dies Mensis.	SEPTEMBER.
xiij	b	iij	11	De Oct. Nat. B. Mariæ, *Semidup.*
xij	c	Prid.	12	
xj	d	Idib.	13	
x	e	xviij	14	Exaltatio ſanctæ Crucis (Imperante Conſtantino : ann. 31?. *vel* 327. Imperante Heraclio : an. 619.) *Duplex maj.* cum *Comm.* Octavæ.
ix	f	xvij	15	Octava Nativitatis B. Mariæ, *Duplex min.*
viij	g	xvj	16	Cornelii, Papæ & Mart an. 252. & Cypriani, Carthag Epiſc. & Mart. Eccl. Doct. an. 258. (è 14.) *Semidupl* cum *Comm* S. Euphemiæ, Virg. & Mart. an. 307.
vij	A	xv	17	
vj	b	xiv	18	
v	c	xiij	19	Januarii, Beneventi Epiſc. & Mart. *Simplex*, c. an. 288.
iv	d	xij	20	Vigilia *cum jejunio.*
iij	e	xj	21	MATTHÆI, APOST. ET EVANG. *Duplex maj.* 1. ſ. (*Hac die Officium : Feſtum verò niſi dies* 21. *in diem Dominicam inciderit, fit ſemper Dominicâ antecedente : pridiè jejunium.*
ij	f	x	22	Mauricii & Sociorum, Mart. *Semidupl.* an. 286.
j	g	ix	23	Theclæ, Virg. & Mart. *Semidupl.* c. ſ. 1. ſ. cum *Commem.* S. Lini, Papæ & Mart. c. an. 78.
*	A	viij	24	
xxix	b	vij	25	Firmini, Ambianenſis Epiſc. & Mart. *Simplex*, c. an. 287.
xxviij	c	vj	26	
xxvij	d	v	27	Coſmæ & Damiani, fratrum, Mart. *Semidupl.* c. init. iv. ſ.
25. xxvj	e	iv	28	Exuperii, Toloſani Epiſc. *Simplex*, c. init. v. ſ.
xxv xxiv.	f	iij	29	Michaëlis Archang. & omnium Angelorum, *Duplex maj.* Hoc Feſtum in Apulia ſumpſit exordium, an. 493. *vel* 536.
xxiij	g	Prid.	30	Hieronymi, Preſbyr. & Eccl. Doct. *Duplex min.* an. 420.

AUGUSTUS.

Cycl. Epact.	Litt. Dom.		Dies Menſis.	
j	c	ix	24	Bartholomæi, Apost. *Duplex-maj.* 1. ſ. (*Hâc die Officium: Feſtum verò, niſi dies* 24. *in Dominicam inciderit, fit ſemper Dominicâ præcedenti.*)
*	f	viij	25	Ludovici IX, Regis Franciæ, *Dupl. maj.* an. 1270.
xxix	g	vij	26	
xxviij	A	vj	27	
xxvij	b	v	28	Auguſtini, Hipponenſis Epiſc. & Eccl. Doct. *Duplex-maj.* (in Cathed. *Solemne-min.*) anno 304.
xxvj	c	iv	29	Decollatio S. Joannis Bapt. *Dupl. min.* an. 28. vel 32.
25. xxv	d	iij	30	
xxiv	e	Prid.	31	

SEPTEMBER.

Cycl. Epact.	Litt. Dom.		Dies Menſis.	
xxiij	f	Cal.	1	Lupi, Senonenſis Epiſcopi, *Semidupl.* c. an. 623. cum *Commem.* S. Ægidii, Abbatis in Occitania: an. 547. vel 548.
xxij	g	iv	2	Lazari à Chriſto ſuſcitati, & SS. Mariæ & Marthæ ſororum, Chriſti hoſpitum, *Semidupl.* cum *Commem.* S. Caſtoris, Aptenſis Epiſc. c. an. 420.
xxj	A	iij	3	Gregorii magni, Papæ, & Eccl. Doct. (è 12. Mart.) *Duplex-min.* an. 604. *Ordinatio hâc die*, anno 590.
xx	b	Prid.	4	Antonini, Mart. Apamiarum Patroni. *Simplex*; iii. ſ.
xix	c	Non.	5	
xviij	d	viij	6	
xvij	e	vij	7	Clodoaldi, Preſb. *Simpl.* an. 668.
xvj	f	vj	8	*NATIVITAS B. M. VIRGINIS*, *Solemne-majus.*
xv	g	v	9	De Octava Nativitatis, *Semiduplex.*
xiv	A	iv	10	Salvii, Albigenſis Epiſc. *Semidupl.* an. 584. cum *Commem.* Octavæ.

De

Cycl. Epact.	Litt. Dom.		Dies Menſis.	SEPTEMBER.
xiii	b	iij	11	De Oct. Nat. B. Mariæ, *Semidup.*
xij	c	Prid.	12	
xj	d	Idib.	13	
x	e	xviij	14	Exaltatio ſanctæ Crucis (Imperante Conſtantino : ann. 32*ſ*. *vel* 327. Imperante Heraclio : an. 629.) *Duplex maj.* cum *Comm.* Octavæ.
ix	f	xvij	15	Octava Nativitatis B. Mariæ, *Duplex-min.*
viij	g	xvj	16	Cornelii, Papæ & Mart an. 252. & Cypriani, Carthag Epiſc. & Mart. Eccl. Doct. an. 258. (è 14.) *Semidupl* cum *Comm* S. Euphemiæ, Virg. & Mart. an. 307.
vij	A	xv	17	
vj	b	xiv	18	
v	c	xiij	19	Januarii, Beneventi Epiſc. & Mart. *Simplex*, c. an. 288.
iv	d	xij	20	Vigilia *cum jejunio.*
iij	e	xj	21	MATTHÆI, APOST. ET EVANG. *Duplex maj.* 1. ſ. (*Hac die Officium : Feſtum verò niſi dies* 21. *in diem Dominicam inciderit, fit ſemper Dominicâ antecedente : pridiè jejunium.*
ij	f	x	22	Mauricii & Sociorum, Mart. *Semidupl.* an. 286.
j	g	ix	23	Theclæ, Virg. & Mart. *Semidupl.* c. ſ. 1. ſ. cum *Commem.* S. Lini, Papæ & Mart. c. an. 78.
*	A	viij	24	
xxix	b	vij	25	Firmini, Ambianenſis Epiſc. & Mart. *Simplex*, c. an. 287.
xxviij	c	vj	26	
xxvij	d	v	27	Coſmæ & Damiani, fratrum, Mart. *Semidupl.* c. init. iv. ſ.
25. xxvj	e	iv	28	Exuperii, Toloſani Epiſc. *Simplex*, c. init. v. ſ.
xxv xxiv.	f	iij	29	Michaëlis Archang. & omnium Angelorum, *Duplex-maj.* Hoc Feſtum in Apulia ſumpſit exordium, an. 493. *vel* 536.
xxiij	g	Prid.	30	Hieronymi, Preſbyt. & Eccl. Doct. *Duplex-min.* an. 420.

Cycl. Epact.	Litt. Dom.		Dies Menſis.	OCTOBER.
xxij	A	Cal.	1	Remigii, Rem. Epiſc. (è 13. Jan.) *Semidupl.* c. an. 533. *Tranſlatio prima hâc die, ante* an. 585.
xxj	b	vj	2	Feſtum Angelorum Cuſtodum, *Duplex-min.* Inſtitutum Pariſ. an. 1680.
xx	c	v	3	
xix	d	iv	4	Franciſci Aſſiſiatis in Umbria, Inſtit. Ord. Fratr. Minor. *Semiduplex*, an. 1226.
xviij	e	iij	5	*ANNIVERSARIUS DIES DEDICATIONIS ECCL. CATH. Solemne majus.* (*Dominicâ intra Octavam Dedicationis Eccl. Cathed. occurrente, celebratur ſub ritu Solemni mai. Anniverſarius dies Dedicationis cæterarum Eccleſiarum, nec habet Octavam.*)
xvij	f	Prid.	6	Brunonis, Monachi, Inſtit. Ordin. Carthuſ. *Semid.* an. 1101. *cum Comm.* S. Fidis Aginnenſ. Virg. & Mart. an. 287. vel 290. (& Octavæ in Cathedr.)
xvj	g	Non.	7	} In Cathedrali de Octava Dedicationis, *Semid.*
xv	A	viij	8	
xiv	b	vij	9	Dionyſii, primi Pariſiorum Epiſc. & Sociorum ejus, Mart. *Semid.* an. 275. vel 286. (cum *Comm.* Octavæ in Cathedr.)
xiij	c	vj	10	(De Oct. Dedic in Cathed. *Semid.*) *Extrà*, Tyberii, Modeſti & Florentiæ, Mart. Agathenſium, *Commem.* c. an. 397.
xij	d	v	11	Firmini, Ucetienſis Epiſc. *Semid.* an. 553. (cum *Commem.* Octavæ in Cathedrali.)
xj	e	iv	12	In Cathedr. Oct. Dedic. *Dupl. min.*
x	f	iij	13	
ix	g	Prid.	14	
viij	A	Idib.	15	Thereſiæ, Virg. Inſtauratricis Ord. Carmel. *Semid.* an. 1582.
vij	b	xvij	16	Bertrandi, Convenarum Epiſc. *Simplex*, c. an. 1120.
vj	c	xvj	17	
v	d	xv	18	Lucæ, Evangel. *Dupl. maj.* 1. ſ.

Cycl. Epact.	Litt. Dom	Dies Menſis		OCTOBER.
iv	c	xiv	19	
iij	f	xiij	20	
ij	g	xij	21	Hilarionis Abbatis in Palæſtina, *Simpl.* an. 171. cum *Commem.* SS. Urſulæ & Sociarum, Virg. & Mart. iv. *vel* v. C.
j	A	xj	22	
*	b	x	23	
xxix	c	ix	24	
xxviij	d	viij	25	
xxvij	e	vij	26	Ruſtici, Narbon. Epiſc. *Semidupl.* c. an. 460.
xxvj	f	vj	27	Vigilia *cum ieiunio.*
25. xxv	g	v	28	SIMONIS ET JUDÆ, APOST. *Duplex maj.* 1. ſ. (*Hâc die Officium : Feſtum verò, niſi dies* 28. *in diem Dominicam inciderit, fit ſemper Dominicâ antecedente : pridiè jejunium.*)
xxiv	A	iv	29	
xxiij	b	iij	30	
xxij	c	Prid.	31	Vigilia *cum jejunio.* Fit *Commem.* S. Marcelli, Mart. Cabillonenſis, an. 179.

NOVEMBER.

xxj	d	Cal.	1	*OMNIUM SANCTORUM, Solemne-majus.* c. an. 835.
xx	e	iv	2	COMMEMORATIO OMNIUM FIDELIUM DEFUNCTORUM, *Duplex-majus*, inſtituta an. 998.
xix	f	iij	3	De Octava omnium SS. *Semidupl.*
xviij	g	Prid.	4	Caroli Borromæi, Mediol. Epiſc. Card. *Duplex-minus*, an. 1584.
xvij	A	Non.	5	De Octava omnium SS. *Semidupl.* cum *Commem.* S. Geraldi Biterr. Epiſc. an. 1127.
xvj	b	viij	6	De Octava omnium SS. *Semiduplex.*
xv	c	vij	7	
xiv	d	vj	8	Octava omnium SS. & veneratio SS. Reliquiarum, *Dupl. majus*, inſtituta an. 1194. (*anteà* 4. *Dec.*)
xiij	e	v	9	
xij	f	iv	10	Leonis Magni, Papæ & Eccleſiæ

e ij

NOVEMBER.

Cycl. Epact.	Litt. Dom.	Dies Menſis.		
				Doct. *Duplex-min.* c. an. 461. vel 462. cum *Commem.* S. Rufi primi Avenionenſis Epiſc. c. med. III. ſ.
xj	g	iij	11	Martini, Turon. Epiſc. *Duplex-majus*: (in Cathedrali *Solemne-minus.*) an. 397.
x	A	Prid.	12	Martini, Papæ & Mart. (è 16. Septembr.) *Simplex*, an. 655.
ix	b	Idib.	13	Bricii Turonenſis Epiſc. *Simplex.* c. an. 444.
viij	c	xviij	14	
vij	d	xvij	15	
vj	e	xvj	16	
v	f	xv	17	Gregorii Thaumaturgi, Neocæſareæ Epiſc. & Eccl. Doct. *Semiduplex*, c. an. 270.
iv	g	xiv	18	Romani Diaconi & Mart. *Simplex*, c. an. 258.
iij	A	xiij	19	Elizabeth, Viduæ, *Simplex*, an. 1231.
ij	b	xij	20	Papuli, Mart. *Commem.* c. med. III. Sec.
j	c	xj	21	Præſentatio B. Mariæ, *Duplex-majus.*
*	d	x	22	Cæciliæ, Virg. & Mart. *Semidup.* II. *vel* III. ſec.
xxix	e	ix	23	Clementis, Papæ & Mart. *Semid.* an. 100.
xxviij	f	viij	24	
xxvij	g	vij	25	Catharinæ, Virg. & Mart *Simpl.*
25. xxvj	A	vj	26	
xxv. xxiv	b	v	27	Vitalis & Agricolæ, Mart. *Simpl.* c. an. 304.
				Prima ſedes Adventûs.
xxiij	c	iv	28	
xxij	d	iij	29	Saturnini, primi Toloſani Epiſc. & Mart. *Dupl. min.* c. med. III. ſ. cum *Commem.* Vigiliæ.
xxj	e	Prid.	30	ANDREÆ, APOST. *Duplex-majus.* I. ſ. (*Hâc ipsâ die Officium: Feſtum verò niſi dies 30. in diem Dominicam inciderit fit ſemper Dominicâ antecedente, pridiè jejunium.*)

DECEMBER.

Cycl. Epact.	Litt. Dom.	Dies Menſis		
xx	f	Cal.	1	Eligii, Noviom. Epiſc. (è 30. Nov.) *Simplex*, an. 659.
xix	g	iv	2	Franciſci Xaverii, Preſbyt. *Semiduplex*, an. 1552.
				Ultima ſedes Adventûs.
xviij	A	iij	3	
xvij	b	Prid.	4	
xvj	c	Non.	5	
xv	d	viij	6	Nicolai, Myrenſis Epiſcopi, *Commemoratio*. c. an. 320.
xiv	e	vij	7	Ambroſii, Mediol. Epiſc. & Eccl. Doct. (è 4. Apr.) *Dupl. min.* an. 397. *ejus ordinatio hâc die.* an. 374.
xiij	f	vj	8	CONCEPTIO B. MARIÆ VIRGINIS, *Solemne-minus.*
xij	g	v	9	Leocadiæ, Virginis Tolet. & Mart. *Commem.* c. an. 288.
xj	A	iv	10	Eulaliæ, Virginis Emeritenſis & Mart. *Commem* c. an. 288.
x	b	iij	11	Pauli, primi Narbon. Epiſc. *Semiduplex*, c. med. III. ſec.
ix	c	Prid.	12	
viij	d	Idib.	13	Luciæ Virginis & Mart. *Commemoratio*, an. 304.
vij	e	xix	14	
vj	f	xviij	15	
v	g	xvij	16	
iv	A	xvj	17	
iij	b	xv	18	
ij	c	xiv	19	
j	d	xiij	20	
*	e	xij	21	THOMÆ, APOST. *Dupl. majus.* I. ſ. (*Officium hâc ipſâ die : Feſtum verò, niſi dies 21. in diem Dominicam inciderit, fit ſemper Dominicâ antecedente.*)
xxix	f	xj	22	
xxviij	g	x	23	
xxvij	A	ix	24	Vigilia *cum jejunio.*
xxvj	b	viij	25	NATALE DOMINI, *Annuale.*
25. xxv	c	vij	26	STEPHANI, DIACONI ET PROTOMART. *Solemne-minus.* an. 33. *Commem.* Octavæ.

Cycl. Epact.	Litt. Dom.	Dies Menſis.		DECEMBER.
xxiv	d	vj	27	JOANNIS, APOST. ET EVANGELIST. *Duplex-majus*. an. 100. *vel* 104. *Commem.* Octavæ.
xxiij	e	v	28	Innocentium Martyrum, *Duplex-majus*, 1. ſ. *Commem.* Octavæ.
xxij	f	iv	29	De Octava Natalis Domini, *Semiduplex* : cum *Commem.* S. Thomæ Cantuarienſis Epiſc. & Mart. an. 1170.
xxj	g	iij	30	De Octava Natalis Domini, *Semiduplex*.
19. xx	A	Prid.	31	De Octava Natalis Domini, *Semiduplex*.

SERIES TITULORUM,

Sub quibus ordinantur Canones Conciliorum in toto Breviario diſtributi.

1. DE ſcientia Sacrarum Scripturarum & Canonum, necnon de autoritate Conciliorum Generalium: *Hebd. I. Adventûs.*

2. De inſtitutione Miniſtrorum Eccleſiæ & eorum dignitate: *Hebd. II. Advent.*

3. De Ordinatione & Ordinibus in genere: *Hebd. III. Adventûs.*

4. De Jejunio IV. Anni Temporum: *in ſingulis Feriis quartis eorumdem IV. Temp.*

5. De Ordinandorum delectu, & precibus ad Deum fundendis, ut digni ordinentur: *in ſingulis Feriis ſextis & Sabbatis IV. Temporum.*

6. De Sanctitate Cleri, & de vocationis neceſſitate: *Hebd. IV. Adventûs.*

7. De Clericatu, ubi & de Tonſura, & Clericorum coma, habitu & cultu: *à Feſto S. Joannis 17. Decembris ad Epiph. Domini 6. Januarii.*

8. De Sacramento Matrimonii: *à die 7. Januarii ad Dominicam II. poſt Epiph.*

9. De Ordinibus in ſpecie: *à Dominica II. poſt Epiphaniam ad Domin. IV.*

10. De virtutibus quibus pollere debent Eccleſiæ Miniſtri, ac vitiis à Clero vitandis; ubi de caſtitate, & mulierum frequentatione; de ſobrietate, & ebrietate; de paupertate, & avaritia; de humilitate, & animi jactantia, de zelo, prudentia; de ludis, ſpectaculis, &c. *à Dominica IV. poſt Epiphaniam ad Feriam quartam Cinerum.*

11. De jejunio & obſervantia Quadrageſimali; *à Feria IV. Cinerum ad Dominicam I. in Quadrageſima.*

12. De Sacramento Pœnitentiæ, ejuſque partibus; de officio & dotibus Confeſſariorum, necnon de caſibus reſervatis: *à Dominica I. in Quadrageſima ad Dominicam in Ramis Palmarum.*

13. De Communione Paſchali & ſancto Euchariſtiæ uſu: *à Dominica in Ramis Palmarum ad Dominicam in Albis depoſitis.*

14. De mediis ad obtinendam ſtatûs Clericalis perfectionem, ubi de oratione, Sacramentorum frequentatione, piiſque lectionibus & exercitiis: *à Feria II. poſt Dominicam in Albis ad Dominicam III. poſt Paſcha.*

15. De ſcientia Clericis neceſſaria & ſancto temporis uſu: *à Dominica III. poſt Paſcha ad Dominicam V.*

16. De Rogationibus & Litaniis: *à Dominica V. poſt Paſcha ad Aſcenſ. excluſivè.*

17. De Sacramento Baptiſmi, Patrinis, & Baptiſatorum obligationibus: *à craſtino Aſcenſ. Domini ad ejus diem Oct.*

18. De Sacramento Confirmationis: *à Feria VI. poſt*

Octavam Aſcenſionis ad Feſtum SS. Trinitatis.

19. De Extrema-Unctione; *à Feria II. poſt Feſtum SS. Trinitatis ad Solemnitatem SS. Euchariſtiæ.*

20. De Sacramento SS. Euchariſtiæ & Sacerdotio Chriſti: *in Solemnitate SS. Euchariſtiæ & per totam ejus Oct.*

21. De Sacrificio Miſſæ ritè celebrando & audiendo: *à Feria VI. poſt. Oct. SS. Euchariſtiæ ad Dominicam V. poſt Pentecoſten.*

22. De ſanctificatione diei Dominicæ & Feſtorum: *in ſingulis Dominicis à Dominica III. poſt Pentecoſten ad Adv.*

23. De muniis ab Epiſcopo obeundis, & Synodis ab eodem cogendis: *à Dominica V. poſt Pentecoſt. ad Domin. VII.*

24. De vita, moribus & officiis Canonicorum; ubi de recitatione publica Officii Divini, de Cantu Eccleſiaſtico, de Cantoribus, de reformatione Breviarii, de fundationibus, de reverentia in Eccleſiis: *à Dominica VII. poſt Pentecoſten ad Dominic. XIII.*

25. De vita, moribus & Officiis Parochorum & Vicariorum; ubi etiam de verbi divini prædicatione, Sacramentorum adminiſtratione, aliiſque eorumdem muneribus; de fidelium ſepultura, de reſidentia, de privata Officii Divini recitatione, &c. *à Dominica XIII. poſt Pentecoſten ad Dominicam XVIII.*

26. De Beneficiorum collatione, eorumdemque pluralitate; de bonorum Eccleſiæ uſu, de Simonia: *à Dominica XVIII. poſt Pentecoſten ad Dominicam XX.*

27. De Cæremoniis, de Organis; de Campanis & earum benedictione: *à Dominica XX. ad Dominicam XXI.*

28. De Oratoriis & Sacellis domeſticis; de Altaribus, eorumque Ornamentis: *à Dominica XXI. poſt Pentecoſten ad Dominicam XXII.*

29. De Cœmeteriis, ſepulturâ & exequiis Defunctorum: *à Dominica XXII. poſt Pentec. ad Dominicam XXIII.*

30. De Sanctorum invocatione, Reliquiis & Imaginibus; de Miraculis & Indulgentiis: *à Dominica XXIII. poſt Pentec. ad Dominic. XXIV.*

31. De Clericorum converſatione cum Laicis & Monialibus *à Dominica XXIV. poſt Pentec. ad Dominicam XXV.*

32. De Privilegio Cleri; de abſtinendo à judicibus criminalibus, de litibus vitandis & componendis: *à Domin. XXV. poſt Pent. ad Domin. XXVI.*

33. De ſubjectione Clericorum ſub Epiſcopo: *à Dominica XXVI. poſt Pentecoſten ad Dominicam XXVII.*

34. De Excommunicatione & Excommunicatis: *à Dominica XXVII. poſt Pentecoſten ad Dominic. XXVIII.*

35. De formandis junioribus Clericis, ubi de Seminariis: *à Dominica XXVIII. poſt Pentecoſten ad finem Hebdom.*

Hac in Canonum ſerie non comprehenduntur Solemnitates, Feſta & dies quæ proprios habent Canones ratione Myſteriorum aut peculiaris diſciplinæ.

PSALTERIUM.



PSALTERIUM
DISPOSITUM
PER HEBDOMADAM.
PARS HIEMALIS.

DOMINICA,
AD OFFICIUM NOCTURNUM.

Ante Officium Nocturnum dicitur ſecretò :

PAter noſter, qui es in cœlis, ſanctificétur nomen tuum : advéniat regnum tuũ : fiat volúntas tua ſicut in cœlo & in terra : panem noſtrum quotidiánum da nobis hódie : & dimitte nobis débita noſtra, ſicut & nos dimíttimus debitóribus noſtris : & ne nos indúcas in tentatiónem ; ſed líbera nos à malo. Amen.

AVe, María, grátiâ plena, Dóminus tecum : benedícta tu in muliéribus, & benedíctus fructus ventris tui Jeſus.

Sancta María, mater Dei, ora pro nobis peccatóribus, nunc, & in hora mortis noſtræ. Amen.

CRedo in Deum, Patrem omnipoténtem, creatórem cœli & terræ : Et in Jeſum Chriſtum Fílium ejus únicum, Dóminum noſtrũ : qui conceptus eſt de Spíritu ſancto, natus ex María Vírgine : paſſus ſub Póntio Piláto, crucifíxus, mórtuus, & ſepultus : deſcendit ad ínferos : tértiâ die reſurrexit à mórtuis : aſcendit ad cœlos, ſedet ad dexteram Dei Patris omnipoténtis : inde ventúrus eſt judicáre vivos & mórtuos. Credo in Spíritum ſanctum, ſanctam Eccléſiam cathólicã, Sanctórum communiónẽ, remiſſiónem peccatórum, carnis reſurrectiónem, vitam æternam. Amen.

Deinde altâ voce dicitur :

DOmine, lábia mea apéries ; ℟. Et os meum annuntiábit laudem tuam. *Pſ.* 50. 17.

℣. Deus, in adjutórium meum inténde : ℟. Dómine, ad adjuvandum me feſtína. *Pſ.* 69. 2.

Glória Patri, & Fílio, & Spirítui ſancto : Sicut

erat in princípio, & nunc, & ſemper, & in ſécula ſeculórum. Amen. Allelúia.

Sic dicitur Allelúia, *etiam ad alias Horas.*

[*A Septuag. ad Paſcha, loco* Allelúia *dicitur:* Laus tibi, Dómine, Rex ætérnæ glóriæ.]

Inv. Dñum qui fecit nos, * Veníte, adorémus. *Repetitur*, Dóminum, &c.

PSALMUS 94.

Chriſtus Rex; ipſi parendum.

VEníte, exultémus Dómino, jubilémus Deo ſalutári noſtro: præoccupémus fáciem ejus in confeſſióne, & in pſalmis jubilémus ei.

Dñum qui fecit nos, * Veníte, adorémus.

Quóniam Deus magnus Dóminus, & rex magnus ſuper omnes deos: quóniam non repellet Dóminus plebem ſuam: quia in manu ejus ſunt omnes fines terræ, & altitúdines móntium ipſe cónſpicit.

* Veníte, adorémus.

Quóniam ipsíus eſt mare, & ipſe fecit illud, & áridam fundavérunt manus ejus: veníte, adorémus, & procidámus ante Deum: plorémus coram Dómino qui fecit nos, quia ipſe eſt Dñus Deus noſter; nos autem pópulus ejus, & oves páſcuæ ejus.

Dñum qui fecit nos, * Veníte, adorémus.

Hódie ſi vocem ejus audiéritis, nolíte obduráre corda veſtra, ſicut in exacerbatióne, ſecundùm diẽ tentatiónis in deſerto, ubi tentavérunt me patres veſtri, probavérunt & vidérunt ópera mea.

* Veníte, adorémus.

Quadraginta annis próximus fui generatióni huic, & dixi: Semper hi errant corde; ipſi verò non cognovérunt vias meas: quibus jurávi in ira mea, ſi introíbunt in réquiẽ meã.

Dñum qui fecit nos, * Veníte, adorémus.

Glória Patri, & Fílio, & Spirítui ſancto: Sicut erat in princípio, & nunc, & ſemper, & in ſécula ſeculórum. Amen. * Veníte, adorémus. *Repet.* Dóminum qui fecit nos, * Veníte, adorémus.

Sequens Hymnus dicitur à Præſent. ad Seqtuag.

Hymnus.

DIE parente témporũ,
Quo, numen extrà próferens,
Rerum pater, fonſque ómnium,
Orbem volendo prócreat:

Quo, morte victâ, Fílius
Frangit ſepulchri víncula;
Geſtitque donis Spíritus
Ditáre mentes ígneis:

CŒLESTIS adſit cháritas
Altis refúſa córdibus,
Quæ tanta totque múnera
Dignis celébret cánticis.

Qui me ſupremi Núminis,
Pater, creas imáginem,
Te mente totâ cógitem,
Te corde toto díligam.

Cujus triumpho & fúnere
Mundo renáſcitur ſalus,
Fili, tibi fac cónſecrer
Amóris igne víctima.

Cadente flammâ, qui fidem
Firmas in orbe, Spíritus,
Sis lux perennis, flámmeo
Quâ te requíram péctore.

Qui nos creávit, laus Patri;
Laus, qui redémit, Fílio;
Qui charitáte nos foves,
Sit par tibi laus, Spíritus.
Amen.

IN I. NOCTURNO.

In Adv. Ant. 1. g. Deus.
Per ann. Ant. 3. a. Beátus vir.

*Aſteriſcus hic * notat mediationem & pauſam.*

Psalmus 1.

Beatitudo juſtorum, malorum calamitas.

Beátus vir qui non ábiit in consílio impiórum, & in via peccatórum non ſtetit,* & in cáthedra peſtiléntiæ non ſedit:

Sed in lege Dómini volúntas ejus,* & in lege ejus meditábitur die ac nocte.

Et erit tamquam lignum, quod plantátum eſt ſecus decurſus aquárum,* quod fructum ſuũ dabit in témpore ſuo:

Et fólium ejus non défluet:* & ómnia quæcumque fáciet proſperabuntur.

Non ſic impii, non ſic:* ſed tamqua pulvis quẽ prójicit ventus à fácie terræ.

Ideò non reſurgent ímpii in judício,* neque peccatóres in concílio juſtórum.

Quóniam novit Dóminus viam juſtórum,* & iter impiórum períbit.

Glória Patri, & Fílio, * & Spirítui ſancto:

Sicut erat in princípio, & nunc, & ſemper,* & in ſécula ſeculórum. Amen.

Hi verſus Glória, & Sicut erat, *dicuntur in fine Pſalm. Diviſ. & Cantic. niſi aliter notetur.*

In Adv. Ant. Deus ómnium, réſpice nos, & oſtende nobis lucem miſeratiónum tuárum. *Eccli.* 36. 1.

Ant. 2. D. Miſerére, Dñe.

Per ann. Ant. Beátus vir qui non ábiit in consílio impiórum; ſed in lege Dñi meditábitur die ac nocte.

Ant. 2. D. Beáti omnes.

Psalmus 2.

Chriſto fruſtrà principes populique adverſantur.

Quare fremuérũt gentes,* & pópuli meditáti ſunt inánia?

Aſtitérunt reges terræ, & príncipes convenérunt in unum * adversùs Dñm, & adversùs Chriſtum ejus.

Dirumpámus víncula eórum, * & projiciámus à nobis jugum ipsórum.

Qui hábitat in cœlis, irridébit eos, * & Dóminus ſubſannábit eos.

Tunc loquétur ad eos in ira ſua, * & in furóre ſuo conturbábit eos.

Ego autem conſtitútus ſum rex ab eo ſuper Sion montem ſanctum ejus, * prædicans præceptū ejus.

Dóminus dixit ad me: * Fílius meus es tu, ego hódie génui te.

Póſtula à me, & dabo tibi gentes hereditátem tuam, * & poſſeſſiónem tuam términos terræ.

Reges eos in virga férrea, * & tamquam vas fíguli confringes eos.

Et nunc, reges, intellígite: * erudímini, qui judicátis terram.

Servíte Dño in timóre, * & exultáte ei cū tremóre.

Apprehéndite diſciplínam, nequando iraſcátur Dóminus, * & pereátis de via juſta.

Cùm exárſerit in brevi ira ejus, * beáti omnes qui confídunt in eo.

In Adv. Ant. Miſerére, Dómine, plebi tuæ, ſuper quam invocátum eſt nomen tuum. *Eccli.* 36. 14.

Ant. 6. F. Obſecro, Dñe.

Per ann. Ant. Beáti omnes qui confídunt in eo.

Ant. 8. G. Dicunt, ...

PSALMUS 3.

Pia Juſti in pœnis querimonia.

DOmine, quid multiplicáti ſunt qui tríbulant me? * multi inſurgunt adversùm me.

Multi dicunt ánimæ meæ: * Non eſt ſalus ipſi in Deo ejus.

Tu autem, Dómine, ſuſceptor meus es, * glória mea, & exaltans caput meum.

Voce meâ ad Dóminum clamávi, * & exaudívit me de monte ſancto ſuo.

Ego dormívi, & ſoporátus ſum: * & exurrexi, quia Dñus ſuſcépit me.

Non timébo míllia pópuli circumdantis me: * exurge, Dómine; ſalvum me fac, Deus meus.

Quóniam tu percuſſiſti omnes adverſantes mihi ſine cauſa; * dentes peccatórum contriviſti.

Dómini eſt ſalus; * & ſuper pópulum tuum benedíctio tua.

In Adv. Ant. Obſecro, Dómine, mitte quem miſſúrus es. *Exod.* 4. 13.

℣. Deus illúminet vultum ſuum ſuper nos, ℟. Et miſereátur noſtri. *Pſ.* 66. 2.

Per annum, Ant. Dicunt ánimæ meæ: Non eſt ſalus ipſi in Deo ejus; tu autem, Dñe, ſuſceptor meus es.

℣. Memor fui nocte nóminis tui, Dómine; ℟. Et

cuſtodívi legem tuam. *Pſ. 118. 55.*

Poſt Verſiculum cujuſlibet Nocturni dicitur, ſecretò : Pater noſter : *ſed altâ voce :* ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem ; ℟. Sed líbera nos à malo.

Abſol. & Benedict. habentur poſt Pſalterium.

Lectiones cum Reſponſoriis, ut in Proprio.

IN II. NOCTURNO.

In Adv. Ant. 3. c. Mitte.

Per an. Ant. 6. F. Díligã te.

PSALMUS 17.

Gratiarum actio, pro victoriâ de Chriſti & Eccleſiæ inimicis habitâ.

DIligam te, Dómine, fortitúdo mea : * Dóminus firmamentum meum, & refúgium meum, & liberátor meus.

Deus meus, adjútor meus, * & ſperábo in eum.

Protector meus, & cornu ſalútis meæ, * & ſuſceptor meus.

Laudans invocábo Dóminum ; * & ab inimícis meis ſalvus ero.

Circumdedérunt me dolóres mortis : * & torrentes iniquitátis conturbavérunt me.

Dolóres inferni circumdedérunt me : * præoccupavérunt me láquei mortis.

In tribulatióne mea invocávi Dóminum, * & ad Deum meum clamávi.

Et exaudívit de templo ſancto ſuo vocem meam : * & clamor meus in conſpectu ejus introívit in aures ejus.

Commóta eſt, & contrémuit terra : * fundamenta móntium conturbáta ſunt, & commóta ſunt ; quóniam irátus eſt eis.

Aſcendit fumus in ira ejus, & ignis à fácie ejus exarſit : * carbónes ſuccenſi ſunt ab eo.

Inclinávit cœlos, & deſcendit : * & calígo ſub pédibus ejus.

Et aſcendit ſuper Chérubim, & volávit : * volávit ſuper pennas ventórũ.

Et póſuit ténebras latíbulum ſuum ; in circúitu ejus tabernáculum ejus : * tenebróſa aqua in núbibus áeris.

Præ fulgóre in conſpectu ejus nubes tranſiérunt, * grando & carbónes ignis.

Et intónuit de cœlo Dóminus, & Altíſſimus dedit vocem ſuam : * grando & carbónes ignis.

Et miſit ſagittas ſuas, & diſſipávit eos : * fúlgura multiplicávit, & conturbávit eos.

Et apparuérunt fontes aquárum, * & reveláta ſunt fundamenta orbis terrárum,

Ab increpatióne tua, Dómine, * ab inſpiratióne ſpíritûs iræ tuæ.

In Adv. Ant. Mitte ſapiéntiam tuam de cœlis ſanctis tuis, & à ſede magnitúdinis tuæ. *Sap.* 9. 10.

Ant. 7. *d.* Utinam dirúmperes.

Per annum, Ant. Díligam te, Dómine, fortitúdo mea, firmamentum meũ, & refúgium meum.

Ant. 4. E. Ero immaculátus.

Diviſio Pſalmi 17.

MIſit de ſummo [Dóminus,] & accépit me, * & aſſumpſit me de aquis multis.

Erípuit me de inimícis meis fortíſſimis, & ab his qui odérunt me: * quóniam confortáti ſunt ſuper me.

Prævenérunt me in die afflictiónis meæ; * & factus eſt Dóminus protector meus.

Et eduxit me in latitúdinem: * ſalvum me fecit, quóniam vóluit me.

Et retríbuet mihi Dóminus ſecundùm juſtítiam meam, * & ſecundùm puritátem mánuum meárum retríbuet mihi.

Quia cuſtodívi vias Dómini, * nec ímpiè geſſi à Deo meo.

Quóniam ómnia judícia ejus in conſpectu meo, * & juſtítias ejus non répuli à me.

Et ero immaculátus cum eo, * & obſervábo me ab iniquitáte mea.

Et retríbuet mihi Dóminus ſecundùm juſtítiam meam, * & ſecundùm puritátem mánuum meárum in conſpectu oculórum ejus.

Cum ſancto ſanctus eris, * & cum viro innocente ínnocens eris;

Et cum electo electus eris, * & cum perverſo pervertéris.

Quóniam tu pópulum húmilem ſalvum fácies, * & óculos ſuperbórum humiliábis.

Quóniam tu illúminas lucernam meam, Dómine: * Deus meus, illúmina ténebras meas.

Quóniam in te erípiar à tentatióne; * & in Deo meo tranſgrédiar murum.

In Adv. Ant. Utinam dirúmperes cœlos, & deſcénderes. *Iſ.* 64. 1.

Ant. 4. f. Oſtende, Dñe.

Per annum, Ant. Ero immaculátus cum Deo meo, & obſervábo me ab iniquitáte mea.

Ant. 7. a. Déxtera tua.

Altera diviſio Pſal. 17.

DEus meus, impollúta via ejus; elóquia Dómini igne examináta: * protector eſt ómnium ſperántium in ſe.

Quóniam quis Deus præter Dóminum? * aut quis Deus præter Deum noſtrum?

Deus qui præcinxit me

virtúte, * & pꝫſuit immaculátam viam meam.

Qui perfécit pedes *meos* tamquam cervórum, * & ſuper excelſa ſtátuens me;

Qui docet manus meas ad prælium: * & poſuiſti, ut arcum æreum, bráchia mea,

Et dediſti mihi protectiónem ſalútis tuæ: * & déxtera tua ſuſcépit me.

Et diſciplína tua correxit me in finem: * & diſciplína tua ipſa me docébit.

Dilataſti greſſus meos ſubtus me, * & non ſunt infirmáta veſtígia mea.

Pérſequar inimícos meos, & comprehendam illos: * & non convertar donec deficiant.

Confringam illos, nec póterunt ſtare: * cadent ſubtus pedes meos.

Et præcinxiſti me virtúte ad bellum, * & ſupplantaſti inſurgentes in me ſubtus me.

Et inimícos meos dediſti mihi dorſum, * & odientes me diſperdidiſti.

Clamavérunt, nec erat qui ſalvos fáceret; * ad Dñm, nec exaudívit eos.

Et commínuam eos ut púlverem ante fáciem venti: * ut lutum plateárum delébo eos.

Erípies me de contradictiónibus pópuli: * conſtitues [illegible] 14. 20. 21.

Pópu[illegible] Dómine. nóvi, ſerv[illegible] Ad te, dítu auris [illegible]bo, & ad

Fílii aliéni [illegible]ecábor, mihi, * filii alién[illegible] ráti ſunt, & cla[illegible]runt à ſémitis ſuis.

Vivit Dóminus, & [illegible]nedictus Deus meus: * & exaltétur Deus ſalútis meæ.

Deus, qui das vindictas mihi, & ſubdis pópulos ſub me, * liberátor meus de inimícis meis iracundis.

Et ab inſurgéntibus in me exaltábis me: * à viro iníquo erípies me.

Proptérea confitébor tibi in natiónibus, Dómine; * & nómini tuo pſalmum dicam.

Magníficans ſalútes regis ejus, & fáciens miſericórdiam chriſto ſuo David, * & sémini ejus uſque in ſéculum.

In Adv. Ant. Oſtende, Dómine, fáciem tuam; placáre, Dómine, attende, & fac. *Dan.* 9. 17. 19.

℣. Véniat ſuper me miſericórdia tua, Dómine, ℟. Salutáre tuum ſecundùm elóquium tuum. *Pſ.* 118. 41.

Per annum, Ant. Déxtera tua ſuſcépit me, Dómine; & diſciplína tua ipſa me docébit.

℣. Legem tuam, Dñe, non ſum oblítus: ℟. Mé-

diâ nocte ſurgébam ad confitendum tibi. *Pſ.* 118. 61. 62.

Pater noſter.

IN III. NOCTURNO.

In Adventu Ant. 8. c. Dómine.

Per annum, Ant. 1. a. In Deo.

PSALMUS 27.

Petit Juſtus ne cum impiis pereat.

AD te, Dómine, clamábo: Deus meus, ne síleas à me: * nequando táceas à me, & aſſimilábor deſcendéntibus in lacum.

Exaudi, Dómine, vocem deprecatiónis meæ, dum oro ad te, * dum extollo manus meas ad templum ſanctum tuum.

Ne ſimul trahas me cum peccatóribus; * & cum operántibus iniquitátem ne perdas me:

Qui loquuntur pacem cum próximo ſuo, * mala autem in córdibus eórum.

Da illis ſecundùm ópera eórum, * & ſecundùm nequítiam adinventiónū ipſórum.

Secundùm ópera mánuum eórum tribue illis; * redde retributiónem eórum ipſis.

Quóniam non intellexérunt ópera Dómini: & in ópera mánuum ejus * déſtrues illos, & non ædificábis eos.

Benedictus Dóminus, * quóniam exaudívit vocem deprecatiónis meæ.

Dóminus adjútor meus, & protector meus: * in ipſo ſperávit cor meum, & adjútus ſum.

Et reflóruit caro mea; * & ex voluntáte mea confitébor ei.

Dóminus fortitúdo plebis ſuæ, * & protector ſalvatiónum chriſti ſui eſt.

Salvum fac pópulum tuum, Dómine, & bénedic hereditáti tuæ; * & rege eos, & extolle illos uſque in æternum.

In Adv. Ant. Dñe, opus tuum in médio annórum vivífica illud. *Hab.* 3. 1.

Ant. 5. C. Recordáre, Dñe.

Per annum, Ant. In Deo ſperávit cor meum, & adjútus ſum; & ex voluntáte mea confitébor ei.

Ant. 7. d. Ad te, Dómine.

PSALMUS 29.

Poſt multa pericula, gratiarum actio: Reſurrectio Chriſti.

EXaltábo te, Dómine, quóniam ſuſcepiſti me, * nec delectaſti inimícos meos ſuper me.

Dómine Deus meus, clamávi ad te, * & ſanaſti me.

Dómine, eduxiſti ab inferno ánimam meam: * ſalvaſti me à deſcendéntibus in lacum.

Pſállite Dómino, ſancti ejus, * & confitémini memóriæ ſanctitátis ejus:

Quóniam ira in indignatióne ejus, * & vita in voluntáte ejus.

Ad véſperum demorábitur fletus, * & ad matutínum lætítia.

Ego autem dixi in abundántia mea: * Non movébor in æternum.

Dómine, in voluntáte tua * præſtitiſti decóri meo virtútem.

Avertiſti fáciem tuam à me, * & factus ſum conturbátus.

Ad te, Dómine, clamábo, * & ad Deum meum deprecábor.

Quæ utílitas in ſánguine meo, * dum deſcendo in corruptiónem?

Numquid confitébitur tibi pulvis, * aut annuntiábit veritátem tuam?

Audívit Dóminus, & miſertus eſt meî: * Dóminus factus eſt adjútor meus.

Convertiſti planctum meum in gáudium mihi: * conſcidiſti ſaccum meũ, & circumdediſti me lætítiâ;

Ut cantet tibi glória mea, & non compungar: * Dómine Deus meus, in æternum confitébor tibi.

In Adv. Ant. Recordáre, Dómine; ne írritum fácias fœdus tuum nobiſcum. *Jer.* 14. 20. 21.

Ant. 3. a. Dómine.

Per annum, Ant. Ad te, Dómine, clamábo, & ad Deum meum deprecábor.

Ant. 5. a. Veníte.

PSALMUS 65.

Deus laudandus adorandusque propter innumera ejus beneficia.

JUbiláte Deo, omnis terra, pſalmum dícite nómini ejus, * date glóriam laudi ejus.

Dícite Deo: Quàm terribília ſunt ópera tua, Dómine! * in multitúdine virtútis tuæ mentientur tibi inimíci tui.

Omnis terra adóret te, & pſallat tibi; * pſalmum dicat nómini tuo.

Veníte, & vidéte ópera Dei, * terríbilis in conſíliis ſuper fílios hóminũ,

Qui convertit mare in áridam; in flúmine pertransíbunt pede: * ibi lætábimur in ipſo,

Qui dominátur in virtúte ſua in æternum; óculi ejus ſuper gentes reſpíciunt; * qui exáſperant, non exaltentur in ſemetipſis.

Benedícite, gentes, Deum noſtrum; * & audítam fácite vocem laudis ejus,

Qui póſuit ánimam meam ad vitam, * & non dedit in commotiónem pedes meos.

Quóniam probaſti nos, Deus; * igne nos examinaſti, ſicut examinátur argentum.

Induxiſti nos in láqueum, poſuiſti tribulatiónes in dorſo noſtro; * impoſuiſti hómines ſuper cápita noſtra.

Transívimus per ignem & aquam; * & eduxiſti nos in refrigérium.

Introíbo in domum tuã in holocauſtis; * reddam tibi vota mea, quæ diſtinxérunt lábia mea.

Et locútum eſt os meum * in tribulatióne mea.

Holocauſta medulláta ófferam tibi cum incenſo aríetum; * ófferam tibi boves cum hircis.

Veníte, audíte, & narrábo, omnes qui timétis Deum, * quanta fecit ánimæ meæ.

Ad ipſum ore meo clamávi, * & exaltávi ſub lingua mea.

Iniquitátem ſi aſpexi in corde meo, * non exáudiet Dóminus.

Proptérea exaudívit Deus, * & attendit voci deprecatiónis meæ.

Benedictus Deus, * qui non amóvit oratiónem meam, & miſericórdiam ſuam à me.

In Adv. Ant. Dómine, pater noſter es tu; ecce réſpice, pópulus tuus omnes nos. *Iſ.* 64. 8. 9.

℣. Deus virtútum, oſtende fáciem tuam, ℟. Et ſalvi érimus. *Pſ.* 79. 8.

Per annum, Ant. Veníte, audíte, & narrábo quanta fecit ánimæ meæ.

℣. Deũ exquisívi mánibus meis nocte; ℟. Et non ſum deceptus. *Pſ.* 76. 3.

Pater noſter.

Poſt ultimum Reſponſorium dicitur Te Deum, *ſi dicendum ſit.*

TE Deum laudámus, * te Dóminum confitémur.

Te ætermum Patrem * omnis terra venerátur.

Tibi omnes Angeli, * tibi cœli, & univerſæ poteſtátes;

Tibi Chérubim & Séraphim * inceſsábili voce proclámant:

Sanctus,
Sanctus,
Sanctus,
Dñs Deus Sábaoth.

Pleni ſunt cœli & terra * majeſtátis glóriæ tuæ.

Te glorióſus * Apoſtolórum chorus,

Te Prophetárum * laudábilis númerus,

Te Mártyrum candidátus * laudat exércitus.

Te per orbem terrárum * ſancta confitétur Eccléſia,

Patrem * immenſæ majeſtátis:

Venerandum tuum verum, * & únicum Fílium,

Sanctum quoque * paraclétum Spíritum.

Tu Rex glóriæ,* Chriſte:

Tu Patris * ſempiternus es Fílius:

Tu, ad liberandum ſuſceptúrus hóminem, * non horruiſti Vírginis úterum:

Tu, devictò mortis acúleo, * aperuiſti credéntibus regna cœlórum:

Tu ad déxteram Dei ſedes, * in glória Patris.

Judex créderis * eſſe ventúrus.

Te ergo, quæſumus, fámulis tuis ſúbveni, * quos pretióſo ſánguine redemiſti.

Æternâ fac * cum ſanctis tuis in glóriâ numerári.

Salvum fac pópulum tuum, Dómine, * & bénedic hereditáti tuæ.

Et rege eos, * & extolle illos uſque in æternum.

Per ſíngulos dies * benedícimus te;

Et laudámus nomen tuum in séculum, * & in séculum séculi.

Dignáre, Dómine, die iſto * ſine peccáto nos cuſtodíre.

Miſerére noſtrî, Dómine, * miſerére noſtrî.

Fiat miſericórdia tua, Dómine, ſuper nos, * quemádmodum ſperávimus in te.

In te, Dómine, ſperávi; * non confundar in æternum.

Si non continuò ſequantur Laudes, hîc dicitur: Dóminus vobiſcum, ℟. Et cum ſpíritu tuo. Orémus. *deinde Oratio propria, cum integra concluſione. Et tunc ante Laudes dicitur ſecretò* Pater *&* Ave.

AD LAUDES.

℣. *Sacerd.* Anima mea exultábit in Dómino; ℟. Et delectábitur ſuper ſalutári ſuo. *Pſ.* 34. 9.

DEus, in adjutórium meū intende: ℟. Dómine, ad adjuvandum me feſtína. *Pſ.* 69. 2. Glória.

Ant. 8. G. Deus.

PSALMUS 62.

Eccleſiæ ſolatium, in deſerto hujus ſeculi.

DEus, Deus meus, * ad te de luce vígilo.

Sitívit in te ánima mea: * quàm multiplíciter tibi caro mea.

In terra deſerta, & ínvia, & inaquóſa, ſic in ſancto appárui tibi, * ut vidérem virtútem tuam & glóriam tuam.

Quóniam mélior eſt miſericórdia tua ſuper vitas: * lábia mea laudábunt te.

Sic benedícam te in vita mea, * & in nómine tuo levábo manus meas.

Sicut ádipe & pinguédine repleátur ánima mea, * & lábiis exultatiónis laudábit os meum.

Si memor fui tuî ſuper

ſtratum meum, in matutínis meditábor in te, * quia fuiſti adjútor meus;

Et in velamento alárum tuárum exultábo: adhæſit ánima mea poſt te: * me ſuſcépit déxtera tua.

Ipſi verò in vanum quæſiérunt ánimam meam; introíbunt in inferióra terræ, * tradentur in manus gládii, partes vúlpium erunt.

Rex verò lætábitur in Deo; laudabuntur omnes qui jurant in eo: * quia obſtructum eſt os loquéntium iníqua.

Ant. Deus, Deus meus, ad te de luce vígilo: ſitívit in te ánima mea.

Ant. 1. a. Exultent.

PSALMUS 69.

Juſtus ſibi opem precatur.

DEus, in adjutórium meum intende: * Dómine, ad adjuvandum me feſtína.

Confundantur, & revereantur, * qui quærunt ánimam meam.

Avertantur retrorſùm, & erubeſcant, * qui volunt mihi mala.

Avertantur ſtatim erubeſcentes, * qui dicunt mihi: Euge, euge.

Exultent & lætentur in te omnes qui quærunt te; * & dicant ſemper: Magnificétur Dóminus, qui díligunt ſalutáre tuum.

Ego verò egénus & pauper ſum; * Deus, ádjuva me.

Adjútor meus & liberátor meus es tu; * Dómine, ne moréris.

Ant. Exultent & lætentur in te, qui díligunt ſalutáre tuum, Dómine.

Ant. 5. C. Ipſe.

PSALMUS 99.

Ad Dei laudes & cultum adhortatio.

JUbiláte Deo, omnis terra: * ſervíte Dómino in lætítia.

Introíte in conſpectu ejus * in exultatióne.

Scitóte quóniam Dóminus ipſe eſt Deus; * ipſe fecit nos, & non ipſi nos.

Pópulus ejus, & oves páſcuæ ejus, introíte portas ejus in confeſſióne; átria ejus in hymnis: * confitémini illi.

Laudáte nomen ejus; quóniam ſuávis eſt Dóminus, in æternum miſericórdia ejus, * & uſque in generatiónem & generatiónem véritas ejus.

Ant. Ipſe fecit nos, & non ipſi nos.

Ant. 4. E. Benedictus es.

Cantic. trium puerorum. Dan. 3.

BEnedícite, ómnia ópera Dómini, Dómino: * laudáte & ſuperexaltáte eum in ſécula.

Benedícite, Angeli Dómini, Dómino: * benedícite, cœli, Dómino.

Benedícite, aquæ omnes quæ ſuper cœlos ſunt, Dómino: * benedícite, omnes virtútes Dómini, Dómino.

Benedícite, ſol & luna, Dómino; * benedícite, ſtellæ cœli, Dómino.

Benedícite, omnis imber & ros, Dómino: * benedícite, omnes ſpíritus Dei, Dómino.

Benedícite, ignis & æſtus, Dómino: * benedícite, frigus & æſtus, Dómino.

Benedícite, rores & pruína, Dómino: * benedícite, gelu & frigus, Dómino.

Benedícite, glácies & nives, Dómino: * benedícite, noctes & dies, Dómino.

Benedícite, lux & ténebræ, Dómino: * benedícite, fúlgura & nubes, Dómino.

Benedícat terra Dóminum; * laudet & ſuperexaltet eum in ſécula.

Benedícite, montes & colles, Dómino: * benedícite, univerſa germinántia in terra, Dómino.

Benedícite, fontes, Dómino: * benedícite, mária & flúmina, Dómino.

Benedícite, cete & ómnia quæ moventur in aquis, Dómino: * benedícite, omnes vólucres cœli, Dómino.

Benedícite, omnes béſtiæ & pécora, Dómino: * benedícite, filii hóminum, Dómino.

Benedícat Iſrael Dóminum; * laudet & ſuperexaltet eum in ſécula.

Benedícite, ſacerdótes Dómini, Dómino: * benedícite, ſervi Dómini, Dómino.

Benedícite, ſpíritus & ánimæ juſtórum, Dómino; * benedícite, ſancti & húmiles corde, Dño.

Benedícite, Anánia, Azária, Míſael, Dómino; * laudáte & ſuperexaltáte eum in ſécula.

Hic, loco Glória Patri, *dicitur:*

Benedicámus Patrem, & Fílium, cum ſancto Spíritu; * laudémus & ſuperexaltémus eum in ſécula.

Benedictus es, Dómine, in firmamento cœli; * & laudábilis, & glorióſus, & ſuperexaltátus in ſécula.

Ant. Benedictus es, Dómine, in throno regni tui, & ſuperlaudábilis, & ſuperexaltátus in ſécula.

Ant. 7. d. Hymnus.

PSALMUS 148.

Omnium creaturarum ad Deum laudandum invitatio.

LAudáte Dóminum de cœlis: * laudáte eum in excelſis.

Laudáte eum, omnes

Angeli ejus : * laudáte eum, omnes virtútes ejus.

Laudáte eum, ſol & luna : * laudáte eum, omnes ſtellæ & lumen.

Laudáte eum, cœli cœlórum ; * & aquæ omnes quæ ſuper cœlos ſunt, laudent nomen Dómini ;

Quia ipſe dixit, & facta ſunt ; * ipſe mandávit, & creáta ſunt.

Státuit ea in æternum, & in ſéculum ſéculi : * præceptum póſuit, & non præteríbit.

Laudáte Dóminum, de terra : * dracónes, & omnes abyſſi ;

Ignis, grando, nix, glácies, ſpíritus procellárum, * quæ fáciunt verbum ejus ;

Montes, & omnes colles, * ligna fructífera, & omnes cedri :

Béſtiæ, & univerſa pécora, * ſerpentes, & vólucres pennátæ :

Reges terræ, & omnes pópuli ; * príncipes, & omnes júdices terræ :

Júvenes & vírgines, ſenes cum junióribus, laudent nomen Dómini : * quia exaltátum eſt nomen ejus ſolíus.

Conféſſio ejus ſuper cœlum & terram : * & exaltávit cornu pópuli ſui.

Hymnus ómnibus ſanctis ejus, * filiis Iſrael, pópulo appropinquanti ſibi.

Ant. Hymnus ómnibus ſanctis ejus, filiis Iſraël ; pópulo appropinquanti ſibi.

Capitulum. Deut. 6. 4. 7.

Audi, Iſrael: Dñs Deus noſter, Dñs unus eſt : Díliges Dñm Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota ánima tua, & ex tota fortitúdine tua ; eruntque verba hæc in corde tuo : & meditáberis in eis ſedens in domo tua, & ámbulans in itínere, dórmiens atque conſurgens.

℟. Deo grátias.

Sic reſpondetur in fine omnium Capitulorum.

Hymnus.

Authoris in laudem ſui
Natúra tota pérſonet ;
Hunc terra, pontus, ſídera,
Suis canant præcóniis.

Te, Chriſte, laudet fúneris
Homo ſolútus vínculis,
Sibíque plaudat ſúrgere
Quo te triumpho ſúſcitas.

Laus par decet te, Spíritus,
Qui legis author ígneæ,
Puris quieſcis córdibus,
Lucens & ardens íncola.

In filiis quos & ſinu
Almo foves & grátiâ,
Paſcente corda flámine
Quantos amóres éxcitas!

O jure qui tuo, Deus,
Hanc víndicas diem tibi,
Lucis ſacræ fac síngula
Momenta fervor ímpleat.

TU, *quos* ſacráſti, Chá-
ritas,
Aquis, amóre cónſecra:
Sic númini nos, áltero
Partu, redóna filios.
QUI nos creávit, laus
Patri;
Laus, qui redémit, Filio;
Qui charitáte nos foves,
Sit par tibi laus, Spíritus.
Amen.
℣. Manè aſtábo tibi,
Dñe, & vidébo; ℟. Quóniam non Deus volens
iniquitátem tu es. *Pſ.* 5. 5.
Antiph. ut in Proprio.
Cantic. Zachariæ. Luc. 1.
BEnedictus Dñs Deus Iſrael, * quia viſitávit, & fecit redemptiónem plebis ſuæ.
Et erexit cornu ſalútis nobis, * in domo David púeri ſui.
Sicut locútus eſt per os ſanctórum, * qui à ſéculo ſunt, Prophetárum ejus,
Salútem ex inimícis noſtris, * & de manu ómnium qui odérunt nos:
Ad faciendam miſericórdiam cum pátribus noſtris, * & memorári teſtamenti ſui ſancti:
Jusjurandum quod jurávit ad Abraham patrem noſtrũ, * datúrum ſe nobis;
Ut ſine timóre, de manu inimicórum noſtrórum liberáti, * serviámus illi,
In ſanctitáte & juſtítia coram ipſo, * ómnibus diébus noſtris.
Et tu, puer, Prophéta Altíſſimi vocáberis: * præíbis enim ante fáciem Dómini paráre vias ejus,
Ad dandam ſciéntiam ſalútis plebi ejus, * in remiſſiónem peccatórum eórũ;
Per víſcera miſericórdiæ Dei noſtri, * in quibus viſitávit nos Oriens ex alto,
Illumináre his qui in ténebris & in umbra mortis ſedent, * ad dirigendos pedes noſtros in viam pacis.
Glória Patri.
Ant. & Oratio, ut in Proprio; poſteà dicitur:
Dóminus vobiſcum,
℟. Et cum ſpíritu tuo.
℣. Benedicámus Dómino. ℟. Deo grátias.
Fit commemoratio de ſemiduplici aut ſimplici, ſi occurrat.
Deinde de Beata.
Ant. Beáta Dei génitrix María, Virgo perpétua, templum Dómini, ſacrárium Spíritûs ſancti, ſola ſine exémplo placuiſti Dómino noſtro Jeſu Chriſto.
℣. Elégit eam Dóminus, ℟. In habitatiónem ſibi. *Pſ.* 131. 13.
Orémus.
PRótege, Dómine, fámulos tuos ſubsídiis pacis; & Beátæ Maríæ ſemper vírginis patrocíniis confidentes, à cunctis

hóſtibus & perículis redde ſecúros; Per Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum Fílium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitáte Spíritûs ſancti Deus, per ómnia ſécula ſeculórum. ℟. Amen.

Sic terminatur Oratio prima & ultima.

Ubi Sáncta Maria non eſt Patrona, fit de Patrono Eccleſiæ titulari commemoratio per Ant. ℣. & Orationem.

Deinde repetitur Dóminus vobiſcum, &c. *&* Benedicámus, &c.

In Dominicis occurrentibus extra octavas à die Circumciſionis ad feſtum Purificationis, fit commemoratio ſequens, non de Patrono.

Ant. Péperit María Fílium ſuum primogénitum, & vocávit nomen ejus Jeſum. *Matth.* 1. 25.

℣. Poſt partum virgo invioláta permanſiſti;

℟. Dei Génitrix, intercéde pro nobis.

Orémus.

BEáta témpora celebrantes, quæ per temporálem Unigéniti tui incarnatiónem, & partum Maríæ ſemper vírginis conſecraſti; quæſumus, Dómine, ut ejuſdem Dei Genitrícis interceſſióne, & in illo renaſci, & tanti myſtérii fructum júgiter in nobis conſerváre mereámur; Per eumdem Dóminum, &c.

Poſt quamlibet Horam, ſi aliud Officium non ſequatur, dicitur ſecretò: Fidélium ánimæ per miſericórdiam Dei requieſcant in pace. Amen.

Deinde Pater noſter.

AD PRIMAM.

℣. Deus, in adjutórium.

Hymnus.

JAm lucis orto ſídere,
Deum precémur ſúpplices,
Præſens benigno númine,
Noſtros ut actus dírigat.

Nil lingua peccet, nil manus;
Nil mens ináne cógitet;
In ore ſimplex véritas,
In corde regnet cháritas.

Incœpta dùm fluet dies,
O Chriſte, ſis cuſtos vigil:
Da mente ſcire quod doces,
Da corde, quod jubes, ſequi.

Tu ſpes ſalútis, áctuum
Tu finis & primórdium:
Te, proſequámur, áuſpice,
Quæ, te favente, cœpimus.

Qui nos creávit, laus Patri;
Laus, qui redémit, Fílio;
Qui charitáte nos foves,
Sit par tibi laus, Spíritus.
Amen.

Ant. 7. *d.* In toto corde.

PSALMUS 117.

Gratias agit Eccleſia, quòd poſt tot rerum diſcrimina, ſalutem & Chriſtum ſit conſecuta.

CONfitémini Dómino, quóniam bonus: * quóniam in ſéculum miſericórdia ejus.

Dicat nunc Iſrael, quóniam bonus, * quóniam in ſéculum miſericórdia ejus.

Dicat nunc domus Aaron, * quóniam in ſéculum miſericórdia ejus.

Dicant nunc qui timent Dóminum, * quóniam in ſéculum miſericórdia ejus.

De tribulatióne invocávi Dóminum, * & exaudívit me in latitúdine Dóminus.

Dóminus mihi adjútor: * non timébo quid fáciat mihi homo.

Dóminus mihi adjútor: * & ego deſpíciam inimícos meos.

Bonum eſt confídere in Dómino, * quàm confídere in hómine.

Bonum eſt ſperáre in Dómino, * quàm ſperáre in princípibus.

Omnes gentes circuiérunt me; * & in nómine Dñi quia ultus ſum in eos.

Circumdantes circumdedérunt me; * & in nómine Dómini quia ultus ſum in eos.

Circumdedérunt me ſicut apes, & exarſérunt ſicut ignis in ſpinis; * & in nómine Dómini quia ultus ſum in eos.

Impulſus, everſus ſum ut cáderem, * & Dóminus ſuſcépit me.

Fortitúdo mea, & laus mea Dóminus, * & factus eſt mihi in ſalútem.

Vox exultatiónis & ſalútis * in tabernáculis juſtórum.

Déxtera Dómini fecit virtútem, déxtera Dómini exaltávit me, * déxtera Dómini fecit virtútem.

Non móriar, ſed vivam; * & narrábo ópera Dñi.

Caſtígans caſtigávit me Dóminus: * & morti non trádidit me.

Aperíte mihi portas juſtítiæ, ingreſſus in eas, confitébor Dómino; * hæc porta Dómini, juſti intrábunt in eam.

Confitébor tibi, quóniam exaudiſti me, * & factus es mihi in ſalútem.

Lápidem quem reprobavérunt ædificantes, * hic factus eſt in caput ánguli.

A Dómino factum eſt iſtud, * & eſt mirábile in óculis noſtris.

Hæc eſt dies quam fecit Dóminus: * exultémus & lætémur in ea.

O Dómine, ſalvum me fac; ô Dómine, bene proſperáre: * benedictus

qui venit in nómine Dómini.

Benedíximus vobis de domo Dómini : * Deus Dóminus, & illuxit nobis.

Conſtitúite diem ſolemnem in condenſis, * uſque ad cornu altáris.

Deus meus es tu, & confitébor tibi ; * Deus meus es tu, & exaltábo te.

Confitébor tibi, quóniam exaudiſti me, * & factus es mihi in ſalutem.

Confitémini Dómino, quóniam bonus, * quóniam in séculum miſericórdia ejus.

PSALMUS 118.

Mandata Dei menti ſemper obverſanda.

BEáti immaculáti in via, * qui ámbulant in lege Dómini.

Beáti qui ſcrutantur teſtimónia ejus, * in toto corde exquírunt eum.

Non enim qui operantur iniquitátem, * in viis ejus ambulavérunt.

Tu mandaſti * mandáta tua cuſtodíri nimis.

Utinam dirigantur viæ meæ * ad cuſtodiendas juſtificatiónes tuas !

Tunc non confundar, * cùm perſpéxero in ómnibus mandátis tuis.

Confitébor tibi in directióne cordis ; * in eo quòd dídici judícia juſtítiæ tuæ.

Juſtificatiónes tuas cuſtódiam ; * non me derelinquas uſquequáque.

In quo córrigit adoleſcéntior viam ſuam? * in cuſtodiendo ſermónes tuos.

In toto corde meo exquisívi te : * ne repellas me à mandátis tuis.

In corde meo abſcondi elóquia tua, * ut non peccem tibi.

Benedictus es, Dómine : * doce me juſtificatiónes tuas.

In lábiis meis * pronuntiávi ómnia judícia oris tui.

In via teſtimoniórum tuórum delectátus ſum, * ſicut in ómnibus divítiis.

In mandátis tuis exercébor, * & conſiderábo vias tuas.

In juſtificatiónibus tuis meditábor ; * non obliviſcar ſermónes tuos.

Diviſio Pſalmi 118.

REtríbue ſervo tuo ; vivífica me ; * & cuſtódiam ſermónes tuos.

Revéla óculos meos, * & conſiderábo mirabília de lege tua.

Incola ego ſum in terra, * non abſcondas à me mandáta tua.

Concupívit ánima mea deſideráre juſtificatiónes tuas * in omni témpore.

Increpaſti ſuperbos : * maledícti qui declínant à mandátis tuis.

Aufer à me oppróbrium

& contemptum ; * quia teſtimónia tua exquiſívi.

Etenim ſedérunt príncipes, & adversùm me loquebantur : * ſervus autem tuus exercebátur in juſtificatiónibus tuis.

Nam & teſtimónia tua meditátio mea eſt, * & consílium meum juſtificatiónes tuæ.

Adhæſit pavimento ánima mea, * vivífica me ſecundùm verbum tuum.

Vias meas enuntiávi, & exaudiſti me : * doce me juſtificatiónes tuas.

Viam juſtificatiónum tuárum ínſtrue me : * & exercébor in mirabílibus tuis.

Dormitávit ánima mea præ tædio : * confirma me in verbis tuis.

Viam iniquitátis ámove à me, * & de lege tua miſerére meî.

Viam veritátis elégi,* judícia tua non ſum oblítus.

Adhæſi teſtimóniis tuis, Dómine : * noli me confúndere.

Viam mandatórum tuórum cucurri, * cùm dilataſti cor meum.

In feſto SS. Trinitatis, & in omnibus Dominicis, niſi aliter notetur, dicitur Symbolum ſequens.

QUicumque vult ſalvus eſſe, * ante ómnia opus eſt ut téneat cathólicam fidem :

Quam niſi quiſque íntegram inviolátamque ſervàverit, * abſque dúbio in æternum períbit.

Fides autem cathólica hæc eſt, * ut unum Deum in Trinitáte, & Trinitátem in Unitáte venerémur ;

Neque confundentes perſónas, * neque ſubſtántiam ſeparantes.

Alia eſt enim perſóna Patris, ália Fílij, * ália Spíritûs ſancti.

Sed Patris, & Fílii, & Spíritûs ſancti una eſt divínitas, * æquális glória, coæterna majeſtas.

Qualis Pater, talis Fílius, * talis Spíritus ſanctus.

Increátus Pater, increátus Fílius, * increátus Spíritus ſanctus.

Immenſus Pater, immenſus Fílius,* immenſus Spíritus ſanctus.

Æternus Pater, æternus Fílius, * æternus Spíritus ſanctus.

Et tamen non tres æterni, * ſed unus æternus.

Sicut non tres increáti, nec tres immenſi, * ſed unus increátus, & unus immenſus.

Simíliter omnípotens Pater, omnípotens Fílius, * omnípotens Spíritus ſanctus ;

Et tamen non tres omnipotentes, * ſed unus omnípotens.

Ita Deus Pater, Deus Fílius, * Deus Spíritus ſanctus;

Et tamen non tres dii, * ſed unus eſt Deus.

Ita Dóminus Pater, Dóminus Fílius, * Dóminus Spíritus ſanctus;

Et tamen non tres dómini, * ſed unus eſt Dóminus.

Quia ſicut ſingillátim unamquamque perſónam, Deum ac Dóminum confitéri chriſtiánâ veritáte compéllimur: * ita tres deos aut dóminos dícere cathólicâ religióne prohibémur.

Pater à nullo eſt factus, * nec creátus, nec génitus.

Fílius à Patre ſolo eſt, * non factus, nec creátus, ſed génitus.

Spíritus ſanctus à Patre & Fílio, * non factus, nec creátus, nec génitus, ſed procédens.

Unus ergo Pater, non tres patres: unus Fílius, non tres fílii: * unus Spíritus ſanctus, non tres ſpíritus ſancti.

Et in hac Trinitáte nihil prius aut poſtérius, nihil majus aut minus; * ſed totæ tres perſónæ coætérnæ ſibi ſunt & coæquáles.

Ita ut per ómnia, ſicut jam ſuprà dictum eſt, * & Unitas in Trinitáte, & Trínitas in Unitáte veneranda ſit.

Qui vult ergo ſalvus eſſe, * ita de Trinitáte ſéntiat.

Sed neceſſárium eſt ad æternam ſalútem, * ut Incarnatiónem quoque Dómini noſtri Jeſu Chriſti fidéliter credat.

Eſt ergo fides recta, ut credámus & confiteámur, * quia Dóminus noſter Jeſus Chriſtus Dei Fílius, Deus & homo eſt.

Deus eſt ex ſubſtántia Patris ante ſécula génitus, * & homo eſt ex ſubſtántia matris in ſéculo natus.

Perfectus Deus, perfectus homo; * ex ánima rationáli, & humánâ carne ſubſiſtens.

Æquális Patri ſecundùm divinitátem, * minor Patre ſecundùm humanitátem.

Qui licet Deus ſit & homo, * non duo tamen, ſed unus eſt Chriſtus.

Unus autem non converſióne divinitátis in carnem, * ſed aſſumptióne humanitátis in Deum.

Unus omnínò non confuſióne ſubſtántiæ, * ſed unitáte perſónæ.

Nam ſicut ánima rationális & caro, unus eſt homo; * ita Deus & homo unus eſt Chriſtus,

Qui paſſus eſt pro ſalúte noſtra, deſcendit ad ínferos, * tértiâ die reſurrexit à mórtuis:

Aſcendit ad cœlos, ſedet ad déxteram Dei Patris omnipotentis; * inde ventúrus eſt judicáre vivos & mórtuos:

Ad cujus adventum omnes hómines reſúrgere habent cum corpóribus ſuis; * & redditúri ſunt de factis própriis ratiónem:

Et qui bona egérunt, ibunt in vitam æternam; * qui verò mala, in ignem æternum.

Hæc eſt fides cathólica; * quam niſi quiſque fidéliter firmiterque credíderit, ſalvus eſſe non póterit.

Ant. In toto corde meo exquisívi te, Dómine: doce me juſtificatiónes tuas. *Pſ.* 118. 10. 12.

Capitulum. Epheſ. 5. 8. 10.

ERátis aliquandò ténebræ; nunc autem lux in Dómino. Ut fílii lucis ambuláte; fructus enim lucis eſt in omni bonitáte, & juſtítia, & veritáte: probantes quid ſit beneplácitum Deo.

℟. *breve.* Chriſte, Fili Dei vivi, * Miſerére nobis. *Repet.* Chriſte, Fili Dei vivi, * Miſerére nobis.

℣. Qui ſedes ad déxteram Patris, [*Hic verſus quandoque mutandus eſt, ut notatur in Proprio.*] * Miſerére nobis. Glória Patri, & Fílio, & Spirítui ſancto. *Repet.* Chriſte, Fili Dei vivi, * Miſerére nobis. *Matth.* 16. 16. *Tob.* 8. 10. *Hebr.* 1. 3.

℣. Exurge, Dómine, ádjuva nos; ℟. Et rédime nos propter nomen tuum. *Pſ.* 43. 26.

℣. Dóminus vobiſcum. ℟. Et cum ſpíritu tuo.

Orémus.

DOmine Deus omnípotens, qui ad princípium hujus diéi nos perveníre feciſti, tuâ nos hódie ſalva virtúte; ut ad nullum declinémus peccátum, ſed ſemper ad tuam juſtítiam faciendam noſtra procédant elóquia, dirigantur cogitatiónes & ópera; Per Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum Fílium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitáte Spíritûs ſancti Deus, &c.

℟. Amen.

℣. Dóminus vobiſcum. ℟. Et cum ſpíritu tuo.

℣. Benedicámus Dñō. ℟. Deo grátias.

AD OFFIC. CAPITULI.

Primò fit lectio Martyrologii, in cujus fine nihil reſpondetur, ſed ſtatim Hebdomadarius dicit:

℣. Pretióſa in conſpectu Dómini, ℟. Mors ſanctórum ejus. *Pſ.* 115. 6.

SAncta María, & omnes ſancti intercédant pro nobis ad Dóminum; ut nos mereámur ab eo adjuvári & ſalvári, qui

vivit & regnat in ſécula ſeculórum. ℟. Amen.

℣. Deus, in adjutórium meum intende : ℟. Dómine , ad adjuvandum me feſtína. *Pſ. 69. 2.*

℣. Deus , in adjutórium meum intende : ℟.Dñe,ad adjuvandum me feſtína.

℣. Deus, in adjutórium meum intende : ℟. Dómine , ad adjuvandum me feſtína. Glória Patri , & Fílio , & Spirítui ſancto : Sicut erat in princípio , & nunc , & ſemper , & in ſécula ſeculórum. Amen. Kyrie , eléiſon. Chriſte , eléiſon. Kyrie , eléiſon. *Secretò* , Pater. *Altâ voce,* ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem ; ℟. Sed líbera nos à malo.

℣. Réſpice in ſervos tuos , Dómine , & in ópera tua ; & dírige fílios eórum : ℟. Et ſit ſplendor Dómini Dei noſtri ſuper nos ; & ópera mánuum noſtrárum dírige ſuper nos , & opus mánuum noſtrárũ dírige. *Pſ.89.16.17.* Glória Patri.

Orémus.

DIrígere & ſanctificáre , régere & gubernáre dignáre , Dómine Deus , Rex cœli & terræ , hódie corda & córpora noſtra , ſenſus , ſermónes & actus noſtros , in lege tua , & in opéribus mandatórum tuórum ; ut hìc , & in æternum , te auxiliante , ſalvi & líberi eſſe mereámur , Salvátor mundi ; Qui vivis & regnas in ſécula ſeculórum.

℟. Amen.

Lector , Jube , domne , benedícere. *Bened.* Det Dóminus leges ſuas in mentem noſtram , & in corde noſtro ſuperſcríbat eas. ℟. Amen. *Hebr.* 8.10.

Tunc fit lectio Canonis qui pro ſingulis diebus habetur ſuo loco , in cujus fine dicitur : Tu autem , Dómine , miſerére noſtrî.

℟. Deo grátias.

Poſt Lectionem , Hebdomadarius dicit : Adjutórium noſtrum in nómine Dómini , ℟. Qui fecit cœlum & terram. *Pſ.* 123. 8.

Submiſſiori voce dicit : Benedícite. *Lector versùs ad eum* : Deus. *Hebdomadarius :* Dñs nos benedícat,& ab omni malo defendat , & perdúcat ad vitam æternam. *Lector.* Amen.

Secretò. Et fidélium ánimæ per miſericórdiam Dei requieſcant in pace.

℟. Amen.

AD TERTIAM.

℣. Deus , in adjutórium.

Hymnus.

O Fons amóris , Spíritus ,
O dulce lumen méntium ;
Sacras refúſus íntimis
Accende flammas córdibus.

QUI cháritas & vínculũ,
Cum Patre nectis Fílium,
Et *nos* amóris mútui
Fac ſancta jungant vín-
cula.

QUI nos creávit, laus
Patri;
Laus, qui redémit, Fílio;
Qui charitáte nos foves,
Sit par tibi laus, Spíritus.
Amen.

Ant. 6. C. Da mihi.

EX PSALMO 118.

Vitia per legem fugienda.

LEgem pone mihi, Dómine, viam juſtificatiónum tuárum, * & exquíram eam ſemper.

Da mihi intellectum, & ſcrutábor legem tuam; * & cuſtódiam illam in toto corde meo.

Deduc me in ſémitam mandatórum tuórum, * quia ipſam vólui.

Inclína cor meum in teſtimónia tua, * & non in avarítiam.

Averte óculos meos ne vídeant vanitátem: * in via tua vivífica me.

Státue ſervo tuo elóquium tuum * in timóre tuo.

Amputa oppróbrium meum quod ſuſpicátus ſum, * quia judícia tua jucunda.

Ecce concupívi mandáta tua: * in æquitáte tua vivífica me.

Et véniat ſuper me miſericórdia tua, Dómine, * ſalutáre tuum ſecundùm elóquium tuum.

Et reſpondébo exprobrántibus mihi verbum, * quia ſperávi in ſermónibus tuis.

Et ne áuferas de ore meo verbum veritátis uſquequáque, * quia in judíciis tuis ſuperſperávi.

Et cuſtódiam legem tuã ſemper, * in ſéculum, & in ſeculum ſéculi.

Et ambulábam in latitúdine, * quia mandáta tua exquisívi.

Et loquébar de teſtimóniis tuis in conſpectu regum, * & non confundébar.

Et meditábar in mandátis tuis, * quæ diléxi.

Et levávi manus meas ad mandáta tua quæ diléxi, * & exercébar in juſtificatiónibus tuis.

Diviſio Pſalmi 118.

Habenda legis divinæ memoria.

MEmor eſto verbi tui ſervo tuo, * in quo mihi ſpem dediſti.

Hæc me conſoláta eſt in humilitáte mea, * quia elóquium tuum vivificávit me.

Superbi iníquè agébant uſquequáque; * à lege autem tua non declinávi.

Memor fui judiciórum tuórum à ſéculo, Dómine; * & conſolátus ſum.

Defectio ténuit me *,

pro peccatóribus derelinquéntibus legem tuam.

Cantábiles mihi erant juſtificatiónes tuæ, * in loco peregrinatiónis meæ.

Memor fui nocte nóminis tui, Dómine; * & cuſtodívi legem tuam.

Hæc facta eſt mihi, * quia juſtificatiónes tuas exquisívi.

Pórtio mea, Dómine: * dixi cuſtodíre legem tuã.

Deprecátus ſum fáciem tuam in toto corde meo; * miſerére meî ſecundùm elóquium tuum.

Cogitávi vias meas, * & converti pedes meos in teſtimónia tua.

Parátus ſum, & non ſum turbátus, * ut cuſtódiam mandáta tua.

Funes peccatórum circumplexi ſunt me; * & legem tuã non ſum oblítus.

Médiâ nocte ſurgébam ad confitendum tibi * ſuper judícia juſtificatiónis tuæ.

Párticeps ego ſum ómnium timéntium te, * & cuſtodiéntium mandáta tua.

Miſericórdiâ tuâ, Dómine, plena eſt terra; * juſtificatiónes tuas doce me.

Diviſio Pſalmi 118.

Dei benignitas.

BOnitátem feciſti cum ſervo tuo, Dómine, * ſecundùm verbum tuum.

Bonitátem, & diſciplínam, & ſciéntiam doce me; * quia mandátis tuis crédidi.

Priuſquam humiliárer, ego delíqui; * proptérea elóquium tuum cuſtodívi.

Bonus es tu; * & in bonitáte tua doce me juſtificatiónes tuas.

Multiplicáta eſt ſuper me iníquitas ſuperbórum; * ego autem in toto corde meo ſcrutábor mandáta tua.

Coagulátum eſt ſicut lac cor eórum: * ego verò legem tuã meditátus ſum.

Bonum mihi quia humiliaſti me, * ut diſcam juſtificatiónes tuas.

Bonum mihi lex oris tui, * ſuper míllia auri & argenti.

Manus tuæ fecérunt me, & plaſmavérunt me: * da mihi intellectum, & diſcam mandáta tua.

Qui timent te, vidébunt me, & lætabuntur, * quia in verba tua ſuperſperávi.

Cognóvi, Dómine, quia æquitas judícia tua, * & in veritáte tua humiliaſti me.

Fiat miſericórdia tua ut conſolétur me, * ſecundùm elóquium tuum ſervo tuo.

Véniant mihi miſeratiónes tuæ, & vivam; * quia lex tua meditátio mea eſt.

Confundantur ſuperbi, quia injuſtè iniquitátem fecérunt

ſecérunt *in* me: * ego autem exercébor in mandátis tuis.

Convertantur mihi timentes te, * & qui novérunt teſtimónia tua.

Fiat cor meum immaculátum in juſtificatiónibus tuis, * ut non confundar.

Ant. Da mihi intellectum, & ſcrutábor legem tuam, Dómine.

Capitulum. 1. Joan. 2. 3. 5.

IN hoc ſcimus quóniam cognóvimus Deum, ſi mandáta ejus obſervémus. Qui dicit ſe noſſe eum, & mandáta ejus non cuſtódit, mendax eſt, & in hoc véritas non eſt: qui autem ſervat verbum ejus, verè in hoc cháritas Dei perfecta eſt.

℟. *brev.* Inclína cor meum, Deus, * In teſtimónia tua. Inclína. ℣. Averte óculos meos ne vídeant vanitátem: in via tua vivífica me, * In teſtimónia tua. Glória Patri. Inclína.

℣. Deduc me in ſémitam mandatórum tuórum: ℟. Quia ipſam vólui.

Oratio conveniens.

AD SEXTAM.

℣. Deus, in adjutórium.

Hymnus.

JAM ſolis áureum jubar
Pleno coruſcat lúmine:
O vera, Chriſte, cláritas,
Noſtris refulge ſénſibus.

O DUX ſalútis & via!
O vita, quos doces, rege;
Et quos regis, da cónſequi
Vitæ perennis gáudia.

QUI nos creávit, laus Patri;
Laus, qui redémit, Fílio;
Qui charitáte nos foves,
Sit par tibi laus, Spíritus.
Amen.

Ant. 2. D. Inclinávi.

EX PSALMO 118.

De ſincera divinæ legis veritate.

DEfécit in ſalutáre tuum ánima mea, * & in verbum tuũ ſuperſperávi.

Defecérunt óculi meî in elóquium tuum, * dicentes, Quando conſoláberis me?

Quia factus ſum ſicut uter in pruína: * juſtificatiónes tuas non ſum oblítus.

Quot ſunt dies ſervi tui? * quando fácies de perſequéntibus me judícium?

Narravérunt mihi iníqui fabulatiónes, * ſed non ut lex tua.

Omnia mandáta tua véritas: * iníquè perſecúti ſunt me, ádjuva me.

Paulò minùs conſummavérunt me in terra: * ego autem non derelíqui mandáta tua.

Secundùm miſericórdiam tuam vivífica me, * & cuſtódiam teſtimónia oris tui.

In æternum, Dómine, * verbum tuum pérmanet in cœlo.

In generatiónem & generatiónem véritas tua: * fundaſti terram, & pérmanet.

Ordinatióne tuâ perſevérat dies, * quóniam ómnia ſérviunt tibi.

Niſi quòd lex tua meditátio mea eſt, * tunc fortè periiſſem in humilitáte mea.

In æternum non oblivíſcar juſtificatiónes tuas, * quia in ipſis vivificaſti me.

Tuus ſum ego, ſalvum me fac, * quóniam juſtificatiónes tuas exquiſívi.

Me expectavérunt peccatóres ut pérderent me: * teſtimónia tua intellexi.

Omnis conſummatiónis vidi finem; * latum mandátum tuum nimis.

Diviſio Pſalmi 118.

QUómodo dilexi legem tuam, Dómine! * totâ die meditátio mea eſt.

Super inimícos meos prudentem me feciſti mandáto tuo, * quia in æternum mihi eſt.

Super omnes docentes me intellexi, * quia teſtimónia tua meditátio mea eſt.

Super ſenes intellexi, * quia mandáta tua quæſívi.

Ab omni via mala prohíbui pedes meos, * ut cuſtódiam verba tua.

A judíciis tuis non declinávi, * quia tu legem poſuiſti mihi.

Quàm dúlcia fáucibus meis elóquia tua! * ſuper mel ori meo.

A mandátis tuis intellexi: * proptérea odívi omnem viam iniquitátis.

Lucerna pédibus meis verbum tuum, * & lumen ſémitis meis.

Jurávi & ſtátui * cuſtodíre judícia juſtítiæ tuæ.

Humiliátus ſum uſquequáque, Dómine: * vivífica me ſecundùm verbum tuum.

Voluntária oris mei beneplácita fac, Dómine, * & judícia tua doce me.

Anima mea in mánibus meis ſemper: * & legem tuam non ſum oblítus.

Poſuérunt peccatóres láqueum mihi, * & de mandátis tuis non errávi.

Hæreditáte acquiſívi teſtimónia tua in æternum, * quia exultátio cordis mei ſunt.

Inclinávi cor meum ad faciendas juſtificatiónes tuas in æternum, * propter retributiónem.

Diviſio Pſalmi 118.

INíquos ódio hábui, * & legem tuam dilexi.

Adjútor & ſuſceptor

meus es tu : * & in verbum tuum ſuperſperávi.

Declináte à me, maligni: * & ſcrutábor mandáta Dei mei.

Súſcipe me ſecundùm elóquium tuum, & vivam ; * & non confundas me ab expectatióne mea.

Adjuva me, & ſalvus ero; * & meditábor in juſtificatiónibus tuis ſemper.

Sprevíſti omnes diſcedentes à judíciis tuis, * quia injuſta cogitátio eórum.

Prævaricantes reputávi omnes peccatóres terræ : * ideo diléxi teſtimónia tua.

Confíge timóre tuo carnes meas ; * à judíciis enim tuis tímui.

Feci judícium & juſtítiam : * non tradas me calumniántibus me.

Súſcipe ſervum tuum in bonum: * non calumnientur me ſuperbi.

Oculi mei defecérunt in ſalutáre tuum, * & in elóquium juſtítiæ tuæ.

Fac cum ſervo tuo ſecundùm miſericórdiam tuam, * & juſtificatiónes tuas doce me.

Servus tuus ſum ego : * da mihi intelléctum, ut ſciam teſtimónia tua.

Tempus faciendi, Dómine : * diſſipavérunt legem tuam.

Ideo diléxi mandáta tua * ſuper aurum & topázion.

Proptérea ad ómnia mandáta tua dirigébar : * omnem viam iníquam ódio hábui.

Ant. Inclinávi cor meum ad faciendas juſtificatiónes tuas in æternum.

Capitulum. 1. Joan. 5. 3.

HÆc eſt cháritas Dei, ut mandáta ejus cuſtodiámus ; & mandáta ejus grávia non ſunt.

℟. *br.* Secundùm miſericórdiam tuam * Vivífica me, Dómine. ℟. Secundùm. ℣. Et cuſtódiam teſtimónia oris tui : * Vivífica. Glória. Secundùm.

℣. In æternum Dómine, ℟. Verbum tuum pérmanet.

Oratio convenient.

AD NONAM.

℣. Deus, in adjutórium.

Hymnus.

RECEDIT inclínans dies,
Sic vita præceps lábitur :
Sanctus ſupernam júgiter
Suſpíret ardor pátriam.

DA, Chriſte, da tandem tuos
Cœli quiéte pérfrui ;
Fac lucis uſúræ brevi
Æterna ſuccédat dies.

QUI nos creávit, laus Patri ;
Laus, qui redémit, Fílio ;
Qui charitáte nos foves,
Sit par tibi laus, Spíritus.
Amen.

Ant. 4. E. Omnia.

EX PSALMO 118.

Meditationes eloquiorum Dei.

MIrabília teſtimónia tua: * ídeo ſcrutáta eſt ea ánima mea.

Declarátio ſermónum tuórum illúminat, * & intelléctum dat párvulis.

Os meum apérui, & attraxi ſpíritum, * quia mandáta tua deſiderábam.

Aſpice in me, & miſerére meî, * ſecundùm judícium diligéntium nomen tuum.

Greſſus meos dírige ſecundùm elóquium tuum; * & non dominétur meî omnis injuſtítia.

Rédime me à calúmniis hóminum, * ut cuſtódiam mandáta tua.

Fáciem tuam illúmina ſuper ſervum tuum; * & doce me juſtificatiónes tuas.

Exitus aquárum deduxérunt óculi mei; * quia non cuſtodiérunt legem tuam.

Juſtus es, Dómine, * & rectum judícium tuum.

Mandaſti juſtítiam teſtimónia tua, * & veritátem tuam nimis.

Tabéſcere me fecit zelus meus, * quia oblíti ſunt verba tua inimíci mei.

Ignítum elóquium tuum vehementer; * & ſervus tuus diléxit illud.

Adoleſcéntulus ſum ego; & contemptus; * juſtificatiónes tuas non ſum oblítus.

Juſtítia tua, juſtítia in ætemum; * & lex tua véritas.

Tribulátio & angúſtia invenérunt me: * mandáta tua meditátio mea eſt.

Æquitas teſtimónia tua in ætemum: * intelléctum da mihi, & vivam.

Diviſio Pſalmi 118.

CLamávi in toto corde meo, exaudi me, Dómine: * juſtificatiónes tuas requíram.

Clamávi ad te, ſalvum me fac, * ut cuſtódiam mandáta tua.

Prævéni in maturitáte; & clamávi, * quia in verba tua ſuperſperávi.

Prævenérunt óculi mei ad te dilúculo, * ut meditárer elóquia tua.

Vocem meam audi ſecundùm miſericórdiam tuam, Dómine; * & ſecundùm judícium tuum vivífica me.

Appropinquavérunt perſequentes me iniquitáti: * à lege autem tuâ longè facti ſunt.

Prope es tu, Dñe, * & omnes viæ tuæ véritas.

Inítio cognóvi de teſtimóniis tuis, * quia in ætemum fundaſti ea.

Vide humilitátem meā, & éripe me; * quia legem

tuam non ſum oblítus.

Júdica judícium meum, & rédime me : * propter elóquium tuũ vivífica me.

Longè à peccatóribus ſalus,* quia juſtificatiónes tuas non exquiſiérunt.

Miſericórdiæ tuæ multæ, Dómine : * ſecundùm judícium tuum vivífica me.

Multi qui perſequuntur me, & tríbulant me : * à teſtimóniis tuis non declinávi.

Vidi prævaricantes, & tabeſcébam, * quia elóquia tua non cuſtodiérunt.

Vide quóniam mandáta tua dilexi, Dómine : * in miſericórdia tua vivífica me.

Princípium verbórum tuórum véritas : * in ætérnum ómnia judícia juſtítiæ tuæ.

Diviſio Pſalmi 118.

PRíncipes perſecúti ſunt me gratìs, * & à verbis tuis formidávit cor meum.

Lætábor ego ſuper elóquia tua, * ſicut qui invénit ſpólia multa.

Iniquitátem ódio hábui, & abominátus ſum ; * legem autem tuam dilexi.

Sépties in die laudem dixi tibi, * ſuper judícia juſtítiæ tuæ.

Pax multa diligéntibus legem tuam, * & non eſt illis ſcándalum.

Expectábam ſalutáre tuum, Dómine ; * & mandáta tua dilexi.

Cuſtodívit ánima mea teſtimónia tua, * & diléxit ea vehementer.

Servávi mandáta tua, & teſtimónia tua, * quia omnes viæ meæ in conſpectu tuo.

Appropinquet deprecátio mea in conſpectu tuo, Dómine : * juxta elóquium tuum da mihi intellectum.

Intret poſtulátio mea in conſpectu tuo : * ſecundùm elóquium tuum éripe me.

Eructábunt lábia mea hymnum, * cùm docúeris me juſtificatiónes tuas.

Pronuntiábit lingua mea elóquium tuum, * quia ómnia mandáta tua æquitas.

Fiat manus tua ut ſalvet me, * quóniam mandáta tua elégi.

Concupívi ſalutáre tuũ, Dómine, * & lex tua meditátio mea eſt.

Vivet ánima mea, & laudábit te : * & judícia tua adjuvábunt me.

Errávi ſicut ovis quæ périit ; * quære ſervum tuum, quia mandáta tua non ſum oblítus.

Ant. Omnia mandáta tua æquitas : pax multa diligéntibus legem tuam, Dómine.

Capitulum. 1. Tim. 1. 5.

FInis præcepti eſt cháritas de corde puro, & conſciéntiâ bonâ, & fide non fictâ.

℟. *br.* Clamávi in toto corde meo, * Exaudi me, Dómine. Clamávi. ℣. Juſtificatiónes tuas requíram: * Exaudi me. Glória. Clamávi.

℣. Clamávi ad te, ſalvum me fac: ℟. Ut cuſtódiam mandáta tua.

Oratio conveniens.

AD VESPERAS.

℣. Deus, in adjutórium.

Ant. 7. c. Dixit Dñs.

PSALMUS 109.

Chriſtus ad dextram Dei ſedens: ipſius generatio, regnum & ſacerdotium.

DIxit Dóminus Dómino meo: * Sede à dextris meis.

Donec ponam inimícos tuos, * ſcabellum pedum tuórum.

Virgam virtútis tuæ emittet Dóminus ex Sion: * dominare in médio inimicórum tuórum.

Tecum princípium in die virtútis tuæ in ſplendóribus ſanctórum: * ex útero ante lucíferum génui te.

Jurávit Dóminus, & non pœnitébit eum, * Tu es Sacerdos in æternum ſecundùm órdinem Melchíſedech.

Dóminus à dextris tuis, * confrégit in die iræ ſuæ reges.

Judicábit in natiónibus, implébit ruínas; * conquaſſábit cápita in terra multórum.

De torrente in via bibet: * proptérea exaltábit caput.

Ant. Dixit Dóminus Dómino meo: Sede à dextris meis.

Ant. 4. a. Fidélia.

PSALMUS 110.

Laus Dei, quòd tot in Eccleſiam beneficia contulerit.

COnfitébor tibi, Dómine, in toto corde meo, * in consílio juſtórum & congregatióne.

Magna ópera Dómini; * exquiſíta in omnes voluntátes ejus.

Conféſſio & magnificéntia opus ejus; * & juſtítia ejus manet in ſéculum ſéculi.

Memóriam fecit mirabílium ſuórum, miſéricors & miſerátor Dóminus: * eſcam dedit timéntibus ſe.

Memor erit in ſéculum teſtamenti ſui: * virtútem óperum ſuórum annuntiábit pópulo ſuo,

Ut det illis hæreditátem géntium: * ópera mánuum ejus, véritas & judícium.

Fidélia ómnia mandáta ejus, confirmáta in ſéculum ſéculi, * facta in veritáte & æquitáte.

Redemptiónem miſit pópulo ſuo : * mandávit in æternum teſtamentum ſuum.

Sanctum & terríbile nomen ejus : * inítium ſapiéntiæ timor Dómini.

Intellectus bonus ómnibus faciéntibus eum : * laudátio ejus manet in ſéculum ſéculi.

Ant. Fidélia ómnia mandáta ejus, confirmáta in ſéculum ſéculi.

Ant. 1. *f.* Qui timet Dóminum.

PSALMUS III.

Timor Domini, gloria eſt & ſecuritas juſtorum.

BEátus vir qui timet Dóminum : * in mandátis ejus volet nimis.

Potens in terra erit ſemen ejus : * generátio rectórum benedicétur.

Glória & divítiæ in domo ejus ; * & juſtítia ejus manet in ſéculum ſéculi.

Exortum eſt in ténebris lumen rectis ; * miſéricors, & miſerátor, & juſtus.

Jucundus homo, qui miſerétur & cómmodat, diſpónet ſermónes ſuos in judício, * quia in æternum non commovébitur.

In memória æterna erit juſtus ; * ab auditióne mala non timébit.

Parátum cor ejus ſperáre in Dómino, confirmátum eſt cor ejus, * non commovébitur donec deſpiciat inimícos ſuos.

Diſperſit, dedit paupéribus ; juſtítia ejus manet in ſéculum ſéculi : * cornu ejus exaltábitur in glória.

Peccátor vidébit & iraſcétur, déntibus ſuis fremet & tabeſcet ; * deſidérium peccatórum períbit.

Ant. Qui timet Dóminum, in mandátis ejus cupit nimis.

Ant. 7. ç. Sit nomen.

PSALMUS 112.

Deus excelſus ; ipſi omnia cordi.

LAudáte, púeri, Dóminum, * laudáte nomen Dómini.

Sit nomen Dómini benedictum, * ex hoc nunc, & uſque in ſéculum.

A ſolis ortu uſque ad occáſum, * laudábile nomen Dómini.

Excelſus ſuper omnes gentes Dóminus, * & ſuper cœlos glória ejus.

Quis ſicut Dóminus Deus noſter, qui in altis hábitat, * & humília réſpicit in cœlo & in terra ?

Súſcitans à terra ínopem, * & de ſtércore érigens páuperem :

Ut cóllocet eum cum princípibus, * cum princípibus pópuli ſui.

Qui habitáre facit ſtérilem in domo, * matrem filiórum lætantem.

Ant. Sit nomen Dómini benedictum in ſécula.

Ant. 1. A. Nos qui vívimus.

PSALMUS 113.

Dei potentia : ipſe ſolus Deus: idolorum vanitas.

IN éxitu Iſrael de Ægypto, * domûs Jacob de pópulo bárbaro:

Facta eſt Judæa ſanctificátio ejus, * Iſrael poteſtas ejus.

Mare vidit & fugit; * Jordánis converſus eſt retrorsùm.

Montes exultavérunt ut aríetes, * & colles ſicut agni óvium.

Quid eſt tibi, mare, quòd fugiſti; * & tu, Jordánis, quia converſus es retrorſum?

Montes, exultaſtis ſicut aríetes, * & colles ſicut agni óvium?

A fácie Dómini mota eſt terra, * à fácie Dei Jacob:

Qui convertit petram in ſtagna aquárum, * & rupem in fontes aquárum.

Non nobis, Dómine, non nobis; * ſed nómini tuo da glóriam,

Super miſericórdia tua & veritáte tua: * nequando dicant gentes, Ubi eſt Deus eórum?

Deus autem noſter in cœlo; * ómnia quæcumque vóluit, fecit.

Simulácra géntium argentum & aurum, * ópera mánuum hóminum:

Os habent, & non loquentur; * óculos habent, & non vidébunt:

Aures habent, & non áudient; * nares habent, & non odorábunt:

Manus habent, & non palpábunt; pedes habent, & non ambulábunt; * non clamábunt in gútture ſuo.

Símiles illis fiant qui fáciunt ea, * & omnes qui confídunt in eis.

Domus Iſrael ſperávit in Dómino; * adjútor eórum & protector eórum eſt.

Domus Aaron ſperávit in Dómino; * adjútor eórum & protector eórum eſt.

Qui timent Dóminum, ſperavérunt in Dómino; * adjútor eórum & protector eórum eſt.

Dóminus memor fuit noſtrî, * & benedixit nobis.

Benedixit dómui Iſrael; * benedixit dómui Aaron.

Benedixit ómnibus qui timent Dóminum, * puſillis cum majóribus.

Adjíciat Dóminus ſuper vos, * ſuper vos, & ſuper fílios veſtros.

Benedicti vos à Dómino, * qui fecit cœlum & terram.

Cœlum cœli Dómino; * terram autem dedit fíliis hóminum.

Non mórtui laudábunt te, Dómine, * neque

Omnes qui deſcendunt in infernum.

Sed nos qui vívimus, benedícimus Dómino, * ex hoc nunc & uſque in ſéculum.

Ant. Nos qui vívimus, benedícimus Dómino.

Capitulum. Geneſ. 1. 1. 5.

IN princípio creávit Deus cœlum & terram .... Dixitque Deus, Fiat lux; & facta eſt lux; & vidit Deus lucem, quòd eſſet bona: & diviſit lucem à ténebris ..... Factumque eſt véſpere & mane dies unus.

Hymnus.

DEus tibi, qui ſúfficis,
Tuo beátus númine,
Amóre noſtrî pércitus,
Mundum creáre cógitas.

Tu magna cœli lúmina,
Tu noctis umbras & diem,
Terræque tractus & maris
Immenſus ipſe cóntines.

Ut tempus incœptum fluat,
Te velle, te loqui, ſat eſt;
Virtus ab æterno latens
Expandet inclúſas opes.

Ubi merum ſubeſt nihil,
Creáre non tibi labor;
Quodcumque mente cóncipis,
Vis eſſe? jam factum vides.

Extende fortem déxteram,
Te mundus oſtendat Deû;
Statimque fœcundo ſinu
Opus ſuperbum pródeat.

At luce dum mundum ſuâ,
Miróque ditas órdine,
Fac alma ſemper fúlgeat,
Quæ corda ditet, cháritas.

Qui nos creávit, laus Patri;
Laus, qui redémit, Filio;
Qui charitáte nos foves,
Sit par tibi laus, Spíritus.
Amen.

℣. Dirigátur, Dómine, orátio mea: ℟. Sicut incenſum in conſpectu tuo.

Antiph. ut in Proprio.

Cantic. Beatæ Mariæ Virg. Luc. 1.

MAgníficat * ánima mea Dóminum:

Et exultávit ſpíritus meus * in Deo ſalutári meo:

Quia reſpexit humilitátem ancillæ ſuæ; * ecce enim ex hoc beátam me dicent omnes generatiónes:

Quia fecit mihi magna qui potens eſt, * & ſanctum nomen ejus.

Et miſericórdia ejus à progénie in progénies * timéntibus eum.

Fecit poténtiam in bráchio ſuo; * diſperſit ſuperbos mente cordis ſui:

Depóſuit potentes de ſede; * & exaltávit húmiles:

Eſurientes implévit bonis; * & dívites dimíſit inánes.

Suſcépit Iſraël púerum

ſuum, * recordátus miſericórdiæ ſuæ,

Sicut locútus eſt ad patres noſtros, * Abraham, & sémini ejus in ſécula.

Deinde dicitur Antiph. & Oratio conveniens.

Fit commemoratio de ſemiduplici aut ſimplici, ſi occurrat; deinde de Beata.

Ant. Benedícta tu inter mulíeres, & benedíctus fructus ventris tui. *Luc.* 1.

℣. Ora pro nobis, ſancta Dei Génitrix, ℟. Ut digni efficiámur promiſſiónibus Chriſti.

Orémus.

CONcéde nos fámulos tuos, quæſumus, Dómine Deus, perpétuâ mentis & córporis ſanitáte gaudére; & glorióſâ beátæ Maríæ ſemper vírginis interceſſióne, à præſenti liberári triſtítiâ, & æternâ pérfrui lætítiâ; Per Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum, Fílium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitáte Spíritûs ſancti Deus, per ómnia ſécula ſeculórum.

Amen.

Sic terminatur Oratio prima & ultima.

In Eccleſiis ubi ſancta Maria eſt patrona, non additur alia commemoratio. In aliis verò ſic terminatur præcedens Oratio: Per Chriſtum Dóminum noſtrum. *Et poſteà fit commemoratio de patrono Eccleſiæ titulari.*

A Circumciſione ad Purificationem. Ant. Beátus venter qui te portávit, & úbera quæ ſuxiſti. *Luc.* 11. 27.

℣. Poſt partum, *Oratio ut ſuprà ad Laudes*, Beáta témpora.

AD COMPLETOR.

COnverte nos, Deus ſalutáris noſter:

℟. Et averte iram tuam à nobis. *Pſ.* 84. 5.

℣. Deus, in adjutórium.

Ant. 8. G. Miſerére.

PSALMUS 4.

In Deo, non in divitiis ſpes collocanda.

CUm invocárem, exaudívit me Deus juſtítiæ meæ: * in tribulatióne dilataſti mihi.

Miſerére meî, * & exaudi oratiónem meam.

Fílii hóminum, úſquequo gravi corde? * ut quid dilígitis vanitátem, & quæritis mendácium?

Et ſcitóte quóniam mirificávit Dóminus ſanctum ſuum: * Dóminus exáudiet me, cùm clamávero ad eum.

Iraſcímini, & nolíte peccáre: * quæ dícitis in córdibus veſtris, in cubílibus veſtris compungímini.

Sacrificáte ſacrificium juſtítiæ, & ſperáte in Dómino: * multi dicunt,

Quis oſtendit nobis bona?
Signátum eſt ſuper nos lumen vultûs tui, Dómine: * dediſti lætítiam in corde meo.
A fructu frumenti, vini, & ólei ſui, * multiplicáti ſunt.
In pace in idipſum * dórmiam, & requieſcam:
Quóniam tu, Dómine, ſinguláriter in ſpe * conſtituiſti me.

PSALMUS 90.

Nil timendum iis qui ad Deum confugiunt.

QUi hábitat in adjutório Altiſſimi, * in protectióne Dei cœli commorábitur.
Dicet Dómino: Suſceptor meus es tu, & refúgium meum: * Deus meus, ſperábo in eum;
Quóniam ipſe liberávit me de láqueo venántium, * & à verbo áſpero.
Scápulis ſuis obumbrábit tibi, * & ſub pennis ejus ſperábis.
Scuto circúmdabit te véritas ejus: * non timébis à timóre nocturno,
A ſagitta volante in die, à negótio perambulante in ténebris; * ab incurſu, & dæmónio meridiáno.
Cadent à látere tuo mille, & decem míllia à dextris tuis: * ad te autem non appropinquábit.
Verúmtamen óculis tuis conſiderábis, * & retributiónem peccatórum vidébis.
Quóniam; Tu es, Dómine, ſpes mea: * altíſſimum poſuiſti refúgium tuum.
Non accédet ad te malum, * & flagellum non appropinquábit tabernáculo tuo.
Quóniam Angelis ſuis mandávit de te, * ut cuſtódiant te in ómnibus viis tuis.
In mánibus portábunt te, * ne fortè offendas ad lápidem pedem tuum.
Super áſpidem & baſiliſcum ambulábis, * & conculcábis leónem & dracónem.
Quóniam in me ſperávit, liberábo eum; * prótegam eum, quóniam cognóvit nomen meum.
Clamábit ad me, & ego exáudiam eum: cum ipſo ſum in tribulatióne; * erípiam eum, & glorificábo eum.
Longitúdine diérum replébo eum, * & oſtendam illi ſalutáre meum.

PSALMUS 133.

Eccleſia cultores Domini ad Dei gloriam hortatur.

ECce nunc benedícite Dóminum, * omnes ſervi Dómini.
Qui ſtatis in domo Dómini, * in átriis domûs Dei noſtri:

In nóctibus extóllite manus veſtras in ſancta, * & benedícite Dóminum.

Benedícat te Dóminus ex Sion, * qui fecit cœlum & terram.

Ant. Miſerére meî, Dómine, & exaudi oratiónem meam.

Hymnus, Deus creátor. *infrà poſt Pſalterium.*

Capitulum. 1. Theſſ. 5. 5. 6.

OMnes vos filii lucis eſtis, & filii diéi: non ſumus noctis, neque tenebrárum; ígitur non dormiámus ſicut & cæteri, ſed vigilémus & ſóbrii ſimus.

℟. *br.* In manus tuas, Dómine, * Commendo ſpíritum meum. In manus. ℣. Redemiſti nos, Dómine, Deus veritátis: * Commendo. Glória Patri. In manus. *Pſ.* 30. 6.

℣. Cuſtódi nos, Dómine, ut pupillam óculi: ℟. Sub umbra alárum tuárum prótege nos. *Pſ.* 16. 8.

Ant. 3. c. Salva nos.

Cantic. Simeonis. Luc. 2.

NUnc dimittis ſervum tuum, Dómine, * ſecundùm verbum tuum in pace:

Quia vidérunt óculi mei * ſalutáre tuum,

Quod paraſti * ante fáciem ómnium populórum:

Lumen ad revelatiónem géntium, * & glóriam plebis tuæ Iſrael.

Ant. Salva nos, Dómine, vigilantes, cuſtódi nos dormientes: ut vigilémus cum Chriſto, & requieſcámus in pace.

℣. Dóminus vobiſcum. ℟. Et cum ſpíritu tuo.

Orémus.

VIſita, quæſumus, Dómine, habitatiónem noſtram, & omnes inſídias inimíci ab ea longè repelle: Angeli tui ſancti hábitent in ea, qui nos in pace cuſtódiant; & benedíctio tua ſit ſuper nos ſemper; Per Dñm noſtrum.

℣. Dóminus vobiſcum. ℟. Et cum ſpíritu tuo.

℣. Benedicámus Dómino. ℟. Deo grátias.

Finito Completorio, ſubmiſſâ voce dicitur: Benedícat & cuſtódiat nos omnípotens & miſéricors Dñs Pater, & Fílius, & Spíritus ſanctus. ℟. Amen.

Et fidélium ánimæ per miſericórdiam Dei requieſcant in pace. Amen.

Poſteà dicitur una ex Antiphonis de B. Mariâ Virgine, ut habentur infrà ad calcem Pſalterii.

Poſt completum Officium dicitur ſecretò, Pater, Ave, Credo.

FERIA SECUNDA
AD OFFICIUM NOCT.

Dómine, lábia. *ſuprà* 1.

Invit. Veníte, exultémus Dómino, * Jubilémus Deo ſalutári noſtro.

Continuatur Pſalmus 94. Præoccupémus.

Hymnus.

QUODCUMQUE fœcundo ſinu
Profers, Creátor, hoc tuum
In nos amórem cómprobat:
Nec eſt amóri ſat datum.

FULGERE ſolé, qui regat
Mortálium greſſus, parum eſt:
Ni lumen addas méntibus,
Roburque præſtes péctori.

PRÆCEPTA das? intùs juvat
Stillans ab alto grátia:
Infers onus, ſed dexterâ
Onus ferentem ſúſtines.

AD alta dum nos éxcitas,
Pœnâ movens & præmio,
Vires miniſtras, árduis
Non ímpares labóribus.

QUIBUS remótis pátriâ,
Non eſt manens hîc cívitas;
Domum manu non cónditam
Fundas ſupernus ártifex.

BEATA gens quam pródigâ
Ditáre non ceſſas manu!
Amóris hæc memor tui,
Amóris & reddat vices.

QUI nos creávit, laus Patri;
Laus, qui redémit, Fílio;
Qui charitáte nos foves,
Sit par tibi laus, Spíritus.
Amen.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 4. a. Omnia.

PSALMUS 103.

Deus ab opificio & providentiâ celebratur.

BEnedic, ánima mea, Dómino: * Dómine Deus meus, magnificátus es vehementer.

Confeſſiónem & decórem induiſti, * amíctus lúmine ſicut veſtimento.

Extendens cœlum ſicut pellem, * qui tegis aquis ſuperióra ejus;

Qui ponis nubem aſcenſum tuum, * qui ámbulas ſuper pennas ventórum;

Qui facis Angelos tuos, ſpíritus, * & miniſtros tuos ignem urentem;

Qui fundaſti terram ſuper ſtabilitátem ſuam; * non inclinábitur in ſéculum ſéculi.

Abyſſus, ſicut veſtimentum, amíctus ejus; * ſuper montes ſtabunt aquæ;

Ab increpatióne tua fúgient; * à voce tonítrui tui formidábunt.

Aſcendunt montes, & deſcendunt campi, * in locum quem fundaſti eis.

Términum poſuiſti, quem non tranſgredientur; * neque convertentur operíre terram.

Qui emittis fontes in convállibus: * inter médium móntium pertranſíbunt aquæ:

Potábunt omnes béſtiæ

& ſenes ejus prudéntiam docéret.

Et intrávit Iſrael in Ægyptum, * & Jacob áccola fuit in terra Cham.

Et auxit pópulum ſuum vehementer; * & firmávit eum ſuper inimícos ejus.

Convertit cor eórum, ut odírent pópulum ejus; * & dolum fácerent in ſervos ejus.

Altera diviſio Pſalmi 104.

MIſit [Dñs] Móyſen ſervum ſuum, * Aaron quem elégit ipſum:

Póſuit in eis verba ſignórum ſuórum, * & prodigiórum in terra Cham.

Miſit ténebras, & obſcurávit: * & non exacerbávit ſermónes ſuos.

Convertit aquas eórum in ſánguinem; * & occídit piſces eórum.

Edidit terra eórum ranas * in penetrálibus regum ipſórum.

Dixit, & venit cœnomyía, & cínifes * in ómnibus fínibus eórum.

Póſuit plúvias eórum grándinem; * ignem comburentem in terra ipſórum:

Et percuſſit víneas eórum, & ficúlneas eórum; * & contrívit lignum fínium eórum:

Dixit, & venit locuſta & bruchus, * cujus non erat númerus;

Et comédit omne fœnum in terra eórum, * & comédit omnem fructum terræ eórum.

Et percuſſit omne primogénitum in terra eórum, * primítias omnis labóris eórum.

Et eduxit eos cum argento & auro: * & non erat in tríbubus eórum infirmus.

Lætáta eſt Ægyptus in profectióne eórum: * quia incúbuit timor eórum ſuper eos.

Expandit nubem in protectiónem eórum, * & ignem ut lucéret eis per noctem.

Petiérunt, & venit coturnix: * & pane cœli ſaturávit eos.

Dirúpit petram, & fluxérunt aquæ: * abiérunt in ſicco flúmina:

Quóniam memor fuit verbi ſancti ſui, * quod hábuit ad Abraham púerum ſuum:

Et eduxit pópulum ſuum in exultatióne, * & electos ſuos in lætítia;

Et dedit illis regiónes géntium; * & labóres populórum poſſedérunt:

Ut cuſtódiant juſtificatiónes ejus, * & legem ejus requírant.

Ant. Ipſe Dóminus Deus noſter: in univerſâ terrâ judícia ejus.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 1. 2. Viſita nos.

PSALMUS 105.

Bonitas Dei : Judæorum ingratus animus.

Confitémini Dómino, quóniam bonus : * quóniam in ſǽculum miſericórdia ejus.

Quis loquétur poténtias Dómini, * audítas fáciet omnes laudes ejus?

Beáti qui cuſtódiunt judícium, * & fáciunt juſtítiam in omni témpore.

Memento noſtri, Dómine, in beneplácito pópuli tui : * viſita nos in ſalutári tuo;

Ad videndum in bonitáte electórum tuórum, ad lætandum in lætitia gentis tuæ; * ut laudéris cum hæreditáte tua.

Diviſio Pſalmi 105.

Peccávimus cum pátribus noſtris; * injuſtè égimus, iniquitátem fécimus.

Patres noſtri in Ægypto non intellexérunt mirabília tua : * non fuérunt mémores multitúdinis miſericórdiæ tuæ.

Et irritavérunt aſcendentes in mare, * mare Rubrum;

Et ſalvávit eos propter nomen ſuum; * ut notam fáceret poténtiam ſuam.

Et increpuit mare Rubrum, & exſiccátum eſt; * & deduxit eos in abyſſis, ſicut in deſerto :

Et ſalvávit eos de manu odiéntium, * & redémit eos de manu inimíci :

Et opéruit aqua tribulantes eos; * unus ex eis non remanſit.

Et credidérunt verbis ejus; * & laudavérunt laudem ejus.

Citò fecérunt, oblíti ſunt óperum ejus, * & non ſuſtinuérunt conſílium ejus;

Et concupiérunt concupiſcéntiam in deſerto; * & tentavérunt Deum in inaquóſo.

Et dedit eis petitiónem ipsórum; * & miſit ſaturitátem in ánimas eórum.

Et irritavérunt Móyſen in caſtris; * Aaron ſanctum Dómini.

Aperta eſt terra, & deglutívit Dathan, * & opéruit ſuper congregatiónem Abiron.

Et exarſit ignis in ſynagóga eórum; * flamma combuſſit peccatóres.

Et fecérunt vítulum in Horeb; * & adoravérunt ſcúlptile.

Et mutavérunt glóriam ſuam * in ſimilitúdinem vítuli comedentis fœnum.

Oblíti ſunt Deum qui ſalvávit eos, * qui fecit magnália in Ægypto, mirabília in terra Cham, terribília in mari Rubro.

Et dixit ut diſpérderet eos;* ſi non Móyſes electus ejus ſtetiſſet in confractióne, in conſpectu ejus,

Ut avérteret iram ejus, ne diſpérderet eos: * & pro níhilo habuérunt terram deſiderábilem.

Non credidérunt verbo ejus, & murmuravérunt in tabernáculis ſuis: * non exaudiérunt vocem Dñi.

Et elevávit manum ſuam ſuper eos, * ut proſtérneret eos in deſerto,

Et ut dejíceret ſemen eórum in natiónibus,* & diſpérgeret eos in regiónibus.

Et initiáti ſunt Beélphegor: * & comedérunt ſacrifícia mortuórum.

Et irritavérunt eum in adinventiónibus ſuis: * & multiplicáta eſt in eis ruína.

Et ſtetit Phínees, & placávit; * & ceſſávit quaſſátio.

Et reputátum eſt ei in juſtítiam, * in generatiónem & generatiónem uſque in ſempiternum.

Et irritavérunt eum ad Aquas contradictiónis: * & vexátus eſt Móyſes propter eos,

Quia exacerbavérunt ſpíritum ejus; * & diſtinxit in lábiis ſuis.

Altera diviſio Pſalmi 105.

NOn diſperdidérunt gentes, * quas dixit Dóminus illis.

Et commixti ſunt inter gentes, & didicérunt ópera eórum, & ſerviérunt ſculptílibus eórum; * & factum eſt illis in ſcándalum.

Et immolavérunt filios ſuos * & fílias ſuas dæmóniis:

Et effudérunt ſánguinem innocentem, ſánguinem filiórum ſuórum & filiárum ſuárum, * quas ſacrificavérunt ſculptílibus Chánaan.

Et infecta eſt terra in ſanguínibus, & contamináta eſt in opéribus eórum; * & fornicáti ſunt in adinventiónibus ſuis.

Et irátus eſt furóre Dóminus in pópulum ſuum; * & abominátus eſt hereditátem ſuam.

Et trádidit eos in manus géntium, * & domináti ſunt eórum, qui odérunt eos.

Et tribulavérunt eos inimíci eórum, & humiliáti ſunt ſub mánibus eórum: * ſæpe liberávit eos.

Ipſi autem exacerbavérunt eum in consílio ſuo, * & humiliáti ſunt in iniquitátibus ſuis.

Et vidit cùm tribularentur, * & audívit oratiónem eórum:

Et memor fuit teſtamenti ſui, * & pœnítuit eum ſecundùm multitúdinem miſericórdiæ ſuæ:

Et dedit eos in miſericórdias, * in conſpectu ómnium qui céperant eos.

Salvos nos fac, Dómine Deus noſter; * & côngrega nos de natiónibus:

Ut confiteámur nómini ſancto tuo, * & gloriémur in laude tua.

Benedictus Dñs Deus Iſrael à ſéculo, & uſque in ſéculum; * & dicet omnis pópulus: Fiat, fiat.

Ant. Víſita nos in ſalutári tuo, Dómine, ad videndum in bonitáte electórum tuórum.

In Adv. ℣. Deus illúminet vultum ſuũ ſuper nos, ℟. Et miſereátur noſtri. *Pſ.* 66. 2.

Per ann. ℣. Benedictus Dñs Deus Iſrael, ℟. A ſéculo, & uſque in ſéculum. *Pſ.* 40. 14.

Lectiones cum ℟℟. habentur in Prop. de Temp. & ſic in ſequentibus Feriis.

Non dicitur Te Deum *in Feriis.*

AD LAUDES.

℣. *Sacerd.* Exultábit cor meum in ſalutári tuo:

℟. Cantábo Dño qui bona tríbuit mihi. *Pſ.* 12. 6.

℣. Deus, in adjutórium.

Ant. 5. a. Bonum eſt.

PSALMUS 91.

Deus magnificus, juſtus vindex, ideo collaudandus.

BOnum eſt confitéri Dómino: * & pſállere nómini tuo, Altíſſime.

Ad annuntiandum manè miſericórdiam tuam, * & veritátem tuam per noctem.

In decachordo pſaltério, * cum cántico, in cíthara.

Quia delectaſti me, Dómine, in factúra tua: * & in opéribus mánuum tuárum exultábo.

Quàm magnificáta ſunt ópera tua, Dómine! * nimis profundæ factæ ſunt cogitatiónes tuæ.

Vir inſípiens non cognoſcet; * & ſtultus non intélliget hæc.

Cùm exorti fúerint peccatóres ſicut fœnum: * & apparúerint omnes qui operantur iniquitátem.

Ut intéreant in ſéculum ſéculi: * tu autem Altíſſimus in æternum, Dómine.

Quóniam ecce inimíci tui, Dómine, quóniam ecce inimíci tui períbunt; * & diſpergentur omnes qui operantur iniquitátẽ.

Et exaltábitur ſicut unicornis cornu meum, * & ſenectus mea in miſericórdia úberi.

Et deſpexit óculus meus inimícos meos: * & in inſurgéntibus in me malignántibus áudiet auris mea.

Juſtus ut palma florébit; * ſicut cedrus Líbani multiplicábitur.

Plantáti in domo Dómini, * in átriis domûs Dei noſtri florébunt.

Adhuc multiplicabuntur in ſenectа úberi: * & bene patientes erunt, ut annúntient,

Quóniam rectus Dóminus Deus noſter, * & non eſt iníquitas in eo.

Ant. Bonum eſt psállere nómini tuo, Altíſſime, ad annuntiandum manè miſericórdiam tuam.

Ant. [illegible] c. Bonus Dñs.

PSALMUS 135.

Deus mirabilis: ejus in ſuos providentia.

CONfitémini Dómino, quóniam bonus, quóniam in æternum miſericórdia ejus.

Confitémini Deo deórum, * quóniam in æternum miſericórdia ejus.

Confitémini Dño dominórum, * quóniam in æternũ miſericórdia ejus:

Qui facit mirabília magna ſolus, * quóniam in æternũ miſericórdia ejus:

Qui fecit cœlos in intellectu, * quóniam in æternum miſericórdia ejus:

Qui firmávit terram ſuper aquas, * quóniam in æternũ miſericórdia ejus:

Qui fecit luminária magna, * quóniam in æternum miſericórdia ejus:

Solem in poteſtátem diéi, * quóniam in æternum miſericórdia ejus:

Lunam & ſtellas in poteſtátem noctis, * quóniam in æternum miſericórdia ejus.

Ant. Bonus Dóminus, in æternum miſericórdia ejus.

Ant. 4. a. Dóminus.

Diviſio Pſalmi 135.

[CONfitémini Dómino, quóniam bonus, * quóniam in æternum miſericórdia ejus:]

Qui percuſſit Ægyptum cum primogénitis eórum, * quóniam in æternum miſericórdia ejus:

Qui eduxit Iſrael de médio eórum, * quóniam in æternum miſericórdia ejus:

In manu potenti, & bráchio excelſo, * quóniam in æternum miſericórdia ejus:

Qui diviſit mare Rubrum in diviſiónes, * quóniam in æternum miſericórdia ejus.

Et eduxit Iſrael per médium ejus, * quóniam in æternũ miſericórdia ejus:

Et excuſſit Pharaónem & virtútem ejus in mari Rubro, * quóniam in æternum miſericórdia ejus:

Qui traduxit pópulum ſuum per deſertum, * quóniam in æternum miſericórdia ejus:

Qui percuſſit reges magnos, * quóniam in æternum miſericórdia ejus:

Et occídit reges fortes, * quóniam in æternum miſericórdia ejus:

Sehon regem Amorrhæórum, * quóniam in æternũ miſericórdia ejus:

Et Og regem Baſan, * quóniam in æternum miſericórdia ejus:

Et dedit terram eórum hæreditátem, * quóniam in æternum miſericórdia ejus:

Hæreditátem Iſrael ſervo ſuo, * quóniam in æternum miſericórdia ejus:

Quia in humilitáte noſtra memor fuit noſtrî, * quóniam in æternum miſericórdia ejus:

Et redémit nos ab inimícis noſtris, * quóniam in æternum miſericórdia ejus:

Qui dat eſcam omni carni, * quóniam in æternum miſericórdia ejus.

Confitémini Deo cœli, * quóniam in æternum miſericórdia ejus.

Confitémini Dómino dominórum, * quóniam in æternum miſericórdia ejus.

Ant. Dóminus in humilitáte noſtra memor fuit noſtrî, & redémit nos ab inimícis noſtris.

Quando ſit Officium de Feria, dicitur Canticum ſequens.

Ant. 7. d. Quis ſímilis tuî?

Cantic. Moyſi. Exod. 15.

CAntémus Dómino; glorióſè enim magnificátus eſt, * equum & aſcensórem dejécit in mare.

Fortitúdo mea & laus mea Dóminus, * & factus eſt mihi in ſalútem.

Iſte Deus meus, & glorificábo eum; * Deus patris mei, & exaltábo eum.

Dóminus quaſi vir pugnátor, Omnípotens, nomen ejus; * currus Pharaónis & exércitum ejus projécit in mare.

Electi príncipes ejus ſubmerſi ſunt in mari Rubro, abyſſi operuérunt eos; * deſcendérunt in profundum quaſi lapis.

Déxtera tua, Dómine, magnificáta eſt in fortitúdine; déxtera tua, Dómine, percuſſit inimícum; * & in multitúdine glóriæ tuæ depoſuiſti adversários tuos.

Miſiſti iram tuam quæ devorávit eos ſicut ſtípulam, * & in ſpíritu furóris tui congregátæ ſunt aquæ.

Stetit unda fluens, * congregátæ ſunt abyſſi in médio mari.

Dixit inimícus: Pérſequar, & comprehendam; * dívidam ſpólia, implébitur ánima mea.

Evaginábo gládium

meum, * interficiet eos manus mea.

Flavit ſpíritus tuus, & opéruit eos mare; * ſubmerſi ſunt quaſi plumbum in aquis vehementibus.

Quis ſímilis tuî in fórtibus, Dómine? * quis ſímilis tuî, magníficus in ſanctitáte, terríbilis, atque laudábilis, fáciens mirabília?

Extendiſti manum tuam, & devorávit eos terra; * dux fuiſti in miſericórdia tua pópulo quem redemiſti:

Et portaſti eum in fortitúdine tua * ad habitáculum ſanctum tuum.

Aſcendérunt pópuli, & iráti ſunt; * dolóres obtinuérunt habitatóres Philíſthiim.

Tunc conturbáti ſunt príncipes Edom, robuſtos Moab obtínuit tremor; * obriguérunt omnes habitatóres Chánaan.

Irruat ſuper eos formído & pavor, * in magnitúdine bráchii tui.

Fiant immóbiles quaſi lapis, donec pertránſeat pópulus tuus, Dómine; * donec pertránſeat pópulus tuus iſte quem poſſediſti.

Introdúces eos, & plantábis in monte hæreditátis tuæ, * firmíſſimo habitáculo tuo quod operátus es, Dómine,

Sanctuárium tuum, Dómine, quod firmavérunt manus tuæ: * Dñs regnábit in æternum, & ultrà:

Ingreſſus eſt enim eques Phárao cum cúrribus & equítibus ejus in mare, * & reduxit ſuper eos Dóminus aquas maris;

Fílii autem Iſrael ambulavérunt per ſiccum * in médio ejus.

Ant. Quis ſímilis tuî, Dómine, magníficus in ſanctitáte, fáciens mirabília?

[*In Feſtis, loco ſuperioris Cantici, dicitur ſequens*

Canticum. Eccli. 39.

COllaudáte cánticum, * & benedícite Dóminum in opéribus ſuis.

Date nómini ejus magnificéntiam, * & confitémini illi in voce labiórum veſtrórum, & in cánticis labiórum, & cítharis;

Et ſic dicétis in confeſſióne: * Opera Dómini univerſa bona valde.

In verbo ejus ſtetit aqua ſicut congéries: * & in ſermóne oris illíus ſicut exceptória aquárum;

Quóniam in præcepto ipsíus placor fit, * & non eſt minorátio in ſalúte ipsíus.

Opera omnis carnis coram illo, * & non eſt quidquam abſcónditum ab óculis ejus.

A ſéculo uſque in ſéculũ réſpicit, * & nihil eſt mirábile in conſpectu ejus.]

Ant. 3. c. Dómine.

PSALMUS 134.

Iſrael beneficiis cumulatus: idolorum vanitas.

LAudáte nomen Dómini, * laudáte, ſervi, Dóminum:

Qui ſtatis in domo Dómini, * in átriis domûs Dei noſtri.

Laudáte Dóminum, quia bonus Dóminus; * psállite nómini ejus, quóniam ſuáve.

Quóniam Jacob elégit ſibi Dóminus, * Iſrael in poſſeſſiónem ſibi.

Quia ego cognóvi quòd magnus eſt Dóminus, * & Deus noſter præ ómnibus diis.

Omnia quæcumque vóluit, Dóminus fecit, in cælo, & in terra; * in mari, & in ómnibus abyſſis.

Edúcens nubes ab extrémo terræ, * fúlgura in plúviam fecit:

Qui prodúcit ventos de theſauris ſuís; * qui percuſſit primogénita Ægypti ab hómine uſque ad pecus:

Et miſit ſigna & prodígia in médio tuî, Ægypte; * in Pharaónem, & in omnes ſervos ejus.

Qui percuſſit gentes multas, * & occídit reges fortes,

Sehon regem Amorrhæórum, & Og regem Baſan, * & ómnia regna Chánaan.

Et dedit terram eórum hæreditátem, * hæreditátem Iſrael pópulo ſuo.

Dómine, nomen tuum in æternum: * Dñe, memoriále tuum in generatiónem & generatiónem:

Quia judicábit Dóminus pópulum ſuum, * & in ſervis ſuis deprecábitur.

Simulácra géntium argentum & aurum, * ópera mánuum hóminum:

Os habent, & non loquentur; * óculos habent, & non vidébunt:

Aures habent, & non áudient; * neque enim eſt ſpíritus in ore ipsórum.

Símiles illis fiant qui fáciunt ea, * & omnes qui confidunt in eis.

Domus Iſrael, benedícite Dómino: * domus Aaron, benedícite Dño.

Domus Levi, benedícite Dómino: * qui timétis Dóminum, benedícite Dómino.

Benedictus Dóminus ex Sion, * qui hábitat in Jeruſalem.

Ant. Dómine, nomen tuum in æternum.

Capitulum. Prov. 8. 17.

EGo diligentes me díligo; & qui manè vígilant ad me, invénient me.

Hymnus.

O MIRA Patris cháritas!
Sic ille dilexit ſuos,
Ut ſpontè Natum tráderet:
Servi fit obſes filius.

SPLENDORIS ímmemor ſui,
Noſtræ ſalútis fit memor:
Ut nos in altum próvehat,
Ad ima deſcendit Deus.

PER mille fuſum vúlnera,
Totum dat orbi ſánguinem:
Hoc fonte naſcens grátia,
Terras inundans éxpiat.

DUM cæſa tortóris manu
Procumbit inſons víctima,
Hanc ímmolat cœlo Pater,
Hanc mactat in terris amor.

TANTIS minor miráculis
Mens óbſtupet, vox déficit:
Tacére ſed totis nequit
Amor medullis æſtuans.

ERUMPAT ergo: te memor
Clamet parentem, qui mala
Præſentis ævi mítigas,
Spondes futúri præmia.

QUI nos creávit, laus Patri;
Laus, qui redémit, Fílio;
Qui charitáte nos foves,
Sit par tibi laus, Spíritus.
Amen.

℣. Repléti ſumus manè miſericórdiâ tuâ, Dómine; ℟. Et exultávimus, & delectáti ſumus. *Pſ.* 89. 14.

Ad Benedictus. *Ant.* 6. F. Benedictus Dóminus Deus Iſrael, quia viſitávit, & fecit redemptiónem plebis ſuæ. *Luc.* 1.

Preces, quando dicuntur; & ſuffragia, habentur infrà poſt Complet. Sabbati.

AD PRIMAM.

℣. Deus, in adjutórium.

Hymnus, Jam lucis. *infrà poſt Completorium Sabbati, & ſic in aliis Feriis.*

Ant. 8. G. Quid eſt homo.

PSALMUS 8.

Chriſti gloria, & poteſtas.

DOmine Dóminus noſter, * quàm admirábile eſt nomen tuũ in univerſa terra!

Quóniam eleváta eſt magnificéntia tua * ſuper cœlos.

Ex ore infántium & lacténtium perfeciſti laudem propter inimícos tuos, * ut déſtruas inimícum & ultórem.

Quóniam vidébo cœlos tuos, ópera digitórum tuórum; * lunam & ſtellas, quæ tu fundaſti.

Quid eſt homo, quòd memor es ejus? * aut fílius hóminis, quóniam viſitas eum?

Minuiſti eum paulò minùs ab Angelis, glóriâ & honóre coronaſti eum: * & conſtituiſti eum ſuper ópera mánuum tuárum.

Omnia ſubjeciſti ſub pédibus ejus, * oves & boves

boves univerſas, inſuper & pécora campi;

Vólucres cœli, & piſces maris, * qui perámbulant ſémitas maris.

Dómine Dóminus noſter, * quàm admirábile eſt nomen tuum in univerſa terra!

PSALMUS 76.

Conſolatio ſpiritualis ex operibus Dei ſumpta.

VOce meâ ad Dóminum clamávi, * voce meâ ad Deum, & inténdit mihi.

In die tribulatiónis meæ Deum exquiſívi, mánibus meis nocte contra eum; * & non ſum deceptus.

Rénuit conſolári ánima mea; * memor fui Dei, & delectátus ſum, & exercitátus ſum; & defécit ſpíritus meus.

Anticipavérunt vigílias óculi mei; * turbátus ſum, & non ſum locútus.

Cogitávi dies antíquos; * & annos ætérnos in mente hábui.

Et meditátus ſum nocte cum corde meo; * & exercitábar, & ſcopébam ſpíritum meum.

Numquid in æternum projíciet Deus? * aut non appónet ut complacítior ſit adhuc?

Aut in finem miſericórdiam ſuam abſcindet, * à generatióne in generatiónem?

Aut obliviſcétur miſeréri Deus? * aut continébit in ira ſua miſericórdias ſuas?

Et dixi, Nunc cœpi: * hæc mutátio ✱ déxteræ Excelſi.

Diviſio Pſalmi 76.

MEmor fui óperum Dómini;* quia memor ero ab inítio mirabílium tuórum;

Et meditábor in ómnibus opéribus tuis, * & in adinventiónibus tuis exercébor.

Deus in ſancto via tua: quis Deus magnus ſicut Deus noſter? * tu es Deus qui facis mirabília.

Notam feciſti in pópulis virtútem tuam; * redemiſti in bráchio tuo pópulum tuum, fílios Jacob, & Joſeph.

Vidérunt te aquæ, Deus, vidérunt te aquæ; * & timuérunt, & turbátæ ſunt abyſſi.

Multitúdo ſónitûs aquárum; * vocem dedérunt nubes.

Etenim ſagittæ tuæ tránſeunt: * vox tonítrui tui in rota.

Illuxérunt coruſcatiónes tuæ orbi terræ; * commóta eſt & contrémuit terra.

In mari via tua, & ſémitæ tuæ in aquis multis; * & veſtígia tua non cognoſcentur.

Deduxiſti ſicut oves pópulum tuum * in manu Móyſi & Aaron.

Ant. Quid eſt homo, Dómine, quòd memor es ejus? aut filius hóminis, quóniam víſitas eum? *Pſ.* 8. 5.

Capitulum, ℟. breve, & Preces, quando dicuntur, habentur poſt Completorium Sabbati, & ſic in aliis Feriis.

AD TERTIAM.

℣. Deus, in adjutórium.

Hymnus, O fons. *infrà poſt Complet. Sabbati.*

Ant. 7. d. Deus meus.

PSALMUS 24.

Juſti oppreſſi, & opem poſcentis humilis oratio.

AD te, Dómine, levávi ánimam meã; * Deus meus, in te confido, non erubeſcam.

Neque irrídeant me inimíci mei: * étenim univerſi qui ſúſtinent te, non confundentur.

Confundantur omnes iníqua agentes * ſupervácuè.

Vias tuas, Dómine, demonſtra mihi, * & ſémitas tuas édoce me.

Dírige me in veritáte tua, & doce me; * quia tu es Deus ſalvátor meus, & te ſuſtínui totâ die.

Reminíſcere miſeratiónum tuárum, Dómine, * & miſericordiárum tuárum quæ à ſéculo ſunt.

Delícta juventútis meæ & ignorántias meas * ne memíneris.

Secundùm miſericórdiam tuam memento meî tu, * propter bonitátem tuam, Dómine.

Dulcis & rectus Dóminus; * propter hoc legem dabit delinquéntibus in via.

Díriget manſuétos in judício; * docébit mites vias ſuas.

Univerſæ viæ Dómini, miſericórdia & véritas * requiréntibus teſtamentum ejus & teſtimónia ejus.

Propter nomen tuum, Dómine, propitiáberis peccáto meo; * multum eſt enim.

Diviſio Pſalmi 24.

QUis eſt homo qui timet Dóminum? * legem ſtátuit ei in via quam elégit.

Anima ejus in bonis demorábitur, * & ſemen ejus hæreditábit terram.

Firmamentum eſt Dóminus timéntibus eum, * & teſtamentum ipsíus, ut maniſeſtétur illis.

Oculi mei ſemper ad Dóminum, * quóniam ipſe evellet de láqueo pedes meos.

Réſpice in me, & miſerére meî, * quia únicus & pauper ſum ego.

Tribulatiónes cordis

meî multiplicátæ ſunt ; * de neceſſitátibus meis érue me.

Vide humilitátem meã, & labórem meum, * & dimitte univerſa delicta mea.

Réſpice inimícos meos, quóniã multiplicáti ſunt, * & ódio iníquo odérunt me.

Cuſtódi ánimam meam, & érue me : * non erubeſcam, quóniam ſperávi in te.

Innocentes & recti adhæſérunt mihi, * quia ſuſtínui te.

Líbera, Deus, Iſrael, * ex ómnibus tribulatiónibus ſuis.

PSALMUS 95.

Eccleſiæ, pro Chriſti adventu, canticum.

CAntáte Dómino cánticum novum : * cantáte Dómino omnis terra.

Cantáte Dómino, & benedícite nómini ejus ; * annuntiáte de die in diem ſalutáre ejus.

Annuntiáte inter gentes glóriam ejus, * in ómnibus pópulis mirabília ejus ;

Quóniam magnus Dóminus, & laudábilis nimis ; * terríbilis eſt ſuper omnes deos :

Quóniam omnes dii géntium dæmónia ; * Dóminus autem cœlos fecit.

Conféſſio & pulchritúdo in conſpectu ejus, * ſanctimónia & magnificéntia in ſanctificatióne ejus.

Afferte Dómino, pátriæ géntium, afferte Dómino glóriam & honórem ; * afferte Dómino glóriam nómini ejus.

Tóllite hóſtias, & introíte in átria ejus ; * adoráte Dóminum in átrio ſancto ejus.

Commoveátur à fácie ejus univerſa terra : * dícite in géntibus quia Dóminus regnávit.

Etenim correxit orbem terræ, qui non commovébitur : * judicábit pópulos in æquitáte.

Lætentur cœli & exultet terra, commoveátur mare & plenitúdo ejus : * gaudébunt campi, & ómnia quæ in eis ſunt.

Tunc exultábunt ómnia ligna ſylvárum à fácie Dñi, quia venit ; * quóniam venit judicáre terram.

Judicábit orbem terræ in æquitáte, * & pópulos in veritáte ſua.

Ant. Deus meus, in te confido, non erubeſcam. *Pſ.* 24. 2.

Capitulum. Epheſ. 5. 1. 2.

ESTóte imitatóres Dei, ſicut filii chariſſimi ; & ambuláte in dilectióne, ſicut & Chriſtus diléxit nos, & trádidit ſemetipſum pro nobis obla-

tiónem, & hóſtiam Deo in odórem ſuavitátis.

℟. *br.* Quid retríbuam Dómino, * Pro ómnibus quæ retríbuit mihi? Quid retríbuam. ℣. Vota mea Dómino reddam coram omni pópulo ejus, * Pro ómnibus. Glória. Quid retríbuam. *Pſ.* 115. 12. 14.

℣. Tibi, Dómine, ſacrificábo hóſtiam laudis, ℟. Et nomen Dómini invocábo. *Ibid.* 17.

Preces, ſi dicendæ ſint, habentur infrà poſt Compl. Sabb. Oratio conveniens.

AD SEXTAM.

℣. Deus, in adjutórium.

Hymnus, Jam ſolis. *infrà poſt Completor. Sabb.*

Ant. 6. F. Elégit.

PSALMUS 46.

Laudatur Deus, quòd omnes gentes in unum Chriſti regnum coëant.

OMnes gentes, pláudite mánibus: * jubiláte Deo in voce exultatiónis.

Quóniam Dóminus excelſus, terríbilis: * Rex magnus ſuper omnem terram.

Subjécit pópulos nobis, * & gentes ſub pédibus noſtris.

Elégit nobis hæreditátem ſuam, * ſpéciem Jacob quam diléxit.

Aſcendit Deus in júbilo, * & Dóminus in voce tubæ.

Pſállite Deo noſtro, pſállite; * pſállite Regi noſtro, pſállite.

Quóniam rex omnis terræ Deus: * pſállite ſapienter.

Regnábit Deus ſuper gentes: * Deus ſedet ſuper ſedem ſanctam ſuam.

Príncipes populórum congregáti ſunt cum Deo Abraham; * quóniam dii fortes terræ vehementer eleváti ſunt.

PSALMUS 97.

Chriſtus celebrandus, qui ſe ſit omnibus exhibiturus, & orbem judicaturus.

CAntáte Dómino cánticum novum, * quia mirabília fecit.

Salvávit ſibi déxtera ejus, * & bráchium ſanctum ejus.

Notum fecit Dóminus ſalutáre ſuum; * in conſpectu géntium revelávit juſtítiam ſuam.

Recordátus eſt miſericórdiæ ſuæ, * & veritátis ſuæ dómui Iſrael.

Vidérunt omnes términi terræ * ſalutáre Dei noſtri.

Jubiláte Deo, omnis terra: * cantáte, & exultáte, & pſállite.

Pſállite Dómino in cíthara, in cíthara, & voce pſalmi; * in tubis ductílibus, & voce tubæ córneæ.

Jubiláte in conſpectu regis Dómini : * moveátur mare, & plenitúdo ejus; orbis terrárum, & qui hábitant in eo.

Flúmina plaudent manu, ſimul montes exultábunt à conſpectu Dómini, * quóniam venit judicáre terram.

Judicábit orbem terrárum in juſtítia, * & pópulos in æquitáte.

PSALMUS 98.

Chriſti poteſtas : ejus veſtigia adoranda : exempla patrum.

DOminus regnávit, iraſcantur pópuli; * qui ſedet ſuper Chérubim, moveátur terra.

Dóminus in Sion magnus, * & excelſus ſuper omnes pópulos.

Confiteantur nómini tuo magno, quóniam terríbile & ſanctum eſt : * & honor regis judícium díligit.

Tu paraſti directiónes : * judícium & juſtítiam in Jacob tu feciſti.

Exaltáte Dñm Deum noſtrum, & adoráte ſcabellum pedum ejus, * quóniam ſanctum eſt.

Móyſes & Aaron in ſacerdótibus ejus, * & Sámuel inter eos qui ínvocant nomen ejus.

Invocábant Dóminum, & ipſe exaudiébat eos; * in columna nubis loquebátur ad eos.

Cuſtodiébant teſtimónia ejus, * & præceptum quod dedit illis.

Dómine Deus noſter, tu exaudiébas eos: * Deus, tu propítius fuiſti eis, & ulciſcens in omnes adinventiónes eórum.

Exaltáte Dñm Deum noſtrum, & adoráte in monte ſancto ejus, * quóniam ſanctus Dóminus Deus noſter.

Ant. Elégit nobis hæreditátem ſuam quam diléxit Dóminus. *Pſ.* 46. 5.

Capitulum. Rom. 8. 16. 17.

SPíritus teſtimónium reddit ſpirítui noſtro, quòd ſumus filii Dei. Si autem filii, & hærédes : hærédes quidem Dei, cohærédes autem Chriſti.

℟. *br.* Confiteantur Dómino * Miſericórdiæ ejus. Confiteantur. ℣. Et mirabília ejus filiis hóminum: * Miſericórdiæ. Glória Patri. Confiteantur. *Pſ.* 106. 8.

℣. Quómodo miſerétur pater filiórum, ℟. Miſertus eſt Dóminus timéntibus ſe. *Pſ.* 102. 13.

Preces, ſi dicendæ ſint, habentur infrà poſt Compl. Sabb. Oratio conveniens.

AD NONAM.

℣. Deus, in adjutórium.

Hymnus, Recédit, *infrà poſt Completor. Sabbati.*

Ant. 7. ç. In voluntáte tua.

PSALMUS 52.

Impiorum infinitus numerus : adventus Chriſti exoptatur.

DIxit inſipiens in corde ſuo : * Non eſt Deus.

Corrupti ſunt & abominábiles facti ſunt in iniquitátibus : * non eſt qui fáciat bonum.

Deus de cœlo proſpexit ſuper filios hóminum, * ut vídeat ſi eſt intélligens, aut requírens Deum.

Omnes declinavérunt, ſimul inútiles facti ſunt : * non eſt qui fáciat bonum, non eſt uſque ad unum.

Nonne ſcient omnes qui operantur iniquitátem, * qui dévorant plebem meã ut cibum panis ?

Deum non invocavérunt : * illic trepidavérunt timóre, ubi non erat timor.

Quóniã Deus diſſipávit oſſa eórum qui homínibus placent : * confúſi ſunt, quóniam Deus ſprevit eos.

Quis dabit ex Sion ſalutáre Iſrael ? * cùm convérterit Deus captivitátem plebis ſuæ, exultábit Jacob, & lætábitur Iſrael.

PSALMUS 72.

Improbi in hac vita felices : probi quòd ſua quemque præmia maneant, conſolatione levantur.

QUàm bonus Iſrael Deus, * his qui recto ſunt corde !

Mei autem penè moti ſunt pedes, * penè effúſi ſunt greſſus mei ;

Quia zelávi ſuper iníquos, * pacem peccatórum videns ;

Quia non eſt reſpectus morti eórum, * & firmamentum in plaga eórum ;

In labóre hóminum non ſunt, * & cum homínibus non flagellabuntur.

Ideo ténuit eos ſupérbia ; * operti ſunt iniquitáte & impietáte ſuâ.

Pródiit quaſi ex ádipe iníquitas eórum ; * tranſiérunt in affectum cordis.

Cogitavérunt & locúti ſunt nequítiam, * iniquitátem in excelſo locúti ſunt.

Poſuérunt in cœlum os ſuum, * & lingua eórum tranſívit in terra.

Ideo convertétur pópulus meus hîc ; * & dies pleni invenientur in eis.

Et dixérunt : Quómodo ſcit Deus ? * &, Si eſt ſciéntia in Excelſo ?

Ecce ipſi peccatóres, & abundantes in ſéculo, * obtinuérunt divítias.

Et dixi : Ergo ſine cauſa juſtificávi cor meum, * & lavi inter innocentes manus meas.

Et fui flagellatus totâ die, * & caſtigátio mea in matutínis.

Si dicébam : Narrábo ſic ; * ecce natiónem fi-

liórum tuórum reprobávi.

Exiſtimábam ut cognóſcerem hoc : * labor eſt ante me,

Donec intrem in ſanctuárium Dei, * & intélligam in noviſſimis eórum.

Verúmtamen propter dolos poſuiſti eis ; * dejeciſti eos, dum allevarentur.

Quómodo facti ſunt in deſolatiónem, ſúbitò defecérunt ? * periérunt propter iniquitátem ſuam.

Velut ſómnium ſurgéntium, Dómine, * in civitáte tua imáginem ipſórum ad níhilum rédiges.

Quia inflammátum eſt cor meum, & renes mei commutáti ſunt ; * & ego ad níhilum redactus ſum, & neſcívi.

Ut juméntum factus ſum apud te, * & ego ſemper tecum.

Divíſio Pſalmi 72.

TEnuiſti [Dómine] manum déxteram meam, & in voluntáte tua deduxiſti me, * & cum glória ſuſcepiſti me.

Quid enim mihi eſt in cœlo ? * & à te quid vólui ſuper terram ?

Defécit caro mea, & cor meum : * Deus cordis mei, & pars mea, Deus, in ætérnum.

Quia ecce qui elongant ſe à te, períbunt ; * perdidiſti omnes qui fornicantur abs te.

Mihi autem adhærére Deo bonum eſt, * pónere in Dómino Deo ſpem meam :

Ut annúntiem omnes prædicatiónes tuas * in portis fíliæ Sion.

Ant. In voluntáte tua deduxiſti me, Dómine, & cum glória ſuſcepiſti me. *Pſ.* 72. 24.

Capitul. 2. Theſſ. 1. 11. 12.

DIgnétur vos vocatióne ſuâ Deus noſter, & ímpleat omnem voluntátem bonitátis, & opus fídei in virtúte, ut clarificétur nomen Dómini noſtri Jeſu Chriſti in vobis, & vos in illo.

℟. *br.* Doce me fácere voluntátem tuam ; * Quia Deus meus es tu. Doce. ℣. Spíritus tuus bonus dedúcet me ; * Quia. Glória. Doce. *Pſ.* 142. 10.

℣. In Deo ſalutáre meũ, & glória mea : ℟. Deus auxílii mei ; & ſpes mea in Deo eſt. *Pſ.* 61. 8.

Preces, ſi dicendæ ſint, habentur infrà poſt Comp. Sabb. Oratio conveniens.

AD VESPERAS.

℣. Deus, in adjutórium.

Ant. 2. D. Convértere.

PSALMUS 114.

Chriſtus, mortis victor.

DIlexi, quóniam exáudiet Dóminus * vocem oratiónis meæ.

Quia inclinávit aurem

ſuam mihi, * & in diébus meis invocábo.

Circumdedérunt me dolóres mortis, * & perícula inferni invenérunt me.

Tribulatiónem & dolórem invéni, * & nomen Dómini invocávi.

O Dómine, líbera ánimam meam: * miséricors Dóminus, & juſtus, & Deus noſter miſerétur.

Cuſtódiens párvulos Dóminus; * humiliátus ſum, & liberávit me.

Convértere, ánima mea, in réquiem tuam, * quia Dóminus benefécit tibi;

Quia erípuit ánimam meam de morte, * óculos meos à lácrymis, pedes meos à lapſu.

Placébo Dómino * in regióne vivórum.

Ant. Convértere, ánima mea, in réquiem tuam, quia Dñs benefécit tibi.

Ant. 8. G. Levávi.

PSALMUS 120.

Deus Eccleſiæ cuſtos.

LEvávi óculos meos in montes, * unde véniet auxílium mihi.

Auxílium meum à Dómino, * qui fecit cœlum & terram.

Non det in commotiónem pedem tuum; * neque dormítet qui cuſtódit te.

Ecce non dormitábit neque dórmiet, * qui cuſtódit Iſraël.

Dóminus cuſtódit te; Dóminus protéctio tua * ſuper manum déxteram tuam.

Per diem ſol non uret te, * neque luna per noctem.

Dóminus cuſtódit te ab omni malo: * cuſtódiat ánimam tuam Dóminus.

Dóminus cuſtódiat introítum tuum & éxitum tuum, * ex hoc nunc, & uſque in ſéculum.

Ant. Levávi óculos meos in montes: auxílium meum à Dómino.

Ant. 1. a. Adjutórium noſtrum.

PSALMUS 123.

Eccleſia à periculis erepta: gratiarum actio.

NIſi quia Dóminus erat in nobis, dicat nunc Iſraël: * niſi quia Dóminus erat in nobis.

Cùm exúrgerent hómines in nos, * fortè vivos deglutiſſent nos;

Cùm iraſcerétur furor eórum in nos, * fórſitan aqua abſorbuiſſet nos.

Torrentem pertransívit ánima noſtra, * fórſitan pertranſiſſet ánima noſtra aquam intolerábilem.

Benedictus Dóminus, * qui non dedit nos in captiónem déntibus eórum.

Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt * de láqueo venántium.

Láqueus contrítus eſt,

*. & nos liberáti ſumus.

Adjutórium noſtrum in nómine Dómini, * qui fecit cœlum & terram.

Ant. Adjutórium noſtrum in nómine Dómini, qui fecit cœlum & terram.

Ant. 5. a. Magnificávit Dóminus.

PSALMUS 125.

Apoſtolorum Martyrumque labores & patientia.

IN convertendo Dóminus captivitátem Sion, * facti ſumus ſicut conſoláti.

Tunc replétum eſt gáudio os noſtrum, * & lingua noſtra exultatióne.

Tunc dicent inter gentes: * Magnificávit Dóminus fácere cum eis.

Magnificávit Dóminus fácere nobiſcum: * facti ſumus lætantes.

Converte, Dómine, captivitátem noſtram, * ſicut torrens in auſtro.

Qui ſéminant in lácrymis, * in exultatióne metent.

Euntes ibant & flebant, * mittentes ſémina ſua.

Venientes autem vénient cum exultatióne, * portantes manípulos ſuos.

Ant. Magnificávit Dóminus facere nobiſcum: facti ſumus lætantes.

Ant. 6. F. Adhæreat.

PSALMUS 136.

Flebilis captivi populi querimonia.

SUper flúmina Babylónis, illic ſédimus & flévimus, * cùm recordarémur Sion.

In ſalícibus in médio ejus, * ſuſpéndimus órgana noſtra:

Quia illic interrogavérunt nos, qui captívos duxérunt nos, * verba cantiónum:

Et qui abduxérunt nos: * Hymnum cantáte nobis de cánticis Sion.

Quómodo cantábimus cánticum Dómini * in terra aliéna?

Si oblítus fúero tuî, Jerúſalem, * oblivióni detur déxtera mea.

Adhæreat lingua mea fáucibus meis, * ſi non meminero tuî.

Si non propoſúero Jerúſalem * in princípio lætítiæ meæ.

Memor eſto, Dñe, filiórũ Edom, * in die Jerúſalem.

Qui dicunt, Exinaníte, exinaníte * uſque ad fundamentum in ea.

Fília Babylónis míſera; * beátus qui retríbuet tibi retributiónem tuã, quam retribuiſti nobis.

Beátus qui tenébit, * & allídet párvulos tuos ad petram.

Ant. Adhæreat lingua mea fáucibus meis, ſi non

propoſuéro Jerúſalem in princípio lætítiæ meæ.

Capitulum. Gen. 1. 6. 8.

DIxit quoque Deus: Fiat firmamentum in médio aquárum, & divídat aquas ab aquis . . . Et factum eſt ita: vocavítque Deus firmamentum cœlum, & factū eſt véſpere & mane dies ſecundus.

Hymnus.

DIGNAM paras ſedem tibi,
Sublíme dum cœlū, Deus,
Expandis, admirábile
Mortálibus ſpectáculum.

REX hâc in aulâ cérneris:
Nubes ſuper fulget thronus;
Levéſque ventórum ſuper
Pennas, triumphans ámbulas.

ILLIC ſonóros vítreo
Suſpendis imbres álveo;
Et quas jubes, circúmvolans
Procella terras írrigat.

MITTIS nives & grándinem,
Roríſque gemmas párturis;
Fulmen vibras, & ígnibus
Armas tremendis fúlgura.

AT ſeu tonítru míſceas,
Seu rore terras récrees;
Natos amans, in ómnibus
Signas amóris pígnora.

QUI nos creávit, laus Patri;
Laus, qui redémit, Fílio;
Qui charitáte nos foves,
Sit par tibi laus, Spíritus.
Amen.

℣. Ad te, Dómine, clamávi totâ die: ℟. Lætífica ánimam ſervi tui. *Pſ.* 85.

Ad Magníficat. *Ant.* 5. C. Magníficat ánima mea Dóminum; & exultávit ſpíritus meus in Deo ſalutári meo. *Luc.* 1.

Preces, ſi dicendæ ſint, & Suffragia, habentur infrà poſt Complet. Sabbati.

Oratio, quando propria non aſſignatur, dicitur de Dominica præcedenti.

AD COMPLETOR.

℣. Converte nos. Deus, in adjutórium.

Ant. 2. D. Juſtum.

PSALMUS 6.

Oratio pœnitentis, Dei miſericordiam implorantis.

DOmine, ne in furóre tuo árguas me, * neque in ira tua corrípias me.

Miſerére meî, Dómine, quóniam infirmus ſum; * ſana me, Dómine, quóniam conturbáta ſunt oſſa mea.

Et ánima mea turbáta eſt valde; * ſed tu, Dómine, úſquequò?

Convértere, Dómine, & éripe ánimam meam; * ſalvum me fac propter miſericórdiam tuam.

Quóniam non eſt in morte qui memor ſit tuî: * in inferno autem quis confitébitur tibi?

Laborávi in gémitu meo, lavábo per ſíngulas noctes

lectum meum; * lácrymis meis ſtratum meū rigábo.

Turbátus eſt à furóre óculus meus: * inveterávi inter omnes inimícos meos.

Diſcédite à me, omnes qui operámini iniquitátem: * quóniam exaudívit Dóminus vocem fletûs mei.

Exaudívit Dóminus deprecatiónem meam: * Dóminus oratiónem meā ſuſcépit.

Erubeſcant & conturbentur vehementer omnes inimíci mei: * convertantur & erubeſcant valde velóciter.

PSALMUS 7.

Salus juſtos manet; malos, interitus.

DOmine Deus meus, in te ſperávi: * ſalvum me fac ex ómnibus perſequéntibus me, & líbera me.

Nequando rápiat ut leo ánimam meam, * dum non eſt qui rédimat, neque qui ſalvum fáciat.

Dómine Deus meus, ſi feci iſtud, * ſi eſt iníquitas in mánibus meis:

Si réddidi retribuéntibus mihi mala, * décidam méritò ab inimícis meis inánis:

Perſequátur inimícus ánimam meam, & comprehendat, & conculcet in terra vitam meam, * & glóriam meam in púlverem dedúcat.

Exurge, Dómine, in ira tua: * & exaltáre in fínibus inimicórum meórū.

Et exurge, Dómine Deus meus, in præcepto quod mandaſti: * & ſynagóga populórum circúmdabit te.

Et propter hanc in altum regrédere: * Dóminus júdicat pópulos.

Júdica me, Dómine, ſecundùm juſtítiam meā, * & ſecundùm innocéntiam meam ſuper me.

Conſumétur nequítia peccatórum, & diriges juſtum, * ſcrutans corda & renes, Deus.

Juſtum adjutórium meū à Dómino, * qui ſalvos facit rectos corde.

Diviſio Pſalmi 7.

DEus judex juſtus, fortis & pátiens: * numquid iráſcitur per ſíngulos dies?

Niſi converſi fuéritis, gládium ſuum vibrábit: * arcum ſuum teténdit, & parávit illum:

Et in eo parávit vaſa mortis; * ſagittas ſuas ardéntibus effécit.

Ecce partúriit injuſtítiam; * concépit dolórem, & péperit iniquitátem.

Lacum apéruit, & effódit eum; * & íncidit in fóveam quam fecit.

Convertétur dolor ejus

in caput ejus ; * & in vérticem ipsíus iníquitas ejus deſcendet.

Confitébor Dómino ſecundùm juſtítiam ejus : * & pſallam nómini Dómini altíſſimi.

Ant. Juſtum adjutórium meum à Dño, qui ſalvos facit rectos corde. *Pſ.* 7. 11.

Hymnus, Capitulum, ℟. *breve, Antiph. ad* Nunc dimittis, *& Preces, quando dicuntur, habentur infrà poſt Complet. Sabbati.*

FERIA TERTIA AD OFFICIUM NOCT.

Invit. Pópulus Dómini, & oves manûs ejus,* Veníte, adorémus.

Pſ. 94. Veníte. 2.

Hymnus.

TE príncipem ſummo, Deus,
Jubes amóre díligi :
Tibi ſecundum prótinùs
Jubes amári próximum.

Amore fundátam tuo
Communiónem réſpice,
Quâ corpus unum plúrimi,
Unũ cor, una mens ſumus.

Illam fides & véritas
Amábili ſtipent choro :
Oblíquus hinc livor procul,
Et litis horror éxulent.

Tu pacis auctor, mútuos
Adſtringe nexus : da, Pater,
Gaudére fratrum gáudiis,
Da condolére flétibus.

Qui nos creávit, laus Patri ;
Laus, qui redémit, Fílio ;
Qui charitáte nos foves,
Sit par tibi laus, Spíritus.
Amen.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 7. d. Quis requieſcet.

PSALMUS 14.

Quibus virtutum exercitiis ſalus obtineatur.

DOmine, quis habitábit in tabernáculo tuo ? * aut quis requieſcet in monte ſancto tuo ?

Qui ingréditur ſine mácula, * & operátur juſtítiam ;

Qui lóquitur veritátem in corde ſuo ; * qui non egit dolum in lingua ſua ;

Nec fecit próximo ſuo malum, * & oppróbrium non accépit adversùs próximos ſuos.

Ad níhilum deductus eſt in conſpectu ejus malignus : * timentes autem Dóminum glorificat.

Qui jurat próximo ſuo, & non décipit ; * qui pecúniam ſuam non dedit ad uſúram, & múnera ſuper innocentem non accépit.

Qui facit hæc, * non movébitur in æternum.

PSALMUS 18.

Deus tum ex operibus, tum ex ſanctitate legis cognitus.

CŒli enarrant glóriam Dei, * & ópera mánuum ejus annúntiat firmamentum.

Dies diéi erúctat verbum, * & nox nocti índicat ſciéntiam.

Non ſunt loquélæ, neque ſermónes, * quorum non audiantur voces eórum.

In omnem terram exívit ſonus eórum, * & in fines orbis terræ verba eórum.

In ſole póſuit tabernáculum ſuum: * & ipſe tamquam ſponſus procédens de thálamo ſuo.

Exultávit ut gigas ad currendam viam; * à ſummo cœlo egréſſio ejus.

Et occurſus ejus uſque ad ſummum ejus: * nec eſt qui ſe abſcondat à calóre ejus.

Diviſio Pſalmi 18.

LEx Dómini immaculáta, convertens ánimas: * teſtimónium Dómini fidéle, ſapiéntiam præſtans párvulis.

Juſtítiæ Dómini rectæ, lætificantes corda: * præceptum Dómini lúcidum, illúminans óculos.

Timor Dómini ſanctus, pérmanens in ſéculum ſéculi: * judícia Dómini vera, juſtificáta in ſemetipſa.

Deſiderabília ſuper aurum & lápidem pretióſum multum, * & dulcióra ſuper mel & favum.

Etenim ſervus tuus cuſtódit ea; * in cuſtodiendis illis retribútio multa.

Delícta quis intélligit? ab occultis meis munda me: * & ab aliénis parce ſervo tuo.

Si meî non fúerint domináti, tunc immaculátus ero, * & emundábor à delícto máximo.

Et erunt ut compláceant elóquia oris mei: * & meditátio cordis mei in conſpectu tuo ſemper.

Dómine, adjútor meus, * & redemptor meus.

Ant. Quis requieſcet in monte ſancto tuo, Dómine? qui operátur juſtítiam, nec fecit próximo ſuo malum. *Pſ.* 14. 1. 2. 3.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 5. a. Non proponébam.

PSALMUS 71.

Chriſti regnum pacificum, amplum, fœlixque.

DEus, judícium tuū regi da, * & juſtítiam tuam fílio regis:

Judicáre pópulum tuum in juſtítia, * & páuperes tuos in judício.

Suſcípiant montes pacem pópulo, * & colles juſtítiam.

Judicábit páuperes pópuli, & ſalvos fáciet fílios páuperum; * & humiliábit calumniatórem.

Et permanébit cum ſole & ante lunam, * in generatióne & generatiónem.

Deſcendet ſicut plúvia

in vellus, * & ſicut ſtillicídia ſtillántia ſuper terram.

Oriétur in diébus ejus juſtítia, & abundántia pacis,*donec auferátur luna.

Et dominábitur à mari uſque ad mare, * & à flúmine uſque ad términos orbis terrárum.

Coram illo prócident Æthíopes ; * & inimíci ejus terram lingent.

Diviſio Pſalmi 71.

REges Tharſis & ínſulæ múnera óffereut ; * reges Arabum & Saba dona addúcent.

Et adorábunt eum omnes reges terræ ; * omnes gentes ſérvient ei :

Quia liberábit páuperem à potente ; * & páuperem cui non erat adjútor.

Parcet páuperi & ínopi, * & ánimas páuperum ſalvas fáciet.

Ex uſúris & iniquitáte rédimet ánimas eórum ; * & honorábile nomen eórum coram illo.

Et vivet, & dábitur ei de auro Arábiæ, & adorábunt de ipſo ſemper ; * totâ die benedícent ei.

Et erit firmamentum in terra in ſummis móntium, ſuperextollétur ſuper Líbanum fructus ejus; * & florébunt de civitáte ſicut fœnum terræ.

Sit nomen ejus benedictum in ſǽcula ; * ante ſolem pérmanet nomen ejus.

Et benedicentur in ipſo omnes tribus terræ, * omnes gentes magnificábunt eum.

Benedictus Dñs Deus Iſrael, * qui facit mirabília ſolus.

Et benedictum nomen majeſtátis ejus in ætérnum ; * & replébitur majeſtáte ejus omnis terra : fiat, fiat.

PSALMUS 100.

Bene vivendi forma : fugiendi mali.

MIſericórdiam & judícium * cantábo tibi, Dómine.

Pſallam, & intélligam in via immaculáta,*quando vénies ad me.

Perambulábam in innocéntia cordis mei, * in médio domûs meæ.

Non proponébam ante óculos meos rem injuſtam ; * facientes prævaricatiónes odívi.

Non adhæſit mihi cor pravum ; * declinantem à me malignum non cognoſcébam.

Detrahentem ſecrétò próximo ſuo * hunc perſequébar.

Superbo óculo & inſatiábili corde, * cum hoc non edébam.

Oculi mei ad fidéles terræ, ut ſédeant mecum : * ámbulans in via immaculáta, hic mihi miniſtrábat.

Non habitábit in médio domûs meæ, qui facit ſupérbiam: * qui lóquitur iniqua, non diréxit in conſpectu oculórum meórum.

In matutíno interficiébam omnes peccatóres terræ; * ut diſpérderem de civitáte Dómini omnes operantes iniquitátem.

Ant. Non proponébam ante óculos meos rem injuſtam: detrahentem ſecrétò próximo ſuo, hunc perſequébar.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 6. F. Adjúvit.

PSALMUS 106.

Deus ſuos è variis periculis ſervare, & donis cumulare amat.

Confitémini Dómino, quóniam bonus: * quóniam in ſǽculum miſericórdia ejus.

Dicant qui redempti ſunt à Dño, quos redémit de manu inimíci: * & de regiónibus congregávit eos,

A ſolis ortu & occáſu, * ab aquilóne & mari.

Erravérunt in ſolitúdine, in inaquóſo: * viam civitátis habitáculi non invenérunt.

Eſurientes, & ſitientes: * ánima eórum in ipſis defécit.

Et clamavérunt ad Dóminum cùm tribularentur; * & de neceſſitátibus eórum erípuit eos;

Et deduxit eos in viam rectam, * ut irent in civitátem habitatiónis.

Confiteantur Dómino miſericórdiæ ejus, * & mirabília ejus filiis hóminum:

Quia ſatiávit ánimam inánem, * & ánimam eſurientem ſatiávit bonis.

Sedentes in ténebris & umbra mortis, * vinctos in mendicitáte & ferro:

Quia exacerbavérunt elóquia Dei, * & consíliũ Altiſſimi irritavérunt.

Et humiliátum eſt in labóribus cor eórum; * infirmáti ſunt, nec fuit qui adjuváret.

Et clamavérunt ad Dóminum cùm tribularentur, * & de neceſſitátibus eórum liberávit eos.

Et eduxit eos de ténebris, & umbrâ mortis, * & víncula eórum diſrúpit.

Confiteantur Dño miſericórdiæ ejus; * & mirabília ejus filiis hóminum:

Quia contrívit portas æreas, * & vectes férreos confrégit.

Diviſio Pſalmi 106.

Suſcépit eos [Dóminus] de via iniquitátis eórum: * propter injuſtítias enim ſuas humiliáti ſunt.

Omnem eſcam abomináta eſt ánima eórum: * & appropinquavérunt uſque ad portas mortis:

Et clamavérunt ad Dóminum cùm tribularentur; * & de neceſſitátibus eórum liberávit eos.

Miſit verbum ſuum, & ſanávit eos; * & erípuit eos de interitiónibus eórum.

Confiteantur Dómino miſericórdiæ ejus; * & mirabília ejus fíliis hóminum:

Et ſacríficent ſacrificium laudis, * & annúntient ópera ejus in exultatióne.

Qui deſcendunt mare in návibus, * facientes operatiónem in aquis multis;

Ipſi vidérunt ópera Dómini, * & mirabília ejus in profundo.

Dixit, & ſtetit ſpíritus procellæ, * & exaltáti ſunt fluctus ejus.

Aſcendunt uſque ad cœlos, & deſcendunt uſque ad abyſſos: * ánima eórum in malis tabeſcébat.

Turbáti ſunt, & moti ſunt ſicut ébrius; * & omnis ſapiéntia eórum devoráta eſt.

Et clamavérunt ad Dóminum cùm tribularentur; * & de neceſſitátibus eórum eduxit eos.

Et ſtátuit procellam ejus in auram; * & ſiluérunt fluctus ejus:

Et lætáti ſunt quia ſiluérunt: * & deduxit eos in portum voluntátis eórum.

Confiteantur Dómino miſericórdiæ ejus, * & mirabília ejus fíliis hóminũ:

Et exaltent eum in eccléſia plebis, * & in cáthedra ſeniórum laudent eum.

Altera diviſio Pſalmi 106.

Póſuit [Dóminus] flúmina in deſertum, * & éxitus aquárum in ſitim;

Terram fructíferam in ſalſúginem, * à malítia inhabitántium in ea.

Póſuit deſertum in ſtagna aquárum, * & terram ſine aqua in éxitus aquárum:

Et collocávit illic eſurientes, * & conſtituérunt civitátem habitatiónis.

Et ſeminavérunt agros, & plantavérunt víneas; * & fecérunt fructum nativitátis.

Et benedixit eis, & multiplicáti ſunt nimis; * & jumenta eórum non minorávit.

Et pauci facti ſunt; * & vexáti ſunt à tribulatióne malórum, & dolóre.

Effúſa eſt contémptio ſuper príncipes; * & erráre fecit eos in ínvio, & non in via.

Et adjúvit páuperem de inópia; * & póſuit ſicut oves famílias.

Vidébunt recti, & lætabuntur; * & omnis iníquitas oppilábit os ſuum.

Quis ſápiens, & cuſtódiet hæc; * & intélliget miſericórdias Dómini?

Ant. Adjúvit Dóminus páuperem de inópia: vidébunt recti, & lætabuntur.

℣. Exortum eſt in ténebris lumen rectis: ℟. Miſéricors, & miſerátor, & juſtus. *Pſ.* 111. 4.

In Adv. ℣. Véniat ſuper me miſericórdia tua, Dómine, ℟. Salutáre tuum ſecundùm elóquium tuum. *Pſ.* 118. 41.

Pater noſter.

AD LAUDES.

℣. *Sacerd.* Magnificáte Dóminum mecum, ℟. Et exaltémus nomen ejus in idipſum. *Pſ.* 33. 4.

Ant. 4. a. Qui non accépit.

PSALMUS 23.

Imperium Chriſti; ipſius ad cælos aſcenſus.

DOmini eſt terra, & plenitúdo ejus, * orbis terrárum, & univerſi qui hábitant in eo:

Quia ipſe ſuper mária fundávit eum, * & ſuper flúmina præparávit eum.

Quis aſcendet in montem Dómini? * aut quis ſtabit in loco ſancto ejus?

Innocens mánibus & mundo corde, * qui non accépit in vano ánimam ſuam, nec jurávit in dolo próximo ſuo,

Hic accípiet benedictiónem à Dño, * & miſericórdiam à Deo ſalutári ſuo.

Hæc eſt generátio quæréntium eum, * quæréntium fáciem Dei Jacob.

Attóllite portas príncipes veſtras; & elevámini, portæ æternáles: * & introíbit rex glóriæ.

Quis eſt iſte rex glóriæ? * Dñs fortis & potens, Dóminus potens in prælio.

Attóllite portas príncipes veſtras; & elevámini, portæ æternáles: * & introíbit rex glóriæ.

Quis eſt iſte rex glóriæ? * Dóminus virtútum ipſe eſt rex glóriæ.

Ant. Qui non accépit in vano ánimam ſuam, nec jurávit in dolo próximo ſuo, hic accípiet benedictiónem à Dómino.

Ant. 5. a. Audiam.

PSALMUS 84.

Finis captivitatis; futura Verbi incarnatio.

BEnedixiſti, Dómine, terram tuam, * avertiſti captivitátem Jacob.

Remiſiſti iniquitátem plebis tuæ, * operuiſti ómnia peccáta eórum.

Mitigaſti omnem iram tuam; * avertiſti ab ira indignatiónis tuæ.

Converte nos, Deus ſalutáris noſter, * & averte iram tuam à nobis.

Numquid in æternum iraſcéris nobis? * aut ex-

tendes iram tuam à generatióne in generatiónem?

Deus, tu converſus vivificábis nos; * & plebs tua lætábitur in te.

Oſtende nobis, Dñe, miſericórdiam tuam; * & ſalutáre tuum da nobis.

Audiam quid loquátur in me Dóminus Deus; * quóniam loquétur pacem in plebem ſuam,

Et ſuper ſanctos ſuos, * & in eos qui convertuntur ad cor.

Verúmtamen prope timentes eum ſalutáre ipſíus: * ut inhábitet glória in terra noſtra.

Miſericórdia & véritas obviavérunt ſibi,* juſtítia & pax oſculátæ ſunt.

Véritas de terra orta eſt, * & juſtítia de cœlo proſpexit.

Etenim Dóminus dabit benignitátem; * & terra noſtra dabit fructum ſuũ.

Juſtítia ante eum ambulábit; * & ponet in via greſſus ſuos.

Ant. Audiam quid loquátur in me Dóminus Deus; quóniam loquétur pacem in plebem ſuam, & ſuper ſanctos ſuos.

Ant. 3. g. Tu Dóminus.

PSALMUS 96.

Chriſti regnum: ille ſolus adorandus.

DOminus regnávit, exultet terra,* lætentur ínſulæ multæ.

Nubes & calígo in circúitu ejus; * juſtítia & judíciũ corréctio ſedis ejus.

Ignis ante ipſum præcédet, * & inflammábit in circúitu inimícos ejus.

Illuxérunt fúlgura ejus orbi terræ: * vidit, & commóta eſt terra.

Montes ſicut cera fluxérunt à fácie Dómini, * à fácie Dómini omnis terra.

Annuntiavérunt cœli juſtítiam ejus; * & vidérunt omnes pópuli glóriam ejus.

Confundantur omnes qui adórant ſculptília, * & qui gloriantur in ſimulácris ſuis.

Adoráte eum, omnes Angeli ejus: * audívit, & lætáta eſt Sion.

Et exultavérunt filiæ Judæ, * propter judícia tua, Dómine;

Quóniam tu Dóminus altíſſimus ſuper omnem terram: * nimis exaltátus es ſuper omnes deos.

Qui dilígitis Dóminum, odíte malum: * cuſtódit Dóminus ánimas ſanctórum ſuórum; de manu peccatóris liberábit eos.

Lux orta eſt juſto, * & rectis corde lætítia.

Lætámini, juſti, in Dómino, * & confitémini memóriæ ſanctificatiónis ejus.

Ant. Tu Dóminus altíſſimus ſuper omnem terram.

Ant: 7. *d*. Vivens.

In Feriis, *Canticum Ezechiæ*. Iſ. 38.

EGo dixi: In dimídio diérum meórum vadam ad portas ínferi: * quæsívi resíduum annórum meórum.

Dixi: Non vidébo Dóminum Deum in terra vivéntium: * non aſpíciam hóminem ultrà, & habitatórem quiétis.

Generátio mea abláta eſt, & convolúta eſt à me, * quaſi tabernáculum paſtórum.

Præcísa eſt, velut à texente, vita mea; dum adhuc ordírer, ſuccídit me: * de mane uſque ad véſperam finies me.

Sperábam uſque ad mane, quaſi leo ſic contrívit ómnia oſſa mea: * de mane uſque ad véſperam finies me.

Sicut pullus hirúndinis ſic clamábo, * meditábor ut columba.

Attenuáti ſunt óculi mei, ſuſpicientes in excelſum: * Dómine, vim pátior, reſponde pro me.

Quid dicam, aut quid reſpondébit mihi, * cùm ipſe fécerit?

Recogitábo tibi omnes annos meos * in amaritúdine ánimæ meæ.

Dómine, ſi ſic vivitur, & in tálibus vita ſpíritûs mei, * corrípies me, & vivificábis me.

Ecce in pace amaritúdo mea amariſſima: * tu autem eruiſti ánimam meam ut non períret:

Projeciſti poſt tergum tuũ * ómnia peccáta mea.

Quia non infernus confitébitur tibi, neque mors laudábit te; * non expectábunt, qui deſcendunt in lacum, veritátem tuam.

Vivens, vivens ipſe confitébitur tibi, ſicut & ego hódie: * pater filiis notam fáciet veritátem tuam.

Dómine, ſalvum me fac; * & pſalmos noſtros cantábimus cunctis diébus vitæ noſtræ in domo Dñi.

Ant. Vivens, vivens ipſe confitébitur tibi, Dómine: pater filiis notam fáciet veritátem tuam.

[*In Feſtis*, *Canticum*. Eccli. 36.

MIſerére noſtri, Deus ómnium, & réſpice nos, * & oſtende nobis lucem miſeratiónum tuárum;

Et immitte timórem tuum ſuper gentes quæ non exquiſiérunt te, * ut cognoſcant quia non eſt Deus, niſi tu, & enarrent magnália tua.

Alleva manum tuam ſuper gentes aliénas, * ut vídeant poténtiam tuam.

Sicut enim in conſpectu eórum ſanctificátus es in nobis, * ſic in conſpectu noſtro magnificáberis in eis;

Ut cognoſcant te, * ſicut & nos cognóvimus quóniam non eſt Deus præter te, Dómine.

Innova ſigna, & immúta mirabília: * glorífica manum, & bráchium dextrum.

Excita furórem, & effunde iram: * tolle adversárium, & afflíge inimícum.

Feſtína tempus, & memento finis, * ut enarrent mirabília tua.

In ira flammæ devorétur qui ſalvátur; * & qui péſſimant plebem tuam, invéniant perditiónem.

Cóntere caput príncipum inimicórum, * dicéntium: Non eſt álius præter nos.

Cóngrega omnes tribus Jacob, * ut cognoſcant quia non eſt Deus, niſi tu, & enarrent magnália tua;

Et hæreditábis eos, * ſicut ab inítio.

Miſerére plebi tuæ, ſuper quam invocátum eſt nomen tuum; * & Iſrael, quem coæquaſti primogénito tuo.

Miſerére civitáti ſanctificatiónis tuæ Jerúſalem, * civitáti requiéi tuæ.

Reple Sion inenarrabílibus verbis tuis, * & glóriâ tuâ pópulum tuũ.]

Ant. 1. D. Laudáte.

PSALMUS 150.

Deus omni muſicæ genere laudandus.

LAudáte Dóminum in ſanctis ejus: * laudáte eum in firmamento virtútis ejus.

Laudáte eum in virtútibus ejus: * laudáte eum ſecundùm multitúdinem magnitúdinis ejus.

Laudáte eum in ſono tubæ: * laudáte eum in pſaltério & cíthara.

Laudáte eum in tympano & choro: * laudáte eum in chordis & órgano.

Laudáte eum in cymbalis beneſonántibus; laudáte eum in cymbalis jubilatiónis: * omnis ſpíritus laudet Dóminum.

Ant. Laudáte Dóminum in ſanctis ejus: laudáte eum ſecundùm multitúdinem magnitúdinis ejus.

Capitul. 1. Joan. 2. 8. 10.

MAndátum novum ſcribo vobis, quod verum eſt & in Chriſto, & in vobis; quia ténebræ tranſiérunt, & verum lumen jam lucet. Qui dicit ſe in luce eſſe, & fratrem ſuum odit, in ténebris eſt uſque adhuc. Qui díligit fratrem ſuum, in lúmine manet, & ſcándalum in eo non eſt.

Hymnus.

OMNES jubet, quos cóndidit
Æternus ómnium parens,
Amóre necti mútuo,
Uno movéri ſpíritu.

Vos ergo, pacis filii,
Unâ creáti dexterâ,
Unum quibus Chriſtus caput,
Amáre fratres díſcite.

VÆ qui malignis ártibus,
Linguíſque lædunt próximum!
Væ dira qui ſpargit malus
Diſſenſiónum ſémina!

HINC blanda vox cedat procul,
Quæ pectus incautum ſubit,
Lapsúque cæco dúlcibus
Laudum venénis ínficit.

PER verba fuci néſcia
Jam véritas ſe détegat;
Reduxque terris, ómnium
Loquátur ore cháritas.

QUI nos creávit, laus Patri;
Laus, qui redémit, Fílio;
Qui charitáte nos foves,
Sit par tibi laus, Spíritus.
Amen.

℣. Deus in médio civitátis ſuæ; non commovébitur: ℟. Adjuvábit eam manè dilúculo. *Pſ.* 45. 6.

Ad Benedictus. *Ant.* 7. a. Erexit Dóminus cornu ſalútis nobis in domo David púeri ſui, ſicut locútus eſt per os ſanctórum. *Luc.* 1.

AD PRIMAM.

Ant. 2. D. Cùm mihi.

PSALMUS 34.

Chriſtus ab hoſtibus liberari deprecatur.

JUdica, Dómine, nocentes me, * expugna impugnantes me.

Apprehende arma & ſcutum, * & exurge in adjutórium mihi.

Effunde frámeam, & conclúde adverſùs eos qui perſequuntur me; * dic ánimæ meæ: Salus tua ego ſum.

Confundantur & revereantur * quærentes ánimam meam.

Avertantur retrorsùm & confundantur * cogitantes mihi mala.

Fiant tamquam pulvis ante fáciem venti, * & ángelus Dñi coarctans eos.

Fiat via illórum ténebræ, & lúbricum, * & ángelus Dómini perſequens eos.

Quóniam gratìs abſcondérunt mihi intéritum láquei ſui, * ſupervácuè exprobravérunt ánimam meam.

Véniat illi láqueus quem ignórat; & cáptio quam abſcondit, apprehendat eum, * & in láqueum cadat in ipſum.

Anima autem mea exultábit in Dómino; * & delectábitur ſuper ſalutári ſuo.

Omnia oſſa mea dicent: * Dómine, quis ſímilis tibi?

Erípiens ínopem de manu fortiórum ejus, * egénum & páuperem à diripiéntibus eum.

Diviſio Pſalmi 34.

SUrgentes teſtes iníqui, * quæ ignorábam interrogábant me.

Retribuébant mihi mala pro bonis, * ſterilitátem ánimæ meæ.

Ego autem, cùm mihi moleſti eſſent, * induébar cilício.

Humiliábam in jejúnio ánimam meam; * & orátio mea in ſinu meo convertétur.

Quaſi próximum, & quaſi fratrem noſtrum, ſic complacébam, * quaſi lugens & contriſtátus, ſic humiliábar.

Et adversùm me lætáti ſunt, & convenérunt: * congregáta ſunt ſuper me flagella, & ignorávi.

Diſſipáti ſunt, nec compuncti; tentavérunt me, ſubſannavérunt me ſubſannatióne; * frenduérunt ſuper me déntibus ſuis.

Dómine, quando reſpícies? * reſtitue ánimam meam à malignitáte eórum, à leónibus únicam meam.

Confitébor tibi in Eccléſia magna, * in pópulo gravi laudábo te.

Non ſupergáudeant mihi qui adverſantur mihi iníquè; * qui odérunt me gratìs, & ánnuunt óculis.

Quóniam mihi quidem pacíficè loquebantur, * & in iracúndia terræ loquentes, dolos cogitábant.

Et dilatavérunt ſuper me os ſuum; * dixérunt: Euge, euge, vidérunt óculi noſtri.

Vidiſti, Dómine, ne síleas; * Dómine, ne diſcédas à me.

Altera diviſio Pſalmi 34.

EXurge, & intende judício meo, * Deus meus & Dóminus meus, in cauſam meam.

Júdica me ſecundùm juſtítiam tuam, Dómine Deus meus; * & non ſupergáudeant mihi.

Non dicant in córdibus ſuis: Euge, euge, ánimæ noſtræ; * nec dicant: Devorávimus eum.

Erubeſcant & revereantur ſimul, * qui gratulantur malis meis.

Induantur confuſióne & reveréntiâ, * qui magna loquuntur ſuper me.

Exultent & lætentur qui volunt juſtítiam meá; * & dicant ſemper: Magnificétur Dóminus, qui volunt pacem ſervi ejus.

Et lingua mea meditábitur juſtítiam tuam, * totâ die laudem tuam.

Ant. Cùm mihi moleſti eſſent, quaſi próximum, & quaſi fratrem noſtrum, ſic complacébam.

AD TERTIAM.

Ant. 1. f. Cum ímpiis non ſedébo.

PSALMUS 25.

Puræ conſcientiæ in conſpectu Dei humilis inquiſitio.

JUdica me, Dómine, quóniam ego in innocéntia mea ingreſſus ſum, * & in Dómino ſperans, non infirmábor.

Proba me, Dómine, & tenta me; * ure renes meos & cor meum;

Quóniam miſericórdia tua ante óculos meos eſt, * & complácui in veritáte tua.

Non ſedi cum concílio vanitátis, * & cum iníqua geréntibus non introíbo.

Odívi eccléſiam malignántium, * & cum ímpiis non ſedébo.

Lavábo inter innocentes manus meas, * & circúmdabo altáre tuum, Dómine;

Ut áudiam vocem laudis, * & enarrem univerſa mirabília tua.

Dómine, diléxi decórem domûs tuæ, * & locum habitatiónis glóriæ tuæ.

Ne perdas cum ímpiis, Deus, ánimam meam, * & cum viris ſánguinum vitam meam,

In quorum mánibus iniquitátes ſunt: * dextera eórum repléta eſt munéribus.

Ego autem in innocéntia mea ingreſſus ſum; * rédime me, & miſerere meî.

Pes meus ſtetit in directo; * in eccléſiis benedícam te, Dómine.

PSALMUS 49.

Non ex cæſis victimis, ſed ex animi puritate judicandi homines.

DEus deórum Dóminus locútus eſt: * & vocávit terram,

A ſolis ortu uſque ad occáſum: * ex Sion ſpécies decóris ejus.

Deus manifeſtè véniet: * Deus noſter, & non ſilébit.

Ignis in conſpectu ejus exardeſcet: * & in circúitu ejus tempeſtas válida.

Advocábit cœlum deſursùm, * & terram, diſcérnere pópulum ſuum.

Congregáte illi ſanctos ejus, * qui órdinant teſtamentum ejus ſuper ſacrifícia.

Et annuntiábunt cœli juſtítiam ejus, * quóniam Deus judex eſt.

Audi, pópulus meus, & loquar; Iſraël, & teſtificábor tibi: * Deus, Deus tuus ego ſum.

Non in ſacrifíciis tuis árguam te; * holocauſta

autem tua in conſpectu meo ſunt ſemper.

Non accípiam de domo tua vítulos, * neque de grégibus tuis hircos:

Quóniam meæ ſunt omnes feræ ſylvárum, * jumenta in móntibus & boves.

Cognóvi ómnia volatília cœli: * & pulchritúdo agri mecum eſt.

Si eſuríero, non dicam tibi: * meus eſt enim orbis terræ, & plenitúdo ejus.

Numquid manducábo carnes taurórum? * aut ſánguinem hircórum potábo?

Immola Deo ſacrifícium laudis: * & redde Altíſſimo vota tua.

Et ínvoca me in die tribulatiónis: * éruam te, & honorificábis me.

Diviſio Pſalmi 49.

PEccatóri autem dixit Deus: * Quare tu enarras juſtítias meas, & aſſúmis teſtamentum meũ per os tuum?

Tu verò odiſti diſciplínam, * & projeciſti ſermónes meos retrorsùm.

Si vidébas furem, currébas cum eo: * & cum adúlteris portiónem tuam ponébas.

Os tuum abundávit malítiâ, * & lingua tua concinnábat dolos.

Sedens adversùs fratrem tuum loquebáris, & adversùs fílium matris tuæ ponébas ſcándalum: * hæc feciſti, & tácui.

Exiſtimaſti iníquè quòd ero tuî ſímilis: * árguam te, & ſtátuam contra fáciem tuam.

Intellígite hæc, qui oblivíſcímini Deum: * nequando rápiat, & non ſit qui erípiat.

Sacrifícium laudis honorificábit me: * & illic iter, quo oſtendam illi ſalutáre Dei.

Ant. Cum ímpiis non ſedébo: inter innocentes circúmdabo altáre tuum, Dómine. *Pſ.* 25. 5. 6.

Capitulum. Eccli. 35. 2. 3.

SAcrifícium ſalutáre, eſt atténdere mandátis, & diſcédere ab omni iniquitáte, & propitiatiónem litáre ſacrifícii ſuper injuſtítias: & deprecátio pro peccátis, recédere ab injuſtítia.

℟. *br.* Quis aſcendet in montem Dómini, * Stabit in loco ſancto ejus? Quis aſcendet. ℣. Innocens mánibus & mundo corde, * Stabit in loco ſancto ejus. Glória Patri. Quis aſcendet. *Pſ.* 23. 3. 4.

℣. Congregáte Dómino ſanctos ejus, ℟. Qui órdinant teſtamentum ejus ſuper ſacrifícia. *Pſ.* 49. 5.

AD SEXTAM.

AD SEXTAM.

Ant. 4. a. Juſtus.

PSALMUS 36.

Bonorum malorumque ſtatus longè diſpar.

NOli æmulári in malignántibus : * neque zeláveris faciéntes iniquitátem.

Quóniam tamquam fœnum velóciter aréſcent ; * & quemádmodum ólera herbárum citò décident.

Spera in Dómino, & fac bonitátem : * & inhábita terram, & paſcéris in divítiis ejus.

Delectáre in Dómino, * & dabit tibi petitiónes cordis tui.

Revéla Dómino viam tuam, & ſpera in eo ; * & ipſe fáciet.

Et edúcet quaſi lumen juſtítiam tuam, & judícium tuum tamquam merídiem : * ſúbditus eſto Dómino, & ora eum.

Noli æmulári in eo qui proſperátur in via ſua, * in hómine faciente injuſtítias.

Déſine ab ira, & derelinque furórem : * noli æmulári, ut malignéris.

Quóniam qui malignantur, exterminabuntur ; * ſuſtinentes autem Dóminum, ipſi hæreditábunt terram.

Et adhuc puſillùm, & non erit peccátor ; * & quæres locum ejus, & non invenies.

Manſuéti autem hæreditábunt terram, * & delectabuntur in multitúdine pacis.

Obſervábit peccátor juſtum, * & ſtridébit ſuper eum déntibus ſuis.

Dóminus autem irridébit eum ; * quóniam próſpicit quòd véniet dies ejus.

Gládium evaginavérunt peccatóres, * intendérunt arcum ſuum :

Ut dejíciant páuperem & ínopem, * ut trucídent rectos corde.

Gládius eórum intret in corda ipsórum, * & arcus eórum confringátur.

Mélius eſt módicum juſto, * ſuper divítias peccatórum multas ;

Quóniam bráchia peccatórum conterentur ; * confirmat autem juſtos Dóminus.

Diviſio Pſalmi 36.

NOvit Dóminus dies immaculatórum, * & hæréditas eórum in æternum erit.

Non confundentur in témpore malo, & in diebus famis ſaturabuntur : * quia peccatóres períbunt.

Inimíci verò Dómini mox ut honorificáti fúerint & exaltáti ; * deficientes, quemádmodum fumus, defícient.

Mutuábitur peccátor, &

non ſolvet; * juſtus autem miſerétur, & tribuet.

Quia benedicentes ei hæreditábunt terram; * maledicentes autem ei diſperíbunt.

Apud Dóminum greſſus hóminis dirigentur, * & viam ejus volet.

Cùm cecíderit, non collidétur; * quia Dóminus ſuppónit manum ſuam.

Júnior fui, étenim ſénui, * & non vidi juſtum derelictum, nec ſemen ejus quærens panem.

Totâ die miſerétur, & cómmodat, * & ſemen illíus in benedictióne erit.

Declína à malo, & fac bonum, * & inhábita in ſéculum ſéculi:

Quia Dóminus amat judícium, & non derelinquet ſanctos ſuos; * in ætérnum conſervabuntur.

Injuſti punientur, * & ſemen impiórum períbit.

Juſti autem hæreditábunt terram, * & inhabitábunt in ſéculum ſéculi ſuper eam.

Altera diviſio Pſalmi 36.

OS juſti meditábitur ſapiéntiam, * & lingua ejus loquétur judícium.

Lex Dei ejus in corde ipsíus; * & non ſupplantabuntur greſſus ejus.

Consíderat peccátor juſtum, * & quærit mortificáre eum.

Dóminus autem non derelinquet eum in mánibus ejus; * nec damnábit eum cùm judicábitur illi.

Expecta Dóminum, & cuſtódi viam ejus; & exaltábit te, ut hæreditáte cápias terram: * cùm períerint peccatóres, vidébis.

Vidi ímpium ſuperexaltátum, * & elevátum ſicut cedros Líbani.

Et transívi, & ecce non erat; * & quæsívi eum, & non eſt inventus locus ejus.

Cuſtódi innocéntiam, & vide æquitátem: * quóniam ſunt relíquiæ hómini pacífico.

Injuſti autem diſperíbunt ſimul; * relíquiæ impiórum interíbunt.

Salus autem juſtórum à Dómino, * & protector eórum in témpore tribulatiónis.

Et adjuvábit eos Dóminus, & liberábit eos, * & éruet eos à peccatóribus, & ſalvábit eos, quia ſperavérunt in eo.

Ant. Juſtus totâ die miſerétur & cómmodat; & ſemen illíus in benedictióne erit.

Capitul. 1. Joan. 3. 17-18.

QUi habúerit ſubſtántiam hujus mundi, & víderit fratrem ſuum neceſſitátem habére, & cláuſerit víſcera ſua ab eo,

quómodo cháritas Dei manet in eo? Filioli mei, non diligámus verbo, neque linguâ, ſed ópere & veritáte.

℟. *br.* Jucundus homo * Qui miſerétur & cómmodat. Jucundus. ℣. In æternum non commovébitur, * Qui miſerétur. Glória Patri. Jucundus.

℣. Diſperſit, dedit paupéribus: ℟. Juſtitia ejus manet in ſéculum ſéculi. *Pſ.* 111. 5. 6. 9.

AD NONAM.

Ant. 8. c. Tu, Dómine.

PSALMUS 108.

Chriſtus Judæ proditori, aliiſque impiis dignas pœnas, ſibique ſalutem precatur.

DEus, laudem meã ne tacúeris: * quia os peccatóris, & os dolóſi ſuper me apertum eſt.

Locúti ſunt adversùm me linguâ dolóſâ, & ſermónibus ódii circumdedérunt me: * & expugnavérunt me gratis.

Pro eo ut me dilígerent, detrahébant mihi, * ego autem orábam.

Et poſuérunt adversùm me mala pro bonis, * & ódiũ pro dilectióne mea.

Diviſio Pſalmi 108.

COnſtítue [Dómine] ſuper eum peccatórem; * & diábolus ſtet à dextris ejus.

Cùm judicátur, éxeat condemnátus; * & orátio ejus fiat in peccátum.

Fiant dies ejus pauci; * & epiſcopátum ejus accípiat alter.

Fiant filii ejus órphani, * & uxor ejus vídua.

Nutantes transferantur filii ejus, & mendícent, * & ejiciantur de habitatiónibus ſuis.

Scrutétur fœnerátor omnem ſubſtántiam ejus; * & dirípiant aliéni labóres ejus.

Non ſit illi adjútor; * nec ſit qui misereátur pupillis ejus.

Fiant nati ejus in intéritum; * in generatióne una deleátur nomen ejus.

In memóriam rédeat iníquitas patrum ejus in conſpectu Dómini; * & peccátum matris ejus non deleátur.

Fiant contra Dóminum ſemper, & diſpéreat de terra memória eórum; * pro eo quòd non eſt recordátus fácere misericórdiam;

Et perſecútus eſt hóminem ínopem & mendícum, * & compunctum corde mortificáre.

Et dilexit maledictiónem, & véniet ei; * & nóluit benedictiónem, & elongábitur ab eo;

Et índuit maledictiónem ſicut veſtimentum; * & intrávit ſicut aqua in

interióra ejus, & ſicut óleum in óſſibus ejus.

Fiat ei ſicut veſtimentum quo operítur, * & ſicut zona quâ ſemper præcíngitur.

Hoc opus eórum qui détrahunt mihi apud Dóminum, * & qui loquuntur mala adversùs ánimam meam.

Et tu, Dómine, Dómine, fac mecum propter nomen tuum; * quia ſuávis eſt miſericórdia tua.

Altera diviſio Pſalmi 108.

LIbera me, quia egénus & pauper ego ſum; * & cor meum conturbátum eſt intra me.

Sicut umbra, cùm declínat, ablátus ſum; * & excuſſus ſum ſicut locuſtæ.

Génua mea infirmáta ſunt à jejúnio; * & caro mea immutáta eſt propter óleum.

Et ego factus ſum oppróbrium illis; * vidérunt me, & movérunt cápita ſua.

Adjuva me, Dñe Deus meus; * ſalvum me fac ſecundùm miſericórdiã tuã.

Et ſciant quia manus tua hæc: * & tu, Dómine, feciſti eam.

Maledícent illi, & tu benedíces: * qui inſurgunt in me, confundantur; ſervus autem tuus lætábitur.

Induantur, qui détrahunt mihi, pudóre; * & operiantur ſicut diplóide confuſióne ſuâ.

Confitébor Dño nimis in ore meo, * & in médio multórum laudábo eum;

Quia áſtitit à dextris páuperis, * ut ſalvam fáceret à perſequéntibus ánimam meam.

Ant. Tu, Dómine, fac mecum propter nomen tuum; quia ſuávis eſt miſericórdia tua.

Capitul. Rom. 12.16-18.

NOlíte eſſe prudentes apud voſmetipſos, nulli malum pro malo reddentes, providentes bona non tantùm coram Deo, ſed étiam coram ómnibus homínibus. Si fieri poteſt, quod ex vobis eſt, cum ómnibus homínibus pacem habentes.

℟. *br.* Poſuérunt adversùm me * Mala pro bonis. Poſuérunt. ℣. Et ódium pro dilectióne mea, * Mala pro bonis. Glória. Poſuérunt. *Pſ.* 108. 5.

℣. Si réddidi retribuéntibus mihi mala, ℟. Décidam méritò ab inimícis meis inánis. *Pſ.* 7. 5.

AD VESPERAS.

Ant. 3. g. Multũ íncola fuit.

PSALMUS 119.

Chriſti manſuetudo & patientia.

AD Dñm, cùm tribulárer, clamávi, * & exaudívit me.

Dómine, líbera ánimam

meam à lábiis iníquis, * & à lingua dolóſa.

Quid detur tibi, aut quid apponátur tibi * ad linguam dolóſam?

Sagittæ potentis acútæ, * cum carbónibus deſolatóriis.

Heu mihi, quia incolátus meus prolongátus eſt! habitávi cum habitántibus Cedar; * multùm íncola fuit ánima mea.

Cum his qui odérunt pacem, eram pacíficus; * cùm loquébar illis, impugnábant me gratis.

Ant. Multùm íncola fuit ánima mea, Dómine: cum his qui odérunt pacem, eram pacíficus.

Ant. 1. f. Propter fratres meos.

PSALMUS 121.

Eccleſiæ concordia, pietas & juſtitia celebrantur.

LÆtátus ſum in his quæ dicta ſunt mihi: * In domum Dñi íbimus.

Stantes erant pedes noſtri * in átriis tuis, Jerúſalem;

Jerúſalem quæ ædificátur ut cívitas, * cujus participátio ejus in idipſum.

Illuc enim aſcendérunt tribus, tribus Dómini; * teſtimónium Iſraël, ad confiténdum nómini Dñi.

Quia illic ſedérunt ſedes in judício, * ſedes ſuper domum David.

Rogáte quæ ad pacem ſunt Jerúſalem, * & abundántia diligéntibus te.

Fiat pax in virtúte tua, * & abundántia in túrribus tuis.

Propter fratres meos & próximos meos, * loquébar pacem de te.

Propter domum Dómini Dei noſtri, * quæsívi bona tibi.

Ant. Propter fratres meos & próximos meos, loquébar pacem de te, Jerúſalem.

Ant. 7. d. Quàm bonum.

PSALMUS 132.

Fraternæ charitatis beatitudo.

ECce quàm bonum, & quàm jucundum, * habitáre fratres in unũ!

Sicut unguentum in cápite, * quod deſcendit in barbam, barbam Aaron,

Quod deſcendit in oram veſtimenti ejus; * ſicut ros Hermon, qui deſcendit in montem Sion:

Quóniam illic mandávit Dóminus benedictiónẽ, * & vitam uſque in séculum.

Ant. Quàm bonum, & quàm jucundum, habitáre fratres in unum!

Ant. 8. G. In miſericórdia.

PSALMUS 140.

Lingua coercenda: in afflictionibus patientia.

DOmine, clamávi ad te, exaudi me; * inténde voci meæ, cùm clamávero ad te.

Dirigátur orátio mea ſicut incenſum in conſpectu tuo : * elevátio mánuum meárum , ſacrifícium veſpertínum.

Pone , Dómine , cuſtódiam ori meo , * & óſtium circumſtántiæ lábiis meis.

Non declínes cor meum in verba malítiæ , * ad excuſandas excuſatiónes in peccátis.

Cum homínibus operántibus iniquitátem ; * & non communicábo cũ electis eórum.

Corrípiet me juſtus in miſericórdia , & increpábit me ; * óleum autem peccatóris non impinguet caput meum.

Quóniam adhuc & orátio mea in beneplácitis eórum : * abſorpti ſunt juncti petræ júdices eórũ.

Audient verba mea , quóniam potuérunt ; * ſicut craſſitúdo terræ erupta eſt ſuper terram.

Diſſipáta ſunt oſſa noſtra ſecùs infernum:* quia ad te , Dómine , Dómine , óculi mei ; in te ſperávi , non áuferas ánimam meam.

Cuſtódi me à láqueo quem ſtatuérunt mihi , * & à ſcándalis operántium iniquitátem.

Cadent in retiáculo ejus peccatóres : * ſinguláriter ſum ego, donec tránſeam.

Ant. In miſericórdia juſtus increpábit me ; óleum autem peccatóris non impinguet caput meum.

Ant. 6. F. Me expectant.

PSALMUS 141.

Humanâ ope deſtituta , contra inſectatores auxilium implorat Eccleſia.

VOce meâ ad Dóminum clamávi ; * voce meâ ad Dóminum deprecátus ſum.

Effundo in conſpectu ejus oratiónem meam , * & tribulatiónem meam ante ipſum pronúntio ,

In deficiendo ex me ſpíritum meum ; * & tu cognoviſti ſémitas meas.

In via hac quâ ambulábam , * abſcondérunt láqueum mihi.

Conſiderábam ad déxteram,& vidébam,*& non erat qui cognóſceret me.

Périit fuga à me , * & non eſt qui requírat ánimam meam.

Clamávi ad te , Dómine : * dixi : Tu es ſpes mea , pórtio mea in terra viventium.

Intende ad deprecatiónem meam , * quia humiliátus ſum nimis.

Líbera me à perſequéntibus me , * quia confortáti ſunt ſuper me.

Educ de cuſtódia ánimam meam , ad confitendum nómini tuo : * me expectant juſti , donec retríbuas mihi.

Ant. Me expectant juſti, donec retríbuas mihi, Dómine.

Capitulum. Gen. 1. 9-13.

DIxit verò Deus: Congregentur aquæ, quæ ſub cœlo ſunt, in locum unum, & appáreat árida; & factum eſt ita: & vocávit Deus áridam terram, congregationéſque aquárum appellávit mária; & vidit Deus quòd eſſet bonum. Et ait: Gérminet terra herbam virentem, Et facientem ſemen..... & factum eſt véſpere & mane dies tértius.

Hymnus.

JUBES, & in præceps, Deus,
Hinc inde cónfluunt aquæ:
Exurgit immenſum mare;
Siccáta tellus énatat.

FONTES creas & flúmina;
Maríque ponis límites;
Littus ferítur? flúctuum
Frangis ſonóros ímpetus.

NON paſſa ſoles tórridos,
Nec dente ſecta vómeris,
Sed ſponte tellus pródigo
Opes ſinu fundit ſuas.

POMIS gravantur árbores,
Arvi renídent flóribus:
Herbæ virent & décidunt,
Ex ſe ſupérſtites ſibi.

HANC tu colendā qui tuis
Terram dediſti fíliis,
Quos unus orbis cóntinet,
Fac una jungat cháritas.

QUI nos creávit, laus Patri;
Laus, qui redémit, Fílio;
Qui charitáte nos foves,
Sit par tibi laus, Spíritus.
Amen.

℣. In Dómino laudábitur ánima mea: ℟. Audiant manſuéti, & læténtur. *Pſ.* 33. 3.

Ad Magníficat. *Ant.* 8. G. Reſpexit Deus humilitátē ancillæ ſuæ. *Luc.* 1.

AD COMPLETOR.

Ant. 7. ç. Tu remiſiſti.

PSALMUS 12.

Animæ fidelis in adverſitate deprecatio.

USquequò, Dómine, oblivíſceris me in finem? * úſquequò avertis fáciem tuam à me?

Quámdiu ponam consília in ánima mea, * dolórem in corde meo per diem?

Uſquequo exaltábitur inimícus meus ſuper me? * réſpice, & exaudi me, Dómine Deus meus.

Illúmina óculos meos, ne umquam obdórmiam in morte: * nequando dicat inimícus meus: Præválui adversùs eum.

Qui tríbulant me, exultábunt ſi motus fúero: * ego autem in miſericórdia tua ſperávi.

Exultábit cor meum in ſalutári tuo: cantábo Dómino qui bona tríbuit mi-

hi, * & pſallam nómini Dómini altíſſimi.

PSALMUS 31.

Pia adhortatio ut quiſque à peccatis ſe abſtrahat.

BEáti quorum remiſſæ ſunt iniquitátes, * & quorũ tecta ſunt peccáta.

Beátus vir cui non imputávit Dóminus peccátum, * nec eſt in ſpíritu ejus dolus.

Quóniam tácui, inveteravérunt oſſa mea, * dum clamárem totâ die.

Quóniam die ac nocte graváta eſt ſuper me manus tua: * converſus ſum in ærumna mea, dum configitur ſpina.

Delictum meum cógnitum tibi feci; * & injuſtítiam meam non abſcondi.

Dixi: Confitébor adverſùm me injuſtítiam meam Dómino: * & tu remiſiſti impietátem peccáti mei.

Pro hac orábit ad te omnis ſanctus * in témpore opportúno.

Verúmtamen in dilúvio aquárum multárum, * ad eum non approximábunt.

Tu es refúgium meum à tribulatióne quæ circúmdedit me: * exultátio mea, érue me à circumdántibus me.

Intellectum tibi dabo, & ínſtruam te in via hac quâ gradiéris: * firmábo ſuper te óculos meos.

Nolíte fieri ſicut equus & mulus, * quibus non eſt intellectus.

In camo & fræno maxillas eórum conſtringe, * qui non appróximant ad te.

Multa flagella peccatóris: * ſperantem autem in Dómino miſericórdia circúmdabit.

Lætámini in Dómino, & exultáte, juſti; * & gloriámini omnes recti corde.

PSALMUS 78.

Urbis vaſtitas; pollutio templi; perſecutiones prædictæ.

DEus, venérunt gentes in hæreditátem tuam, polluérunt templum ſanctum tuum, * poſuérunt Jerúſalem in pomórum cuſtódiam.

Poſuérunt morticína ſervórum tuórum, eſcas volatílibus cœli, * carnes ſanctórum tuórum beſtiis terræ.

Effudérunt ſánguinem eórum tamquam aquam in circúitu Jerúſalem; * & non erat qui ſepelíret.

Facti ſumus oppróbrium vicínis noſtris, * ſubſannátio & illúſio his qui in circúitu noſtro ſunt.

Uſquequò, Dómine, iraſcéris in finem, * accendétur velut ignis zelus tuus?

Effunde iram tuam in

gentes quæ te non novérunt, * & in regna quæ nomen tuum non invocavérunt;

Quia comedérunt Jacob, * & locum ejus deſolavérunt.

Ne memíneris iniquitátum noſtrárum antiquárũ, citò antícipent nos miſericórdiæ tuæ, * quia páuperes facti ſumus nimis.

Adjuva nos, Deus ſalutáris noſter, & propter glóriam nóminis tui, Dómine, líbera nos, * & propítius eſto peccátis noſtris, propter nomen tuũ:

Ne fortè dicant in géntibus: Ubi eſt Deus eórum? * & innoteſcat in natiónibus coram óculis noſtris,

Ultio sánguinis ſervórũ tuórum, qui effúſus eſt: * intróeat in conſpectu tuo gémitus compeditórum.

Secundùm magnitúdinem bráchii tui, * póſſide fílios mortificatórum.

Et redde vicínis noſtris ſéptuplum in ſinu eórum: * impropérium ipſórum, quod exprobravérunt tibi, Dómine.

Nos autem pópulus tuus, & oves páſcuæ tuæ, * confitébimur tibi in ſéculum.

In generatiónem & generatiónem * annuntiábimus laudem tuam.

Ant. Tu remiſiſti impietátem peccáti mei: propitius eris propter nomen tuum, hac orábit ad te omnis ſanctus. *Pſ.* 31. 5. 6.

FERIA QUARTA AD OFFICIUM NOCT.

Invit. Non repellet Dóminus plebem ſuam: * Veníte, adorémus.

Pſal. 94. Veníte. 2.

Hymnus.

ALTO Tonantis è throno,
Divína ſpes, delábere;
Te redde terris; en tua
Natíva te ſedes vocat.

PROMISSA virtúti bona
Noſtris reclúde córdibus;
Gravíque demiſſas ſitu
Ad alta mentes érige.

UT ſervus in manus heri
Intenta figit lúmina,
Sic ora ſanctis móntibus
Non dimovémus ánxii.

HINC cùm labat formídinis
Mens acta ſævo túrbine,
Afflante te, renáſcitur
Quies amíca péctori.

HINC pœnitenti dum gemunt
Dolóre fracta péctora,
Culpæ dolórem víndicem
Offers miniſtra Númini.

TU, DUM vagámur náufrago
Inter procellas æquore,
Nos, ſpes, procellis fórtior,
Ripæ ſalútis ádmove.

QUI nos creávit, laus Patri;
Laus, qui redémit, Fílio;
Qui charitáte nos foves,
Sit par tibi laus, Spíritus.
Amen.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 3. *à.* Sperent in te.

PSALMUS 9.

Impiorum everſor Deus, idemque pauperum defenſor.

CONfitébor tibi, Dómine, in toto corde meo : * narrábo ómnia mirabília tua.

Lætábor & exultábo in te : * pſallam nómini tuo, Altíſſime,

In convertendo inimícum meum retrorsùm ; * infirmabuntur, & períbunt à fácie tua.

Quóniam feciſti judícium meum, & cauſam meam : * ſediſti ſuper thronum qui júdicas juſtítiam.

Increpaſti gentes, & périit ímpius ; * nomen eórum deleſti in æternum, & in ſéculum ſéculi.

Inimíci defecérunt frámeæ in finem, * & civitátes eórum deſtruxiſti.

Périit memória eórum cum ſónitu, * & Dóminus in æternum pérmanet.

Parávit in judício thronum ſuum ; * & ipſe judicábit orbem terræ in æquitáte, judicábit pópulos in juſtítia.

Et factus eſt Dóminus refúgium páuperi ; * adjútor in opportunitátibus, in tribulatióne.

Et ſperent in te, qui novérunt nomen tuum ; * quóniam non dereliquiſti quærentes te, Dómine.

Psállite Dómino qui hábitat in Sion ; * annuntiáte inter gentes ſtúdia ejus ;

Quóniam requírens ſánguinem eórum recordátus eſt : * non eſt oblítus clamórem páuperum.

Diviſio Pſalmi 9.

MIſerére meî, Dñe : * vide humilitátem meam de inimícis meis,

Qui exaltas me de portis mortis, * ut annúntiem omnes laudatiónes tuas in portis filiæ Sion.

Exultábo in ſalutári tuo : * infixæ ſunt gentes in intéritu quem fecérunt.

In láqueo iſto quem abſcondérunt, * comprehenſus eſt pes eórum.

Cognoſcétur Dóminus judícia fáciens : * in opéribus mánuum ſuárũ comprehenſus eſt peccátor.

Convertantur peccatóres in infernum, * omnes gentes quæ obliviſcuntur Deum.

Quóniam non in finem oblívio erit páuperis : * patiéntia páuperum non períbit in finem.

Exurge, Dómine, non confortétur homo : * judicentur gentes in conſpectu tuo.

Conſtítue, Dómine, legiſlatórem ſuper eos : * ut ſciant gentes quóniam hómines ſunt.

Altera diviſio Pſalmi 9.

UT quid, Dómine, receſſiſti longè? * déſpicis in opportunitátibus, in tribulatióne?

Dum ſuperbit ímpius, incénditur pauper: * comprehenduntur in consíliis quibus cógitant.

Quóniam laudátur peccátor in deſidériis ánimæ ſuæ, * & iníquus benedícitur.

Exacerbávit Dóminum peccátor, * ſecundùm multitúdinem iræ ſuæ non quæret.

Non eſt Deus in conſpectu ejus, * inquinátæ ſunt viæ illíus in omni témpore.

Auferuntur judícia tua à fácie ejus: * ómnium inimicórum ſuórum dominábitur.

Dixit enim in corde ſuo: * Non movébor à generatióne in generatiónem ſine malo.

Cujus maledictióne os plenum eſt, & amaritúdine, & dolo: * ſub lingua ejus labor & dolor.

Sedet in insídiis cum divítibus in occultis, * ut interficiat innocentem.

Oculi ejus in páuperem reſpíciunt: * inſidiátur in abſcóndito quaſi leo in ſpelunca ſua.

Inſidiátur ut rápiat páuperem: * rápere páuperem, dum áttrahit eum.

In láqueo ſuo humiliábit eum, * inclinábit ſe, & cadet, cùm dominátus fúerit páuperum.

Dixit enim in corde ſuo: Oblítus eſt Deus, * avertit fáciem ſuam, ne vídeat in finem.

Exurge, Dómine Deus, exaltétur manus tua: * ne obliviſcáris páuperum.

Propter quid irritávit ímpius Deum? * dixit enim in corde ſuo: Non requíret.

Vides, quóniam tu labórem & dolórem consíderas; * ut tradas eos in manus tuas.

Tibi derelíctus eſt pauper: * órphano tu eris adjútor.

Cóntere bráchium peccatóris & maligni: * quærétur peccátum illíus, & non inveniétur.

Dóminus regnábit in ætérnum, & in ſéculum ſéculi: * peribitis, gentes, de terra illíus.

Deſidérium páuperum exaudívit Dóminus: * præparatiónem cordis eórum audívit auris tua.

Judicáre pupillo & húmili, * ut non appónat ultrà magnificáre ſe homo ſuper terram.

Ant. Sperent in te, qui novérunt nomen tuum; quóniam non dereliquiſti quærentes te, Dómine.

Quóniam non eſt in ore eórum véritas, * cor eórum vanum eſt.

Sepulchrum patens eſt guttur eórum, linguis ſuis dolóſè agébant; * júdica illos, Deus.

Décidant à cogitatiónibus ſuis; ſecundùm multitúdinem impietátum eórum expelle eos, * quóniam irritavérunt te, Dñe.

Et læténtur omnes qui ſperant in te: * in ætérnum exultábunt, & habitábis in eis.

Et gloriabuntur in te omnes qui díligunt nomen tuum, * quóniam tu benedíces juſto.

Dómine, ut ſcuto bonæ voluntátis tuæ * coronaſti nos.

Ant. Omnes qui ſperant in te, Dómine, in ætérnum exultábunt; & habitábis in eis.

Ant. 5. a. In tégmine.

PSALMUS 35.

Iniquorum malitia: juſtitia Dei: gloria juſtorum.

DIxit injuſtus, ut delinquat in ſemetipſo: * non eſt timor Dei ante óculos ejus.

Quóniam dolóſè egit in conſpectu ejus, * ut inveniátur iníquitas ejus ad ódium.

Verba oris ejus iníquitas & dolus: * nóluit intellígere, ut bene ágeret.

Iniquitátem meditátus eſt in cubíli ſuo: * áſtitit omni viæ non bonæ, malítiam autem non odívit.

Dómine, in cœlo miſericórdia tua: * & véritas tua uſque ad nubes.

Juſtítia tua ſicut montes Dei;* judícia tua abyſſus multa.

Hómines & jumenta ſalvábis, Dñe; * quemádmodum multiplicaſti miſericórdiam tuã, Deus.

Fílii autem hóminum * in tégmine alárum tuárum ſperábunt.

Inebriabuntur ab ubertáte domûs tuæ; * & torrente voluptátis tuæ potábis eos.

Quóniam apud te eſt fons vitæ, * & in lúmine tuo vidébimus lumen.

Prætende miſericórdiam tuam ſciéntibus te, * & juſtítiam tuam his qui recto ſunt corde.

Non véniat mihi pes ſupérbiæ; * & manus peccatóris non móveat me.

Ibi cecidérunt qui operantur iniquitátẽ: * expulſi ſunt, nec potuérunt ſtare.

Ant. In tégmine alárum tuárum ſperábunt, Dómine; & torrente voluptátis tuæ potábis eos.

Ant. 3. à. Exaudi nos.

PSALMUS 64.

Dei in homines beneficentia: gentium converſio.

TE decet hymnus, Deus, in Sion; * &

tibi reddétur votum in Jerúſalem.

Exaudi oratiónem meã : * ad te omnis caro véniet.

Verba iniquórum prævaluérunt ſuper nos ; * & impietátibus noſtris tu propitiáberis.

Beátus quem elegiſti, & aſſumpſiſti ; * inhabitábit in átriis tuis.

Replébimur in bonis domûs tuæ ; * ſanctum eſt templum tuum, mirábile in æquitáte.

Exaudi nos, Deus ſalutáris noſter, * ſpes ómnium finium terræ, & in mari longè ;

Præparans montes in virtúte tua, accinctus poténtiâ ; * qui conturbas profundum maris, ſonum flúctuum ejus.

Turbabuntur gentes, & timébunt qui hábitant términos à ſignis tuis : * éxitus matutíni & véſpere delectábis.

Viſitaſti terram, & inebriaſti eam ; * multiplicaſti locupletáre eam.

Flumen Dei replétum eſt aquis, paraſti cibum illórum ; * quóniam ita eſt præparátio ejus.

Rivos ejus inébria, multíplica genímina ejus ; * in ſtillicídiis ejus lætábitur gérminans.

Benedíces corónæ anni benignitátis tuæ ; * & campi tui replebuntur ubertáte.

Pingueſcent ſpecióſa deſerti, * & exultatióne colles accingentur.

Indúti ſunt aríetes óviũ, & valles abundábunt frumento : * clamábunt, étenim hymnum dicent.

Ant. Exaudi nos, Deus ſalutáris noſter, ſpes ómnium finium terræ.

Ant. 1. a. Ecce.

In Feriis, Cantic. Iſaiæ. 12.

CONfitébor tibi, Dómine, quóniam irátus es mihi : * converſus eſt furor tuus, & conſolátus es me.

Ecce Deus ſalvátor meus ; * fiduciáliter agam, & non timébo.

Quia fortitúdo mea, & laus mea Dóminus, * & factus eſt mihi in ſalútem.

Hauriétis aquas in gáudio de fóntibus Salvatóris ; * & dicétis in die illa : Confitémini Dómino, & invocáte nomen ejus.

Notas fácite in pópulis adinventiónes ejus : * mementóte quóniam excelſum eſt nomen ejus.

Cantáte Dómino, quóniam magníficè fecit : * annuntiáte hoc in univerſa terra.

Exulta & lauda, habitátio Sion, * quia magnus in médio tui ſanctus Iſraël.

Ant. Ecce Deus ſalvátor meus ; fiduciáliter agam, & non timébo.

[*In Feſtis, Canticum.*
Tob. 13.

MAgnus es, Dómine, in æternum, * & in ómnia ſécula regnum tuum.

Quóniam tu flagellas, & ſalvas: dedúcis ad ínferos, & redúcis; * & non eſt qui effúgiat manum tuam.

Confitémini Dómino, filii Iſraël, * & in conſpectu géntium laudáte eum;

Quóniam ídeo diſperſit vos inter gentes quæ ignórant eum, * ut vos enarrétis mirabília ejus;

Et faciátis ſcire eos, * quia non eſt álius Deus omnípotens præter eum.

Ipſe caſtigávit nos propter iniquitátes noſtras; * & ipſe ſalvábit nos propter miſericórdiam ſuam.

Aſpícite ergo quæ fecit nobiſcum, & cum timóre & tremóre confitémini illi; * Regémque ſeculórum exaltáte in opéribus veſtris.

Ego autem in terra captivitátis meæ confitébor illi; * quóniam oſtendit majeſtátem ſuam in gentem peccatrícem.

Convertímini ítaque, peccatóres, & fácite juſtítiam coram Deo, * credentes quòd fáciat vobiſcum miſericórdiam ſuam.

Ego autem & ánima mea, * in eo lætábimur.

Benedícite Dóminum, omnes electi ejus: * ágite dies lætítiæ, & confitémini illi.

Ant. 6. F. Beneplácitum eſt.

P S A L M U S 146.

Deus ex ſua in populum ſuum providentia laudatur.

LAudáte Dóminum, quóniam bonus eſt pſalmus: * Deo noſtro ſit jucunda decoráque laudátio.

Ædíficans Jeruſalem Dóminus, * diſperſiónes Iſraélis congregábit;

Qui ſanat contrítos corde, * & álligat contritiónes eórum;

Qui númerat multitúdinem ſtellárum, * & ómnibus eis nómina vocat.

Magnus Dóminus noſter, & magna virtus ejus; * & ſapiéntiæ ejus non eſt númerus.

Suſcípiens manſuétos Dóminus; * humílians autem peccatóres uſque ad terram.

Præcínite Dómino in confeſſióne: * psállite Deo noſtro in cíthara;

Qui óperit cœlum núbibus, * & parat terræ plúviam;

Qui prodúcit in móntibus fœnum, * & herbam ſervitúti hóminum;

Qui dat jumentis eſcam ipsórum, * & pullis cor-

vórum invocántibus eum.

Non in fortitúdine equi voluntátem habebit ; * nec in tíbiis viri beneplácitum erit ei.

Beneplácitum eſt Dómino ſuper timentes eum, * & in eis qui ſperant ſuper miſericórdia ejus.

Ant. Beneplácitum eſt Dómino ſuper timentes eum, & in eis qui ſperant ſuper miſericórdia ejus.

Capitulum. Iſ. 26. 8-9.

IN ſémita judiciórum tuórum, Dómine, ſuſtinúimus te : nomen tuū, & memoriále tuum in deſidério ánimæ. Anima mea deſiderávit te in nocte ; ſed & ſpíritu meo in præcórdiis meis de manè vigilábo ad te.

Hymnus.

PROMITTIS, & ſervas datam
Immóbilis fidem, Deus ;
Hanc mane primo, ſédulâ
Repóſcimus fidem prece.

PROMITTIT, atque décipit
Incertus & fallax homo:
Sic quaſſa, ſi incumbas ſuper,
Arundo transfiget manū.

BEATUS ergo qui tuo
Se totus abdit in ſinu !
Hac arce tutum, túrbinis
Vis nulla de ſtatu quatit.

NE cor vacillet, óbligas
Temet ſacramento, Deus:
Spes nixa tanto pígnore,
Æterna jam prenſat bona.

JAM mente præſúmens polum,
Secúra ſublími throno
Aſſiſtit, & cœléſtium
Prælíbat undas flúminū.

QUI nos creávit, laus Patri ;
Laus, qui redémit, Fílio ;
Qui charitáte nos foves,
Sit par tibi laus, Spíritus.
Amen.

℣. Audítam fac mihi manè miſericórdiam tuā ;
℟. Quia in te ſperávi. *Pſ.* 142. 8.

Ad Benedictus. *Ant.* 1. g. Jurávit Dóminus datúrū ſe nobis, ut ſine timóre de manu inimicórum noſtrórum liberáti, ſerviámus illi. *Luc.* 1.

AD PRIMAM.

Ant. 8. c. Ego.

PSALMUS 30.

Vox Chriſti, & fidelium ſe Deo in mœrore committentium.

IN te, Dómine, ſperávi, non confundar in æternum : * in juſtítia tua líbera me.

Inclína ad me aurem tuam, * accélera ut éruas me.

Eſto mihi in Deum protectórem, & in domum refúgii, * ut ſalvum me fácias ;

Quóniam fortitúdo mea, & refúgium meum es tu ; * & propter nomen tuum dedúces me, & enútries me.

Edúces me de láqueo hoc quem abſcondérunt mihi, * quóniam tu es protéctor meus.

In manus tuas commendo ſpíritum meum : * redemiſti me, Dómine Deus veritátis.

Odiſti obſervantes vanitátes * ſupervácuè.

Ego autem in Dómino ſperávi : * exultábo & lætábor in miſericórdia tua:

Quóniam reſpexiſti humilitátem meam , * ſalvaſti de neceſſitátibus ánimam meam.

Nec concluſiſti me in mánibus inimíci ; * ſtatuiſti in loco ſpatióſo pedes meos.

Diviſio Pſalmi 30.

MIſerére meî, Dómine , quóniam tríbulor : * conturbátus eſt in ira óculus meus , ánima mea , & venter meus.

Quóniam defécit in dolóre vita mea , * & anni mei in gemítibus.

Infirmáta eſt in paupertáte virtus mea, * & oſſa mea conturbáta ſunt.

Super omnes inimícos meos factus ſum oppróbrium , & vicínis meis valde, * & timor notis meis.

Qui vidébant me , foras fugérunt à me : * oblivióni datus ſum tamquam mórtuus à corde.

Factus ſum tamquam vas pérditum : * quóniam audívi vituperatiónē multórum commorántium in circúitu.

In eo dum convenírent ſimul adversùm me : * accípere ánimam meā conſiliáti ſunt.

Ego autem in te ſperávi, Dómine ; * dixi : Deus meus es tu : in mánibus tuis ſortes meæ.

Eripe me de manu inimicórum meórum , * & à perſequéntibus me.

Illuſtra fáciem tuam ſuper ſervum tuum , ſalvum me fac in miſericórdia tua : * Dómine, non confundar , quóniam invocávi te.

Erubeſcant ímpii , & deducantur in infernum : * muta fiant lábia dolóſa.

Quæ loquuntur adversùs juſtum iniquitátem , * in ſupérbia , & in abuſióne.

Altera diviſio Pſalmi 30.

QUàm magna multitúdo dulcédinis tuæ, Dómine , * quam abſcondiſti timéntibus te !

Perfeciſti eis qui ſperant in te, * in conſpectu filiórum hóminum.

Abſcondes eos in abſcóndito faciéi tuæ * à conturbatióne hóminum.

Próteges eos in tabernáculo tuo * à contradictióne linguárum.

Benedictus Dóminus :

* quóniam mirificávit miſericórdiam ſuam mihi in civitáte munita.

Ego autem dixi in exceſſu mentis meæ: * Projectus ſum à fácie oculórum tuórum.

Ideo exaudiſti vocem oratiónis meæ, * dum clamárem ad te.

Dilígite Dóminum, omnes ſancti ejus: * quóniam veritátem requíret Dóminus, & retríbuet abundanter faciéntibus ſupérbiam.

Viríliter ágite, & confortétur cor veſtrum, * omnes qui ſperátis in Dómino.

Ant. Ego in Dómino ſperávi: exultábo, & lætábor in miſericórdia tua.

AD TERTIAM.

Ant. 4. A. Spera in Deo.

PSALMUS 41.

Solatium juſti, ſpes melioris vitæ, rerumque divinarum meditatio.

QUemádmodum desíderat cervus ad fontes aquárum: * ita desíderat ánima mea ad te, Deus.

Sitívit ánima mea ad Deum fortem, vivum: * quando véniam & apparébo ante fáciem Dei?

Fuérunt mihi láchrymæ meæ panes die ac nocte, * dum dícitur mihi quotídie: Ubi eſt Deus tuus?

Hæc recordátus ſum, & effúdi in me ánimam mea, * quóniam transíbo in locum tabernáculi admirábilis, uſque ad domum Dei.

In voce exultatiónis & confeſſiónis, * ſonus epulantis.

Quare triſtis es, ánima mea? * & quare conturbas me?

Spera in Deo, quóniam adhuc confitébor illi: * ſalutáre vultûs mei, & Deus meus.

Diviſio Pſalmi 41.

AD meipſum ánima mea conturbáta eſt; * proptérea memor ero tuî de terra Jordánis, & Hermóniim à monte módico.

Abyſſus abyſſum ínvocat, * in voce cataractárum tuárum.

Omnia excelſa tua, & fluctus tui * ſuper me tranſiérunt.

In die mandávit Dóminus miſericórdiam ſuam, * & nocte cánticum ejus.

Apud me orátio Deo vitæ meæ, * dicam Deo: Suſceptor meus es;

Quare oblítus es meî? * & quare contriſtátus incédo, dum afflígit me inimícus?

Dum confringuntur oſſa mea, * exprobravérunt mihi qui tríbulant me inimíci mei;

Dum dicunt mihi per síngulos dies : Ubi eſt Deus tuus ? * quare triſtis es, ánima mea ? & quare conturbas me ?

Spera in Deo, quóniam adhuc confitébor illi : * ſalutáre vultûs mei, & Deus meus.

PSALMUS 42.

De ſpe in Deo habendâ in perſecutionibus.

JUdica me, Deus, & diſcerne cauſam meã de gente non ſanĉta : * ab hómine iníquo & dolóſo érue me ;

Quia tu es, Deus, fortitúdo mea : * quare me repuliſti ? & quare triſtis incédo, dum afflígit me inimícus ?

Emitte lucem tuam & veritátem tuam : * ipſa me deduxérunt, & adduxérunt in montem ſanĉtum tuum, & in tabernácula tua.

Et introíbo ad altáre Dei, * ad Deum qui lætíficat juventútem meam.

Confitébor tibi in cíthara, Deus, Deus meus : * quare triſtis es, ánima mea ? & quare conturbas me ?

Spera in Deo, quóniam adhuc confitébor illi : * ſalutáre vultûs mei, & Deus meus.

Ant. Spera in Deo, ánima mea : ſalutáre vultûs mei, & Deus meus.

Capitulum. Rom. 15. 4.

QUæcumque ſcripta ſunt, ad noſtram doĉtrinam ſcripta ſunt ; ut per patiéntiam, & conſolatiónem Scripturárum, ſpem habeámus.

℟. *br.* Memor eſto verbi tui, Dómine, * In quo mihi ſpem dediſti. Memor eſto. ℣. Hæc me conſoláta eſt, quia elóquium tuum vivificávit me, * In quo mihi ſpem dediſti. Glória. Memor eſto.

℣. Reſpondébo exprobrántibus mihi verbum ; ℟. Quia ſperávi in ſermónibus tuis. *Pſ.* 118.

AD SEXTAM.

Ant. 2. D. Qui ſperat.

PSALMUS 20.

Chriſti regnum, poteſtas, & victoria.

DOmine, in virtúte tua lætábitur rex, * & ſuper ſalutáre tuum exultábit vehementer.

Deſidérium cordis ejus tribuiſti ei, * & voluntáte labiórum ejus non fraudaſti eum :

Quóniam præveniſti eum in benediĉtiónibus dulcédinis : * poſuiſti in cápite ejus corónam de lápide pretióſo.

Vitam pétiit à te, * & tribuiſti ei longitúdinem diérum in ſéculum, & in ſéculum ſéculi.

Magna eſt glória ejus

in ſalutári tuo : * glóriam & magnum decórem impónes ſuper eum.

Quóniam dabis eum in benedictiónem in ſéculum ſéculi, * lætificábis eum in gáudio cum vultu tuo.

Quóniam rex ſperat in Dómino, * & in miſericórdia Altíſſimi non commovébitur.

Inveniátur manus tua ómnibus inimícis tuis : * déxtera tua invéniat omnes qui te odérunt.

Pones eos ut clíbanum ignis in témpore vultûs tui : * Dóminus in ira ſua conturbábit eos ; & devorábit eos ignis.

Fructum eórum de terra perdes : * & ſemen eórum à fíliis hóminum.

Quóniam declinavérunt in te mala : * cogitavérunt consília, quæ non potuérunt ſtabilíre.

Quóniam pones eos dorſum : * in relíquiis tuis præparábis vultum eórum.

Exaltáre, Dómine, in virtúte tua : * cantábimus & pſallémus virtútes tuas.

PSALMUS 102.

Deus prædicandus ; innumerabilia ejus beneficia.

BEnedic, ánima mea, Dómino, * & ómnia quæ intra me ſunt, nómini ſancto ejus.

Bénedic, ánima mea, Dómino, * & noli oblivíſci omnes retributiónes ejus ;

Qui propitiátur ómnibus iniquitátibus tuis ; * qui ſanat omnes infirmitátes tuas ;

Qui rédimit de intéritu vitam tuam ; * qui corónat te in miſericórdia & miſeratiónibus ;

Qui replet in bonis deſidérium tuum : * renovábitur ut áquilæ juventus tua.

Fáciens miſericórdias Dóminus, * & judícium ómnibus injúriam patiéntibus.

Notas fecit vias ſuas Móyſi, * fíliis Iſraël voluntátes ſuas.

Diviſio Pſalmi 102.

MIſerátor & miſéricors Dóminus, * longánimis, & multùm miſéricors :

Non in perpétuum iraſcétur, * neque in æternum comminábitur :

Non ſecundùm peccáta noſtra fecit nobis, * neque ſecundùm iniquitátes noſtras retríbuit nobis :

Quóniam ſecundùm altitúdinem cœli à terra, * corroborávit miſericórdiam ſuam ſuper timentes ſe.

Quantùm diſtat ortus ab occidente, * longè fecit à nobis iniquitátes noſtras.

Quómodo miſerétur pater filiórum, miſertus eſt

Dóminus timéntibus ſe ; * quoniam ipſe cognóvit figmentum noſtrum :

Recordátus eſt quóniam pulvis ſumus : * homo, ſicut fœnum dies ejus, tamquam flos agri ſic efflorébit ;

Quóniam ſpíritus pertransíbit in illo, & non ſubſiſtet ; * & non cognoſcet ámpliùs locum ſuum :

Miſericórdia autem Dómini ab æterno, * & uſque in æternum ſuper timentes eum ;

Et juſtítia illíus in filios filiórum, * his qui ſervant teſtamentum ejus :

Et mémores ſunt mandatórum ipsíus, * ad faciendum ea.

Dóminus in cœlo parávit ſedem ſuam, * & regnum ipsíus ómnibus dominábitur.

Benedícite Dómino, omnes Angeli ejus, potentes virtúte, facientes verbum illíus, * ad audiendam vocem ſermónum ejus.

Benedícite Dómino, omnes virtútes ejus, * miniſtri ejus, qui fácitis voluntátem ejus.

Benedícite Dño, ómnia ópera ejus : * in omni loco dominatiónis ejus, bénedic, ánima mea, Dño.

Ant. Qui ſperat in Dño, in miſericórdia Altíſſimi non commovébitur. *Pſ.* 20.

Capitul. 1. Joan. 3. 2-3.

NUnc filii Dei ſumus, & nondum appáruit quid érimus. Scimus quóniam cùm apparúerit, símiles ei érimus, quóniam videbimus eum ſícuti eſt. Et omnis qui habet hanc ſpem in eo, ſanctíficat ſe, ſicut & ille ſanctus eſt.

℞. *br.* Beátus vir, * Cujus eſt nomen Dómini ſpes ejus. Beatus vir. ℣. Et non reſpexit in vanitátes & insánias falſas : * Cujus eſt. Glória Patri. Beátus vir. *Pſ.* 39. 5.

℣. Speráte in eo, omnis congregátio pópuli : ℞. Effúndite coram illo corda veſtra. *Pſ.* 61. 9.

AD NONAM.

Ant. 8. c. Factus eſt.

PSALMUS 81.

Injuſtè jura adminiſtrantibus exitium certum.

DEus ſtetit in ſynagóga deórum ; * in médio autem deos dijúdicat.

Uſquequò judicátis iniquitátem, * & fácies peccatórum ſúmitis ?

Judicáte egéno & pupillo ; * húmilem & páuperem juſtificáte.

Erípite páuperem, * & egénum de manu peccatóris liberáte.

Neſciérunt, neque intellexérunt, in ténebris ámbulant : * movebuntur ómnia fundamenta terræ.

Ego

Ego dixi : Dii eſtis, * & filii Excelſi omnes.

Vos autem ſicut hómines moriémini, * & ſicut unus de princípibus cadétis.

Surge, Deus, júdica terram; * quóniam tu hæreditábis in ómnibus géntibus.

PSALMUS 93.

Deus ſuperborum oſor, & vindex.

DEus ultiónum Dóminus, * Deus ultiónum líberè egit.

Exaltáre, qui júdicas terram : * redde retributiónem ſuperbis.

Uſquequò peccatóres, Dómine, * uſquequo peccatóres gloriabuntur?

Effabuntur & loquentur iniquitátem, * loquentur omnes qui operantur injuſtítiam?

Pópulum tuum, Dómine, humiliavérunt, * & hæreditátem tuam vexavérunt.

Víduam & ádvenam interfecérunt, * & pupillos occidérunt.

Et dixérunt : Non vidébit Dóminus, * nec intélliget Deus Jacob.

Intellígite, inſipientes in pópulo; * & ſtulti, aliquando ſápite.

Qui plantávit aurem, non áudiet? * aut qui finxit óculum, non conſíderat?

Qui córripit gentes, non árguet; * qui docet hóminem ſciéntiam?

Dóminus ſcit cogitatiónes hóminum, * quóniam vanæ ſunt.

Diviſio Pſalmi 93.

BEátus homo, quem tu erudíeris, Dómine, * & de lege tua docúeris eum;

Ut mitiges ei à diébus malis, * donec fodiátur peccatóri fóvea.

Quia non repellet Dóminus plebem ſuam, * & hæreditátem ſuam non derelinquet;

Quoadusque juſtítia convertátur in judícium, * & qui juxta illam omnes qui recto ſunt corde.

Quis conſurget mihi adversùs malignantes? * aut quis ſtabit mecum adversùs operantes iniquitátẽ?

Niſi quia Dóminus adjúvit me, * paulò minùs habitaſſet in inferno ánima mea.

Si dicébam : Motus eſt pes meus; * miſericórdia tua, Dómine, adjuvábat me.

Secundùm multitúdinem dolórum meórum in corde meo, * conſolatiónes tuæ lætificavérunt ánimam meam.

Numquid adhæret tibi ſedes iniquitátis, * qui fingis labórem in præcepto?

Captábunt in ánimam juſti, * & sánguinem innocentẽ condemnábunt.

Et factus eſt mihi Dñs in refúgium, * & Deus meus in adjutórium ſpei meæ;

Et reddet illis iniquitátem ipsórum; & in malítia eórum diſperdet eos: * diſperdet illos Dóminus Deus noſter.

Ant. Factus eſt mihi Dóminus in refúgium, & Deus meus in adjutórium ſpei meæ. *Pſ.* 93.

Capitul. Hebr. 10.35-36.

NOlíte amíttere confidéntiam veſtram, quæ magnam habet remuneratiónẽ: patiéntia enim vobis neceſsária eſt, ut voluntátem Dei facientes, reportétis promiſſiónem.

℟. *br.* Bonum eſt confídere in Dño, *Quàm confídere in hómine. Bonum eſt. ℣. Bonum eſt * ſperáre in Dño, * Quàm confídere in hómine. Glória. Bonum eſt. *Pſ.* 117. 8. 9.

℣. Mihi adhærére Deo bonum eſt: ℟. Pónere in Dómino Deo ſpem meã. *Pſ.* 72. 28.

AD VESPERAS.

Ant. 7. d. Oculi noſtri.

PSALMUS 122.

Eccleſiæ oratio contra impiorum calumnias.

AD te levávi óculos meos, * qui hábitas in cœlis.

Ecce, ſicut óculi ſervórum * in mánibus dominórum ſuórum;

Sicut óculi ancillæ in mánibus dóminæ ſuæ: * ita óculi noſtri ad Dóminum Deum noſtrum, donec miſereátur noſtrî.

Miſerére noſtrî, Dómine, miſerére noſtrî; * quia multùm repléti ſumus deſpectióne.

Quia multùm repléta eſt ánima noſtra, * oppróbrium abundántibus, & deſpéctio ſuperbis.

Ant. Oculi noſtri ad Dóminum Deum noſtrum, donec miſereátur noſtrî.

Ant. 5. a. Qui confídunt.

PSALMUS 124.

Fidelium, Deus ipſe tutela: iniqui perituri.

QUi confídunt in Dómino, ſicut mons Sion: * non commovébitur in æternum, qui hábitat in Jerúſalem:

Montes in circúitu ejus; * & Dóminus in circúitu pópuli ſui ex hoc nunc, & uſque in ſéculum:

Quia non relinquet Dóminus virgam peccatórum ſuper ſortem juſtórum, * ut non extendant juſti ad iniquitátem manus ſuas.

Bénefac, Dómine, bonis, * & rectis corde.

Declinantes autem in obligatiónes addúcet Dñs cum operántibus iniquitátem: * pax ſuper Iſraël.

Ant. Qui confidunt in Dómino, ſicut mons Sion: non commovébitur in æternum, qui hábitat in Jerúſalem.

Ant. 8. c. Niſi Dóminus.

PSALMUS 126.

Vani hominum labores quibus Deus non opitulatur.

NIſi Dóminus ædificáverit domum, * in vanum laboravérunt qui ædíficant eam.

Niſi Dóminus cuſtodíerit civitátem, * fruſtrà vígilat qui cuſtódit eam.

Vanum eſt vobis ante lucem ſúrgere: * ſúrgite poſtquam ſedéritis, qui manducátis panem dolóris.

Cùm déderit dilectis ſuis ſomnum: ecce hæréditas Dómini, filii; * merces, fructus ventris.

Sicut ſagittæ in manu potentis, * ita filii excuſſórum.

Beátus vir qui implévit deſidérium ſuum ex ipſis; * non confundétur cùm loquétur inimícis ſuis in porta.

Ant. Niſi Dóminus cuſtodíerit civitátem, fruſtrà vígilat qui cuſtódit eam.

Ant. 1. a. Suſtínuit.

PSALMUS 129.

Redemptio, pœnitenti per Chriſtum promiſſa.

DE profundis clamávi ad te, Dñe: * Dñe, exaudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendentes * in vocem deprecatiónis meæ.

Si iniquitátes obſervá-veris, Dómine, * Dómine, quis ſuſtinebit?

Quia apud te propitiátio eſt, * & propter legem tuam ſuſtínui te, Dómine.

Suſtínuit ánima mea in verbo ejus: * ſperávit ánima mea in Dómino.

A cuſtódia matutína uſque ad noctem, * ſperet Iſraël in Dómino.

Quia apud Dóminum miſericórdia, * & copióſa apud eum redémptio;

Et ipſe rédimet Iſraël * ex ómnibus iniquitátibus ejus.

Ant. Suſtínuit ánima mea in verbo ejus: ſperávit ánima mea in Dño.

Ant. 4. E. Speret.

PSALMUS 130.

Humilitas & modeſtia, gratum Deo ſacrificium.

DOmine, non eſt exaltátum cor meum; * neque eláti ſunt óculi mei:

Neque ambulávi in magnis, * neque in mirabílibus ſuper me.

Si non humíliter ſentiébam, * ſed exaltávi ánimam meam.

Sicut ablactátus eſt ſuper matre ſua, * ita retribútio in ánima mea.

Speret Iſraël in Dño, * ex hoc nunc & uſque in ſéculū.

Ant. Speret Iſrael in Dño.

Capitulum. Gen. 1. 14.

DIxit autem Deus: Fiant luminária in firmamento cœli, & dívidant diem ac noctem, & ſint in ſigna & témpora, & dies & annos, ut lúceant in firmamento cœli, & illúminent terram... Et factum eſt véſpere & mane dies quartus.

Hymnus.

QUANTA per orbem glóriâ
Fulges, Creátor ſíderum!
His te Deum micántibus
Offers legendum lítteris.

VIS? Luna ſolque pródeunt:
Stellæque dicunt, Adſumus:
Et quas jubes perámbulant
Motu perenni ſémitas.

DUM cúrſibus luſtrant ſuos
Recurſibuſque límites,
Terram faces illúminant,
Diſcríminantque témpora.

AT ipſe cœlórum decus
Sol novit occáſus ſuos:
Sunt certa lunæ témpora,
Statíque lapſus síderum.

SIC rapta jugi túrbine
Furantur & reddunt diem:
Tu ſemper idem, néſcius
Mortálium ſpem fállere.

QUI nos creávit, laus Patri;
Laus, qui redémit, Fílio;
Qui charitáte nos foves,
Sit par tibi laus, Spíritus,
Amen.

℣. A cuſtódia matutína uſque ad noctem, ℟. Speret Iſraël in Dño. *Pſ.* 129. 6.

Ad Magníficat. *Ant.* 8. G. Miſericórdia ejus à progénie in progénies timéntibus eum. *Luc.* 1.

AD COMPLETOR.

Ant. 4. E. Conſerva me.

PSALMUS 10.

Vox juſti in Deo confidentis, ejuſque judicia meditantis.

IN Dómino confído; quómodo dícitis ánimæ meæ: * Tránſmigra in montem ſicut paſſer?

Quóniam ecce peccatóres intendérunt arcum, paravérunt ſagittas ſuas in pháretra, * ut ſagittent in obſcúro rectos corde.

Quóniam quæ perfeciſti, deſtruxérunt: * juſtus autem quid fecit?

Dóminus in templo ſancto ſuo; * Dóminus in cœlo ſedes ejus.

Oculi ejus in páuperem reſpíciunt; * pálpebræ ejus intérrogant fílios hóminũ.

Dóminus intérrogat juſtum & ímpium: * qui autem díligit iniquitátem, odit ánimam ſuam.

Pluet ſuper peccatóres láqueos: * ignis, & ſulphur, & ſpíritus procellárum, pars cálicis eórum.

Quóniam juſtus Dñs, & juſtítias dilexit: * æquitátem vidit vultus ejus.

PSALMUS 13.

Impiorum malitia : juſtis, ex adventu Christi ſalus exoptatur.

DIxit inſipiens in corde ſuo : * Non eſt Deus.

Corrupti ſunt, & abominábiles facti ſunt in ſtúdiis ſuis : * non eſt qui fáciat bonum, non eſt uſque ad unum.

Dóminus de cœlo proſpexit ſuper fílios hóminum, * ut vídeat ſi eſt intélligens, aut requírens Deum.

Omnes declinavérunt, ſimul inútiles facti ſunt : * non eſt qui fáciat bonũ, non eſt uſque ad unum.

Sepulchrum patens eſt guttur eórum; linguis ſuis dolóſè agébant; * venénum áſpidum ſub lábiis eórum.

Quorum os maledictióne & amaritúdine plenum eſt : * velóces pedes eórum ad effundendum ſánguinem.

Contrítio & infelícitas in viis eórum, & viam pacis non cognovérunt : * non eſt timor Dei ante óculos eórum.

Nonne cognoſcent omnes qui operantur iniquitátem, * qui dévorant plebem meam ſicut eſcam panis ?

Dóminum non invocavérunt : * illic trepidavérunt timóre, ubi non erat timor.

Quóniam Dñs in generatióne juſta eſt ; conſíliũ ínopis confudíſtis, * quóniam Dñs ſpes ejus eſt.

Quis dabit ex Sion ſalutáre Iſraël ? * cùm avérterit Dóminus captivitátem plebis ſuæ, exultábit Jacob, & lætábitur Iſrael.

PSALMUS 15.

Pars juſtorum, Deus : reſurrectionis ſpes.

COnſerva me, Dñe, quóniam ſperávi in te :* dixi Dño : Deus meus es tu, quóniam bonórum meórum non eges.

Sanctis qui ſunt in terra ejus, * mirificávit omnes voluntátes meas in eis.

Multiplicátæ ſunt infirmitátes eórum : * póſtea acceleravérunt.

Non congregábo conventícula eórum de ſanguínibus : * nec memor ero nóminum eórum per lábia mea.

Dóminus pars hæreditátis meæ & cálicis mei : * tu es qui reſtítues hæreditátem meam mihi.

Funes cecidérunt mihi in præcláris ; * étenim hæréditas mea præclára eſt mihi.

Benedícam Dóminum qui tríbuit mihi intellectum : * ínſuper & uſque ad noctem increpuérunt me renes mei.

Providébam Dóminum in conſpectu meo ſemper: * quóniam à dextris eſt mihi, ne commóvear.

Propter hoc lætátum eſt cor meum, & exultávit lingua mea; * inſuper & caro mea requieſcet in ſpe:

Quóniam non derelinques ánimam meam in inferno:*nec dabis ſanctum tuũ videre corruptiónem.

Notas mihi feciſti vias vitæ; adimplébis me lætítiâ cum vultu tuo: * delectatiónes in déxtera tua uſque in finem.

Ant. Conſerva me, Dómine, quóniam ſperávi in te. *Pſ.* 15.

FERIA QUINTA AD OFFICIUM NOCT.

Invit. Hódie ſi vocem Dómini audiéritis, * Nolíte obduráre corda veſtra. *Pſ.* 94. Veníte. 2.

Hymnus.

O Luce qui mortálibus
Lates inacceſsâ, Deus,
Cùm per fidẽ nos édoces,
Te promis & celas ſimul,

Vim mentis excellunt tuo
Edocta verbo, nec tamen
Adverſa menti; hinc créditur,
Latentque velo crédita.

Hinc plena vero Númine,
Victrixque facta ſénſuũ,
Movet fides, & ábditur
Manus moventis péctora.

Foris inermis, intimo
Debellat orbem róbore;
Suóque victis párturit
Jugem triumpho glóriam.

Vetus recenſque cólligit
Ætátis omnis filios,
Suiſque rugis púlchrior
Eſt virgo ſemper íntegra.

Ab hoſte preſſa plúrimo
Conflíctibus fit firmior:
Venti ruunt: tument aquæ;
Stat pulſa rupes æquore.

Qui nos creávit, laus Patri;
Laus, qui redémit, Fílio;
Qui charitáte nos foves,
Sit par tibi laus, Spíritus.
Amen.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 1. f. Rectum eſt verbum Dómini.

Psalmus 19.

Chriſti preces & ſacrificium pro ſuis acceptari, plebs ejus poſcit.

EXáudiat te Dóminus in die tribulatiónis: * prótegat te nomen Dei Jacob.

Mittat tibi auxílium de ſancto, * & de Sion tueátur te.

Memor ſit omnis ſacrifícii tui, * & holocauſtum tuum pingue fiat.

Tríbuat tibi ſecundùm cor tuum, * & omne conſílium tuum confirmet.

Lætábimur in ſalutári tuo, * & in nómine Dei noſtri magnificábimur.

Impleat Dóminus omnes petitiónes tuas:* nunc cognóvi quóniam ſalvum fecit Dóminus chriſtum ſuum.

Exáudiet illum de cœlo ſancto ſuo: * in potentátibus ſalus déxteræ ejus.

Hi in cúrribus, & hi in equis; * nos autem in nómine Dómini Dei noſtri invocábimus.

Ipſi obligáti ſunt, & cecidérunt; * nos autem ſurréximus, & erecti ſumus.

Dómine, ſalvum fac regem;* & exaudi nos in die quâ invocavérimus te.

PSALMUS 32.

Summa Dei creatoris in homines benignitas & providentia.

EXultáte, juſti, in Dómino: * rectos decet collaudátio.

Confitémini Dómino in cíthara, * in pſaltério decem chordárum psállite illi.

Cantáte ei cánticum novum, * bene psállite ei in vociferatióne.

Quia rectum eſt verbum Dómini, * & ómnia ópera ejus in fide.

Díligit miſericórdiam & judícium: * miſericórdiâ Dñi plena eſt terra.

Verbo Dómini cœli firmáti ſunt; * & ſpíritu oris ejus omnis virtus eórum.

Cóngregans ſicut in utre aquas maris: * ponens in theſauris abyſſos.

Tímeat Dóminum omnis terra: * ab eo autem commoveantur omnes inhabitantes orbem.

Quóniam ipſe dixit, & facta ſunt: * ipſe mandávit, & creáta ſunt.

Dóminus díſſipat consília géntium: * réprobat autem cogitatiónes populórum, & réprobat consília príncipum.

Consílium autem Dómini in æternum manet; * cogitatiónes cordis ejus in generatióne & generatiónem.

Diviſio Pſalmi 32.

BEáta gens, cujus eſt Dóminus Deus ejus: * pópulus, quem elégit in hæreditátem ſibi.

De cœlo reſpexit Dóminus, * vidit omnes fílios hóminum.

De præparáto habitáculo ſuo * reſpexit ſuper omnes qui hábitant terram;

Qui finxit ſingillátim corda eórum; * qui intélligit ómnia ópera eórum.

Non ſalvátur rex per multam virtútem; * & gigas non ſalvábitur in multitúdine virtútis ſuæ.

Fallax equus ad ſalútem; * in abundántia autem virtútis ſuæ non ſalvábitur.

Ecce óculi Dómini ſuper metuentes eum, * &

in eis qui ſperant ſuper miſericórdia ejus :

Ut éruat à morte ánimas eórum , * & alat eos in fame.

Anima noſtra ſúſtinet Dóminum ; * quóniam adjútor & protector noſter eſt.

Quia in eo lætábitur cor noſtrum , * & in nómine ſancto ejus ſperávimus.

Fiat miſericórdia tua , Dómine , ſuper nos , * quemádmodum ſperávimus in te.

Ant. Rectum eſt verbum Dómini , & ómnia ópera ejus in fide. *Pſ.* 32.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 7. d. Dóminus.

PSALMUS 67.

Carmen triumphale , de Chriſti victoriis , & Eccleſiæ curſu.

EXurgat Deus , & diſſipentur inimíci ejus ; * & fúgiant, qui odérunt eum , à fácie ejus.

Sicut déficit fumus, defíciant ; * ſicut fluit cera à fácie ignis , ſic péreant peccatóres à fácie Dei.

Et juſti epulentur , & exultent in conſpectu Dei, * & delectentur in lætítia.

Cantáte Deo , pſalmum dícite nómini ejus : * iter fácite ei qui aſcendit ſuper occáſum ; Dóminus nomen illi.

Exultáte in conſpectu ejus ; * turbabuntur à fácie ejus , patris orphanórum, & júdicis viduárum.

Deus in loco ſancto ſuo; * Deus, qui inhabitáre facit unius moris in domo.

Qui edúcit vinctos in fortitúdine ; * ſímiliter eos qui exáſperant , qui hábitant in ſepulchris.

Deus , cùm egrederéris in conſpectu pópuli tui , * cùm pertransíres in deſerto,

Terra mota eſt ; étenim cœli diſtillavérunt à fácie Dei Sínaï , * à fácie Dei Iſraël.

Plúviam voluntáriam ſegregábis , Deus , hæreditáti tuæ ; * & infirmáta eſt,tu verò perfeciſti eam.

Animália tua habitábunt in ea : * paraſti in dulcédine tua páuperi , Deus.

Diviſio Pſalmi 67.

DOminus dabit verbum evangelizántibus , * virtúte multâ.

Rex virtútum dilecti , dilecti ; * & ſpeciéi domûs divídere ſpólia.

Si dormiátis inter médios cleros ; pennæ columbæ deargentátæ , * & poſterióra dorſi ejus in pallóre auri.

Dum diſcernit cœleſtis reges ſuper eam, nive dealbabuntur in Selmon : * mons Dei, mons pinguis.

Mons coagulátus, mons pinguis; * ut quid ſuſpicámini montes coagulátos?

Mons in quo beneplácitum eſt Deo habitáre in eo; * étenim Dóminus habitábit in finem.

Currus Dei decem míllibus múltiplex, míllia lætántium; * Dóminus in eis in Sina in ſancto.

Aſcendiſti in altum, cepiſti captivitátem, * accepiſti dona in homínibus:

Etenim non credentes * inhabitáre Dñm Deum.

Benedictus Dóminus die quotídie: * próſperum iter fáciet nobis Deus ſalutárium noſtrórum.

Deus noſter, Deus ſalvos faciendi; * & Dómini Dómini éxitus mortis.

Verúmtamen Deus confringet cápita inimicórum ſuórum, * vérticem capilli perambulántium in delictis ſuis.

Dixit Dóminus: Ex Baſan convertam, * convertam in profundum maris:

Ut intingátur pes tuus in ſánguine, * lingua canum tuórum ex inimícis ab ipſo.

Vidérunt ingreſſus tuos, Deus, * ingreſſus Dei mei, regis mei qui eſt in ſancto.

Prævenérunt príncipes conjuncti pſalléntibus, * in médio juvenculárum tympaniſtriárum.

Altera diviſio Pſalmi 67.

IN eccléſiis benedícite Deo Dómino, * de fóntibus Iſraël.

Ibi Bénjamin adoleſcéntulus * in mentis exceſſu.

Príncipes Juda, duces eórum; * príncipes Zabúlon, príncipes Néphthali.

Manda, Deus, virtúti tuæ: * confirma hoc, Deus, quod operátus es in nobis.

A templo tuo in Jerúſalem, * tibi ófferent reges múnera.

Increpa feras arúndinis; congregátio taurórum in vaccis populórum, * ut exclúdant eos qui probáti ſunt argento.

Díſſipa gentes quæ bella volunt; vénient legáti ex Ægypto; * Æthiópia prævéniet manus ejus Deo.

Regna terræ, cantáte Deo; * pſállite Dómino.

Pſállite Deo qui aſcendit ſuper cœlum cœli, * ad orientem.

Ecce dabit voci ſuæ vocem virtútis; date glóriam Deo ſuper Iſraël, * magnificéntia ejus & virtus ejus in núbibus.

Mirábilis Deus in ſanctis ſuis; Deus Iſraël ipſe dabit virtútẽ & fortitúdinẽ plebi ſuæ: * benedictus Deus.

Ant. Dóminus dabit verbum evangelizántibus: Deus Iſraël ipſe dabit fortitúdinem plebi ſuæ.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 8. G. Dómine.

PSALMUS 88.

Promiſſiones Davidi factæ : Chriſtum differri humilis querela.

MIſericórdias Dómini * in ætérnum cantábo ;

In generatiónem & generatiónem * annuntiábo veritátem tuam in ore meo :

Quóniam dixiſti ; In ætérnum miſericórdia ædificábitur in cœlis ; * præparábitur véritas tua in eis.

Diſpóſui teſtaméntum eléctis meis, jurávi David ſervo meo ; * uſque in ætérnum præparábo ſemen tuum :

Et ædificábo in generatiónem & generatiónem * ſedem tuam.

Confitebúntur cœli mirabília tua, Dómine ; * étenim veritátem tuam in eccléſia ſanctórum.

Quóniam quis in núbibus æquábitur Dómino ? * ſímilis erit Deo in fíliis Dei ?

Deus, qui glorificátur in concílio ſanctórum ; * magnus & terríbilis ſuper omnes qui in circúitu ejus ſunt.

Dómine Deus virtútum, quis ſímilis tibi ? * potens es, Dómine ; & véritas tua in circúitu tuo.

Tu domináris poteſtáti maris ; * motum autem flúctuum ejus tu mítigas.

Tu humiliaſti ſicut vulnerátum, ſupérbum : * in bráchio virtútis tuæ diſperſiſti inimícos tuos.

Tui ſunt cœli, & tua eſt terra ; * orbem terræ & plenitúdinem ejus tu fundaſti ;

Aquilónem & mare tu creaſti ; * Thabor & Hermon in nómine tuo exultábunt :

Tuum bráchium cum poténtia : * firmétur manus tua, & exaltétur déxtera tua.

Juſtítia & judícium præparátio ſedis tuæ ; * miſericórdia & véritas præcédent fáciem tuam.

Diviſio Pſalmi 88.

BEátus pópulus qui ſcit jubilatiónem : * Dómine, in lúmine vultûs tui ambulábunt,

Et in nómine tuo exultábunt totâ die, * & in juſtítia tua exaltabuntur.

Quóniam glória virtútis eórum tu es, * & in beneplácito tuo exaltábitur cornu noſtrum :

Quia Dómini eſt aſſúmptio noſtra, * & Sancti Iſraël regis noſtri.

Tunc locútus es in viſióne ſanctis tuis, & dixiſti : * Póſui adjutórium in potente, & exaltávi eléctum de plebe mea.

Invéni David ſervum meum, * óleo ſancto meo unxi eum.

Manus enim mea auxiliábitur ei, * & bráchium meum confortábit eum.

Nihil proficiet inimícus in eo, & filius iniquitátis non appónet nocére ei.

Et concídam à fácie ipsíus inimícos ejus, * & odientes eum in fugam convertam.

Et véritas mea, & miſericórdia mea cum ipſo, * & in nómine meo exaltábitur cornu ejus.

Et ponam in mari manum ejus, * & in flumínibus déxteram ejus.

Ipſe invocábit me: Pater meus es tu, * Deus meus, & ſuſceptor salútis meæ.

Et ego primogénitum ponam illum, * excelſum præ régibus terræ;

In æternum ſervábo illi miſericórdiam meam, * & teſtamentum meum fidéle ipſi;

Et ponam in séculum séculi ſemen ejus, * & thronum ejus ſicut dies cœli;

Si autem derelíquerint filii ejus legem meam, * & in judíciis meis non ambuláverint:

Si juſtítias meas profanáverint, * & mandáta mea non cuſtodíerint;

Viſitábo in virga iniquitátes eórum, * & in verbéribus peccáta eórum.

Miſericórdiam autem meam non diſpergam ab eo, * neque nocebo in veritáte mea.

Neque profanábo teſtamentum meum, * & quæ procédunt de lábiis meis non fáciam írrita.

Altera diviſio Pſalmi 88.

Semel jurávi in ſancto meo, ſi David mentiar: * Semen ejus in æternum manébit.

Et thronus ejus ſicut ſol in conſpectu meo, * & ſicut luna perfecta in æternum, & teſtis in cœlo fidélis.

Tu verò repuliſti & deſpexiſti, * diſtuliſti Chriſtum tuum.

Evertiſti teſtamentum ſervi tui, * profanaſti in terra ſanctuárium ejus.

Deſtruxiſti omnes ſepes ejus, * poſuíſti firmamentum ejus formídinem.

Diripuérunt eum omnes tranſeuntes viam; * factus eſt oppróbrium vicínis ſuis:

Exaltaſti déxteram depriméntium eum: * lætificaſti omnes inimícos ejus;

Avertiſti adjutórium gládii ejus, * & non es auxiliátus ei in bello:

Deſtruxiſti eum ab emundatióne, * & ſedem ejus in terram colliſiſti.

Minoraſti dies témporis ejus; * perfudíſti eum confuſióne.

Uſquequò, Dómine, avertis in finem? * exardeſcet ſicut ignis ira tua?

Memoráre quæ mea ſubſtántia: * numquid enim vanè conſtituiſti omnes filios hóminum?

Quis eſt homo qui vivet, & non vidébit mortem? * éruet ánimam ſuã de manu ínferi?

Ubi ſunt miſericórdiæ tuæ antiquæ, Dómine, * ſicut juraſti David in veritáte tua?

Memor eſto, Dómine, oppróbrii ſervórum tuórum, * quod contínui in ſinu meo, multárum géntium.

Quod exprobravérunt inimíci tui, Dñe, * quod exprobravérunt commutatiónem Chriſti tui.

Benedictus Dóminus in æternum: * fiat, fiat.

Ant. Dómine, in lúmine vultûs tui ambulábunt, & in nómine tuo exultábunt totâ die, & in juſtítia tua exaltabuntur.

In Adv. ℣. Deus illúminet vultum ſuum ſuper nos, ℟. Et miſereátus noſtri. *Pſ.* 66. 2.

Per ann. ℣. Ténebræ non obſcurabuntur à te, Dñe; ℟. Et nox ſicut dies illuminábitur. *Pſ.* 138. 12.

Pater noſter.

AD LAUDES.

℣. *Sacerd.* Cognoſcant quia nomen tibi, Dóminus: ℟. Tu ſolus Altíſſimus in omni terra. *Pſ.* 82. 19.

Ant. 4. *E.* Præceptum.

PSALMUS 80.

Feſta piè celebranda: hinc Dei favor.

EXultáte Deo adjutóri noſtro: * jubiláte Deo Jacob.

Súmite pſalmum, & date tympanum; * pſaltérium jucundum cum cíthara:

Buccináte in Neoménia tuba, * in inſigni die ſolemnitátis veſtræ:

Quia præceptum in Iſraël eſt, * & judícium Deo Jacob:

Teſtimónium in Joſeph póſuit illud, cùm exíret de terra Ægypti; * linguam, quam non nóverat, audívit:

Divertit ab onéribus dorſum ejus; * manus ejus in cóphino ſerviérunt.

In tribulatióne invocaſti me, & liberávi te; * exaudívi te in abſcóndito tempeſtátis: probávi te apud aquã contradictiónis.

Audi, pópulus meus, & conteſtábor te: * Iſraël, ſi audíeris me, non erit in te Deus recens, neque adorábis deum aliénum:

Ego enim ſum Dóminus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti: * diláta os tuum, & implébo illud.

Et non audívit pópulus

meus vocem meam, * & Iſraël non intendit mihi:

Et dimíſi eos ſecundùm deſidéria cordis eórum, * ibunt in adinventiónibus ſuis.

Si pópulus meus audíſſet me, * Iſrael ſi in viis meis ambulaſſet:

Pro níhilo fórſitan inimícos eórum humiliaſſem, * & ſuper tribulantes eos miſiſſem manum meam.

Inimíci Dómini mentíti ſunt ei, * & erit tempus eórum in ſécula.

Et cibávit eos ex ádipe frumenti; * & de petra, melle ſaturávit eos.

Ant. Præceptum in Iſraël eſt, & judíciú Deo Jacob.

Ant. 2. *g.* Parátum.

PSALMUS 107.

Oratio Eccleſiæ, Dei auxilium adversùs impios poſcentis.

PArátum cor meum, Deus, parátum cor meum: * cantábo & pſallam in glória mea.

Exurge, glória mea; exurge, pſaltérium & cíthara: * exurgam dilúculo.

Confitébor tibi in pópulis, Dómine; * & pſallam tibi in natiónibus.

Quia magna eſt ſuper cœlos miſericórdia tua; * & uſque ad nubes véritas tua.

Exaltáre ſuper cœlos, Deus, * & ſuper omnem terram glória tua.

Ut liberentur dilecti tui, * ſalvum fac déxterà tuà, & exaudi me.

Ant. Parátum cor meũ, Deus; exurgam dilúculo: confitébor tibi, Dómine.

Ant. 6. F. Dómine.

Diviſio Pſalmi 107.

DEus locútus eſt in ſancto ſuo: * exultábo, & dívidam Síchimam, & convallem tabernaculórum dimétiar.

Meus eſt Gálaad, & meus eſt Manaſſes, * & Ephraïm ſuſcéptio cápitis mei.

Juda rex meus, * Moab lebes ſpei meæ.

In Idumæam extendam calceamentum meum: * mihi alienígenæ amíci facti ſunt.

Quis dedúcet me in civitátem munítam? * quis dedúcet me uſque in Idumæam?

Nonne tu, Deus, qui repuliſti nos? * & non exíbis, Deus, in virtútibus noſtris?

Da nobis auxílium de tribulatióne; * quia vana ſalus hóminis.

In Deo faciémus virtútem: * & ipſe ad níhilum dedúcet inimícos noſtros.

Ant. Dómine, vana ſalus hóminis: in Deo faciémus virtútem.

Ant. 8. c. Deus.

In Feriis, Canticum Annæ.
1. Reg. 2.

EXultávit cor meum in Dómino, * & exaltátum eſt cornu meum in Deo meo.

Dilatátum eſt os meum ſuper inimícos meos, * quia lætáta ſum in ſalutári tuo.

Non eſt ſanctus, ut eſt Dóminus; neque enim eſt álius extra te ; * & non eſt fortis ſicut Deus noſter.

Nolíte multiplicáre loqui ſublímia, gloriantes : * recédant vétera de ore veſtro;

Quia Deus ſcientiárum, Dóminus eſt, * & ipſi præparantur cogitatiónes.

Arcus fórtium ſuperátus eſt; * & infirmi accincti ſunt róbore.

Repléti priùs, pro pánibus ſe locavérunt; * & famélici ſaturáti ſunt,

Donec ſtérilis péperit plúrimos; * & quæ multos habébat fílios, infirmáta eſt.

Dóminus mortíficat, & vivíficat; * dedúcit ad ínferos, & redúcit.

Dóminus páuperem facit, & ditat; * humíliat & súblevat.

Súſcitat de púlvere egénum, * & de ſtércore élevat páuperem;

Ut ſédeat cum princípibus, * & sólium glóriæ téneat.

Dómini enim ſunt cárdines terræ, * & póſuit ſuper eos orbem.

Pedes ſanctórum ſuórum ſervábit, & ímpii in ténebris conticeſcent ; * quia non in fortitúdine ſua roborábitur vir.

Dóminum formidábunt adversárii ejus ; * & ſuper ipſos in cœlis tonábit.

Dóminus judicábit fines terræ, & dabit impérium regi ſuo, * & ſublimábit cornu Chriſti ſui.

Ant. Deus ſcientiárum, Dóminus eſt, & ipſi præparantur cogitatiónes.

[*In Feſtis, Canticum.*
1. Paral. 29.

BEnedictus es, Dómine, Deus Iſraël patris noſtri, * ab æterno in æternum.

Tua eſt, Dómine, magnificéntia, & poténtia, & glória, atque victória ; * & tibi laus.

Cuncta enim quæ in cœlo ſunt & in terra, * tua ſunt :

Tuum, Dómine, regnum, * & tu es ſuper omnes príncipes.

Tuæ divítiæ, & tua eſt glória : * tu domináris ómnium.

In manu tua virtus & poténtia : * in manu tua magnitúdo, & impérium ómnium.

Nunc ígitur, Deus noſter, confitémur tibi, *

& laudámus nomen tuum índytum.]

Ant. 5. a Annúntiat Dñs.

PSALMUS 147.

Eccleſia ad laudem Dei invitatur, quòd ei abundè proviſum ſit.

LAuda, Jeruſalem, Dóminum: * lauda Deum tuum, Sion.

Quóniam confortávit ſeras portárum tuárum; * benedixit fíliis tuis in te.

Qui póſuit fines tuos pacem, * & ádipe frumenti sátiat te.

Qui emittit elóquium ſuum terræ, * velóciter currit ſermo ejus.

Qui dat nivem ſicut lanam, * nébulam ſicut cínerem ſpargit.

Mittit cryſtallum ſuam ſicut buccellas; * ante fáciem frígoris ejus quis ſuſtinébit?

Emittet verbum ſuum, & liquefáciet ea; * flabit ſpíritus ejus, & fluent aquæ.

Qui annúntiat verbum ſuum Jacob, * juſtítias & judícia ſua Iſraël;

Non fecit táliter omni natióni, * & judícia ſua non manifeſtávit eis.

Ant. Annúntiat Dñs verbum ſuum Jacob, & judícia ſua Iſraël: non fecit táliter omni natióni.

Capitulum. 1. Petr. 2. 9.

VOs genus electum, regále ſacerdótium, gens ſancta, pópulus acquiſitiónis; ut virtútes annuntiétis ejus, qui de tenebris vos vocávit in admirábile lumen ſuum.

Hymnus.

QUI, Chriſte, nos paſcis fide,
Fidéque ſanas ſáucios;
Tuâ manu fac ſóſpites,
Vi róboret Fides ſuâ.

HAC imperante diffugit
Error potens aſtútiis;
Fucóque capta ſúbdolo,
Mens veritáti rédditur.

SIS ergo turris ænea,
Quâ protegámur, ô Fides!
Scutumque ſis non pérvium,
Quo militémus númini.

TOT induémur láureis,
Tuti ſuperno tégmine,
Quot nos laceſſent cállidi
Salútis hoſtes præliis.

SIC fluctuantis ſéculi
Nos inter æſtus díriget,
Quæ ſe fidéli péctori
Antíqua nudat véritas.

CREDO, Deus: ſed débilem
Auge fidem quâ mílito;
Ut nuncientur móribus,
Quæ corde credo, dógmata.

QUI nos creávit, laus Patri;
Laus, qui redémit, Fílio;
Qui charitáte nos foves,
Sit par tibi laus, Spíritus.
Amen.

℣. Declarátio ſermónum tuórum illúminat,
℟. Et intellectum dat párvulis. *Pſ.* 118. 130.

Ad Benedictus. *Ant.* 3. a. Tu, puer, Prophéta Altíſſimi vocáberis, ad dandam ſciéntiam ſalútis plebi ejus. *Luc.* 1.

AD PRIMAM.

Ant. 3. à. Illúminet.

PSALMUS 66.

Deus in toto orbe cognoſcendus.

DEus miſereátur noſtrî, & benedícat nobis; * illúminet vultum ſuum ſuper nos, & miſereátur noſtrî:

Ut cognoſcámus in terra viam tuam, * in ómnibus géntibus ſalutáre tuũ.

Confiteantur tibi pópuli, Deus; * confiteantur tibi pópuli omnes:

Lætentur & exultent gentes, quóniam júdicas pópulos in æquitáte, * & gentes in terra dírigis.

Confiteantur tibi pópuli, Deus, confiteantur tibi pópuli omnes: * terra dedit fructum ſuum.

Benedícat nos, Deus, Deus noſter, benedícat nos Deus; * & métuant eum omnes fines terræ.

PSALMUS 89.

Inanis & fugax hominum vita: ideo gratia Dei exoratur.

DOmine, refúgium factus es nobis, * à generatióne in generatiónem.

Priuſquam montes fíerent, aut formarétur terra, & orbis, * à ſéculo & uſque in ſéculum tu es Deus.

Ne avertas hóminem in humilitátem; * & dixiſti: Convertímini, filii hóminum:

Quóniam mille anni ante óculos tuos, * tamquam dies heſterna quæ prætériit,

Et cuſtódia in nocte: * quæ pro níhilo habentur, eórum anni erunt.

Mane ſicut herba tránſeat, mane flóreat & tránſeat; * véſpere décidat, indúret & areſcat.

Quia defécimus in ira tua, * & in furóre tuo turbáti ſumus.

Poſuiſti iniquitátes noſtras in conſpectu tuo, * ſéculum noſtrum in illuminatióne vultûs tui.

Quóniam omnes dies noſtri defecérunt; * & in ira tua defécimus.

Anni noſtri ſicut aráneæ meditabuntur; * dies annórum noſtrórum in ipſis, ſeptuaginta anni:

Si autem in potentátibus, octoginta anni; * & ámplius eórum, labor & dolor.

Quóniam ſupervénit manſuetúdo, * & corripiémur.

Diviſio Pſalmi 89.

QUis novit poteſtátem iræ tuæ, * & præ timóre tuo iram tuam dinumeráre?

Déxteram tuam ſic notam fac, * & erudítos corde in ſapiéntia.

Convértere, Dómine, úſquequò? * & deprecábilis eſto ſuper ſervos tuos.

Repléti ſumus mane miſericórdiâ tuâ; * & exultávimus, & delectáti ſumus ómnibus diébus noſtris:

Lætáti ſumus pro diébus quibus nos humiliaſti, * annis quibus vídimus mala.

Réſpice in ſervos tuos, & in ópera tua; * & dírige fílios eórum.

Et ſit ſplendor Dómini Dei noſtri ſuper nos: & ópera mánuum noſtrárum dírige ſuper nos, * & opus mánuum noſtrárum dírige.

Ant. Illúminet Dn̄s vultum ſuum ſuper nos; ut cognoſcámus in terra viam tuam, Dómine. *Pſ.* 66.

AD TERTIAM.

Ant. 4. E. Credo.

PSALMUS 26.

Fidelium fortitudo ex Deo: æternæ vitæ quærenda bona.

DOminus illuminátio mea; & ſalus mea, * quem timébo?

Dóminus protector vitæ meæ; * à quo trepidábo?

Dum apprópiant ſuper me nocentes, * ut edant carnes meas.

Qui tribulant me inimíci mei, * ipſi infirmáti ſunt & cecidérunt.

Si conſiſtant adversùm me caſtra, * non timébit cor meum.

Si exurgat adversùm me prælium, * in hoc ego ſperábo.

Unam pétii à Dómino, hanc requíram, * ut inhábitem in domo Dn̄i ómnibus diébus vitæ meæ.

Ut vídeam voluptátem Dómini, * & víſitem templum ejus.

Quóniam abſcondit me in tabernáculo ſuo: * in die malórum protexit me in abſcóndito tabernáculi ſui.

In petra exaltávit me: * & nunc exaltávit caput meū ſuper inimícos meos.

Circuívi & immolávi in tabernáculo ejus hóſtiam vociferatiónis: * cantábo, & pſalmum dicam Dn̄o.

Diviſio Pſalmi 26.

EXaudi, Dómine, vocem meam quâ clamávi ad te: * miſerére meî, & exaudi me.

Tibi dixit cor meum, Exquisívit te fácies mea: * fáciem tuam, Dómine, requíram.

Ne avertas fáciem tuam à me; * ne declínes in ira à ſervo tuo.

Adjútor meus eſto, ne derelinquas me, * neque deſpícias me, Deus ſalutáris meus.

Quóniam pater meus & mater mea dereliquérunt me : * Dóminus autem aſſumpſit me.

Legem pone mihi, Dómine, in via tua ; * & dírige me in ſémitam rectam propter inimícos meos.

Ne tradíderis me in ánimas tribulántium me ; * quóniam inſurrexérunt in me teſtes iníqui, & mentíta eſt iníquitas ſibi.

Credo vidére bona Dómini * in terra vivéntium.

Expecta Dóminum, viriliter age,* & confortétur cor tuum, & ſúſtine Dñm.

PSALMUS 83.

Supremæ beatitudinis deſideria.

QUàm dilecta tabernácula tua, Dñe virtútum!* concupiſcit & déficit ánima mea in átria Dñi.

Cor meum & caro mea * exultavérunt in Deum vivum.

Etenim paſſer invénit ſibi domum, * & turtur nidum ſibi, ubi ponat pullos ſuos.

Altária tua, Dómine virtútum ; * Rex meus & Deus meus.

Beáti qui hábitant in domo tua, Dñe ! * in ſécula ſeculórum laudábunt te.

Beátus vir cujus eſt auxílium abs te ; * aſcenſiónes in corde ſuo diſpóſuit, in valle lacrymárum, in loco quem póſuit.

Etenim benedictiónem dabit legiſlátor, ibunt de virtúte in virtútem : * vidébitur Deus deórum in Sion.

Dómine Deus virtútum, exaudi oratiónem meam ; * áuribus pércipe, Deus Jacob.

Protector noſter, áſpice, Deus ; * & réſpice in fáciem Chriſti tui :

Quia mélior eſt dies una in átriis tuis * ſuper míllia.

Elégi abjectus eſſe in domo Dei mei, * magis quàm habitáre in tabernáculis peccatórum.

Quia miſericórdiam & veritátem díligit Deus ; * grátiam & glóriam dabit Dóminus.

Non privábit bonis eos qui ámbulant in innocéntia : * Dñe virtútum, beátus homo qui ſperat in te.

Ant. Credo vidére bona Dómini in terra vivéntium. *Pſ.* 26.

Capitulum. Hebr. 11. 1.

EST fides ſperandárum ſubſtántia rerum, argumentum non apparéntium.

℟. *br.* Quàm magna multitúdo dulcédinis tuæ, Dómine,* Quam abſcondiſti timéntibus te! Quàm magna. ℣. Perfeciſti eis * qui ſperant in te, * Quàm abſcondiſti. Glória Patri. Quàm magna. *Pſ.* 30. 20.

℣. Narravérunt mihi

iníqui fabulatiónes; ℟. Sed non ut lex tua. *Pſ.* 118. 85.

AD SEXTAM.

Ant. 8. G. Benedícam.

PSALMUS 22.

Pro beneficiis à Deo acceptis, gratiarum actio.

DOminus regit me, & nihil mihi déerit; * in loco páſcuæ ibi me collocávit.

Super aquam refectiónis educávit me, * ánimam meam convertit.

Deduxit me ſuper ſémitas juſtítiæ, * propter nomen ſuum.

Nam & ſi ambulávero in médio umbræ mortis, non timébo mala, * quóniam tu mecum es.

Virga tua, & báculus tuus, * ipſa me conſoláta ſunt.

Paraſti in conſpectu meo menſam, * adversùs eos qui tríbulant me.

Impinguaſti in óleo caput meum: * & calix meus inébrians quàm præclárus eſt!

Et miſericórdia tua ſubſequétur me * ómnibus diébus vitæ meæ.

Et ut inhábitem in domo Dómini, * in longitúdinem diérum.

PSALMUS 33.

Soli Deo adhærendum, qui juſtorum defenſor, malorum everſor eſt.

BEnedícam Dóminum in omni témpore: * ſemper laus ejus in ore meo.

In Dómino laudábitur ánima mea: * áudiant manſuéti, & lætentur.

Magnificáte Dóminum mecum: * & exaltémus nomen ejus in idipſum.

Exquiſívi Dóminum, & exaudívit me: * & ex ómnibus tribulatiónibus meis erípuit me.

Accédite ad eum, & illuminámini: * & fácies veſtræ non confundentur.

Iſte pauper clamávit, & Dóminus exaudívit eum: * & de ómnibus tribulatiónibus ejus ſalvávit eum.

Immittet ángelus Dómini in circúitu timéntium eum, * & erípiet eos.

Guſtáte, & vidéte quóniam ſuávis eſt Dóminus: * beátus vir qui ſperat in eo.

Timéte Dóminum, omnes ſancti ejus: * quóniam non eſt inópia timéntibus eum.

Dívites eguérunt & eſuriérunt; * inquirentes autem Dóminum non minuentur omni bono.

Diviſio Pſalmi 33.

VEníte, fílii, audíte me; * timórem Dómini docébo vos.

Quis eſt homo qui vult vitam; * díligit dies vidére bonos?

Próhibe linguam tuam à malo; * & lábia tua ne loquantur dolum.

Diverte à malo, & fac bonum; * inquíre pacem, & perſéquere eam.

Oculi Dómini ſuper juſtos, * & aures ejus in preces eórum.

Vultus autem Dómini ſuper facientes mala, * ut perdat de terra memóriam eórum.

Clamavérunt juſti, & Dóminus exaudívit eos, * & ex ómnibus tribulatiónibus eórum liberávit eos.

Juxtà eſt Dóminus iis qui tribuláto ſunt corde, * & húmiles ſpíritu ſalvábit.

Multæ tribulatiónes juſtórum; * & de ómnibus his liberábit eos Dn̄s.

Cuſtódit Dóminus ómnia oſſa eórum; * unum ex his non conterétur.

Mors peccatórum péſſima; * & qui odérunt juſtum, delinquent.

Rédimet Dóminus ánimas ſervórum ſuórum, * & non delinquent omnes qui ſperant in eo.

Ant. Benedícam Dn̄m in omni témpore. *Pſ.* 33.

Capitulum. Jac. 2. 26.

SIcut corpus ſine ſpíritu mórtuum eſt; ita & fides ſine opéribus mórtua eſt.

℟. *br.* Greſſus meos dírige, Dn̄e, * Secundùm elóquium tuū. Greſſus. ℣. Ut cuſtódiam * mandáta tua, * Secundùm. Glória. Greſſus. *Pſ.* 118. 133. 134.

℣. Bonitátem, & diſciplínam, & ſciéntiam doce me; ℟. Quia mandátis tuis crédidi. *Pſ.* 118. 66.

AD NONAM.

Ant. 1. a. Teſtimónia.

PSALMUS 79.

Chriſti adventus expoſtulatur.

QUi regis Iſraël, intende; * qui dedúcis velut ovem Joſeph.

Qui ſedes ſuper Chérubim, * manifeſtáre coram Ephraïm, Bénjamin, & Manaſſe:

Excita poténtiam tuam, & veni, * ut ſalvos fácias nos.

Deus, converte nos; * & oſtende fáciem tuam, & ſalvi érimus.

Dómine Deus virtútum, * quouſque iraſcéris ſuper oratiónem ſervi tui?

Cibábis nos pane lacrymárum, * & potum dabis nobis in lácrymis in menſúra?

Poſuiſti nos in contradictiónem vicínis noſtris; * & inimíci noſtri ſubſannavérunt nos.

Deus virtútum, converte nos; * & oſtende fáciem tuam, & ſalvi érimus.

Diviſio Pſalmi 79.

[DOmine,] víneam de Ægypto tranſtuliſti: * ejeciſti gentes, & plantaſti eam.

Dux itíneris fuiſti in

conſpectu ejus ; * plantaſti radíces ejus, & implévit terram.

Opéruit montes umbra ejus ; * & arbuſta ejus cedros Dei.

Extendit pálmites ſuos uſque ad mare, * & uſque ad flumen propágines ejus.

Ut quid deſtruxiſti macériam ejus, * & vindémiant eam omnes qui prætergrediuntur viam ?

Exterminávit eam aper de ſylva, * ſinguláris ferus depaſtus eſt eam.

Deus virtútum, convértere : * réſpice de cœlo, & vide, & viſita víneam iſtam.

Et pérfice eam quam plantávit déxtera tua, * & ſuper filium hóminis quē confirmaſti tibi.

Incenſa igni, & ſuffoſſa : * ab increpatióne vultûs tui períbunt.

Fiat manus tua ſuper virum déxteræ tuæ : * & ſuper filium hóminis quē confirmaſti tibi.

Et non diſcédimus à te, vivificábis nos ; * & nomen tuum invocábimus.

Dñe Deus virtútum, convérte nos ; * & oſtende fáciem tuam, & ſalvi érimus.

PSALMUS 92.

Dei, ſeu Chriſti, regnum & lex extollitur.

DOminus regnávit, decórem indútus eſt ; * indútus eſt Dóminus fortitúdinem, & præcinxit ſe.

Etenim firmávit orbem terræ ; * qui non commovébitur.

Paráta ſedes tua ex tunc, * à ſéculo tu es.

Elevavérunt flúmina, Dómine, * elevavérunt flúmina vocem ſuam.

Elevavérunt flúmina fluctus ſuos, * à vócibus aquárum multárum.

Mirábiles elatiónes maris : * mirábilis in altis Dóminus.

Teſtimónia tua credibília facta ſunt nimis : * domum tuam decet ſanctitúdo, Dómine, in longitúdinem diérum.

Ant. Teſtimónia tua, Dómine, credibília facta ſunt nimis. *Pſ.* 92.

Capitulum. Rom. 4. 5.

CRedenti in eum qui juſtíficat ímpium, reputátur fides ejus ad juſtítiam, ſecundùm propóſitum grátiæ Dei.

℟. *br.* Salvávit eos Dóminus, * Et credidérunt verbis ejus. Salvávit. ℣. Et laudavérunt * laudem ejus, * Et credidérunt. Glória Patri. Salvávit. *Pſ.* 105. 10. 12.

℣. In conſpectu géntium revelávit juſtítiam ſuam : ℟. Recordátus eſt miſericórdiæ ſuæ. *Pſ.* 97. 2. 3.

AD VESPERAS.

Ant. 2. D. Quid retríbuam.

PSALMUS 115.

Deus in periculis fida tutela.

CRédidi, propter quod locútus ſum; * ego autem humiliátus ſum nimis.

Ego dixi in exceſſu meo: * Omnis homo mendax.

Quid retríbuam Dómino * pro ómnibus quæ retríbuit mihi?

Cálicē ſalutáris accípiā, * & nomen Dñi invocábo.

Vota mea Dño reddam coram omni pópulo ejus: * pretióſa in conſpectu Dñi mors ſanctórum ejus.

O Dómine, quia ego ſervus tuus; * ego ſervus tuus, & filius ancillæ tuæ.

Dirupiſti víncula mea; * tibi ſacrificábo hóſtiam laudis, & nomen Dómini invocábo.

Vota mea Dño reddam in conſpectu omnis pópuli ejus, * in átriis domûs Dñi, in médio tuî, Jerúſalem.

Ant. Quid retríbuam Dómino pro ómnibus quæ retríbuit mihi?

Ant. 1. g. Confitébor.

PSALMUS 137.

Miſericordia & veritas Dei laudantur: ipſe à regibus adorandus.

COnfitébor tibi, Dómine, in toto corde meo; * quóniam audiſti verba oris mei.

In conſpectu angelórum pſallam tibi; * adorábo ad templum ſanctum tuū, & confitébor nómini tuo,

Super miſericórdia tua & veritáte tua; * quóniam magnificaſti ſuper omne, nomen ſanctum tuum.

In quacumque die invocávero te, exaudi me: * multiplicábis in ánima mea virtútem.

Confiteantur tibi, Dómine, omnes reges terræ, * quia audiérunt ómnia verba oris tui;

Et cantent in viis Dómini, * quóniam magna eſt glória Dómini;

Quóniam excelſus Dñs, & humília réſpicit, * & alta à longè cognoſcit.

Si ambulávero in médio tribulatiónis, vivificábis me: * & ſuper iram inimicórum meórum extendiſti manum tuam, & ſalvū me fecit déxtera tua.

Dñs retríbuet pro me: * Dómine, miſericórdia tua in ſéculum; ópera mánuum tuárum ne deſpícias.

Ant. Confitébor nómini tuo, Dómine, ſuper miſericórdia tua & veritáte tua.

Ant. 7. d. Generátio.

PSALMUS 144.

Dei potentia, miſericordia, providentia, benignitas.

EXaltábo te, Deus meus rex; * & benedícam nómini tuo in ſéculum, & in ſéculū ſéculi.

Per ſíngulos dies benedícam tibi ; * & laudábo nomen tuum in ſéculum, & in ſéculum ſéculi.

Magnus Dóminus, & laudábilis nimis ; * & magnitúdinis ejus non eſt finis.

Generátio & generátio laudábit ópera tua ; * & poténtiam tuam pronuntiábunt.

Magnificéntiam glóriæ ſanctitátis tuæ loquentur, * & mirabília tua narrábunt.

Et virtútem terribílium tuórum dicent,* & magnitúdinem tuam narrábunt.

Memóriam abundántiæ ſuavitátis tuæ eructábunt, * & juſtítiâ tuâ exultábunt.

Ant. Generátio & generátio laudábit ópera tua, & poténtiam tuam pronuntiábunt.

Ant. 4. a, Fidélis.

Diviſio Pſalmi 144.

MIſerátor & miſéricors Dóminus ; * pátiens & multùm miſéricors.

Suávis Dóminus univerſis, * & miſeratiónes ejus ſuper ómnia ópera ejus.

Confiteantur tibi, Dómine, ómnia ópera tua, * & ſancti tui benedícant tibi.

Glóriam regni tui dicent, * & poténtiam tuam loquentur ;

Ut notam fáciant filiis hóminum poténtiam tua, * & glóriam magnificéntiæ regni tui.

Regnum tuum, regnum ómnium ſeculórum ; * & dominátio tua in omni generatióne & generatiónem.

Fidélis Dóminus in ómnibus verbis ſuis ; * & ſanctus in ómnibus opéribus ſuis.

Allevat Dóminus omnes qui córruunt, * & érigit omnes eliſos.

Oculi ómnium in te ſperant, Dómine ; * & tu das eſcam illórum in témpore opportúno.

Aperis tu manum tuam, * & imples omne ánimal benedictióne.

Ant. Fidélis Dóminus in ómnibus verbis ſuis, & ſanctus in ómnibus opéribus ſuis.

Ant. 8, c. Propé eſt Dóminus.

Altera diviſio Pſal. 144.

JUſtus Dóminus in ómnibus viis ſuis, * & ſanctus in ómnibus opéribus ſuis.

Propé eſt Dóminus ómnibus invocántibus eum, * ómnibus invocántibus eum in veritáte.

Voluntátem timéntium ſe fáciet, & deprecatiónem eórum exáudiet, * & ſalvos fáciet eos.

Cuſtódit Dóminus om-

nes diligentes ſe, * & omnes peccatóres diſperdet.

Laudatiónem Dómini loquétur os meum; * & benedícat omnis caro nómini ſancto ejus in ſéculum, & in ſéculum ſéculi.

Ant. Propè eſt Dóminus ómnibus invocántibus eum in veritáte.

Capitulum. Gen. 1. 20.

DIxit étiam Deus: Prodúcant aquæ réptile ánimæ viventis, & volátile ſuper terram ſub firmamento cœli .... Et factum eſt véſpere & mane dies quintus.

Hymnus.

DEo loquente, prótinus
Vivit novũ rerum genus:
Mirátur æquor, & ſuos
Mirátur æther íncolas.

IISDEM creáti flúctibus
Feruntur ad cœlos aves:
Leves in imo gúrgite
Repentè piſces innatant.

HOS arte mirâ audácibus
Utroſque remis ínſtruis;
Sic tu potenti, Cónditor,
In orbe ludis déxterâ.

QUIS det mihi velócibus
Pennis columbæ rémigẽ?
Surgam voláto líbero,
Terræ tenácis ímmemor.

DESUNT. Opem feras, tuis
Delapſa ſédibus, Fides:
Alas ſupernas, pátriam
Quibus revíſã, cómmoda.

TUNC ſancta quæ calígine
Noctis premuntur dógmata,
Ruptis aperta núbibus,
Pleno patébunt in die.

QUI nos creávit, laus Patri;
Laus, qui redémit, Filio;
Qui charitáte nos foves,
Sit par tibi laus, Spíritus.
Amen.

℣. Os meum annuntiábit juſtítiam tuã, ℟. Totâ die ſalutáre tuũ. *Pſ.* 70. 15.

Ad Magníficat. *Ant.* 7. G. Potens eſt Dóminus, & ſanctum nomen ejus. *Luc.* 1.

AD COMPLETOR.

Ant. 6. F. Tu, Dómine.

PSALMUS 11.

Juſtorum paucitas: Dei erga impios promiſſa urgentur.

SAlvum me fac, Dómine, quóniam defécit ſanctus: * quóniam diminútæ ſunt veritátes à filiis hóminum.

Vana locúti ſunt unuſquiſque ad próximum ſuũ * lábia dolóſa, in corde & corde locúti ſunt.

Diſperdat Dóminus univerſa lábia dolóſa, * & linguam magníloquam;

Qui dixérunt: Linguam noſtram magnificábimus, lábia noſtra à nobis ſunt, * quis noſter Dóminus eſt?

Propter miſériam ínopum, & gémitum páuperum, *

rum, * nunc exurgam, dicit Dóminus.

Ponam in ſalutári, * fiduciáliter agam in eo.

Elóquia Dómini, elóquia caſta: * argentum igne examinátum, probátum terræ, purgátum ſéptuplum.

Tu, Dómine, ſervábis nos, & cuſtódies nos * à generatióne hac in æternum.

In circúitu ímpii ámbulant: * ſecundùm altitúdinem tuam multiplicaſti filios hóminum.

PSALMUS 38.

Coërcenda lingua: mundi contemptus: vitæ brevitas.

DIxi: Cuſtódiam vias meas, * ut non delinquam in lingua mea.

Póſui ori meo cuſtódiam: * cùm conſíſteret peccátor adversùm me.

Obmútui & humiliátus ſum, & ſílui à bonis: * & dolor meus renovátus eſt.

Concáluit cor meum intra me: * & in meditatióne mea exardeſcet ignis.

Locútus ſum in lingua mea: * notum fac mihi, Dómine, finem meum;

Et númerum diérum meórum quis eſt; * ut ſciam quid deſit mihi.

Ecce menſurábiles poſuiſti dies meos, * & ſubſtántia mea tamquam níhilum ante te.

Verúmtamen univerſa vánitas, * omnis homo vivens.

Verúmtamen in imágine pertranſit homo: * ſed & fruſtrà conturbátur.

Theſaurízat, * & ignórat cui congregábit ea.

Et nunc quæ eſt expectátio mea? nonne Dóminus? * & ſubſtántia mea apud te eſt.

Diviſio Pſalmi 38.

AB ómnibus iniquitátibus meis erue me: * oppróbrium inſipienti dediſti me.

Obmútui, & non apérui os meum, quóniam tu feciſti: * ámove à me plagas tuas.

A fortitúdine manûs tuæ ego deféci in increpatiónibus: * propter iniquitátem corripuiſti hóminem.

Et tabéſcere feciſti ſicut aráneam ánimam ejus: * verúmtamen vanè conturbátur omnis homo.

Exaudi oratiónem meã, Dómine, & deprecatiónem meam: * áuribus pércipe lacrymas meas.

Ne síleas, quóniam ádvena ego ſum apud te, & peregrínus, * ſicut omnes patres mei.

Remitte mihi ut refrígerer, priuſquam ábeam, * & ámpliùs non ero.

Ant. Tu, Dñe, ſervábis nos, & cuſtódies nos.

FERIA SEXTA AD OFFICIUM NOCT.

Invit. Veníte, adorémus, & procidámus ante Deum: * Plorémus coram Dómino qui fecit nos.

Pſ. 94. Veníte, 2.

Hymnus.

RECENS ab Autóris manu
Primus parens mortálium,
Curis ſolútus ánxiis,
Dies agébat cándidos.

Mox, pœna peccáti, labor
Cum patre natos óbruit,
Ingenſque lúctuū cohors
Incumbit orbi pérdito.

HINC nos dolóris fílii
Dolóre vitam dégimus:
Hinc per labóres plúrimos
Quærenda cœli pátria.

HANC ipſe ſignávit viam,
Qui ſponte mortális Deus,
Culpæ gerens imáginem,
Pœnas nocentûm pértulit.

CRUX eſt gradus, quo téndere
Ad alta fas eſt átria:
Cœli futúris álterum
Iter negátur cívibus.

NOS ſempitérnis crux tua,
O Chriſte, flammis éruit:
Hîc ure vindex, hîc ſeca,
Parcas in æternum modò.

QUI nos creávit, laus Patri;
Laus, qui redémit, Fílio;
Qui charitáte nos foves,
Sit par tibi laus, Spíritus.
Amen.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 7. d. Confitébor.

PSALMUS 51.

Impiis exitium proximum.

QUid gloriáris in malítia, * qui potens es in iniquitáte?

Totâ die injuſtítiam cogitávit lingua tua: * ſicut novácula acúta feciſti dolum.

Dilexiſti malítiam ſuper benignitátem: * iniquitátem magis, quàm loqui æquitátem.

Dilexiſti ómnia verba præcipitatiónis, * lingua dolóſa.

Proptérea Deus déſtruet te in finem, evellet te, & emigrábit te de tabernáculo tuo, * & radícem tuā de terra vivéntium.

Vidébunt juſti, & timébunt, & ſuper eum ridébunt, & dicent: * Ecce homo qui non póſuit Deū adjutórem ſuum:

Sed ſperávit in multitúdine divitiárum ſuárum, * & præváluit in vanitáte ſua.

Ego autem ſicut olíva fructífera in domo Dei; * ſperávi in miſericórdia Dei in æternum, & in ſéculum ſéculi.

Confitébor tibi in ſéculum, quia feciſti: * & expectábo nomen tuum, quóniam bonum eſt in conſpectu ſanctórum tuórum.

PSALMUS 54.

Deum, ut ſe à fictis amicis ſervet, obteſtatur Chriſtus.

EXaudi, Deus, oratiónem meam, & ne deſpéxeris deprecatiónem meam: * inténde mihi, & exaudi me.

Contriſtátus ſum in exercitatióne mea, * & conturbátus ſum à voce inimíci, & à tribulatióne peccatóris.

Quóniam declinavérunt in me iniquitátes, * & in ira moleſti erant mihi.

Cor meum conturbátum eſt in me, * & formído mortis cécidit ſuper me.

Timor & tremor venérunt ſuper me, * & contexérunt me ténebræ.

Et dixi: Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ, * & volábo, & requieſcam?

Ecce elongávi fúgiens, * & manſi in ſolitúdine.

Expectábam eum qui ſalvum me fecit à puſillanimitáte ſpíritûs, * & tempeſtáte.

Præcípita, Dómine, dívide linguas eorum; * quóniam vidi iniquitátem & contradictiónem in civitáte.

Die ac nocte circúmdabit eam ſuper muros ejus iníquitas; * & labor in médio ejus, & injuſtítia.

Et non defécit de pláteis ejus * uſúra & dolus.

Quóniam ſi inimícus meus maledixiſſet mihi: * ſuſtinuiſſem útique.

Et ſi is qui óderat me, ſuper me magna locútus fuiſſet: * abſcondiſſem me fórſitan ab eo.

Tu verò, homo unánimis, * dux meus & notus meus.

Qui ſimul mecum dulces capiebas cibos; * in domo Dei ambulávimus cum conſenſu.

Véniat mors ſuper illos: * & deſcendant in inférnum viventes.

Quóniam nequítiæ in habitáculis eórum, * in médio eórum.

Ego autem ad Deum clamávi; * & Dóminus ſalvábit me.

Diviſio Pſalmi 54.

VEſpere, & mane, & merídie narrábo & annuntiábo: * & exáudiet vocem meam.

Rédimet in pace ánimam meam ab his qui appropinquant mihi: * quóniam inter multos erant mecum.

Exáudiet Deus, & humiliábit illos, * qui eſt ante ſécula.

Non enim eſt illis commutátio, & non timuérunt Deum: * extendit manum ſuam in retribuendo.

Contaminavérunt teſta-

mentum ejus, divíſi ſunt ab ira vultûs ejus: * & appropinquávit cor illíus,

Molliti ſunt ſermónes ejus ſuper óleum; * & ipſi ſunt jácula.

Jacta ſuper Dóminum curam tuam, & ipſe te enútriet: * non dabit in æternum fluctuatiónem juſto.

Tu verò, Deus, * dedúces eos in púteum intéritûs.

Viri ſánguinum & dolóſi non dimidiábunt dies ſuos: * ego autem ſperábo in te, Dómine.

Ant. Confitébor tibi, Dómine, in ſéculum, quia feciſti. *Pſ.* 51.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 2. D. Deus ſuſceptor.

PSALMUS 58.

Zelus Eccleſiæ adversùs impios.

ERipe me de inimícis meis, Deus meus: * & ab inſurgéntibus in me líbera me.

Eripe me de operántibus iniquitátem, * & de viris ſánguinum ſalva me;

Quia ecce cepérunt ánimam meam, * irruérunt in me fortes.

Neque iníquitas mea, neque peccátum meum, Dómine: * ſine iniquitáte cucurri, & direxi.

Exurge in occurſum meum, & vide: * & tu, Dómine, Deus virtútum, Deus Iſraël,

Intende ad viſitandas omnes gentes: * non miſereáris ómnibus qui operantur iniquitátem.

Convertentur ad véſperam, & famem patientur ut canes: * & circuíbunt civitátem.

Ecce loquentur in ore ſuo, & gládius in lábiis eórum; * quóniam quis audívit?

Et tu, Dómine, deridébis eos: * ad níhilum dedúces omnes gentes.

Fortitúdinem meam ad te cuſtódiam, quia Deus ſuſceptor meus es: * Deus meus, miſericórdia ejus prævéniet me.

Diviſio Pſalmi 58.

DEus oſtendet mihi ſuper inimícos meos, ne occídas eos: * nequando obliviſcantur pópuli mei.

Diſperge illos in virtúte tua: * & depóne eos, protector meus, Dómine.

Delictum oris eórum, ſermónem labiórum ipſórum: * & comprehendantur in ſupérbia ſua.

Et de execratióne & mendácio annuntiabuntur in conſummatióne: * in ira conſummatiónis, & non erunt.

Et ſcient quia Deus dominábitur Jacob, * & fínium terræ,

Convertentur ad véſperam, & famem patientur ut canes : * & circuíbunt civitátem.

Ipſi diſpergentur ad manducandum : * ſi verò non fúerint ſaturáti, & murmurábunt.

Ego autem cantábo fortitúdinem tuam : * & exultábo manè miſericórdiam tuam ;

Quia factus es ſuſceptor meus,* & refúgium meum in die tribulatiónis meæ.

Adjútor meus, tibi pſallam, quia Deus ſuſceptor meus es : * Deus meus, miſericórdia mea.

PSALMUS 60.

Eccleſia ab inſectatoribus oppreſſa : Chriſti regnum æternum.

EXaudi, Deus, deprecatiónem meam : * intende oratióni meæ.

A fínibus terræ ad te clamávi : * dum anxiarétur cor meum, in petra exaltaſti me.

Deduxiſti me, quia factus es ſpes mea, * turris fortitúdinis à fácie inimíci.

Inhabitábo in tabernáculo tuo in ſécula : * prótegar in velamento alárum tuárum ;

Quóniam tu, Deus meus, exaudiſti oratiónem meam : * dediſti hæreditátem timéntibus nomen tuum.

Dies ſuper dies regis adjícies, * annos ejus uſque in diem generatiónis & generatiónis.

Pérmanet in æternum in conſpectu Dei : * miſericórdiam & veritátem ejus quis requíret ?

Sic pſalmum dicam nómini tuo in ſéculum ſéculi, * ut reddam vota mea de die in diem.

Ant. Deus ſuſceptor meus es, Deus meus, miſericórdia mea. *Pſ.* 58.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 3. g. In multitúdine.

PSALMUS 68.

Chriſtus, ob Religionis zelum multa paſſus, auxilium à Patre petit.

SAlvum me fac, Deus : * quóniam intravérunt aquæ uſque ad ánimam meam.

Infixus ſum in limo profundi, * & non eſt ſubſtántia.

Veni in altitúdinem maris, * & tempeſtas demerſit me.

Laborávi clamans, raucæ factæ ſunt fauces meæ : * defecérunt óculi mei, dum ſpero in Deum meũ.

Multiplicáti ſunt ſuper capillos cápitis mei, * qui odérunt me gratìs.

Confortáti ſunt qui perſecúti ſunt me inimíci mei injuſtè : * quæ non rápui, tunc exolvébam.

Deus, tu ſcis inſipién-

tiam meã, * & delicta mea à te non ſunt abſcóndita.

Non erubeſcant in me qui expectant te, Dómine, * Dómine virtútum.

Non confundantur ſuper me, * qui quærunt te, Deus Iſraël.

Quóniam propter te ſuſtínui oppróbrium, * opéruit confúſio fáciem meã.

Extráneus factus ſum frátribus meis, * & peregrínus filiis matris meæ.

Quóniam zelus domûs tuæ comédit me; * & oppróbria exprobrántium tibi cecidérunt ſuper me.

Et opérui in jejúnio ánimam meam; * & factum eſt in oppróbrium mihi.

Et póſui veſtimentum meum cilícium;* & factus ſum illis in parábolam.

Adversùm me loquebantur qui ſedébant in porta; * & in me pſallébant qui bibébant vinum.

Ego verò oratiónem meam ad te, Dómine; * tempus beneplácití,Deus.

In multitúdine miſericórdiæ tuæ exaudi me, * in veritáte ſalútis tuæ.

Eripe me de luto, ut non infigar; * líbera me ab iis qui odérunt me, & de profundis aquárum.

Non me demergat tempeſtas aquæ, neque absórbeat me profundum, * neque úrgeat ſuper me púteus os ſuum.

Diviſio Pſalmi 68.

EXaudi me, Dómine, quóniam benigna eſt miſericórdia tua; * ſecundùm multitúdinem miſeratiónum tuárum réſpice in me.

Et ne avertas fáciem tuam à púero tuo: * quóniam tríbulor, velóciter exaudi me.

Intende ánimæ meæ, & líbera eam; * propter inimícos meos éripe me.

Tu ſcis impropérium meum, & confuſiónem meam, * & reveréntiam meam.

In conſpectu tuo ſunt omnes qui tríbulant me: * impropérium expectávit cor meum, & miſériam.

Et ſuſtínui qui ſimul contriſtarétur,& non fuit; * & qui conſolarétur, & non invéni.

Et dedérunt in eſcam meam fel; * & in ſiti mea potavérunt me acéto.

Fiat menſa eórum coram ipſis in láqueum, * & in retributiónes, & in ſcándalum.

Obſcurentur óculi eórũ, ne vídeant, * & dorſum eórum ſemper incurva.

Effunde ſuper eos iram tuam, * & furor iræ tuæ comprehendat eos.

Fiat habitátio eórum deſerta, * & in tabernáculis eórum non ſit qui inhábitet.

Quóniam quem tu percuſſiſti, perſecúti ſunt; * & ſuper dolórem vúlnerum meórum addidérunt.

Appóne iniquitátem ſuper iniquitátem eórum; * & non intrent in juſtítiam tuam.

Deleantur de libro vivéntium; * & cum juſtis non ſcribantur.

Altera diviſio Pſalmi 68.

EGo ſum pauper & dolens: * ſalus tua, Deus, ſuſcépit me.

Laudábo nomen Dei cum cántico, * & magnificábo eum in laude.

Et placébit Deo ſuper vítulum novellum, * córnua producentem & úngulas.

Vídeant páuperes, & lætentur: * quærite Deum, & vivet ánima veſtra.

Quóniam exaudívit páuperes Dóminus, * & vinctos ſuos non deſpexit.

Laudent illum cœli & terra; * mare, & ómnia reptília in eis.

Quóniam Deus ſalvam fáciet Sion, * & ædificabuntur civitátes Juda.

Et inhabitábunt ibi, * & hæreditáte acquírent eam.

Et ſemen ſervórum ejus poſſidébit eam; * & qui díligunt nomen ejus, habitábunt in ea.

Ant. In multitúdine miſericórdiæ tuæ exaudi me, Dómine, in veritáte ſalútis tuæ.

In Adv. ℣. Véniat ſuper me miſericórdia tua, Dómine, ℟. Salutáre tuum ſecundùm elóquium tuū. *Pſ.* 118. 41.

Per ann. ℣. Ego ſum pauper & dolens: ℟. Salus tua, Deus, ſuſcépit me. *Pſ.* 68. 30.

Pater noſter.

AD LAUDES.

℣. *Sacerd.* Laudans invocábo Dóminum; ℟. Et ab inimícis meis ſalvus ero. *Pſ.* 17. 4.

Ant. 1. a. Deus.

PSALMUS 53.

Oratio juſti adverſùs hoſtes auxilium deprecantis.

DEus, in nómine tuo ſalvum me fac, * & in virtúte tua júdica me.

Deus, exaudi oratiónem meam; * áuribus pércipe verba oris mei:

Quóniam alièni inſurrexérunt adversùm me, & fortes quæſiérunt ánimam meam, * & non propoſuérunt Deum ante conſpectum ſuum:

Ecce enim Deus ádjuvat me, * & Dóminus ſuſceptor eſt ánimæ meæ.

Averte mala inimícis meis, * & in veritáte tua diſperde illos.

Voluntárie ſacrificábo tibi; * & confitébor nómini tuo, Dómine, quóniam bonum eſt.

Quóniam ex omni tri-

bulatióne eripuiſti me, * & ſuper inimícos meos deſpexit óculus meus.

Ant. Deus ádjuvat me, & Dóminus ſuſceptor eſt ánimæ meæ.

Ant. 7. ç. Salva me.

PSALMUS 70.

Eccleſia adversùs impios auxilium deprecatur.

IN te, Dómine, ſperávi, non confundar in æternum; * in juſtítia tua líbera me, & éripe me.

Inclína ad me aurem tuam, * & ſalva me.

Eſto mihi in Deum protectórem, & in locum munítum, * ut ſalvum me fácias.

Quóniam firmamentum meum, * & refúgium meum es tu.

Deus meus, éripe me de manu peccatóris, * & de manu contra legem agentis, & iníqui.

Quóniam tu es patiéntia mea, Dómine, * Dómine, ſpes mea à juventúte mea.

In te confirmátus ſum ex útero, * de ventre matris meæ tu es protector meus.

In te cantátio mea ſemper, * tamquam prodígium factus ſum multis, & tu adjútor fortis.

Repleátur os meum laude, ut cantem glóriam tuam, * totâ die magnitúdinem tuam.

Ne projícias me in tempore ſenectútis; * & cùm defécerit virtus mea, ne derelinquas me,

Quia dixérunt inimíci mei mihi; * & qui cuſtodiébant ánimam meam, consílium fecérunt in unū.

Dicentes: Deus derelíquit eum; perſequímini, & comprehéndite eum, * quia non eſt qui erípiat.

Deus, ne elongéris à me: * Deus meus, in auxílium meum réſpice.

Confundantur & defíciant detrahentes ánimæ meæ; * operiantur confuſióne & pudóre, qui quærunt mala mihi.

Ego autem ſemper ſperábo, * & adjíciam ſuper omnem laudem tuam.

Ant. Salva me, Dómine, eſto mihi in Deum protectórem.

Ant. 5. à. Dómine, memorábor.

Diviſio Pſalmi 70.

OS meum annuntiábit juſtítiam tuam, * totâ die ſalutáre tuum.

Quóniam non cognóvi litteratúram, introíbo in poténtias Dómini: * Dómine, memorábor juſtítiæ tuæ solíus.

Deus, docuiſti me à juventúte meâ; * & uſque nunc pronuntiábo mirabília tua,

Et uſque in ſenectam & ſénium, * Deus, ne derelinquas me;

Donec annúntiem bráchium tuum * generatióni omni quæ ventúra eſt;

Poténtiam tuam & juſtítiam tuam, Deus, uſque in altíſſima quæ feciſti magnália: * Deus, quis ſímilis tibi?

Quantas oſtendiſti mihi tribulatiónes multas, & malas, & converſus, vivificaſti me, * & de abyſſis terræ íterum reduxiſti me?

Multiplicaſti magnificéntiam tuam, * & converſus, conſolátus es me.

Nam & ego confitébor tibi in vaſis pſalmi veritátem tuam: * Deus, pſallam tibi in cíthara, Sanctus Iſraël.

Exultábunt lábia mea cùm cantávero tibi; * & ánima mea, quam redemiſti.

Sed & lingua mea totâ die meditábitur juſtítiam tuam; * cùm confúſi & revériti fúerint qui quærunt mala mihi.

Ant. Dómine, memorábor juſtítiæ tuæ ſolíus.

Ant. 8. G. Cùm irátus fúeris.

In Feriis, Canticum Habacuc. Cap. 3.

DOmine, audívi auditiónem tuam, * & tímui.

Dómine, opus tuum * in médio annórum vivífica illud.

In medio annórum notum fácies: * cum irátus fúeris, miſericórdiæ recordáberis.

Deus ab Auſtro véniet, * & ſanctus de monte Pharan.

Opéruit cœlos glória ejus, * & laudis ejus plena eſt terra.

Splendor ejus ut lux erit, córnua in mánibus ejus: * ibi abſcóndita eſt fortitúdo ejus.

Ante fáciem ejus ibit mors; * & egredietur diábolus ante pedes ejus.

Stetit, & menſus eſt terram: * aſpexit, & diſſolvit gentes; & contríti ſunt montes ſéculi.

Incurváti ſunt colles mundi * ab itinéribus æternitátis ejus.

Pro iniquitáte vidi tentória Æthiópiæ: * turbabuntur pelles terræ Mádian.

Numquid in flumínibus irátus es, Dómine? * aut in flumínibus furor tuus? vel in mari indignátio tua?

Qui aſcendes ſuper equos tuos, * & quadrígæ tuæ ſalvátio;

Súſcitans ſuſcitábis arcum tuum: * juramenta tríbubus quæ locútus es.

Flúvios ſcindes terræ: vidérunt te, & doluérunt montes; * gurges aquárum tránſiit.

Dedit abyſſus vocem ſuam : * altitúdo manus ſuas levávit.

Sol & luna ſtetérunt in habitáculo ſuo : * in luce ſagittárum tuárum ibunt, in ſplendóre fulgurantis haſtæ tuæ.

In frémitu conculcábis terram : * in furóre obſtupefácies gentes.

Egreſſus es in ſalútem pópuli tui, * in ſalútem cum chriſto tuo.

Percuſſiſti caput de domo ímpii ; * denudaſti fundamentum ejus uſque ad collum.

Maledixiſti ſceptris ejus, cápiti bellatórum ejus, * veniéntibus ut turbo ad diſpergendum me.

Exultátio eórum, * ſicut ejus qui dévorat páuperem in abſcóndito.

Viam feciſti in mari equis tuis, * in luto aquárum multárum.

Audívi, & conturbátus eſt venter meus : * à voce contremuérunt lábia mea.

Ingrediátur putrédo in óſſibus meis, * & ſubter me ſcáteat ;

Ut requieſcam in die tribulatiónis, * ut aſcendam ad pópulum accinctum noſtrum.

Ficus enim non florébit ; * & non erit germen in víneis.

Mentiétur opus olívæ ; * & arva non áfferent cibū.

Abſcindétur de ovili pecus ; * & non erit armentum in præſépibus.

Ego autem in Dómino gaudébo, * & exultábo in Deo Jeſu meo.

Deus Dóminus, fortitúdo mea, * & ponet pedes meos quaſi cervórum.

Et ſuper excelſa mea dedúcet me victor * in pſalmis canentem.

Ant. Cùm irátus fúeris, Dómine, miſericórdiæ recordáberis.

[*In Feſtis, Canticum.* Iſaiæ 26.

URbs fortitúdinis noſtræ Sion : * Salvátor ponétur in ea murus & antemurále.

Aperíte portas, * & ingrediátur gens juſta, cuſtódiens veritátem.

Vetus error ábiit : ſervábis pacem ; * pacem, quia in te ſperávimus.

Speraſtis in Dómino in ſéculis æternis, * in Dómino Deo forti in perpétuum.

Quia incurvábit habitantes in excelſo, * civitátem ſublímem humiliábit.

Humiliábit eam uſque ad terram, * détrahet eam uſque ad púlverem.

Conculcábit eam pes, * pedes páuperis, greſſus egenórum.

Sémita juſti recta eſt, * rectus callis juſti ad ambulandum.

Et in ſémita judiciórum tuórum, Dómine, ſuſtinúimus te:* nomen tuum, & memoriále tuum in deſidério ánimæ.

Anima mea deſiderávit te in nocte; * ſed & ſpíritu meo in præcórdiis meis de mane vigilábo ad te.

Cùm féceris judícia tua in terra, * juſtítiam diſcent habitatóres orbis.

Miſereámur ímpio, & non diſcet juſtítiam: * in terra ſanctórum iníqua geſſit, & non vidébit glóriam Dómini.

Dómine, exaltétur manus tua; * & non vídeant:

Vídeant, & confundantur zelantes pópuli; * & ignis hoſtes tuos dévoret.

Dómine, dabis pacem nobis; * ómnia enim ópera noſtra operátus es nobis.]

Ant. 4. A. Laudábo.

PSALMUS 145.

Non hominibus, nec principibus, ſed Deo fidendum.

LAuda, ánima mea, Dóminum; laudábo Dóminum in vita mea: * pſallam Deo meo quámdiu fúero.

Nolíte confídere in princípibus; * in filiis hóminum, in quibus non eſt ſalus.

Exíbit ſpíritus ejus, & revertétur in terram ſuam: * in illa die períbunt omnes cogitatiónes eórum.

Beátus cujus Deus Jacob adjútor ejus, ſpes ejus in Dómino Deo ipsíus, * qui fecit cœlum & terram, mare, & ómnia quæ in eis ſunt.

Qui cuſtódit veritátem in ſéculum, facit judícium injúriam patiéntibus, * dat eſcam eſuriéntibus.

Dóminus ſolvit compedítos: * Dóminus illúminat cæcos.

Dóminus érigit eliſos, * Dóminus díligit juſtos.

Dóminus cuſtódit ádvenas, pupillum & víduam ſuſcípiet; * & vias peccatórum diſperdet.

Regnábit Dóminus in ſécula, Deus tuus, Sion, * in generatiónem & generatiónem.

Ant. Laudábo in vita mea Dñm, qui facit judícium injúria patiéntibus.

Capitulum. Iſaiæ 33. 2.

DOmine, miserére noſtrî; te enim expectávimus: eſto bráchium noſtrum in mane, & ſalus noſtra in témpore tribulatiónis.

Hymnus.

ADVERSA legi ſpíritûs
Vivit meo lex córpore:
Hinc íntimis & ékteris
Diſtórqueor conflíctibus.

PUGNARE da, da víncere,
Teſtis Deus certáminis;

Tuóque carnem ſpíritu
Menti rebellem cóntere.

Hæc défluet victória
Almo crucis de ſtípite,
Si ſpontè dura pérferam,
Quæ me premunt, incómmoda.

Nostrum caput, rigéntibus
Chriſtus corónis cinctus eſt:
Quàm, delicátè vívere
Nos, membra Chriſti, dédecet!

Amoris ô mirácu-lum!
O cordis humáni ſtupor!
Inſons Deus neci datur,
Pigébit & ſontes pati!

Fac, Chriſte, nos fortes ſequi
Iter, quod exemplo doces:
Beátus ille cui licet
Tecum pati, tecum mori!

Qui nos creávit, laus Patri;
Laus, qui redémit, Fílio;
Qui charitáte nos foves,
Sit par tibi laus, Spíritus. Amen.

℣. Exultábo manè miſericórdiam tuá; ℟. Quia factus es ſuſceptor meus in die tribulatiónis. *Pſ.* 58. 17.

Ad Benedictus, *Ant.* 8. *G.* Per víſcera miſericórdiæ Dei noſtri viſitávit nos óriens ex alto, illumináre his qui in ténebris & in umbra mortis ſedent. *Luc.* 1.

AD PRIMAM.

Ant. 3. c. Exurge.

PSALMUS 43.

Patres beneficiis cumulati: ob Religionem cuncta ſuſtinenda.

Deus, áuribus noſtris audívimus, * patres noſtri annuntiavérunt nobis

Opus quod operátus es in diébus eórum, * & in diébus antíquis.

Manus tua gentes diſpérdidit, & plantaſti eos; * afflixiſti pópulos, & expuliſti eos.

Nec enim in gládio ſuo poſſedérunt terram, * & bráchium eórum non ſalvávit eos:

Sed déxtera tua, & bráchium tuum, & illuminátio vultûs tui; * quóniam complacuiſti in eis.

Tu es ipſe rex meus, & Deus meus, * qui mandas ſalútes Jacob.

In te inimícos noſtros ventilábimus cornu, * & in nómine tuo ſpernémus inſurgentes in nobis.

Non enim in arcu meo ſperábo, * & gládius meus non ſalvábit me.

Salvaſti enim nos de affligéntibus nos, * & odientes nos confudiſti.

Diviſio Pſalmi 43.

In Deo laudábimur totâ die, * & in nómine tuo confitébimur in ſéculum.

Nunc autem repuliſti, & confudiſti nos:* & non egrediéris, Deus, in virtútibus noſtris.

Avertiſti nos retrorsùm poſt inimícos noſtros;* & qui odérunt nos, diripiébant ſibi.

Dediſti nos tamquam oves eſcárum,* & in géntibus diſperſiſti nos.

Vendidiſti pópulum tuũ ſine prétio,* & non fuit multitúdo in commutatiónibus eórum.

Poſuiſti nos oppróbrium vicínis noſtris,* ſubſannatiónem & deríſum his qui ſunt in circúitu noſtro.

Poſuiſti nos in ſimilitúdinem géntibus,* commotiónem cápitis in pópulis.

Totâ die verecúndia mea contra me eſt,* & confúſio faciéi meæ coopéruit me,

A voce exprobrantis & obloquentis,* à fácie inimíci & perſequentis.

Hæc ómnia venérunt ſuper nos; nec oblíti ſumus te,* & iníquè non égimus in teſtamento tuo.

Et non receſſit retrò cor noſtrum,* & declinaſti ſémitas noſtras à via tua.

Quóniã humiliaſti nos in loco affliĉtiónis,* & coopéruit nos umbra mortis.

Altera diviſio Pſalmi 43.

SI oblíti ſumus nomen Dei noſtri,* & ſi expándimus manus noſtras ad Deum aliénum:

Nonne Deus requíret ìſta?* ipſe enim novit abſcóndita cordis.

Quóniam propter te mortificámur totâ die,* æſtimáti ſumus ſicut oves occiſiónis.

Exurge, quare obdormis, Dómine?* exurge, & ne repellas in finem.

Quare fáciem tuam avertis?* oblivíſceris inópiæ noſtræ & tribulatiónis noſtræ?

Quóniam humiliáta eſt in púlvere ánima noſtra,* conglutinátus eſt in terra venter noſter.

Exurge, Dómine, ádjuva nos;* & rédime nos propter nomen tuum.

Ant. Exurge, quare obdormis, Dñe? exurge, & ne repellas in finem.

AD TERTIAM.

Ant. 2. D. Circumdedérunt.

PSALMUS 39.

Oratio Chriſti: ipſe fiduciæ & obedientiæ typus.

EXpeĉtans expeĉtávi Dóminum,* & intendit mihi.

Et exaudívit preces meas:* & eduxit me de lacu miſériæ, & de luto fæcis.

Et ſtátuit ſuper petram pedes meos,* & direxit greſſus meos.

Et immíſit in os meum

cánticum novum, * carmen Deo noſtro.

Vidébunt multi, & timébunt; * & ſperábunt in Dómino.

Beátus vir cujus eſt nomen Dómini ſpes ejus: * & non reſpexit in vanitátes & insánias falſas.

Multa feciſti tu, Dómine Deus meus, mirabília tua: * & cogitatiónibus tuis non eſt qui símilis ſit tibi.

Annuntiávi & locútus ſum: * multiplicáti ſunt ſuper númerum.

Sacrificium & oblatiónem noluiſti: * aures autem perfeciſti mihi.

Holocauſtum & pro peccáto non poſtulaſti; * tunc dixi: Ecce vénio.

In cápite libri ſcriptum eſt de me, ut fácerem voluntátem tuam: * Deus meus, vólui, & legem tuã in médio cordis mei.

Diviſio Pſalmi 39.

ANnuntiávi juſtítiam tuam in ecclésia magna; * ecce lábia mea non prohibébo: Dñe, tu ſciſti.

Juſtítiam tuam non abſcondi in corde meo: * veritátem tuam & ſalutáre tuum dixi.

Non abſcondi miſericórdiam tuam & veritátem tuam * à concílio multo.

Tu autem, Dómine, ne longè fácias miſeratiónes tuas à me: * miſericórdia tua & véritas tua ſemper ſuſcepérunt me.

Quóniam circumdedérunt me mala, quorum non eſt númerus: * comprehendérunt me iniquitátes meæ, & non pótui ut vidérem.

Multiplicátæ ſunt ſuper capillos cápitis mei: * & cor meum dereliquit me.

Compláceat tibi, Dómine, ut éruas me: * Dñe, ad adjuvandũ me réſpice.

Confundantur & revereantur ſimul, qui quærunt ánimam meam, * ut áuferant eam.

Convertantur retrorſùm, & revereantur, * qui volunt mihi mala.

Ferant confeſtim confuſiónem ſuam, * qui dicunt mihi: Euge, euge.

Exultent & lætentur ſuper te omnes quærentes te; * & dicant ſemper, Magnificétur Dñs, qui díligunt ſalutáre tuum.

Ego autem mendícus ſum, & pauper: * Dóminus ſollícitus eſt meî.

Adjútor meus, & protector meus tu es: * Deus meus, ne tardáveris.

PSALMUS 57.

Calumniatorum ſupplicia, bonorumque præmia Deum juſtum arguent.

SI verè útique juſtítiam loquímini, * recta judicáte, filii hóminum.

Etenim in corde iniquitátes operámini : * in terra injuſtítias manus veſtræ concinnant.

Alienáti ſunt peccatóres à vulva, erravérunt ab útero : * locúti ſunt falſa.

Furor illis ſecundùm ſimilitúdinem ſerpentis : * ſicut áſpidis ſurdæ, & obturantis aures ſuas ;

Quæ non exáudiet vocē incantántium, * & venéfici incantantis ſapienter.

Deus cónteret dentes eórum in ore ipsórum : * molas leónum confringet Dóminus.

Ad níhilum devénient tamquam aqua decurrens: * intendit arcum ſuum donec infirmentur.

Sicut cera quæ fluit, auferentur : * ſupercécidit ignis, & non vidérunt ſolem.

Priuſquam intellígerent ſpinæ veſtræ rhamnum ; * ſicut viventes, ſic in ira abſorbet eos.

Lætábitur juſtus, cùm víderit vindictam : * manus ſuas lavábit in sánguine peccatóris.

Et dicet homo : Si útique eſt fructus juſto, * útique eſt Deus júdicans eos in terra.

Ant. Circumdedérunt me mala, quorum non eſt númerus : compláceat tibi, Dómine, ut éruas me. *Pſ.* 39.

Capitulum. 2. Cor. 1. 8.

SUpra modum graváti ſumus ſupra virtútem, ita ut tædéret nos étiam vívere. Sed ipſi in nobiſmetipſis reſponſum mortis habúimus, ut non ſimus fidentes in nobis, ſed in Deo qui ſúſcitat mórtuos ; qui de tantis perículis nos erípuit, & éruit ; in quem ſperámus quóniam & adhuc erípiet.

℟. *br.* Multiplicáti ſunt, * Qui odérunt me gratìs. Multiplicáti ſunt. ℣. Confortáti ſunt qui perſecúti ſunt me injuſtè, * Qui odérunt me gratìs. Glória Patri, & Fílio, & Spirítui ſancto. Multiplicáti ſunt. *Pſ.* 68. 5.

℣. Dómine, ne elongáveris auxílium tuum à me : ℟. Ad defenſiónem meam cónſpice. *Pſ.* 21. 20.

AD SEXTAM.

Ant. 5. a. Potum meum.

PSALMUS 101.

Oratio ad Chriſtum, quâ poſt calamitates, promiſſa ſalus exoratur.

DOmine, exaudi oratiónem meam ; * & clamor meus ad te véniat.

Non avertas fáciem tuā à me : * in quacumque die tríbulor, inclína ad me aurem tuam.

In quacumque die invocávero te, * velóciter exaudi me ;

Quia defecérunt ſicut fumus dies mei, * & oſſa mea ſicut crémium aruérunt.

Percuſſus ſum ut fœnum, & áruit cor meum; * quia oblítus ſum comédere panem meum.

A voce gémitûs mei, * adhæſit os meum carni meæ.

Símilis factus ſum pellicáno ſolitúdinis; * factus ſum ſicut nyctícorax in domicílio.

Vigilávi, * & factus ſum ſicut paſſer ſolitárius in tecto.

Totâ die exprobrábant mihi inimíci mei; * & qui laudábant me, adversùm me jurábant:

Quia cínerem tamquam panem manducábam, * & potum meum cum fletu miſcébam,

A fácie iræ & indignatiónis tuæ: * quia élevans alliſiſti me.

Dies mei ſicut umbra declinavérunt, * & ego ſicut fœnum árui.

Tu autem, Dómine, in æternum pérmanes; * & memoriále tuum in generatiónem & generatiónem.

Diviſio Pſalmi 101.

TU exurgens miſeréberis Sion; * quia tempus miſerendi ejus, quia venit tempus.

Quóniam placuérunt ſervis tuis lápides ejus; * & terræ ejus miſerebuntur:

Et timébunt gentes nomen tuum, Dómine, * & omnes reges terræ glóriam tuam:

Quia ædificávit Dóminus Sion; * & vidébitur in glória ſua.

Reſpexit in oratiónem humílium, * & non ſprevit precem eórum.

Scribantur hæc in generatióne áltera; * & pópulus, qui creábitur, laudábit Dóminum:

Quia proſpexit de excelſo ſancto ſuo: * Dóminus de cœlo in terram aſpexit;

Ut audíret gémitus compeditórum, * ut sólveret fílios interemptórum;

Ut annúntient in Sion nomen Dómini, * & laudem ejus in Jeruſalem,

In conveniendo pópulos in unum, * & reges, ut ſérviant Dómino.

Reſpondit ei in via virtútis ſuæ: * Paucitátem diérum meórum núntia mihi;

Ne révoces me in dimídio diérum meórum; * in generatiónem & generatiónem anni tui.

Altera diviſio Pſalmi 101.

INítio tu, Dómine, terram fundaſti, * & ópera mánuum tuárum ſunt cœli.

Ipſi peribunt, tu autem pérmanes; * & omnes ſicut veſtimentū veteraſcent:

Et ſicut opertórium mutábis eos, & mutabuntur; * tu autem idem ipſe es; & anni tui non deficient.

Filii ſervórum tuórū habitábunt, * & ſemen eórum in ſéculum dirigétur.

Ant. Potum meum cum fletu miſcébam, à fácie iræ & indignatiónis tuæ, Dñe.

Capitulum. Hebr. 12. 5.

VObis, tamquam filiis, lóquitur [Deus] dicens: Fili mi, noli neglígere diſciplínam Dómini, neque fatigéris dum ab eo argúeris: quem enim díligit Dóminus, caſtígat; flagellat autem omnem fílium quem récipit. In diſciplína perſeveráte.

℟. br. Ego, Dñe, * In flagella parátus ſum. Ego. ℣. Et dolor meus in conſpectu meo ſemper: * In flagella. Glória Patri. Ego.

℣. Dómine, ante te omne deſidérium meum; ℟. Et gémitus meus à te non eſt abſcónditus. *Pſ.* 37. 10. 18.

AD NONAM.

Ant. 6. F. Deus meus.

PSALMUS 21.

Chriſtus in cruce Patrem obſecrat, ut ſibi adſit.

DEus, Deus meus, réſpice in me: quare me dereliquiſti? * longè à ſalúte mea verba delictórum meórū.

Deus meus, clamábo per diem, & non exáudies; * & nocte, & non ad inſipiéntiam mihi.

Tu autem in ſancto hábitas, * laus Iſraël.

In te ſperaverunt patres noſtri; * ſperavérunt, & liberaſti eos.

Ad te clamavérunt, & ſalvi facti ſunt: * in te ſperavérunt, & non ſunt confúſi.

Ego autem ſum vermis, & non homo; * oppróbrium hóminum, & abjéctio plebis.

Omnes videntes me, deriſérunt me; * locúti ſunt lábiis, & movérunt caput.

Sperávit in Dómino, erípiat eum; * ſalvū fáciat eum, quóniam vult eum.

Quóniam tu es qui extraxiſti me de ventre; * ſpes mea ab ubéribus matris meæ.

In te projectus ſum ex útero: * de ventre matris meæ Deus meus es tu.

Diviſio Pſalmi 21.

[DEus meus,] ne diſcéſſeris à me, * quóniam tribulátio próxima eſt, quóniam non eſt qui ádjuvet.

Circumdedérunt me vítuli multi: * tauri pingues obſedérunt me.

Aperuérunt ſuper me os ſuum, * ſicut leo rápiens & rúgiens.

Sicut aqua effúſus ſum, * & diſperſa ſunt ómnia oſſa mea.

Factum eſt cor meum tamquam cera liqueſcens * in médio ventris mei.

Aruit támquam teſta virtus mea, & lingua mea adhæſit faúcibus meis; * & in púlverem mortis deduxiſti me.

Quóniam circumdedérunt me canes multi: * concílium malignántium obſédit me.

Fodérunt manus meas & pedes meos, * dinumeravérunt ómnia oſſa mea.

Ipſi verò conſideravérunt, & inſpexérunt me: * diviſérunt ſibi veſtimenta mea, & ſuper veſtem meam miſérunt ſortem.

Tu autem, Dómine, ne elongáveris auxílium tuum à me: * ad defenſiónem meam cónſpice.

Erue à frámea, Deus, ánimam meam, * & de manu canis únicam meã.

Salva me ex ore leónis, * & à córnibus unicórnium humilitátem meam.

Narrábo nomen tuum frátribus meis: * in médio eccléſiæ laudábo te.

Altera diviſio Pſalmi 21.

QUi timétis Dóminum, laudáte eum: * univerſum ſemen Jacob, glorificáte eum.

Tímeat eum omne ſemen Iſraël; * quóniam non ſprevit, neque deſpexit deprecatiónem páuperis.

Nec avertit fáciem ſuam à me: * & cùm clamárem ad eum, exaudívit me.

Apud te laus mea in eccléſia magna: * vota mea reddam in conſpectu timéntium eum.

Edent páuperes, & ſaturabuntur; & laudábunt Dóminum qui requírunt eum: * vivent corda eórum in ſéculum ſéculi.

Reminiſcentur & convertentur ad Dóminum * univerſi fines terræ.

Et adorábunt in conſpectu ejus * univerſæ famíliæ géntium.

Quóniam Dómini eſt regnum, * & ipſe dominábitur géntium.

Manducavérunt & adoravérunt omnes pingues terræ: * in conſpectu ejus cadent omnes qui deſcendunt in terram.

Et ánima mea illi vivet; * & ſemen meũ ſérviet ipſi.

Annuntiábitur Dño generátio ventúra: * & annuntiábunt cœli juſtítiam ejus pópulo qui naſcétur, quem fecit Dóminus.

Ant. Deus meus, quare me dereliquiſti? longè à ſalúte mea verba delictórum meórum.

Capitulum. Thren. 5. 20.

QUare in perpétuum oblivíſcéris noſtrì? derelinques nos in longi-

tudine diérum? Conver-te nos, Dómine, ad te, & convertémur: ínnova dies noſtros, ſicut à princípio; ſed projíciens repuliſti nos, irátus es contra nos vehementer.

℟. br. Uſquequò, Dómine, * Oblivíſcéris me in finem? Uſquequò. ℣. Uſquequò exaltábitur inimícus meus ſuper me? * Oblivíſcéris. Glória. Uſquequò. Pſ. 12. 1. 3.

℣. Exurge, Dómine Deus, exaltétur manus tua: ℟. Ne oblivíſcáris páuperum. Pſ. 9. 12.

AD VESPERAS.

Ant. 8. c. Dóminus.

PSALMUS 128.

Recentis Eccleſiæ prælia, & victoriæ.

SÆpe expugnavérunt me à juventúte mea, * dicat nunc Iſraël.

Sæpe expugnavérunt me à juventúte mea: * étenim non potuérunt mihi.

Supra dorſum meum fabricavérunt peccatóres, * prolongavérunt iniquitátem ſuam.

Dóminus juſtus concídit cervíces peccatórum: * confundantur & convertantur retrorsùm, omnes qui odérunt Sion.

Fiant ſicut fœnum tectórum, * quod priuſquam evellátur, exáruit:

De quo non implévit manum ſuam qui metit; * & ſinum ſuum qui manípulos cólligit.

Et non dixérunt qui præteríbant: Benedíctio Dómini ſuper vos, * benedíximus vobis in nómine Dómini.

Ant. Dóminus juſtus concídit cervíces peccatórum.

Ant. 3. à. Suſcepiſti.

PSALMUS 138.

Inſignis Dei in nos à puero providentia.

DOmine, probaſti me, & cognoviſti me: * tu cognoviſti ſeſſiónem meam & reſurrectiónem meam.

Intellexiſti cogitatiónes meas de longè: * ſémitam meã, & funículum meum inveſtigaſti;

Et omnes vias meas prævidiſti, * quia non eſt ſermo in lingua mea.

Ecce, Dómine, tu cognoviſti ómnia, noviſſima & antíqua: * tu formaſti me, & poſuiſti ſuper me manum tuam.

Mirábilis facta eſt ſciéntia tua ex me; * confortáta eſt, & non pótero ad eam.

Quò ibo à ſpíritu tuo? * & quò à facie tua fúgiam?

Si aſcéndero in cœlum, tu illic es; * ſi deſcéndero in infernum, ades:

Si ſúmpſero pennas meas dilúculo, * & habitávero in extrémis maris;

Etenim illuc manus tua dedúcet me, * & tenébit me déxtera tua.

Et dixi: Fórſitan ténebræ conculcábunt me; * & nox illuminátio mea in delíciis meis.

Quia ténebræ non obſcurabuntur à te, & nox ſicut dies illuminábitur; * ſicut ténebræ ejus, ita & lumen ejus.

Quia tu poſſedíſti renes meos: * ſuſcepiſti me de útero matris meæ.

Ant. Suſcepiſti me, Dómine, de útero matris meæ.

Ant. 6. F. Confitébor tibi.

Diviſio Pſalmi 138.

CONfitébor tibi, [Dómine,] quia terribíliter magnificátus es: * mirabília ópera tua, & ánima mea cognoſcit nimis.

Non eſt occultátum os meum à te, quod feciſti in occulto; * & ſubſtántia mea in inferióribus terræ:

Imperfectum meum vidérunt óculi tui; & in libro tuo omnes ſcribentur: * dies formabuntur, & nemo in eis.

Mihi autem nimis honorificáti ſunt amíci tui, Deus: * nimis confortátus eſt principátus eórum.

Dinumerábo eos: & ſuper arénam multiplicabuntur: * exurrexi, & adhuc ſum tecum.

Si occíderis, Deus, peccatóres; * viri ſánguinum, declináte à me.

Qui dícitis in cogitatióne, * Accípient in vanitáte civitátes tuas.

Nonne qui odérunt te, Dómine, óderam, * & ſuper inimícos tuos tabeſcébam?

Perfecto ódio óderam illos, * & inimíci facti ſunt mihi.

Proba me, Deus, & ſcito cor meum; * intérroga me, & cognoſce ſémitas meas:

Et vide ſi via iniquitátis in me eſt, * & deduc me in via ætérna.

Ant. Confitébor tibi, Dómine, quia terribíliter magnificátus es; ánima mea cognoſcit nimis.

Ant. 5. a. Cuſtódi me, Dómine.

PSALMUS. 139.

Se ab improbis defendi precatur Chriſtus.

ERipe me, Dómine, ab hómine malo, * à viro iníquo éripe me.

Qui cogitavérunt iniquitátes in corde, * totâ die conſtituébant prælia.

Acuérunt linguas ſuas ſicut ſerpentis, * venénum áſpidum ſub lábiis eórum.

Cuſtódi me, Dómine, de manu peccatóris, * & ab homínibus iníquis éripe me.

Qui cogitavérunt ſupp-

plantáre greſſus meos, * abſcondérunt ſuperbi láqueum mihi:

Et funes extendérunt in láqueum; * juxta iter ſcándalum poſuérunt mihi.

Dixi Dómino: Deus meus es tu; * exaudi, Dómine, vocem deprecatiónis meæ.

Ant. Cuſtódi me, Dómine, de manu peccatóris.

Ant. 7. c. Dómine, Dómine.

Diviſio Pſalmi 139.

DOmine, Dómine, virtus ſalútis meæ, * obumbraſti ſuper caput meum in die belli;

Ne tradas me, Dómine, à deſidério meo peccatóri; * cogitavérunt contra me, ne derelinquas me, ne fortè exaltentur.

Caput circúitus eórum; * labor labiórum ipſórum opériet eos.

Cadent ſuper eos carbónes: in ignem dejícies eos; * in miſériis non ſubſiſtent.

Vir linguóſus non dirigétur in terra; * virum injuſtum mala cápient in intéritu.

Cognóvi quia fáciet Dóminus judícium ínopis, * & vindíctam páuperum.

Verúmtamen juſti confitebuntur nómini tuo, * & habitábunt recti cum vultu tuo.

Ant. Dómine, Dómine, virtus ſalútis meæ, ne derelinquas me.

Capitulum. Gen. 1. 25.

FEcit Deus béſtias terræ, juxta ſpécies ſuas . . . Et ait: Faciámus hóminem ad imáginem & ſimilitúdinem noſtram, & præſit píſcibus maris, & volatílibus cœli, & béſtiis, univerſæque terræ... Et factum eſt véſpere & mane dies ſextus.

Hymnus.

QUID mente volvis, ô Deus?
Tellus ſileſcat, & ſuum
Agnoſcat orbis príncipē;
Homo creátus náſcitur.

LIMUS períto dúcitur
Molles in artus póllice:
Afflátur ori ſpíritus,
Et vita limum pérmeat.

TU, flos tener qui náſcitur,
Unóque ſole déperit,
Memor luti quo fíngeris,
Homo, time ne córruas.

SED mente quantus prævales,
Imágo viva Núminis,
Tantus labor ſit íntegris
Deum referre móribus.

VINCENTE carnē ſpíritu,
Victor tui te major es,
Et hâc triumphas gloriâ,
Tuo ſuperſtes fúneri.

QUI nos creávit, laus Patri;
Laus, qui redémit, Fílio;
Qui charitáte nos foves,
Sit par tibi laus, Spíritus.
Amen.

℣. Intende in adjutórium meum, ℟. Dñe Deus ſalútis meæ. *Pſ.* 37. 23.

Ad Magníficat. *Ant.* 1. *D.* Fecit Dóminus poténtiam in bráchio ſuo : diſperſit ſuperbos mente cordis ſui. *Luc.* 1.

AD COMPLETOR.

Ant. 2. D. Dómine.

PSALMUS 37.

Mala vitæ ſuſtinenda ad veniam peccatorum obtinendam.

DOmine, ne in furóre tuo árguas me, * neque in ira tua corrípias me.

Quóniam ſagittæ tuæ infixæ ſunt mihi, * & confirmaſti ſuper me manum tuam.

Non eſt ſánitas in carne mea à fácie iræ tuæ; * non eſt pax óſſibus meis à fácie peccatórum meórũ.

Quóniam iniquitátes meæ ſupergreſſæ ſunt caput meum, * & ſicut onus grave gravátæ ſunt ſuper me.

Putruérunt & corruptæ ſunt cicatríces meæ, * à fácie inſipiéntiæ meæ.

Miſer factus ſum & curvátus ſum uſque in finem: * totâ die contriſtátus ingrediébar.

Quóniam lumbi mei impléti ſunt illuſiónibus, * & non eſt ſánitas in carne mea.

Afflictus ſum & humiliátus ſum nimis : * rugiébam à gémitu cordis mei.

Dómine, ante te omne deſidérium meum, * & gémitus meus à te non eſt abſcónditus.

Cor meum conturbátum eſt, dereliquit me virtus mea : * & lumen oculórum meórum; & ipſum non eſt mecum.

Diviſio Pſalmi 37.

AMici mei, & próximi mei * adversùm me appropinquavérunt & ſtetérunt.

Et qui juxta me erant, de longè ſtetérunt; * & vim faciébant qui quærébant ánimam meam.

Et qui inquirébant mala mihi, locúti ſunt vanitátes, * & dolos totâ die meditabantur.

Ego autem tamquam ſurdus non audiébam, * & ſicut mutus non apériens os ſuum.

Et factus ſum ſicut homo non áudiens, * & non habens in ore ſuo redargutiónes.

Quóniam in te, Dómine, ſperávi : * tu exáudies me, Dómine Deus meus.

Quia dixi : Nequando ſupergáudeant mihi inimíci mei : * & dum commoventur pedes mei, ſuper me magna locúti ſunt.

Quóniam ego in flagella parátus ſum; * &

dolor meus in conſpectu meo ſemper.

Quóniam iniquitátem meam annuntiábo:* & cogitábo pro peccáto meo.

Inimíci autem mei vivunt, & confirmáti ſunt ſuper me: * & multiplicáti ſunt qui oderunt me iníquè.

Qui retribuunt mala pro bonis, detrahébant mihi: * quóniam ſequébar bonitátem.

Ne derelinquas me, Dómine Deus meus: * ne diſcéſſeris à me.

Intende in adjutórium meum, * Dómine Deus ſalútis meæ.

P S A L M U S 55.

Juſtus fide erectus, in Deo ſolatium quærit.

MIſerére meî, Deus, quóniam conculcávit me homo: * totâ die impugnans tribulávit me.

Conculcavérunt me inimíci mei totâ die: * quóniam multi bellantes adversùm me.

Ab altitúdine diéi timébo: * ego verò in te ſperábo.

In Deo laudábo ſermónes meos, in Deo ſperávi: * non timébo quid fáciat mihi caro.

Totâ die verba mea execrabantur: * adversùm me omnes cogitatiónes eórum in malum.

Inhabitábunt & abſcondent: * ipſi calcáneum meum obſervábunt.

Sicut ſuſtinuérunt ánimam meam, pro níhilo ſalvos fácies illos: * in ira pópulos confringes.

Deus, vitam meam annuntiávi tibi: * poſuiſti lácrymas meas in conſpectu tuo.

Sicut & in promiſſióne tua: * tunc convertentur inimíci mei retrorsùm.

In quacumque die invocávero te: * ecce cognóvi quónia Deus meus es.

In Deo laudábo verbum, in Dómino laudábo ſermónem: * in Deo ſperávi, non timébo quid fáciat mihi homo.

In me ſunt, Deus, vota tua, * quæ reddam laudatiónes tibi:

Quóniam eripuiſti ánimam meam de morte, & pedes meos de lapſu: * ut pláceam coram Deo in lúmine vivéntium.

Ant. Dñe Deus meus, ne diſcéſſeris à me. *Pſ.* 37.

SABBATO

AD OFFICIUM NOCT.

Invit. Dóminus ipſe eſt Deus noſter, * Veníte, adorémus.

Pſ. 94. Veníte. 2.

Hymnus.

VANUS labor quem párturit
Placens ſibi ſupérbia;
Sed quantus eſt quē grátia
Delapſa cœlo cónſecrat!

Homo, cùm in honóre eſſet, non intellexit: * comparátus eſt jumentis inſipiéntibus, & ſímilis factus eſt illis.

Ant. In die malâ liberábit eum Dñs, qui intélligit ſuper egénum & páuperem.

IN II. NOCTURNO,

Ant. 5. a. Tu reddes.

PSALMUS 61.

Fruſtra oppugnatur qui Deo ſubjectus in ejus tutela manet.

NOnne Deo ſubjecta erit ánima mea? * ab ipſo enim ſalutáre meum.

Nam & ipſe Deus meus, & ſalutáris meus, * ſuſceptor meus, non movébor ámpliùs.

Quouſque irrúitis in hóminem? * interfícitis univerſi vos, tamquam paríeti inclináto, & macériæ depulſæ?

Verúmtamen prétium meum cogitavérunt repéllere, cucurri in ſiti: * ore ſuo benedicébant, & corde ſuo maledicébant.

Verúmtamen Deo ſubjecta eſto, ánima mea, * quóniam ab ipſo patiéntia mea.

Quia ipſe Deus meus, & ſalvátor meus; * adjútor meus, non emigrábo.

In Deo ſalutáre meum, & glória mea: * Deus auxílii mei; & ſpes mea in Deo eſt.

Speráte in eo, omnis congregátio pópuli, effúndite coram illo corda veſtra: * Deus adjútor noſter in æternum.

Verúmtamen vani fílii hóminum, mendáces fílii hóminum in ſtatéris, * ut decípiant ipſi de vanitáte in idipſum.

Nolíte ſperáre in iniquitáte, & rapínas nolíte concupíſcere: * divítiæ ſi áffluant, nolíte cor appónere.

Semel locútus eſt Deus, duo hæc audívi; quia poteſtas Dei eſt, & tibi, Dómine, miſericórdia: * quia tu reddes unicuíque juxta ópera ſua.

PSALMUS 63.

Vana impiorum concilia; Evangelii prædicatio.

EXaudi, Deus, oratiónem meam cùm déprecor: * à timóre inimíci éripe ánimam meã.

Protexiſti me à conventu malignántium, * à multitúdine operántium iniquitátem.

Quia exacuérunt ut gládium linguas ſuas; * intendérunt arcum, rem amáram, ut ſagittent in occultis immaculátum.

Súbitò ſagittábunt eum, & non timébunt; * firmavérunt ſibi ſermónem nequam.

Narravérunt ut abſcónderent láqueos; * dixé-

runt, Quis videbit eos.

Scrutáti ſunt iniquitátes: * defecérunt ſcrutantes ſcrutínio.

Accédet homo ad cor altum: * & exaltábitur Deus.

Sagittæ parvulórum factæ ſunt plagæ eórum: * & infirmátæ ſunt contra eos linguæ eórum.

Conturbáti ſunt omnes qui vidébant eos: * & tímuit omnis homo.

Et annuntiavérunt ópera Dei, * & facta ejus intellexérunt.

Lætábitur juſtus in Dómino, & ſperábit in eo, * & laudabuntur omnes recti corde.

PSALMUS 74.

Ad vitandum Dei judicium, humilitas colenda.

Confitébimur tibi, Deus: * confitébimur, & invocábimus nomen tuum.

Narrábimus mirabília tua: * cùm accépero tempus, ego juſtítias judicábo.

Liquefacta eſt terra, & omnes qui hábitant in ea: * ego confirmávi columnas ejus.

Dixi iníquis: Nolíte iníquè ágere; * & delinquéntibus: Nolíte exaltáre cornu.

Nolíte extóllere in altum cornu veſtrum, * nolíte loqui adversùs Deum iniquitátem.

Quia neque ab oriente, neque ab occidente, neque à deſertis móntibus: * quóniam Deus judex eſt:

Hunc humíliat, & hunc exaltat; * quia calix in manu Dómini vini meri plenus mixto;

Et inclinávit ex hoc in hoc, verúmtamen fæx ejus non eſt exinaníta, * bibent omnes peccatóres terræ.

Ego autem annuntiábo in ſéculum; * cantábo Deo Jacob.

Et ómnia córnua peccatórum confringam; * & exaltabuntur córnua juſti.

Ant. Tu reddes, Dómine, unicuíque juxta ópera ſua. *Pſ. 61.*

IN III. NOCTURNO.

Ant. 6. F. Cogitátio.

PSALMUS 75.

Innumera Chriſti in Eccleſiam beneficia.

Notus in Judæa Deus: * in Iſraël magnum nomen ejus.

Et factus eſt in pace locus ejus; * & habitátio ejus in Sion.

Ibi confrégit poténtias árcuum, * ſcutum, gládium, & bellum.

Illúminans tu mirabíliter à móntibus æternis: * turbáti ſunt omnes inſipientes corde.

Dormiérunt ſomnum ſuum; * & nihil invené-

runt omnes viri divitiárum in mánibus ſuis.

Ab increpatióne tua, Deus Jacob, * dormitavérunt qui aſcendérunt equos.

Tu terríbilis es, & quis reſiſtet tibi? * ex tunc ira tua.

De cœlo audítum feciſti judícium: * terra trémuit, & quiévit,

Cùm exúrgeret in judícium Deus, * ut ſalvos fáceret omnes manſuétos terræ.

Quóniam cogitátio hóminis confitébitur tibi; * & relíquiæ cogitatiónis diem feſtum agent tibi.

Vovéte, & réddite Dómino Deo veſtro, * omnes qui in circúitu ejus affertis múnera,

Terríbili, & ei qui aufert ſpíritum príncipum; * terríbili apud reges terræ.

PSALMUS 82.

Adverſus Eccleſiam bella: pœna perſequentium.

DEus, quis símilis erit tibi? * ne táceas, neque compeſcáris, Deus;

Quóniam ecce inimíci tui ſonuérunt; * & qui odérunt te, extulérunt caput.

Super pópulum tuum malignavérunt consílium, * & cogitavérunt adversùs ſanctos tuos.

Dixérunt: Veníte, & diſperdámus eos de gente, * & non memorétur nomen Iſraël ultrà:

Quóniam cogitavérunt unanímiter, * ſimul adversùm te teſtamentum diſpoſuérunt tabernácula Idumæórum & Iſmahelítæ:

Moab, & Agaréni, Gebal, & Ammon, & Amalec; * aliení genæ cum habitántibus Tyrum:

Etenim Aſſur venit cum illis; * facti ſunt in adjutórium filiis Loth.

Fac illis ſicut Mádian, & Síſaræ; * ſicut Jabin in torrente Ciſſon.

Diſperiérunt in Endor; * facti ſunt ut ſtercus terræ.

Pone príncipes eórum ſicut Oreb, & Zeb, * & Zébee, & Sálmana;

Omnes príncipes eórum, * qui dixérunt: Hæreditáte poſſideámus ſanctuárium Dei.

Diviſio Pſalmi 82.

DEus meus, pone illos ut rotam, * & ſicut ſtípulam ante fáciem venti.

Sicut ignis qui combúrit ſylvam, * & ſicut flamma combúrens montes:

Ita perſequéris illos in tempeſtáte tua, * & in ira tua turbábis eos.

Imple fácies eórum ignomíniâ, * & quærent nomen tuum, Dómine.

Erubeſcant & conturbentur in ſéculum ſéculi;

* & confundantur, & péreant:

Et cognoſcant quia nomen tibi, Dñs: * tu ſolus Altíſſimus in omni terra.

Ant. Cogitátio hóminis confitébitur tibi, Dñe. *Pſ.* 75.

In Adv. ℣. Deus virtútum, oſtende fáciem tuam, ℟. Et ſalvi érimus. *Pſ.* 79. 8.

Per ann. ℣. Confiteantur tibi, Dómine, ómnia ópera tua; ℟. Et ſancti tui benedícant tibi. *Pſ.* 144. 10. Pater noſter.

AD LAUDES.

℣. *Sacerd.* Repleátur os meum laude, ut cantem glóriam tuam, ℟. Totâ die magnitúdinem tuã. *Pſ.* 70. 8.

Ant. 4. a. Pérfice.

PSALMUS 16.

Oratio Eccleſiæ ab hoſtibus exagitatæ.

EXaudi, Dómine, juſtítiam meam: * intende deprecatiónem meam.

Auribus pércipe oratiónem meam, * non in lábiis dolóſis.

De vultu tuo judícium meum pródeat: * óculi tui vídeant æquitátes.

Probaſti cor meum, & viſitaſti nocte: * igne me examinaſti, & non eſt inventa in me iníquitas.

Ut non loquátur os meũ ópera hóminum: * propter verba labiórum tuórũ ego cuſtodívi vias duras.

Pérfice greſſus meos in ſémitis tuis: * ut non moveantur veſtígia mea.

Ego clamávi, quóniam exaudiſti me, Deus: * inclína aurem tuam mihi, & exaudi verba mea.

Mirífica miſericórdias tuas * qui ſalvos facis ſperantes in te.

A reſiſténtibus déxteræ tuæ cuſtódi me, * ut pupillam óculi.

Sub umbra alárum tuárum prótege me: * à fácie impiórum qui me afflixérunt.

Ant. Pérfice greſſus meos in ſémitis tuis, Dómine, ut non moveantur veſtígia mea.

Ant. 7. d. In juſtítia.

Diviſio Pſalmi 16.

INimíci mei ánimam meã circumdedérunt, ádipem ſuum concluſérunt: * os eórum locútum eſt ſupérbiam.

Projicientes me nunc circumdedérunt me: * óculos ſuos ſtatuérunt declináre in terram.

Suſcepérunt me ſicut leo parátus ad prædam, * & ſicut cátulus leónis hábitans in ábditis.

Exurge, Dñe, præveni eum, & ſupplanta eum; * éripe ánimam meam ab ímpio, frámeam tuam ab inimícis manûs tuæ.

Dómine, à paucis de terra dívide eos in vita eórum: * de abſcónditis tuis adimplétus eſt venter eórum.

Saturáti ſunt fíliis: * & dimiſérunt relíquias ſuas párvulis ſuis.

Ego autem in juſtítia apparébo conſpéctui tuo: * ſatiábor cùm apparúerit glória tua.

Ant. In juſtítia apparébo conſpéctui tuo: ſatiábor cùm apparúerit glória tua.

Ant. 1. *f.* Parátum.

PSALMUS 56.

Contra inimicos opem implorat Chriſtus, poſtea Dei laudes celebraturus.

MIſerére meî, Deus, miſerére meî: * quóniam in te confídit ánima mea.

Et in umbra alárum tuárum ſperábo: * donec tránſeat iníquitas.

Clamábo ad Deum altíſſimum, * Deum qui beneſécit mihi.

Miſit de cœlo, & liberávit me: * dedit in oppróbrium conculcantes me.

Miſit Deus miſericórdiam ſuam & veritátem ſuam: * & erípuit ánimam meam de médio catulórum leónum, dormívi conturbátus.

Fílii hóminũ, dentes eórum arma & ſagittæ: * & lingua eórũ gládius acútus.

Exaltáre ſuper cœlos, Deus: * & in omnem terram glória tua.

Láqueum paravérunt pédibus meis: * & incurvavérunt ánimam meam.

Fodérunt ante fáciem meam fóveam: * & incidérunt in eam.

Parátum cor meum, Deus, parátum cor meum: * cantábo & pſalmum dicam.

Exurge, glória mea, exurge, pſaltérium & cíthara: * exurgam dilúculo.

Confitébor tibi in pópulis, Dómine, * & pſalmum dicam tibi in géntibus:

Quóniam magnificáta eſt uſque ad cœlos miſericórdia tua: * & uſque ad nubes véritas tua.

Exaltáre ſuper cœlos, Deus: * & ſuper omnem terram glória tua.

Ant. Parátum cor meum, Deus, parátum cor meũ: cantábo, & pſalmum dicã.

Ant. 5. a. Date magnificéntiam.

In Feriis, Cantic. Moyſi. Deut. 32.

AUdíte, cœli, quæ loquor: * áudiat terra verba oris mei.

Concreſcat ut plúvia doctrína mea: * fluat ut ros elóquium meum.

Quaſi imber ſuper herbam, * & quaſi ſtillæ ſuper grámina.

Quia nomen Dómini invocábo: * date magnificéntiam Deo noſtro.

Dei perfecta ſunt ópera, & omnes viæ ejus judícia: * Deus fidélis, & abſque ulla iniquitáte, juſtus & rectus.

Peccavérunt ei, & non filii ejus in ſórdibus; * generátio prava atque perverſa.

Hæccine reddis Dómino, * pópule ſtulte & inſípiens?

Numquid non ipſe eſt pater tuus, * qui poſſédit te, & fecit, & creávit te?

Memento diérum antiquórum: * cógita generatiónes ſíngulas.

Intérroga patrem tuum, & annuntiábit tibi: * majóres tuos, & dicent tibi.

Quando dividébat Altíſſimus gentes, * quando ſeparábat filios Adam,

Conſtítuit términos populórum * juxta númerum filiórum Iſraël.

Pars autem Dómini pópulus ejus: * Jacob funículus hæreditátis ejus.

Invénit eum in terra deſerta, * in loco horróris, & vaſtæ ſolitúdinis.

Circumduxit eum, & dócuit, * & cuſtodívit quaſi pupillam óculi ſui.

Sicut áquila próvocans ad volandum pullos ſuos, * & ſuper eos vólitans,

Expandit alas ſuas, & aſſumpſit eum, * atque portávit in húmeris ſuis.

Dóminus ſolus dux ejus fuit; * & non erat cum eo deus aliénus:

Conſtítuit eum ſuper excelſam terram, * ut comédere fructus agrórum,

Ut ſúgeret mel de petra, * oleumque de ſaxo duríſſimo;

Bútyrum de armento, & lac de óvibus, * cum ádipe agnórum & aríetum filiórum Baſan,

Et hircos cum medulla trítici; * & ſánguinē uvæ bíberet meracíſſimum.

Incraſſátus eſt dilectus, & recalcitrávit; * incraſſátus, impinguátus, dilatátus.

Dereliquit Deum factórem ſuum, * & receſſit à Deo ſalutári ſuo.

Provocavérunt eum in diis aliénis; * & in abominatiónibus ad iracúndiam concitavérunt.

Immolavérunt dæmóniis, & non Deo; * diis quos ignorábant.

Novi recenteſque venérunt, * quos non coluérunt patres eórum.

Deum qui te génuit dereliquiſti, * & oblítus es Dómini creatóris tui.

Vidit Dóminus, & ad iracúndiā concitátus eſt; * quia provocavérunt eum filii ſui, & filiæ.

Et ait: Abſcondam fá-

ciem meam ab eis, * & conſiderábo novíſſima eórum;

Generátio enim perverſa eſt, * & infidéles filii.

Ipſi me provocavérunt in eo qui non erat Deus, * & irritavérunt in vanitátibus ſuis;

Et ego provocábo eos in eo qui non eſt pópulus, * & in gente ſtulta irritábo illos.

Ignis ſuccenſus eſt in furóre meo, * & ardébit uſque ad inferni novíſſima;

Devorábitque terram cum gérmine ſuo, * & móntiũ fundamenta combúret.

Congregábo ſuper eos mala; * & ſagittas meas complébo in eis.

Conſumentur fame, * & devorábunt eos aves morſu amaríſſimo.

Dentes beſtiárum immittam in eos, * cum furóre trahéntium ſuper terram, atque ſerpéntium.

Foris vaſtábit eos gládius, & intùs pavor, * júvenem ſimul ac vírginem, lactentem cum hómine ſene.

Dixi: Ubinam ſunt? * ceſſáre fáciam ex homínibus memóriam eórum.

Sed propter iram inimicórum díſtuli, * ne fortè ſuperbírent hoſtes eórum;

Et dícerent: Manus noſtra excelſa, & non Dóminus, * fecit hæc ómnia.

Gens abſque consílio eſt, & ſine prudéntia; * útinam ſáperent, & intellígerent, ac novíſſima providérent!

Quómodo perſequátur unus mille, * & duo fugent decem míllia?

Nonne ídeo quia Deus ſuus véndidit eos,* & Dóminus conclúſit illos?

Non enim eſt Deus noſter ut dii eórum; * & inimíci noſtri ſunt júdices.

De vínea Sodomórum, vínea eórum, * & de ſuburbánis Gomorrhæ.

Uva eórum, uva fellis; * & botri amaríſſimi.

Fel dracónum vinum eórum, * & venénum áſpidum inſanábile.

Nonne hæc cóndita ſunt apud me, * & ſignáta in theſauris meis?

Mea eſt últio; & ego retríbuam in témpore, * ut labátur pes eórum.

Juxta eſt dies perditiónis, * & adeſſe feſtínant témpora.

Judicábit Dóminus pópulum ſuum, * & in ſervis ſuis miſerébitur.

Videbit quòd infirmáta ſit manus, * & clauſi quoque defecérunt, reſiduíque conſumpti ſunt.

Et dicet: Ubi ſunt dii eórum, * in quibus habébant fidúciam;

De quorum víctimis comedebant ádipes, * & bibébant vinum libáminũ?

Surgant, & opitulentur vobis, * & in neceſſitáte vos prótegant.

Vidéte quòd ego ſim ſolus, * & non ſit álius Deus præter me.

Ego occídam, & ego vívere fáciam; percútiam, & ego ſanábo: * & non eſt qui de manu mea poſſit erúere.

Levábo ad cœlum manum meam, & dicam: * Vivo ego in æternum.

Si acúero ut fulgur gládium meum, * & arripúerit judícium manus mea,

Reddam ultiónem hóſtibus meis; * & his qui odérunt me, retríbuam:

Inebriábo ſagittas meas ſánguine, * & gládius meus devorábit carnes,

De cruóre occiſórum, * & de captivitáte, nudáti inimicórum cápitis.

Laudáte, gentes, pópulum ejus; * quia ſánguinem ſervórum ſuórum ulciſcétur:

Et vindíctam retríbuet in hoſtes eórum, * & propítius erit terræ pópuli ſui.

Ant. Date magnificéntiam Deo noſtro: Dei perfecta ſunt ópera.

[*In Feſtis, Cant.* Judith. 16.

INcípite Dómino in tympanis: * cantáte Dómino in cymbalis.

Moduláminí illi pſalmum novum: * exaltáte, & invocáte nomen ejus.

Dóminus cónterens bella: * Dóminus nomen eſt illi.

Qui póſuit caſtra ſua in médio pópuli ſui, * ut eríperet nos de manu ómnium inimicórum noſtrórum.

Venit Aſſur ex móntibus ab Aquilóne * in multitúdine fortitúdinis ſuæ:

Cujus multitúdo obturávit torrentes, * & equi eórũ cooperuérunt valles.

Dixit ſe incenſúrum fines meos, * & júvenes meos occiſúrum gládio,

Infantes meos dare in prædam, * & vírgines in captivitátem.

Dóminus autem omnípotens nócuit eum, & trádidit eum in manus féminæ, * & confódit eum.]

Ant. 3. g. Laudáte Dñm.

PSALMUS 116.

Deus à gentibus collaudandus ob Chriſtum exhibitum.

LAudáte Dóminum, omnes gentes: * laudáte eum, omnes pópuli.

Quóniam confirmáta eſt ſuper nos miſericórdia ejus: * & véritas Dómini manet in æternum.

Ant. Laudáte Dóminum, omnes pópuli: quóniam confirmáta eſt ſuper nos miſericórdia ejus.

Capitulum. Coloſſ. 1. 9.

NOn ceſſámus pro vobis orantes, & poſtulantes ut impleámini agnitióne voluntátis Dei, in omni ſapiéntia & intellectu ſpiritáli; ut ambulétis dignè Deo, per ómnia placentes, in omni ópere bono fructificantes, & creſcentes in ſciéntia Dei, in omni virtute confortáti ſecundùm poténtiam claritátis ejus.

Hymnus.

TE, Chriſte, laudent tempóra,
Quæ, dante te, ſic úſibus
Paráta noſtris ſérviunt,
Ut te datórē ſat probent.

MOMENTA vitæ ſíngula
Fac conſecrentur ſic tibi,
Omnes ut actus único
Jam dirigantur númini.

CURAS geret dum plúrimas
Foris miniſtrans déxtera,
Cor intus ad te pérvigil
Unum gerat negótium.

TU vitis, in nos pálmites
Succos ſalúbres ínſere,
Quibus ſupernæ débitus
Fructus ferátur pátriæ.

SIC digna conſpectus tuos
Mens ferre, quondam tríſtibus
Vinclis ſolúta córporis,
Tuo quieſcet in ſinu.

O META felix! pax ubi,
Et vera nos manet quies!
Ubi voluptátis ſacro
Torrente potábis tuos!

QUI nos creávit, laus Patri;
Laus, qui redémit, Fílio;
Qui charitáte nos foves,
Sit par tibi laus, Spíritus.
Amen.

℣. Deduc me Dñe, & ingrédiar in veritáte tua:
℟. Lætétur cor meū, ut tímeat nomen tuū. *Pſ.* 85. 11.

Ad Benedíctus, *Ant.* 8. G. Dírige pedes noſtros in viam pacis, Deus Iſraël. *Luc.* 1.

AD PRIMAM.

Ant. 7. *d.* Notam.

PSALMUS 87.

Chriſtus ab inimicis vexatus, ab amicis derelictus, opem Dei implorat.

DOmine Deus ſalútis meæ, * in díe clamávi & nocte coram te.

Intret in conſpectu tuo orátio mea; * inclína aurem tuam ad precem meā:

Quia repléta eſt malis ánima mea; * & vita mea inferno appropinquávit.

Æſtimátus ſum cum deſcendéntibus in lacum; * factus ſum ſicut homo ſine adjutório, inter mórtuos liber.

Sicut vulneráti dormiéntes in ſepulchris, quorum non es memor ámpliùs, * & ipſi de manu tua repulſi ſunt.

Poſuérunt me in lacu

inferióri, * in tenebróſis, & in umbra mortis.

Super me confirmátus eſt furor tuus; * & omnes fluctus tuos induxiſti ſuper me.

Longè feciſti notos meos à me; * poſuérunt me abominatiónem ſibi.

Tráditus ſum, & non egrediébar; * óculi mei languérunt præ inópia.

Clamávi ad te, Dómine, totâ die; * expandi ad te manus meas:

Numquid mórtuis fácies mirabília; * aut médici ſuſcitábunt, & confitebuntur tibi?

Numquid narrábit áliquis in ſepulchro miſericórdiam tuam, * & veritátem tuam in perditióne?

Numquid cognoſcentur in ténebris mirabília tua, * & juſtítia tua in terra obliviónis?

Et ego ad te, Dómine, clamávi; * & manè orátio mea prævéniet te.

Ut quid, Dómine, repellis oratiónem meam? * avertis fáciem tuam à me?

Pauper ſum ego, & in labóribus à juventúte mea; * exaltátus autem, humiliátus ſum & contúrbátus.

In me tranſiérunt iræ tuæ, * & terróres tui conturbavérunt me;

Circumdedérunt me ſicut aqua totâ die, * circumdedérunt me ſimul.

Elongaſti à me amícum & próximum, * & notos meos à miſéria.

PSALMUS 142.

Oratio pœnitentis, Dei opem deprecantis.

DOmine, exaudi oratiónem meam, áuribus pércipe obſecratiónem meam in veritáte tua; * exaudi me in tua juſtítia:

Et non intres in judícium cum ſervo tuo; * quia non juſtificábitur in conſpectu tuo omnis vivens.

Quia perſecútus eſt inimícus ánimam meam, * humiliávit in terra vitam meam.

Collocávit me in obſcúris ſicut mórtuos ſéculi, * & anxiátus eſt ſuper me ſpíritus meus: in me turbátum eſt cor meum.

Memor fui diérum antiquórum, meditátus ſum in ómnibus opéribus tuis; * in factis mánuum tuárum meditábar.

Expandi manus meas ad te: * ánima mea ſicut terra ſine aqua tibi.

Velóciter exaudi me, Dómine; * defécit ſpíritus meus.

Non avertas fáciem tuā à me; * & ſímilis ero deſcendéntibus in lacum.

Audítam fac mihi manè miſericórdiam tuam, * quia in te ſperávi.

Notam fac mihi viam in

qua ámbulem, * quia ad te levávi ánimam meam.

Diviſio Pſalmi 142.

ERipe me de inimícis meis, Dómine, ad te confúgi; * doce me fácere voluntátem tuam, quia Deus meus es tu.

Spíritus tuus bonus dedúcet me in terram rectã: * propter nomen tuum, Dómine, vivificábis me in æquitáte tua.

Edúces de tribulatióne ánimam meam; * & in miſericórdia tua diſperdes inimícos meos:

Et perdes omnes qui tríbulant ánimam meam, * quóniam ego ſervus tuus ſum.

Ant. Notam fac mihi viam in qua ámbulem; quia ad te levávi ánimam meam, Dómine. *Pſ.* 142.

AD TERTIAM.

Ant. 5. a. Beneplácitum eſt.

PSALMUS 28.

Gentium converſio verbi Dei efficaciâ.

AFferte Dómino, filii Dei, * afferte Dño filios aríetum.

Afferte Dño glóriam & honórem, afferte Dño glóriã nómini ejus: * adoráte Dñm in átrio ſancto ejus.

Vox Dñi ſuper aquas, Deus majeſtátis intónuit: * Dñs ſuper aquas multas.

Vox Dñi in virtúte: * vox Dómini in magnificéntia.

Vox Dñi confringentis cedros: * & confringet Dóminus cedros Líbani.

Et commínuet eas tamquam vítulum Líbani, * & dilectus quemádmodum fílius unicórnium.

Vox Dómini intercidentis flammam ignis, vox Dómini concutientis deſertum: * & commovébit Dñs deſertum Cades.

Vox Dómini præparantis cervos, & revelábit condenſa; * & in templo ejus omnes dicent glóriã.

Dóminus dilúvium inhabitáre facit, * & ſedébit Dñs rex in æternum.

Dóminus virtútem pópulo ſuo dabit: * Dóminus benedícet pópulo ſuo in pace.

PSALMUS 44.

Carmen nuptiale: Chriſti & Eccleſiæ dotes.

ERuctávit cor meum verbum bonum: * dico ego ópera mea regi.

Lingua mea cálamus ſcribæ * velóciter ſcribentis.

Speciósus formâ præ fíliis hóminum, diffúſa eſt grátia in lábiis tuis: * proptérea benedixit te Deus in æternum.

Accíngere gládio tuo ſuper femur tuum, * Potentíſſime.

Spécie tuâ & pulchritúdine tuâ, * intende, próſperè procéde, & regna.

Propter veritátem, &

manſuetúdinem, & juſtítiam; * & dedúcet te mirabíliter déxtera tua.

Sagittæ tuæ acútæ, pópuli ſub te cadent, * in corda inimicórum regis.

Sedes tua, Deus, in ſéculum ſéculi: * virga dire-ctiónis, virga regni tui.

Dilexiſti juſtítiam, & odiſti iniquitátem: * proptérea unxit te Deus, Deus tuus, óleo lætítiæ præ consórtibus tuis.

Myrrha, & gutta, & cáſia à veſtimentis tuis, à dómibus ebúrneis, * ex quibus delectavérunt te fíliæ regum in honóre tuo.

Aſtitit regína à dextris tuis in veſtítu deauráto, * circúmdata varietáte.

Audi, fília, & vide, & inclína aurem tuam, * & oblivíſcere pópulum tuũ, & domum patris tui.

Et concupiſcet rex decórem tuum, * quóniam ipſe eſt Dóminus Deus tuus, & adorábunt eum.

Et fíliæ Tyri in munéribus: * vultum tuum deprecabuntur omnes dívites plebis.

Omnis glória ejus fíliæ regis ab intùs, * in fímbriis áureis, circumamícta varietátibus.

Adducentur regi vírgines poſt eam: * próximæ ejus afferentur tibi.

Afferentur in lætítia & exultatióne, * adducentur in templum regis.

Pro pátribus tuis nati ſunt tibi fílii: * conſtítues eos príncipes ſuper omnem terram.

Mémores erunt nóminis tui * in omni generatióne & generatiónem.

Proptérea pópuli confitebuntur tibi in æternum, * & in ſéculum ſéculi.

PSALMUS 149.

Chriſtus celebrandus, qui ſuis in gentes ultricem poteſtatem ſit daturus.

CAntáte Dómino cánticum novum: * laus ejus in eccléſia ſanctórũ.

Lætétur Iſraël in eo qui fecit eum, * & fílii Sion exultent in rege ſuo.

Laudent nomen ejus in choro, * in tympano & pſaltério pſallant ei;

Quia beneplácitum eſt Dómino in pópulo ſuo; * & exaltábit manſuétos in ſalútem.

Exultábunt ſancti in glória: * lætabuntur in cubílibus ſuis.

Exaltatiónes Dei in gútture eórum, * & gládii ancípites in mánibus eórum.

Ad faciendam vindíctam in natiónibus, * increpatiónes in pópulis:

Ad alligandos reges eórum in compédibus, * & nóbiles eórum in mánicis férreis.

Ut fáciant in eis judícium conſcriptum: * gló-

ria hæc eſt ómnibus ſanctis ejus.

Ant. Beneplácitū eſt Dn̄o in pópulo ſuo. *Pſ.* 149. 17.

Capitulum. Coloſſ. 3.

OMne quodcumque fácitis, in verbo aut in ópere, ómnia in nómine Dómini Jeſu Chriſti; grátias agentes Deo & Patri per ipſum.

℞. *br.* Benedícam Dóminum * In omni témpore. Benedícam. ℣. Semper laus ejus in ore meo, * In omni témpore. Glória Patri. Benedícam. *Pſ.* 33. 2.

℣. Laudábo Dóminum in vita mea: ℞. Pſallam Deo meo quámdiu fúero. *Pſ.* 145. 2.

AD SEXTAM.

Ant. 1. a. Adjútor.

PSALMUS 45.

Eccleſia Dei præſidio inconcuſſa.

DEus noſter refúgium & virtus; * adjútor in tribulatiónibus quæ invenérunt nos nimis.

Proptérea non timébimus dum turbábitur terra, * & transferentur montes in cor maris.

Sonuérunt & turbátæ ſunt aquæ eórum, * conturbáti ſunt montes in fortitúdine ejus.

Flúminis ímpetus lætíficat civitátem Dei: * ſanctificávit tabernáculum ſuum Altíſſimus.

Deus in médio ejus, non commovebitur; * adjuvábit eam Deus manè dilúculo.

Conturbátæ ſunt gentes, & inclináta ſunt regna: * dedit vocem ſuam, mota eſt terra.

Dóminus virtútum nobiſcum: * ſuſceptor noſter Deus Jacob.

Veníte, & vidéte ópera Dómini, quæ póſuit prodígia ſuper terram; * áuferens bella uſque ad finem terræ.

Arcum cónteret, & confringet arma, * & ſcuta combúret igni.

Vacáte, & vidéte quóniam ego ſum Deus: * exaltábor in géntibus, & exaltábor in terra.

Dóminus virtútum nobiſcum: * ſuſceptor noſter Deus Jacob.

PSALMUS 47.

Ex Jeruſalem in omnes terras delapſa ſalus.

MAgnus Dóminus, & laudábilis nimis, in civitáte Dei noſtri, in monte ſancto ejus.

Fundátur exultatióne univerſæ terræ mons Sion, * látera Aquilónis, cívitas Regis magni.

Deus in dómibus ejus cognoſcétur, * cùm ſuſcípiet eam.

Quóniam ecce reges terræ congregáti ſunt: * convenérunt in unum.

Ipſi videntes ſic admiráti ſunt, conturbáti ſunt, commóti ſunt : * tremor apprehendit eos.

Ibi dolóres ut parturientis : * in ſpíritu vehementi cónteres naves Tharſis.

Sicut audívimus, ſic vídimus in civitáte Dómini virtútum, in civitáte Dei noſtri : * Deus fundávit eam in ætérnum.

Suſcépimus, Deus, miſericórdiam tuam * in médio templi tui.

Secundùm nomen tuū, Deus, ſic & laus tua in fines terræ : * juſtítiâ plena eſt déxtera tua.

Lætétur mons Sion, & exultent fíliæ Judæ * propter judícia tua, Dómine.

Circúmdate Sion, & compleċtímini eam:* narráte in túrribus ejus.

Pónite corda veſtra in virtúte ejus : * & diſtribúite domos ejus, ut enarrétis in progénie áltera.

Quóniam hic eſt Deus, Deus noſter in ætérnum, & in séculum séculi : * ipſe reget nos in sécula.

PSALMUS 86.

Laus Eccleſiæ : Fidelium infinitus numerus.

FUndamenta ejus in móntibus ſanctis:* díligit Dñs portas Sion ſuper ómnia tabernácula Jacób.

Glorióſa dicta ſunt de te, * cívitas Dei.

Memor ero Rahab & Babylónis, * ſciéntium me.

Ecce alienígenæ & Tyrus, & pópulus Æthíopum ; * hi fuérunt illic.

Numquid Sion dicet ? Homo, & homo natus eſt in ea, * & ipſe fundávit eam Altíſſimus ?

Dóminus narrábit in ſcriptúris populórum & príncipum ; * horum qui fúerunt in ea.

Sicut lætántium ómnium * habitátio eſt in te.

Ant. Adjútor noſter Deus ; proptérea non timébimus. *Pſ.* 45.

Capitulum. 2. Petr. 1.

SAtágite ut per bona ópera certam veſtram vocatiónem & electiónem faciátis ; hæc enim faciéntes, non peccábitis aliquando.

℟. *br.* Convértere, Dómine, úſquequo? * Et deprecábilis eſto. Convértere. ℣. Et opus mánuum noſtrárum dírige. * Et deprecábilis. Glória Patri. Convértere.

℣. Réſpice in ſervos tuos, ℟. Et in ópera tua. *Pſ.* 89. 13. 16.

AD NONAM.

Ant. 8. c. Pauper.

PSALMUS 59.

Flebilis oratio Synagogæ.

DEus, repulíſti nos, & deſtruxíſti nos ; * irátus es, & miſértus es nobis.

Commoviſti terram, & conturbaſti eam : * ſana contritiónes ejus, quia commóta eſt.

Oſtendiſti pópulo tuo dura : * potaſti nos vino compunctiónis.

Dediſti metuéntibus te ſignificatiónem, * ut fúgiant à fácie arcûs ;

Ut liberentur dilecti tui : * ſalvum fac déxterà tuâ, & exaudi me.

Deus locútus eſt in ſancto ſuo : * Lætábor, & partíbor Síchimam, & convallem tabernaculórum metíbor.

Meus eſt Gálaad, & meus eſt Manaſſes : * & Ephraïm fortitúdo cápitis mei.

Juda rex meus, * Moab olla ſpei meæ.

In Idumæam extendam calceamentum meum : * mihi alienígenæ ſúbditi ſunt.

Quis dedúcet me in civitátem munítam ? * quis dedúcet me uſque in Idumæam ?

Nonne tu, Deus, qui repuliſti nos ? * & non egrediéris, Deus, in virtútibus noſtris ?

Da nobis auxílium de tribulatióne ; * quia vana ſalus hóminis.

In Deo faciémus virtútem : * & ipſe ad níhilum dedúcet tribulantes nos.

PSALMUS 73.

De populi, templique calamitate, queſtus.

UT quid, Deus, repuliſti in finem, * irátus eſt furor tuus ſuper oves páſcuæ tuæ?

Memor eſto congregatiónis tuæ, * quam poſſediſti ab inítio.

Redemiſti virgam hæreditátis tuæ : * mons Sion, in quo habitaſti in eo.

Leva manus tuas in ſupérbias eórum in finem : * quanta malignátus eſt inimícus in ſancto ?

Et gloriáti ſunt qui odérunt te, * in médio ſolemnitátis tuæ.

Poſuérunt ſigna ſua, ſigna ; * & non cognovérunt, ſicut in éxitu ſuper ſummum.

Quaſi in ſylva lignórum ſecúribus excidérunt jánuas ejus in idipſum, * in ſecúri & áſcia dejecérunt eam.

Incendérunt igni ſanctuárium tuum, * in terra polluérunt tabernáculum nóminis tui.

Dixérunt in corde ſuo cognátio eórum ſimul : * Quieſcere faciámus omnes dies feſtos Dei à terra,

Signa noſtra non vídimus, jam non eſt prophéta; * & nos non cognoſcet ámpliùs.

Diviſio Pſalmi 73.

USquequo, Deus, improperábit inimícus? * irrítat adverſárius nomen tuum in finem?

Ut quid avertis manum tuam & déxteram tuam * de médio ſinu tuo in finem?

Deus autem, rex noſter ante ſécula, * operátus eſt ſalútem in médio terræ.

Tu confirmaſti in virtúte tua mare, * contribulaſti cápita dracónum in aquis.

Tu confregiſti cápita dracónis, * dediſti eum eſcam pópulis Æthíopum.

Tu dirupiſti fontes & torrentes, * tu ſiccaſti flúvios Ethan.

Tuus eſt dies, & tua eſt nox: * tu fabricátus es auróram & ſolem.

Tu feciſti omnes términos terræ: * æſtátem & ver, tu plaſmaſti ea.

Memor eſto hujus, inimícus improperávit Dómino, * & pópulus inſípiens incitávit nomen tuum.

Ne tradas béſtiis ánimas confiténtes tibi; * & ánimas páuperum tuórũ ne oblivíſcáris in finem.

Réſpice in teſtamentum tuum; * quia repléti ſunt, qui obſcuráti ſunt terræ, dómibus iniquitátum.

Ne avertátur húmilis factus confúſus: * pauper & inops laudábunt nomen tuum.

Exurge, Deus, júdica cauſam tuam; * memor eſto improperiórum tuórum, eórum quæ ab inſipiente ſunt totá die.

Ne oblivíſcáris voces inimicórum tuórum; * ſupérbia eórum qui te odérunt, aſcendit ſemper.

Ant. Pauper & inops laudábunt nomen tuum, Dómine. *Pſ.* 73.

Capitulum. Philip. 4. 8.

QUæcumque ſunt vera, quæcumque pudíca, quæcumque juſta, quæcumque ſancta, quæcumque amabília, quæcumque bonæ famæ, ſi qua virtus, ſi qua laus diſciplínæ, hæc cogitáte.

℟. *br.* Propter nomen tuum, Dómine, * Vivificábis me. Propter. ℣. In æquitáte tua * Vivificábis me. Glória. Propter. *Pſ.* 142. 11.

℣. Doce me fácere voluntátem tuam, ℟. Quia Deus meus es tu. *Pſal.* 142. 10.

AD VESPERAS.

Ant. 4. *D.* Beáti omnes.

PSALMUS 127.

Futuræ, præſentiſque vitæ beatitudo timore Dei comparatur.

BEáti omnes qui timent Dóminum, * qui ámbulant in viis ejus.

Labóres mánuum tuárum quia manducábis; * beátus es, & bene tibi erit.

Uxor tua ſicut vitis abundans, * in latéribus domûs tuæ.

Fílii tui ſicut novellæ olivárum, * in circúitu menſæ tuæ.

Ecce ſic benedicétur homo, * qui timet Dñm.

Benedícat tibi Dóminus ex Sion; * & vídeas bona Jerúſalem ómnibus diébus vitæ tuæ.

Et vídeas fílios filiórum tuórum, * pacem ſuper Iſraël.

Ant. Beáti omnes qui timent Dóminum, qui ámbulant in viis ejus.

Ant. 1. a. Surge, Dñe.

PSALMUS 131.

Oratio Eccleſiæ, Chriſtum Davidi promiſſum expoſcentis.

MEmento, Dómine, David, * & omnis manſuetúdinis ejus:

Sicut jurávit Dómino,* votum vovit Deo Jacob:

Si introíero in tabernáculum domûs meæ, * ſi aſcéndero in lectum ſtrati mei:

Si dédero ſomnum óculis meis, * & pálpebris meis dormitatiónem,

Et réquiem tempóribus meis, donec invéniam locum Dómino, * tabernáculum Deo Jacob.

Ecce audívimus eam in Ephrata: * invénimus eã in campis ſylvæ.

Introíbimus in tabernáculum ejus: * adorábimus in loco ubi ſtetérunt pedes ejus.

Surge, Dómine, in réquiem tuam, * tu & arca ſanctificatiónis tuæ.

Sacerdótes tui induantur juſtítiam, * & ſancti tui exultent.

Propter David ſervum tuum,* non avertas fáciem chriſti tui.

Ant. Surge, Dómine, in réquiem tuam; & ſancti tui exultent.

Ant. 7. ç. Sion réquies mea.

Diviſio Pſalmi 131.

JUrávit Dóminus David veritátem, & non fruſtrábitur eum: * De fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam.

Si cuſtodíerint fílii tui teſtamentum meum, * & teſtimónia mea hæc quæ docébo eos:

Et fílii eórum uſque in ſéculum,* ſedébunt ſuper ſedem tuam.

Quóniam elégit Dóminus Sion, * elégit eam in habitatiónem ſibi.

Hæc réquies mea in ſéculum ſéculi; * hîc habitábo, quóniam elégi eam.

Víduam ejus benedícens benedícam: * páuperes ejus ſaturábo pánibus.

Sacerdótes ejus índuam ſalutári : * & ſancti ejus exultatióne exultábunt.

Illuc prodúcam cornu David : * parávi lucernam chriſto meo.

Inimícos ejus índuam confuſióne : * ſupér ipſum autem efflorébit ſanctificátio mea.

Ant. Sion réquies mea in ſéculum ſéculi : ſancti ejus exultatióne exultábunt.

Ant. 3. a. Deus meus.

PSALMUS 143.

Victoria ab hoſtibus, Dei donum eſt.

BEnedictus Dóminus Deus meus, qui docet manus meas ad prælium, & dígitos meos ad bellum.

Miſericórdia mea, & refúgium meum; * ſuſceptor meus, & liberátor meus.

Protector meus, & in ipſo ſperávi ; * qui ſubdit pópulum meum ſub me.

Dómine, quid eſt homo, quia innotuiſti ei ; * aut fílius hóminis, quia réputas eum ?

Homo vanitáti símilis factus eſt ; * dies ejus ſicut umbra prætéreunt.

Dómine, inclína cœlos tuos, & deſcende ; * tange montes, & fumigábunt.

Fúlgura coruſcatiónem, & diſſipábis eos ; * emitte ſagittas tuas, & conturbábis eos.

Emitte manum tuam de alto ; éripe me, & líbera me de aquis multis ; * de manu filiórum alienórum,

Quorum os locútum eſt vanitátem, * & déxtera eórũ, déxtera iniquitátis.

Ant, Deus meus, miſericórdia mea, & ſuſceptor meus.

Ant. 6. F. Beátus:

Diviſio Pſalmi 143.

DEus, cánticum novum cantábo tibi : * in pſaltério decachordo pſallam tibi :

Qui das ſalútem régibus ; * qui redemiſti David ſervum tuum de gládio maligno, éripe me.

Et érue me de manu filiórum alienórum, quorum os locútum eſt vanitátem ; & déxtera eórum, déxtera iniquitátis.

Quorum filii ſicut novellæ plantatiónes, * in juventúte ſua.

Fíliæ eórum compóſitæ, * circumornátæ ut ſimilitúdo templi.

Promptuária eórum plena, * eructántia ex hoc in illud :

Oves eórum fœtóſæ, abundantes in egréſſibus ſuis; * boves eórum craſſæ.

Non eſt ruína macériæ, neque tránſitus, * neque clamor in platéis eórum.

Beátum dixérunt pópulum cui hæc ſunt : * beá-

tus pópulus, cujus Dóminus Deus ejus.

Ant. Beátus pópulus, cujus Dñs Deus ejus.

Capitulum. Gen. 2. 2.

COmplévit Deus die ſéptimo opus ſuum quod fécerat, & requiévit die ſéptimo ab univerſo ópere quod patrárat, & benedixit diéi ſéptimo, & ſanctificávit illum.

Hymnus.

TAndem peractis, ô Deus,
Sexto diérum límite,
Ponis modum labóribus,
Orbíque plaudis cóndito.

Qua, dextra ceſſávit tua,
Hanc ipſe ſacraſti diem,
Judæa quam legis tenax
Piis colébat rítibus.

Fœdus novum, ritus novos
Chriſtus dedit: Chriſto duce,
Adoptiónis fílios
Jam ſánctior manet quies.

Fugavit umbram véritas,
Antíqua ceſſant ſábbata:
Jam lex amóris córdibus
Inſcripta, mortáles regit.

Divina lex, tu nos rege;
Mentes reple, ſenſus doma:
Expelle noſtro, queis ſcatet,
Curas inánes péctore.

Sic, qui fugácis túrbidâ
Jactámur undâ ſéculi,
Cœli ſedentes líttore,
Pleno fruémur ótio.

Qui nos creávit, laus Patri;
Laus, qui redémit, Fílio;
Qui charitáte nos foves,
Sit par tibi laus, Spíritus.
Amen.

℣. Lætábor & exultábo in te, ℟. Pſallam nómini tuo, Altíſſime. *Pſ.* 9. 3.

Ad Magníficat. *Ant.* & *Orat. ut in Proprio.*

AD COMPLETOR.

Ant. 8. G. Miſerére meî.

PSALMUS 50.

Pœnitentis animi, humiles acerbique ſenſus.

MIſerére meî, Deus, * ſecundùm magnam miſericórdiam tuam.

Et ſecundùm multitúdinem miſeratiónum tuárum, * dele iniquitátem meam.

Ampliùs lava me ab iniquitáte mea, * & à peccáto meo munda me.

Quóniam iniquitátem meam ego cognoſco, * & peccátum meum contra me eſt ſemper.

Tibi ſoli peccávi, & malum coram te feci; * ut juſtificéris in ſermónibus tuis, & vincas cùm judicáris.

Ecce enim in iniquitátibus conceptus ſum, * & in peccátis concépit me mater mea.

Ecce enim veritátem

dil(xiſti ; * incerta & occult(a) ſapiéntiæ tuæ manifeſtaſti mihi.

Aſperges me hyſſópo, & mundábor ; * lavábis me, & ſuper nivem dealbábor.

Audítui meo dabis gáudium & lætítiā, * & exultábunt oſſa humiliáta.

Averte fáciem tuam à peccátis meis, * & omnes iniquitátes meas dele.

Cor mundum crea in me, Deus, * & ſpíritum rectum ínnova in viſcéribus meis.

Ne projícias me à fácie tuâ, * & ſpíritum ſanctum tuum ne áuferas à me.

Redde mihi lætítiam ſalutáris tui,* & ſpíritu principáli confirma me.

Docébo iníquos vias tuas, * & ímpii ad te convertentur.

Líbera me de ſanguínibus, Deus, Deus ſalútis meæ ; * & exultábit lingua mea juſtítiam tuam.

Dómine, lábia mea apéries,* & os meum annuntiábit laudem tuam.

Quóniam ſi voluiſſes, ſacrificium dediſſem útique ; holocauſtis non delectáberis.

Sacrificium Deo ſpíritus contribulátus : * cor contrítum & humiliátum, Deus, non deſpícies.

Benignè fac, Dómine,in bona voluntáte tua Sion, * ut ædificentur muri Jeruſalem.

Tunc acceptábis ſacrificium juſtítiæ, oblatiónes & holocauſta : * tunc impónent ſuper altáre tuū vítulos.

P S A L M U S 85.

Oratio Chriſti pro fide gentium.

INclína, Dómine, aurem tuam, & exaudi me ; * quóniam inops & pauper ſum ego.

Cuſtódi ánimam meā, quóniam ſanctus ſum : * ſalvum fac ſervum tuum, Deus meus, ſperantē in te.

Miſerére meî, Dómine, quóniam ad te clamávi totâ die : * lætífica ánimam ſervi tui, quóniam ad te, Dómine, ánimam meam levávi ;

Quóniam tu, Dómine, ſuávis & mitis, * & multæ miſericórdiæ ómnibus invocántibus te.

Auribus pércipe, Dómine, oratiónem meam, * & intende voci deprecatiónis meæ.

In die tribulatiónis meæ clamávi ad te,* quia exaudiſti me.

Non eſt ſímilis tuî in diis, Dómine,* & non eſt ſecundùm ópera tua.

Omnes gentes, quaſcumque feciſti, vénient & adorábunt coram te, Dómine ; * & glorificábunt nomen tuum ;

Quóniam magnus es tu, & fáciens mirabília; * tu es Deus ſolus.

Diviſio Pſalmi 85.

DEduc me, Dómine, in via tua, & ingrédiar in veritáte tua: * lætétur cor meum, ut tímeat nomen tuum.

Confitébor tibi, Dómine Deus meus, in toto corde meo, * & glorificábo nomen tuum in æternum:

Quia miſericórdia tua magna eſt ſuper me, * & eruiſti ánimam meam ex inferno inferióri.

Deus, iníqui inſurrexérunt ſuper me, & ſynagóga poténtium quæſiérunt ánimam meam; * & non propoſuérunt te in conſpectu ſuo.

Et tu, Dómine, Deus miſerátor & miſéricors, * pátiens, & multæ miſericórdiæ, & vérax.

Réſpice in me, & miſerére meî; * da impérium tuum púero tuo, & ſalvum fac filium ancillæ tuæ.

Fac mecum ſignum in bonum, ut vídeant qui odérunt me, & confundantur; * quóniam tu, Dómine, adjuviſti me, & conſolátus es me.

Ant. Miſerére meî, Dómine, quóniam ad te clamávi totâ die. *Pſ.* 85.

Hymnus, Capitul. &c. habentur infrà poſt Suffr. ad Veſperas.

IN FERIIS PER ANNUM.

AD LAUDES.

In Feriis quibus jejunatur, dicuntur flexis genibus Preces ſequentes.

KYrie, eléiſon. Chriſte, eléiſon. Kyrie, eléiſon.

Pater noſter, *ſecretò.*

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem; ℟. Sed líbera nos à malo.

℣. Ego dixi, Dómine, miſerére meî: ℟. Sana ánimam meam, quia peccávi tibi. *Pſ.* 40. 5.

℣. Convértere, Dómine; úſquequò? ℟. Et deprecábilis eſto ſuper ſervos tuos. *Pſ.* 89. 13.

℣. Fiat miſericórdia tua, Dñe, ſuper nos; ℟. Quemádmodum ſperávimus in te. *Pſ.* 32. 22.

℣. Sacerdótes tui induantur juſtítiam; ℟. Et ſancti tui exultent. *Pſal.* 131. 9.

℣. Orémus pro Paſtóre noſtro N. ℟. Dóminus conſervet eum, & vivíficet eum. *Pſ.* 40. 3.

℣. Memor eſto congreg

gatiónis tuæ, ℟. Quam poſſediſti ab initio. *Pſal.* 73. 2.

℣. Dómine, ſalvum fac regem noſtrum N. ℟. Et exaudi nos in die quâ invocavérimus te. *Pſ.* 19. 10.

℣. Salvum fac pópulum tuum, Dómine, & bénedic hæreditáti tuæ: ℟. Et rege eos, & extolle illos uſque in æternum. *Pſal.* 27. 9.

℣. Rogáte quæ ad pacem ſunt Jeruſalē: ℟. Fiat pax in virtúte tua, & abundántia in túrribus tuis. *Pſ.* 121. 6.

℣. Orémus pro frátribus noſtris abſéntibus. ℟. Bénefac, Dómine, bonis & rectis corde. *Pſal.* 124. 22.

℣. Pro infirmis, afflictis & captívis. ℟. Líbera, Deus, Iſraël ex ómnibus tribulatiónibus ſuis. *Pſal.* 24. 4.

℣. Pro cunctis fidélibus defunctis. ℟. Edúcat eos Dóminus in lucem, & vídeant juſtítiam ejus. *Mich.* 7. 9.

Deinde dicitur Pſalmus De profundis, *qui habetur ſuprà in Veſperis Feriæ quartæ; & in fine,* Glória Patri.

[*In Veſperis, ejus loco dicitur Pſ.* Miſeréte. 164. *cum* Glória Patri.]

Finito Pſalmo, dicitur:

℣. Dómine Deus virtútum, convérte nos; ℟. Et oſtende fáciem tuam, & ſalvi érimus. *Pſ.* 79. 20.

℣. Exurge, Dómine, ádjuva nos; ℟. Et rédime nos propter nomen tuum. *Pſ.* 43. 26.

℣. Dómine, exaudi oratiónem meam; ℟. Et clamor meus ad te véniat. *Pſ.* 101. 2.

℣. Dóminus vobiſcum, ℟. Et cum ſpíritu tuo.

Et dicitur Oratio conveniens: quando propria non aſſignatur, dicitur de Dominica præcedenti.

Dicto Benedicámus, *ſi facienda ſit commemoratio de aliquo Sancto, fit eo loco.*

Deinde fiunt ſuffragia, ſeu Commemorationes communes, ut ſequitur.

DE S. CRUCE.

[*In Offic. Feriali tantùm.*]

Ant. Peccáta noſtra Chriſtus pértulit in córpore ſuo ſuper lignum; ut peccátis mórtui, juſtítiæ vivámus. 1. *Petr.* 2. 24.

℣. Ipſe rédimet Iſraël, ℟. Ex ómnibus iniquitátibus ejus. *Pſ.* 129. 8.

Orémus.

Perpétuâ nos, quæſumus, Dómine, pace cuſtódi, quos per lignum ſanctæ Crucis redímere dignátus es; Qui vivis & regnas, Deus.

℟. Amen.

[*Si ſequatur Offic. par-*

Tu ſpes ſalútis, áctuum
Tu finis & primórdium:
Te, proſequámur, áuſpice,
Quæ, te favente, cœpimus.

Qui nos creávit, laus Patri;
Laus, qui redémit, Fílio;
Qui charitáte nos foves,
Sit par tibi laus, Spíritus,
Amen.

Per Adventum dicetur hæc doxologia in omnibus Hymnis Horarum.

Sit laus Patri, qui Fílium
Promíſit orbi víctimam;
Sit, qui venit, laus Fílio;
Quo fit caro, laus Flámini.
Amen.

A die Natalis Domini uſque ad Purificationem incluſivè, & in omnibus Feſtis B. Mariæ.

Qui natus es de Vírgine,
Jeſu, tibi ſit glória;
Summo Patri laus máxima;
Sit par tibi laus, Spíritus.
Amen.

Per octavam Epiphaniæ.

Qui te revélas Géntibus,
Jeſu, tibi ſit glória, &c.

[*In Feriali Officio Pſalmi & Antiph. dicuntur ſecundùm Feriam, ut ſingulis diebus aſſignantur. In Feſtis verò Antiph. ſemper ſumitur de Proprio, vel de Communi, & Pſalmi tantùm dicuntur de Feria, niſi aliter notetur.*]

Capitulum. Epheſ. 5. 15.

Videte, fratres, quómodò cautè ambulétis; non quaſi inſipientes, ſed ut ſapientes: redimentes tempus, quóniam dies mali ſunt.

℟. *br.* Chriſte, Fili Dei vivi, * Miſerére nobis. *Repet.* Chriſte, Fili Dei vivi, * Miſerére nobis. ℣. Qui ſedes ad déxteram Patris, [*Hic verſus quandoque mutandus eſt, ut notatur in Proprio.*] * Miſerére nobis. Glória Patri, & Fílio, & Spirítui ſancto. *Repet.* Chriſte, Fili Dei vivi, * Miſerére nobis. *Matth.* 16. 16. *Tob.* 8. 10. *Hebr.* 1. 3.

℣. Exurge, Dómine, ádjuva nos; ℟. Et rédime nos propter nomen tuum. *Pſ.* 43. 26.

PRECES.

Quando ad Laudes dictæ ſunt Preces, hæ dicuntur flexis genibus.

In Semiduplicibus & intra Octavas omittuntur ſeqq. ℣℣.

Kyrie, eléiſon. Chriſte, eléiſon. Kyrie, eléiſon. Pater noſter. *Secretò.*

℣. Et ne nos indúcas

in tentatiónem ; ℟. Sed líbera nos à malo.

Credo in Deum. ℣. Carnis reſurrectiónem, ℟. Vitam æternam. Amen.

℣. Et ego ad te, Dómine, clamávi ; ℟. Et mane orátio mea prævéniet te. Pſ. 87. 14.

℣. Repleátur os meum laude ; ℟. Ut cantem glóriam tuam ; totâ die magnitúdinem tuam. Pſal. 70. 8.

℣. Averte fáciem tuam à peccátis meis ; ℟. Et ómnes iniquitátes meas dele. Pſ. 50. 11.

℣. Cor mundum crea in me, Deus ; ℟. Et ſpíritum rectum ínnova in viſcéribus meis. Pſ. 50. 12.

℣. Ne projícias me à fácie tua ; ℟. Et Spíritum ſanctum tuum ne áuferas à me. Pſ. 50. 13.

℣. Redde mihi lætítiam ſalutáris tui ; ℟. Et ſpíritu principáli confirma me. Pſ. 50. 14.

[*Quándo Preces dicuntur flexis genibus : adduntur ſeqq.* ℣℣. *ante* Adjutórium.

℣. Eripe me, Dómine, ab hómine malo: ℟. A viro iníquo éripe me. Pſ. 139. 2.

℣. Eripe me de inimícis meis, Deus meus ; ℟. Et ab inſurgéntibus in me líbera me. Pſ. 58. 2.

℣. Eripe me de operántibus iniquitátem ; ℟. Et de viris sánguinum ſalva me. Pſ. 58. 3.

℣. Sic pſalmum dicam nómini tuo in ſéculum ſéculi, ℟. Ut reddam vota mea de die in diem. Pſ. 60. 9.

℣. Dírige me, Dómine, in veritáte tua, & doce me ; ℟. Quia tu es Deus ſalvátor meus. Pſ. 24. 5.

℣. Deus, in adjutórium meum intende : ℟. Dómine, ad adjuvandum me feſtína. Pſ. 69. 2.

℣. Reminíſcere miſeratiónum tuárum, Dómine, ℟. Et miſericordiárum tuárum quæ à ſéculo ſunt. Pſ. 24. 6.

℣. Bénedic, ánima mea, Dómino ; ℟. Et ómnia quæ intra me ſunt, nómini ſancto ejus. Pſ. 102. 1.

℣. Bénedic, ánima mea, Dómino ; ℟. Et noli oblivíſci omnes retributiónes ejus. Pſ. 102. 2.

℣. Qui propitiátur ómnibus iniquitátibus tuis ; ℟. Qui ſanat omnes infirmitátes tuas. Pſ. 102. 3.

℣. Qui rédimit de intéritu vitam tuam ; ℟. Qui corónat te in miſericórdia & miſeratiónibus. Pſ. 102. 4.

℣. Qui replet in bonis deſidérium tuum; ℟. Renovábitur ut áquilæ juventus tua. Pſ. 102. 5.]

℣. Adjutórium noſtrum in nómine Dñi, ℟. Qui fecit cœlum & terram. *Pſ.* 123. 8.

Hebdomadarius facit Confeſſionem, mediocri voce dicens:

CONfiteor Deo omnipotenti, beátæ Maríæ ſemper vírgini, beáto Michaéli Archángelo, beáto Joanni Baptiſtæ, ſanctis Apóſtolis Petro & Paulo, ómnibus Sanctis, [& vobis, fratres;] quia peccávi nimis cogitatióne, verbo & ópere: meâ culpâ, meâ culpâ, meâ máximâ culpâ. Ideò precor beátam Maríam ſemper vírginem, beátum Michaélem Archángelum, beátum Joannem Baptiſtam, ſanctos Apóſtolos Petrum & Paulum, omnes Sanctos, [& vos, fratres,] oráre pro me ad Dñm Deum noſtrum.

Chorus dicit:

Miſereátur tuî omnípotens Deus; & dimiſſis peccátis tuis, perdúcat te ad vitam ætérnam. *Hebdomadarius reſpondet:* Amen.

Deinde Chorus facit Confeſſionem; & ubi dictum eſt: vobis, fratres, *&* vos, fratres, *dicit:* tibi, pater, *&* te, pater.

Mulieres in ſuis Conventibus, loco fratres, *&* pater, *dicunt*, ſorores, *&* mater.

Factâ Confeſſione à Choro, Hebdomadarius dicit:

MIſereátur veſtrî omnípotens Deus; &, dimiſſis peccátis veſtris, perdúcat vos ad vitam ætérnam. ℟. Amen.

[*Qui ſolus recitat, ſemel dicit,* Confiteor, *omiſſis vocibus quæ clauduntur parentheſi, & additâ particulâ* &, *ante voces* ómnibus *&* omnes. *Deinde* Miſereátur *ſemel, ad quod dicit,* noſtrî, noſtris, nos.]

INdulgéntiam, abſolutiónem, & remiſſiónem peccatórum noſtrórum tríbuat nobis omnípotens & miſéricors Dóminus. ℟. Amen.

Elevans vocem dicit:

℣. Exaudi nos, Deus, ſalutáris noſter, ℟. Spes ómnium fínium terræ. *Pſ.* 64. 6.

℣. Miſerére noſtrî, Dómine, ℟. Miſerére noſtrî. *Pſ.* 122. 3.

℣. Fiat miſericórdia tua, Dómine, ſuper nos, ℟. Quemádmodum ſperávimus in te. *Pſ.* 32. 22.

℣. Dómine, exaudi oratiónem meam; ℟. Et clamor meus ad te véniat. *Pſ.* 101. 2.

℣. Dóminus vobiſcum, ℟. Et cum ſpíritu tuo.

Orémus.

DOmine Deus omnípotens, qui ad princípium hujus diei nos per-

venire feciſti, tuâ nos hódie ſalva virtúte; ut ad nullum declinémus peccátum, ſed ſemper ad tuam juſtítiam faciendam noſtra procédant elóquia, dirigantur cogitatiónes & ópera; Per Dóminum noſtrum, &c. ℟. Amen.

℣. Dóminus vobiſcum, ℟. Et cum ſpíritu tuo.

℣. Benedicámus Dño. ℟. Deo grátias.

Si dicenda ſit Prima de Officio parvo B. Mariæ, præponitur Officio Capit.

AD OFFIC. CAPITULI.

Primò ſit lectio Martyrologii, in cujus fine nihil reſpondetur; ſed ſtatim Hebdomadarius dicit:

℣. Pretióſa in conſpectu Dómini, ℟. Mors ſanctórum ejus. *Pſ. 115. 6.*

SAncta María, & omnes ſancti intercédant pro nobis ad Dóminum; ut nos mereámur ab eo adjuvári & ſalvári, qui vivit & regnat in ſécula ſeculórum. ℟. Amen.

℣. Deus, in adjutórium meum intende: ℟. Dómine, ad adjuvandum me feſtína. *Pſ. 69. 2.*

℣. Deus, in adjutórium meum intende: ℟. Dñe, ad adjuvandum me feſtína.

℣. Deus, in adjutórium meum intende: ℟. Dómine, ad adjuvandum me feſtína. Glória Patri, & Fílio, & Spirítui ſancto: Sicut erat in princípio, & nunc, & ſemper, & in ſécula ſeculórum. Amen. Kyrie, eléiſon. Chriſte, eléiſon. Kyrie, eléiſon. *Secretò*, Pater. *Altâ voce*; ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem; ℟. Sed líbera nos à malo.

℣. Réſpice in ſervos tuos, Dómine, & in ópera tua; & dírige fílios eórum: ℟. Et ſit ſplendor Dómini Dei noſtri ſuper nos; & ópera mánuum noſtrárum dírige ſuper nos, & opus mánuum noſtrárũ dírige. *Pſ. 89. 16. 17.* Glória Patri.

Orémus.

DIrígere & ſanctificáre, régere & gubernáre dignáre, Dómine Deus, Rex cœli & terræ, hódie corda & córpora noſtra, ſenſus, ſermónes & actus noſtros, in lege tua, & in opéribus mandatórum tuórum; ut hîc, & in æternum, te auxiliante, ſalvi & líberi eſſe mereámur, Salvátor mundi; Qui vivis & regnas in ſécula ſeculórum. ℟. Amen.

Lector, Jube, domne, benedícere. [*Lectrix dicit*, domna, *ſolus, vel ſola recitans*, Dñe.] *Bened.* Det Dóminus leges ſuas in mentem noſtram, & in corde noſtro ſuperſcríbat eas. ℟. Amen. *Hebr.* 8. 10.

Tunc fit lectio Canonis qui pro ſingulis diebus habetur ſuo loco, in cujus fine dicitur : Tu autem, Dómine, miſerére noſtri.

℟. Deo grátias.

Poſt Lectionem, Hebdomadarius dicit : Adjutórium noſtrum in nómine Dómini, ℟. Qui fecit cœlum & terram. *Pſ.* 123. 8.

Submiſſiori voce dicit : Benedícite. *Lector verſus ad eum :* Deus. *Hebdomadarius :* Dñs nos benedícat, & ab omni malo defendat, & perdúcat ad vitam æternam. *Lector.* Amen.

Secretò. Et fidélium ánimæ per miſericórdiam Dei requieſcant in pace. ℟. Amen.

Deinde Pater noſter.

AD TERTIAM.

℣. Deus, in adjutórium.

Hymnus.

O Fons amóris, Spíritus,
O dulce lumen méntium;
Sacras refúſus íntimis
Accende flammas córdibus.

Qui cháritas & vínculũ,
Cum Patre nectis Fílium,
Et nos amóris mútui
Fac ſancta jungant víncula.

Qui nos creávit, laus Patri;
Laus, qui redémit, Fílio;
Qui charitáte nos foves,
Sit par tibi laus, Spíritus.
Amen.

[*In Feriali Officio Pſalmi & Antiphonæ dicuntur ſecundùm Feriam, ut ſingulis diebus aſſignantur.*

In Feſtis verò Ant. ſemper ſumitur de Proprio, vel de Communi, & Pſalmi tantùm dicuntur de Feriâ, niſi aliter notetur.]

Capitul. & ℟. br. ſumuntur ubi ſumitur Antiph. ſuper Pſalmos; & ſic ad alias Horas.

PRECES.

Quando ad Laudes dictæ ſunt Preces, tunc ad Tertiam, Sextam, & Nonam, dicuntur flexis genibus.

Kyrie, eléiſon. Chriſte, eléiſon. Kyrie, eléiſon.

Pater noſter.

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem; ℟. Sed líbera nos à malo.

℣. Dómine Deus virtútum, converte nos; ℟. Et oſtende fáciem tuam, & ſalvi érimus. *Pſ.* 79. 20.

℣. Exurge, Dómine, ádjuva nos; ℟. Et rédime nos propter nomen tuum. *Pſ.* 43. 26.

℣. Dómine, exaudi oratiónem meam; ℟. Et clamor meus ad te véniat. *Pſ.* 101. 2.

℣. Dóminus vobiſcum, ℟. Et cum ſpíritu tuo.

Oratio conveniens.

Dóminus vobiſcum. Benedicámus Dómino.

AD SEXTAM.

℣. Deus, in adjutórium.

Hymnus.

JAM ſolis áureum jubar
Pleno coruſcat lúmine:
O vera, Chriſte, cláritas,
Noſtris refulge ſénſibus.

O DUX ſalútis & via!
O vita, quos doces, rege;
Et quos regis, da cónſequi
Vitæ perennis gáudia.

QUI nos creávit, laus Patri;
Laus, qui redémit, Fílio;
Qui charitáte nos foves,
Sit par tibi laus, Spíritus.
Amen.

Ant. Pſalmi, Capit. ℟. *br. & Preces, ſi dicendæ ſint, dicuntur ut ſuprà ad Tertiam.*

Oratio conveniens.

AD NONAM.

℣. Deus, in adjutórium.

Hymnus.

RECEDIT inclínans dies;
Sic vita præceps lábitur:
Sanctus ſupernam júgiter
Suſpíret ardor pátriam.

DA, Chriſte, da tandem tuos
Cœli quiéte pérfrui;
Fac lucis uſúræ brevi
Æterna ſuccédat dies.

QUI nos creávit, laus Patri;
Laus, qui redémit, Fílio;
Qui charitáte nos foves,
Sit par tibi laus, Spíritus.
Amen.

Ant. Pſalmi, Capit. ℟. *br. & Preces, ſi dicendæ ſint, dicuntur ut ſuprà ad Tertiam.*

Oratio conveniens.

AD VESPERAS.

Preces, ſi dicendæ ſint, habentur ſuprà 166. In iis, loco Pſ. De profundis, *dicitur Pſ.* Miſerére.

SUFFRAGIA.

De S. Cruce.

[*In Offic. Feriali tantùm.*]

Ant. Mihi abſit gloriári, niſi in cruce Dómini noſtri Jeſu Chriſti. *Gal.* 6. 14.

℣. In Deo ſalutáre meum, ℟. Et glória mea. *Pſ.* 61. 8.

Orémus.

PErpétuâ nos, quæſumus, Dómine, pace cuſtódi, quos per lignum ſanctæ Crucis redímere dignátus es; Qui vivis & regnas, Deus.

℟. Amen.

[*Si ſequantur Veſperæ de B. Maria, tunc fit integra concluſio:* Qui vivis & regnas cum Deo Patre in unitáte Spíritûs ſancti Deus, per ómnia ſécula ſeculórum. ℟. Amen. *& poſt* Benedicámus *dicitur,* Deus, in adjutórium.

Ubi verò non dicitur Officium parvum, ejus loco fit Suffragium ſequens.]

De B. Maria.

Ant. Benedicta tu inter mulíeres, & benedíctus fructus ventris tui. *Luc.* 1. 42.

℣. Ora pro nobis, ſancta Dei Génitrix, ℟. Ut digni efficiámur promiſſiónibus Chriſti.

Orémus.

Concéde nos fámulos tuos, quæſumus, Dómine Deus, perpétuâ mentis & córporis ſanitáte gaudére, & glorióſâ beátæ Maríæ ſemper vírginis interceſſióne, à præſenti liberári triſtítiâ, & æternâ pérfrui lætítiâ; Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Poſtea fit Commem. de Patrono & Titulari, ut dictum eſt ſuprà, 168.

Deinde de omnibus S S. & ſpeciatim de iis quorum Corpora, aut ſaltem Reliquiæ, habentur.

Ant. Fulgébunt juſti ſicut ſol in regno patris eórum. *Matth.* 13. 43.

℣. Juſti confitebuntur nómini tuo, Dómine; ℟. Et habitábunt recti cum vultu tuo. *Pſ.* 139. 14.

Orémus.

Propitiáre, quæſumus, Dómine, fámulis tuis per Sanctórum quorum Relíquiæ in [hac] Eccléſiâ tuâ requieſcunt, & ómnium Sanctórum mérita glorióſa; ut eórum interceſſióne ab ómnibus ſemper protegámur adverſis; Per Chriſtum Dóminum noſtrum.

℟. Amen.

Ultimò, pro Pace.

Ant. Da pacem, Dómine, in diébus noſtris, quia non eſt álius, qui pugnet pro nobis, niſi tu, Deus noſter.

℣. Fiat pax in virtúte tuâ, ℟. Et abundántia in túrribus tuis. *Pſ.* 121. 7.

Orémus.

Deus, à quo ſancta deſidéria, recta conſília & juſta ſunt ópera: da ſervis tuis illam quam mundus dare non poteſt, pacem; ut, & corda noſtra mandátis tuis dédita, &, hóſtiũ ſublátâ formídine, témpora ſint tuâ protectióne tranquilla; Per Dóminum.

℣. Dóminus vobiſcum. Benedicámus Dómino.

A Circumciſione ad primas Veſperas Purificationis, Commemoratio. Ant. Beátus venter qui te portávit, & úbera quæ ſuxiſti. *Luc.* 11. 27.

℣. Poſt partum, *Oratio*, Beáta témpora, *ut ſuprà ad Laudes.*

AD COMPLETOR.

Converte nos, Deus ſalutáris noſter: ℟. Et averte iram tuam à nobis. *Pſ.* 84. 5.

℣. Deus, in adjutórium.

Antiph. & Pſalmi convenientes.

Tempore Adventûs, Hymnus, In noctis, *ut in Proprio.*

A die Natalis Domini ad I. Veſperas Purificationis excluſivè, niſi aliter notetur;

Hymnus.

MUNDI ſalus qui náſceris,
Jeſu puer, nos réſpice:
Tu vita noſtra per diem,
Sis tuta per noctē quies.

NOBIS dolóſi pérfidas
Leónis artes détege,
Ne blandiendo dévoret
Quos dormientes círcuit.

CANDOR paterni lúminis,
Seréna ſis lux méntium;
Matris recumbens in ſinu,
Noſtris quieſce córdibus.

℟. QUÆ párturis, Virgo, Deum,
Aliſque mater úbere;
Quâ charitáte díligis,
Fac diligámus Fílium.

QUI natus es de vírgine,
Jeſu, tibi ſit glória;
Summo Patri laus máxima;
Sit par tibi laus, Spíritus.
Amen.

Per Annum,
Hymnus.

DEUS creátor ómnium,
Grates peracto jam die,
Et noctis exórtu preces
Proni tibi perſólvimus.

QUOD longa peccávit dies,
Nocturnus éxpiet dolor;
Nec per ſopóre nos ſinas
Hoſtis patére fráudibus.

INFESTUS uſque círcuit,
Quærens leo quem dévoret;
Umbrántibus tuos, Pater,
Natos ſub alis prótege.

O QUANDO luceſcet tuus,
Qui neſcit occáſum, dies!
O quando te perénniter
Amábimus, laudábimus!

QUI nos creávit, laus Patri;
Laus, qui redémit, Fílio;
Qui charitáte nos foves,
Sit par tibi laus, Spíritus.
Amen.

Tempore Adventûs, Capitul. ℟. brev. &c. ut in Proprio.

A die Natalis ad Purificationem.

Capitulum. Jerem. 14. 9.

TU autem in nobis es, Dómine, & nomen ſanctum tuum invocátum eſt ſuper nos: ne derelínquas nos.

Per Annum.

Capitulum. 1. Petr. 5. 8.

SObrii eſtóte, & vigiláte; quia adverſárius veſter diábolus, tamquam leo rúgiens, círcuit quærens quem dévoret: cui reſíſtite fortes in fide.

℟. *br.* In manus tuas, Dómine, * Commendo ſpíritum meum. In manus. ℣. Redemiſti nos, Dómine, Deus veritátis: * Commendo. Glória Patri. In manus. *Pſ.* 30. 6.

℣. Cuſtódi nos, Dómine, ut pupillam óculi: ℟. Sub umbra alárum tuárum prótege nos. *Pſ.* 16. 8.

A die Nat. ad Purific. Ant. 5. a. Vidérunt.

Per annum, Ant. 3. c. Salva nos.

Cantic. Simeonis. Luc. 2.

NUnc dimittis ſervum tuum, Dómine, * ſecundùm verbum tuum in pace:

Quia vidérunt óculi mei * ſalutáre tuum,

Quod paraſti * ante fáciem ómnium populórum:

Lumen ad revelatiónem géntium, * & glóriam plebis tuæ Iſraël.

A die Nat. ad Puriſ. Ant. Vidérunt óculi mei ſalutáre tuum. *Luc.* 2. 30.

Per ann. Ant. Salva nos, Dñe, vigilantes, cuſtódi nos dormientes, ut vigilémus cum Chriſto, & requieſcámus in pace.

PRECES.

Quando dictæ ſunt Preces in Veſperis, hæ dicuntur flexis genibus.

In Semidupl. & intra Octav. omittuntur ſeqq. ℣℣.

KYrie eléiſon. Chriſte, eléiſon. Kyrie, eléiſon.

Pater noſter.

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem; ℟. Sed líbera nos à malo.

Credo in Deum.

℣. Carnis reſurrectiónem, ℟. Vitam æternam. Amen.

℣. Benedíctus es, Dñe, Deus patrum noſtrórum; ℟. Et laudábilis, & glorióſus, & ſuperexaltátus in ſécula. *Dan.* 3. 52.

℣. Benedíctum nomen glóriæ tuæ ſanctum; ℟. Et laudábile, & ſuperexaltátum in ómnibus ſéculis. *Dan.* 3. 52.

℣. Benedíctus es in firmamento cœli; ℟. Et laudábilis, & glorióſus in ſécula. *Dan.* 3. 56.

℣. Benedícat nos Deus, Deus noſter: ℟. Benedícat nos Deus. *Pſ.* 66. 7. 8.

Hebdomadarius facit Confeſſionem, mediocri voce dicens:

COnfíteor Deo omnipotenti, beátæ Maríæ ſemper vírgini, beáto Michaéli Archángelo, beáto Joanni Baptiſtæ, ſanctis Apóſtolis Petro & Paulo, ómnibus Sanctis, [& vobis, fratres,] quia peccávi nimis cogitatióne, verbo & ópere: meâ culpâ, meâ culpâ, meâ máximâ culpâ. Ideò precor beátam Maríam ſemper vírginem, beátum Michaélẽ Archángelum, beátum Joannem Baptiſtam, ſanctos Apóſtolos Petrum & Paulum, omnes Sanctos, [& vos, fratres,] oráre pro me ad Dñm Deum noſtrum.

Chorus dicit :

Miſereátur tuì omnípotens Deus ; &, dimiſſis peccátis tuis, perdúcat te ad vitam æternam.

Hebdomadarius reſpondet:

℟. Amen.

Deinde Chorus facit Confeſſionem ; & ubi dictum eſt : vobis, fratres, & vos, fratres, *dicit :* tibi, pater, & te, pater.

Mulieres in ſuis Conventibus, loco fratres, & pater, *dicunt*, ſoróres, & mater.

Factâ Confeſſione à Choro, Hebdomadarius dicit :

MIſereátur veſtrì omnípotens Deus ; &, dimiſſis peccátis veſtris, perdúcat vos ad vitam æternam. ℟. Amen.

[*Qui ſolus recitat, ſemel dicit*, Confiteor, *omiſſis vocibus quæ clauduntur parentheſi, & additâ particulâ* &, *ante voces* ómnibus & omnes. *Deinde* Miſereátur *ſemel, ad quod dicit* noſtrì, noſtris, nos.]

INdulgéntiam, abſolutiónem, & remiſſiónem peccatórum noſtrórum tríbuat nobis omnípotens & miséricors Dóminus. ℟. Amen.

℣. Exaudi nos, Deus ſalutáris noſter, ℟. Spes ómnium fínium terræ. *Pſ.* 64. 6.

℣. Miſerére noſtrì, Dómine : ℟. Miſerére noſtrì. *Pſ.* 122. 3.

℣. Fiat misericórdia tua, Dómine, ſuper nos, ℟. Quemádmodum ſperávimus in te. *Pſ.* 32. 22.

℣. Dómine, exaudi oratiónem meam ; ℟. Et clamor meus ad te véniat. *Pſ.* 101. 2.

℣. Dóminus vobiſcum.

A die Natalis ad Purific.

Oratio. Orémus.

DEus, qui per Filii tuì nativitáte ténebras noſtras illumináre dignátus es ; da, ut prædicátus Géntibus, & créditus in mundo, ſit fidélium vera pax, & merces æterna ; Qui tecũ vivit & regnat.

Per annum, Oratio.

Orémus.

VIſita, quæſumus, Dómine, habitatiónem noſtram, & omnes insídias inimíci ab ea longè repelle : Angeli tuì ſancti hábitent in ea, qui nos in pace cuſtódiant ; & benedíctio tua ſit ſuper nos ſemper ; Per Dóminum.

℣. Dóminus vobiſcum.

℣. Benedicámus Dño.

Finito Completorio, ſubmiſſâ voce dicitur : Benedícat & cuſtódiat nos omnípotens & miséricors Dñs Pater, & Fílius, & Spíritus ſanctus. ℟. Amen.

Et fidéliũ ánimæ per miſericórdiam Dei requieſcant in pace. ℟. Amen.

ANTIPHONÆ DE BEATA, AD DEVOTIONEM.

In Adventu.

ALMA Redemptóris Mater, quæ pérvia cœli
Porta manes, & ſtella maris, ſuccurre cadenti,
Súrgere qui curat, pópulo; tu quæ genuiſti,
Natúrâ mirante, tuum ſanctum genitórem;
Virgo priùs ac poſtériùs, Gabriélis ab ore
Sumens illud Ave, peccatórum miſerére.

℣. Deus in médio ejus; ℟. Non commovébitur. *Pſ.* 45. 6.

Orémus.

GRátiam tuam, quæſumus, Dómine, méntibus noſtris infunde: ut qui, Angelo nuntiante, Chriſti Fílii tui incarnatiónem cognóvimus, per paſſiónem ejus & crucem ad reſurrectiónis glóriam perducámur; Per eumdem Chriſtum.

A die Natalis Domini ad Præſent. ejuſdem incluſivè.

Ant. Alma Redemptóris, &c. *ut ſuprà.*

℣. Poſt partum virgo invioláta permanſiſti;

℟. Dei génitrix, intercéde pro nobis.

Orémus.

DEus, qui ſalútis ætérnæ, beátæ Maríæ virginitáte fœcundâ, humáno géneri prǽmia præſtitiſti; tríbue, quæſumus, ut ipſam pro nobis intercedere ſentiámus, per quam merúimus autórem vitæ ſuſcípere Dñm noſtrum Jeſum Chriſtum Fílium tuum. ℟. Amen.

A craſtino Præſentationis Domini ad Feriam iij. majoris Hebdomadæ.

AVE, Regína cœlórum;
Ave, Dómina Angelórũ:
Salve, radix; ſalve, porta,
Ex quâ mundo lux eſt orta:
Gaude, Virgo glorióſa,
Super omnes ſpecióſa:
Vale, ô valdè decóra,
Et pro nobis Chriſtum exóra.

℣. Ora pro nobis ſancta Dei génitrix:

℟. Ut digni efficiámur promiſſiónibus Chriſti.

Orémus.

COncéde, miſéricors Deus, fragilitáti noſtræ præsídium; ut qui ſanctæ Dei Genitrícis memóriam ágimus, interceſſiónis ejus auxílio à noſtris iniquitátibus reſurgámus: Per eumdem.

Poſt completum Officium dicitur ſecretò, Pater, Ave, Credo.

ABSOLUTIONES ET BENEDICT. ANTE LECTIONES.

DOMINICA
IN I. NOCTURNO.
Et pro II. & V. Feria.

Abſolutio.

EXaudi, Dómine Jeſu Chriſte, preces ſervórum tuórum, & miſerére nobis, qui cum Patre & Spíritu ſancto vivis & regnas in ſécula ſeculórum.

℟. Amen.

Benedictiones.

1. Benedictióne perpétuâ benedícat nos Pater ætemus. ℟. Amen. *Sic reſpondetur* Amen *ad ſingulas Benedictiones.*
2. Unigénitus Dei Fílius nos benedícere & adjuváre dignétur.
3. Spíritûs ſancti grátia illúminet ſenſus & corda noſtra.

IN II. NOCTURNO.
Et pro III. & VI. Feria.

Abſolutio.

IPſíus píetas & miſericórdia nos ádjuvet, qui cum Patre & Spíritu ſancto vivit & regnat in ſécula ſeculórum.

℟. Amen.

Benedictiones.

4. Deus Pater omnípotens ſit nobis propítius & clemens.
5. Chriſtus perpétuæ det nobis gáudia vitæ.
6. Ignem ſui amóris accendat Deus in córdibus noſtris.

IN III. NOCTURNO.

Abſolutio.

A Vínculis peccatórum noſtrórum abſolvat nos omnípotens & miſéricors Dóminus.

℟. Amen.

Benedictiones.

7. Ille nos benedícat, qui ſine fine vivit & regnat.
8. Divínum auxílium máneat ſemper nobiſcum.
9. Evangélica léctio ſit nobis ſalus & protéctio.

Si pro decima, aut pro ſeptima, aut pro quarta Lectione legendum ſit aliud Evangelium, tunc Benedictio erit: Per evangélica dicta deleantur noſtra delicta.

Si tria legantur Evangelia, Benedictio ad tertium Evangelium erit: Verba ſancti Evangélii dóceat nos Chriſtus Fílius Dei.

Quando D. Epiſcopus Lectionem lecturus eſt, poſtquam ipſe præmiſit ex more, Jube, domne, benedícere, *dignior poſt ipſum dicit illi,* Ora pro nobis, Pater. *Ipſe autem Epiſcopus dicit Bene-*

dictionem convenientem*, Evangélica lectio, *vel*, Per evangélica, *vel*, Verba ſancti, &c. *Tumque Chorus reſpondet* Amen. *Idem obſervatur ubi unicus eſt Presbyter.*

Feria IV. & Sabbato, *Abſol.* A vínculis, *ut ſup.*

Benedictiones.

1. Ille nos benedícat, qui ſine fine vivit & regnat.
2. Divinum auxílium, &c.
3. Ad ſocietátem cívium ſupernórum perdúcat nos Rex Angelórum.

In omni Feria, quando legitur Evangelium cum Homilia, ſemper dicuntur Benedict. tertii Nocturni de Domin. Abſolutio autem ſecundùm Feriam.

Intra Octavas Paſchæ & Pentecoſtes, & quoties tertia Lectio eſt Evangelium, fit ut in Feriis quibus legitur Evangelium.

Aliàs verò intra Octavas, Abſolut. & Benedict. dicuntur ſecundùm Feriam; cùm fit de Octava.

In Feſtis ſex Lectionum dicuntur Abſolutiones & Benedictiones ſecundi & tertii Nocturni diei Dominicæ, & quinta Benedictio eſt octava Feſtorum novem Lectionum Cujus Feſtum, *vel* quorum, *vel* quarum.

In Feſto ſimplici dicitur Abſolutio ſecundùm Feriam.

Benedictiones verò:

1. Ille nos benedícat.
2. Cujus feſtum cólimus, ipſe pro nobis intércedat ad Dñm, *vel* Quorũ feſtum cólimus, ipſi pro nobis intércedant ad Dñm, *vel* Quarum, &c.
3. Ad ſocietátem.

Si pro tertia Lectione legatur Evangelium cùm Homilia, & lectum non ſit aliud Evangelium, tertia Benedictio erit, Evangélica léctio, &c. *non autem*, Per evangélica.

In Feſtis B. Mariæ, penultima Benedictio erit, Cujus Feſtum cólimus, ipſa Virgo vírginum intercédat pro nobis ad Dóminum.

Sabbato autem, quando fit de ea, dicitur: Alma Virgo vírginum intercédat pro nobis ad Dóminum.

At in ejus Officio parvo, Benedictiones ſunt; Nos cum prole. Vírginis Mariæ Fílius, & Per Vírginem, *ut proprio loco notantur.*

Si in Feriis Lectio quarta eſt de Sancto, aut ſi in Feſtis trium & ſex Lectionum, quarta aut ſeptima Lectio occurrat de Sancto aut de Sanctis, Benedictio erit, Ipſe Deus pacis ſanctíficet nos per ómnia.

PROPRIUM
DE TEMPORE.
PARS HIEMALIS.

SABBATO
Ante Dominicam I. Adventûs Domini.
AD VESPERAS.

Pſalmi & Antiphon. ut in Pſalterio.

Capitul. Jer. 33. 14-15.

ECce dies véniunt, dicit Dóminus, & ſuſcitábo verbum bonum, quod locútus ſum ad domum Iſraël & ad domum Juda : & germináre fáciam David germen juſtítiæ.

℟. Deo grátias.

Sic reſpondetur in fine omnium Capitulorum.

℟. Roráte, cœli, déſuper ; & nubes pluant juſtum : * Aperiátur terra, & gérminet Salvatórem, † Et juſtítia oriátur ſimul. *Iſa.* 45. 8. ℣. Amen; veni, Dómine Jeſu. *Apoc.* 22. 20. * Aperiátur terra. ℣. Glória Patri, & Fílio, & Spirítui ſancto. † Et juſtítia oriátur ſimul.

Hymnus, Creátor alme síderum, *cum* ℣. *infrà in Feriis Adventûs.*

Ad Magníficat, *Ant.* 8. G. Super te, Jeruſalem, oriétur Dóminus, & glória ejus in te vidébitur. *Iſ.* 60. 2.

℣. Dóminus vobiſcum.
℟. Et cum ſpíritu tuo.

Orémus.

EXcita, quæſumus, Dómine, poténtiam tuam, & veni; ut ab imminéntibus peccatórum noſtrórum perículis: te mereámur protegente éripi, te liberante ſalvári; Qui vivis & regnas cum Deo Patre in unitáte Spíritûs ſancti Deus, per ómnia ſécula ſeculórum.

℟. Amen.

℣. Dóminus vobiſcum.
℟. Et cum ſpíritu tuo.

℣. Benedicámus Dómino. ℟. Deo grátias.

Non fiunt Commemorationes conſuetæ toto Tempore Adventûs.

AD COMPLETOR.

Antiphonæ & Pſalmi de Pſalterio. Hymnus, Capitulum, &c. ut infrà in Feriis Adventûs.

DOMINICA PRIMA Adventûs.

AD OFFICIUM NOCT.

Invit. Dóminum Deum qui ventúrus eſt, * Veníte, adorémus. *Ap.* 1. 8.

Pſal. 94. Veníte.

Hymnus, ut infrà in Feriis Adventûs.

IN I. NOCTURNO.

Antiph. & Verſ. ut in Pſalterio pro tempore Adventûs, & ſic in aliis Nocturnis.

Incipit liber Iſaíæ Prophétæ.

LECTIO I. c. 1. v. 1.

Judæorum ingratus animus.

Viſio Iſaíæ filii Amos, quam vidit ſuper Judam & Jerúſalem in diébus Oziæ, Jóathan, Achaz, & Ezechíæ regum Juda. Audíte, cœli; & áuribus pércipe, terra: quóniam Dóminus locútus eſt. Fílios enutrívi, & exaltávi: ipſi autem ſprevérunt me. Cognóvit bos poſſeſſórē ſuū, & áſinus præſépe dómini ſui: Iſraël autem me non cognóvit, & pópulus meus non intellexit. Væ genti peccatríci, pópulo grávi iniquitáte, sémini nequā, fíliis ſcelerátis: dereliquérunt Dóminum, blaſphemavérunt ſanctum Iſraël, abalienáti ſunt retrorsùm. Super quo percútiam vos ultrà, addentes prævaricatiónem? omne caput lánguidum, & omne cor mœrens. A planta pedis uſque ad vérticem, non eſt in eo ſánitas: vulnus, & livor, & plaga tumens; non eſt circumligáta, nec curáta medicámine, neque fota óleo. Terra veſtra deſerta; civitátes veſtræ ſuccenſæ igni: regiónem veſtram coram vobis aliéni dévorant, & deſolábitur ſicut in vaſtitáte hoſtíli. Et derelinquétur fília Sion ut umbráculum in vínea, & ſicut tugúrium in cucumerário, & ſicut cívitas quæ vaſtátur. Niſi Dóminus exercítuum reliquiſſet nobis ſemen, quaſi Sódoma fuiſſémus, & quaſi Gomorrha símiles eſſémus. ¶ Hæc dicit Dóminus Deus: Convertímini ad me, & ſalvi éritis.

¶ *Sic terminantur omnes Lectiones ex Iſaia per Adventum, nihil reſpondendo.*

℞. 1. Attende, Dómine, de cœlo, & vide de habitáculo ſancto tuo: * Tu enim pater noſter, & Abraham neſcívit nos: † Tu, Dómine, redemptor noſter, § A ſéculo nomen tuum: ¶ Utinam dirúmperes cœlos, & deſcénderes! *Iſ.* 63. 15. 16. *&* 64. 1. ℣. Adjuva nos, miſertus noſtri, Dómine:

Marc. 9. 21. * Tu enim pater noſter. ℣. Non áliud nomen eſt ſub cœlo datum, in quo opórteat nos ſalvos fieri. *Act.* 4. 12. † Tu, Dómine, redemptor noſter. ℣. Nos crédidimus & cognóvimus quia tu es Filius Dei. *Joan.* 6. 70. § A ſǽculo nomen tuum. Utinam dirúmperes cœlos, & deſcénderes! ℣. Glória. ¶ *Repetitur* ℟. *uſque ad* ℣. Adjuva nos.

LECTIO II. v. 24.

Sion redimetur.

PRopter hoc, ait Dóminus Deus exercítuum, fortis Iſraël: Heu, conſolábor ſuper hóſtibus meis, & vindicábor de inimícis meis. Et convertam manum meam ad te, & éxcoquam ad purum ſcóriam tuam, & áuferam omne ſtannum tuũ. Et reſtítuam júdices tuos ut fuérunt priùs, & conſiliários tuos ſicut antíquitùs: poſt hæc vocáberis cívitas juſti, urbs fidélis. Sion in judício redimétur, & redúcent eam in juſtítia. Et cónteret ſceleſtos, & peccatóres ſimul: & qui dereliquérunt Dóminum, conſumentur. Confundentur enim ab idólis, quibus ſacrificavérunt; & erubeſcétis ſuper hortis, quos elegerátis: cùm fuéritis velut quercus defluéntibus fóliis, & velut hortus abſque aqua. Et erit fortitúdo veſtra, ut favilla ſtuppæ, & opus veſtrum quaſi ſcintilla: & ſuccendétur utrumque ſimul, & non erit qui extinguat. Hæc dicit.

℟. II. Súſcita, Dómine, prædicatiónes quas locúti ſunt in nómine tuo Prophétæ prióres: * Da, Dómine, mercédem ſuſtinéntibus te, ut Prophétæ tui fidéles inveniantur; & exaudi oratiónes ſervórum tuórum. *Eccli.* 36. 17. 18. ℣. Dómine Deus omnípotens, qui es, & qui eras, & qui ventúrus es. *Apoc.* 11. 17. * Da, Dñe.

LECTIO III. c. 2. v. 1.

Pax promiſſa.

VErbum, quod vidit Iſaías, fílius Amos, ſuper Juda & Jeruſalem. Et erit in noviſſimis diébus præparátus mons domûs Dómini in vértice móntium, & elevábitur ſuper colles, & fluent ad eum omnes gentes. Et ibunt pópuli multi, & dicent: Veníte, & aſcendámus ad montem Dómini, & ad domum Dei Jacob; & docébit nos vias ſuas, & ambulábimus in ſémitis ejus: quia de Sion exíbit lex, & verbum Dómini de Jeruſalem. Et judicábit gentes, & árguet pópulos multos: & conflá-

bunt gládios ſuos in vómeres, & lánceas ſuas in falces: non levábit gens contra gentem gládium, nec exercebuntur ultrà ad prælium. Domus Jacob, veníte, & ambulémus in lúmine Dñi. Hæc dicit.

℟. III. Dómine, fac propter nomen tuum; quóniam multæ ſunt averſiónes noſtræ: * Tibi peccávimus, † Expectátio Iſraël, Salvátor ejus. *Jer.* 14. 7. 8. ℣. Dómine Deus omnípotens, vera & juſta judícia tua. *Apoc.* 16. 7. * Tibi peccávimus. ℣. Glória. † Expectátio.

IN II. NOCTURNO.

Sermo ſancti Bernardi Abbátis.

Sermo 4. *de Adv. Domini.*

LECTIO IV.

DIgnum eſt, fratres, ut totâ cum devotióne Dómini celebrétis adventum, delectáti tantâ conſolatióne, ſtupefacti tantâ dignatióne, inflammáti tantâ dilectióne. Nec verò ſolùm cogitétis adventum quo venit quærere & ſalvum fácere quod perierat; ſed & illum nihilóminus, quo véniet & aſſúmet nos ad ſeipſum. Utinam circa hos duos adventus jugi meditatióne verſémini, ruminantes in córdibus veſtris, quantum in prióre præſtiterit, quantum promíſerit in ſecundo. Advéniens enim Salvátor reformábit corpus humilitátis noſtræ, configurátum córpori claritátis ſuæ; ſi tamen priùs fúerit cor reformátum, & configurátum humilitáti cordis ipsíus. Propter quod & dicebat: Díſcite à me, quia mitis ſum & húmilis corde. Ergo illam virtútum formam teneámus, quam verbo & exemplo commendávit. Chriſtus præſens in carne; ſiquidem omnis virtus noſtra tam longè eſt à vera virtúte, quàm longè eſt ab ea forma. ¶ Tu autem, Dómine, miſerére noſtri.

℟. Deo grátias.

¶ *Sic terminantur Lectiones, niſi aliter notetur.*

℟. IV. Dóminus judex noſter, Dóminus légifer noſter, * Dóminus rex noſter; ipſe ſalvábit nos. *Iſai.* 33. 21. 22. ℣. Si fidúciam & glóriam ſpei uſque ad finem, firmam retineámus. *Heb.* 3. 6. * Dóminus.

Sermo 5. LECTIO V.

TErtius quidam adventus eſt médius inter illos, in quo delectabíliter dórmiunt qui eũ nôrunt. Illi enim duo manifeſti ſunt, ſed non iſte. In prióri quidem, In terris viſus, & cum homínibus converſátus eſt;

quando, ſicut ipſe teſtátur, & vidérunt eum & odérunt. In poſterióre verò, Vidébit omnis caro ſalutáre Dei noſtri, & Vidébunt in quem transfixérunt. Médius occultus eſt, in quo ſoli eum in ſe ipſis vident electi, & ſalvæ fiunt ánimæ eórum. In primo ergo venit in carne & in infirmitáte; in hoc médio, in ſpíritu & virtúte; in último, in glória & majeſtáte. Per virtútem enim pervenítur ad glóriam, quia Dóminus virtútum ipſe eſt rex glóriæ; & adventus iſte médius via quædam eſt, per quam à primo venítur ad último. In primo Chriſtus fuit redémptio noſtra; in último apparébit vita noſtra; in iſto réquies eſt & conſolátio noſtra.

℟. v. Sperávi in Ætérnum ſalútem: * Venit mihi gáudium à Sancto ſuper miſericórdia, quæ véniet ab Ætérno ſalutári noſtro. *Baruc.* 4. 22. ℣. Sicut locútus eſt ad patres noſtros, Abraham & sémini ejus in sécula. *Luc.* 1. 55. * Venit.

Sermo 5. Lectio vi.

De hoc adventu médio ipſum audíte: Si quis díligit me, inquit, ſermónes meos ſervábit; & Pater meus díliget eũ, & ad eum veniémus. Legi álibi: Qui timet Dóminum, fáciet bona; ſed plus áliquid dictum ſéntio de diligente, quia ſermónes Dei ſervábit. Ubi ergo ſervandi ſunt? haud dúbium quin in corde, ſicut ait Prophéta: In corde meo abſcondi elóquia tua, ut non peccem tibi. Sic ſerva ſermónem Dei; quómodo méliùs ſerváre potes cibum córporis tui. Nam & ille panis vivus eſt, & cibus mentis. Ergo trajiciátur in víſcera quædam ánimæ tuæ, tránſeat in affectiónes tuas & in mores tuos. Si ſic verbum Dei ſerváveris, haud dúbium quin ab eo ſervéris. Véniet enim Fílius ad te cum Patre, véniet Prophéta magnus, qui renovábit Jeruſalem; & ille nova fáciet ómnia. Hoc enim fáciet hic adventus, ut ſicut portávimus imáginem terréni, ſic portémus & imáginem cœleſtis. Sicut fuit vetus Adam effúſus per totum hóminem, & totum occupávit; ita modò totum obtíneat Chriſtus, qui totum creávit, totum redémit, totum & glorificábit.

℟. vi. Emitte agnum, Dómine, dominatórem terræ; * Et præparábitur in miſericórdia ſólium, & ſedébit ſuper illud † In veritáte. *Iſai.* 16. 1. 5.

℣. Dabit illi Dñs Deus ſedē David patris ejus. *Luc.* 1. 32. * Et præparábitur. ℣. Glória. † In veritáte.

IN III. NOCTURNO.

De Epíſtolâ ſecundâ beáti Pauli Apóſtoli ad Theſſalonicenſes.

LECTIO VII. c. 2. v. 1.

Dies Domini proximus.

ROgámus vos, fratres, per adventum Dómini noſtri Jeſu Chriſti, & noſtræ congregatiónis in ipſum: ut non citò moveámini à veſtro ſenſu, neque terreámini, neque per ſpíritum, neque per ſermónem, neque per epíſtolam tamquam per nos miſſam, quaſi inſtet dies Dómini. Ne quis vos ſedúcat ullo modo: quóniam niſi vénerit diſcéſſio primùm, & revelátus fúerit homo peccáti, filius perditiónis, qui adverſátur, & extóllitur ſupra omne quod dícitur Deus, aut quod cólitur, ita ut in templo Dei ſedeat, oſtendens ſe tamquam ſit Deus. Non retinétis quòd cùm adhuc eſſem apud vos, hæc dicébam vobis? Et nunc quid detíneat ſcitis, ut revelétur in ſuo témpore.

℟. VII. Anima noſtra ſúſtinet Dóminum: quóniam adjútor & protector noſter eſt. * In eo lætábitur cor noſtrum: & in nómine ſancto ejus ſperávimus. *Pſal.* 32. 20. 21. ℣. Dictum eſt per Iſaíam Prophetam: In nómine ejus gentes ſperábunt. *Matth.* 12. 17. 21. * In eo.

LECTIO VIII. v. 7.

Inimici veritatis judicandi.

MYſtérium jam operátur iniquitátis: tantùm ut qui tenet nunc, téneat, donec de médio fiat. Et tunc revelábitur ille iníquus quem Dóminus Jeſus interfíciet ſpíritu oris ſui, & deſtruet illuſtratióne adventûs ſui eum: cujus eſt adventus ſecundùm operatiónem Sátanæ, in omni virtúte, & ſignis, & prodígiis mendácibus, & in omni ſeductióne iniquitátis iis qui péreunt: eò quòd charitátem veritátis non recepérunt ut ſalvi fierent, Ideò mittet illis Deus operatiónem erróris, ut credant mendácio, ut judicentur omnes qui non credidérunt veritáti, ſed conſenſérunt iniquitáti. Nos autem debémus grátias ágere Deo ſemper pro vobis, fratres dilecti à Deo, quòd elégerit vos Deus primítias in ſalútem, in ſanctificatióne ſpíritûs & in fide veritátis: in qua & vocávit vos per Evangélium noſtrum in acquiſitiónem glóriæ Dñi noſtri Jeſu Chriſti.

℟. VIII. Aſcendámus ad montem Dómini, * Et docébit nos de viis ſuis, & íbimus in ſemitis ejus. *Mich.* 4. 2. ℣. Meſsías venit; cùm vénerit ille, nobis annuntiábit ómnia. *Joan.* 4. 25. * Et docébit.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Lucam.

LECTIO IX. c. 21. v. 25.

Signa adventûs ſupremi judicii.

IN illo témpore; Dixit Jeſus diſcípulis ſuis: Erunt ſigna in ſole, & luna, & ſtellis, & in terris preſſúra géntium. Et réliqua.

Homília ſancti Gregórii Papæ.

Homilia 1. *in Evang.*

DOminus ac Redemptor noſter parátos nos inveníre desíderans, ſeneſcentē mundum, quæ mala ſequantur, denúntiat: ut nos ab ejus amóre compeſcat. Appropinquantem ejus términum quantæ percuſſiónes prævéniant innotéſcit: ut ſi Deum metúere in tranquillitáte non vólumus: vicínum ejus judícium, vel percuſſiónibus attríti timeámus. Hæc nos, chariſſimi, idcircò dícimus: ut ad cautélæ ſtúdium veſtræ mentes evígilent; ne ſecuritáte tórpeant; ne ignorántiâ langueſcant; ſed ſemper eas & timor ſollícitet, & in bono ópere ſollicitúdo confírmet. Qui Deum díligunt ex mundi fine gaudére atque hilaréſcere jubentur: quia vidélicet eum quē amant, mox invéniunt, dum tranſit is quem non amavérunt. Abſit enim ut fidélis quiſque qui Deum vidére desíderat, de mundi percuſſiónibus lúgeat; quē fíniri eiſdem ſuis percuſſiónibus non ignórat. Scriptū namque eſt: Quicumque volúerit amícus eſſe ſéculi hujus, inimícus Dei conſtitúitur: qui ergo appropinquante mundi fine non gaudet, ſe illíus eſſe teſtátur amícum, atque per hoc inimícus Dei eſſe convíncitur. Sed abſit hoc à fidélium córdibus, abſit ab his, qui & eſſe áliam vitam per fidem credunt: & eam per operatiónem díligunt. Ex mundi enim deſtructióne lugére, eórum eſt qui radíces cordis in ejus amóre plantavérunt, qui ſequentem vitam non quærunt, qui illam neque eſſe ſuſpicantur. Nos autem qui cœleſtis pátriæ gáudia ætema cognóvimus, feſtináre ad ea quantóciùs debémus. Nolíte ergo, fratres mei, dilígere quem vidétis diu ſtare non poſſe. Illum ergo diem ante óculos pónite, & quidquid modò

grave créditur, in ejus comparatióne levigátur. Illum ergo diem totâ intentióne cogitáte, vitam corrígite, mores mutáte, mala tentántia reſiſtendo víncite, perpetráta autem flétibus puníte. Adventum namque æterni júdicis tantò ſecurióres quandóque vidébitis, quantò nunc diſtrictiónem illíus timendo prævenítis.

℞. IX. Laudáte, cœli; & exulta, terra: jubiláte, montes, láudem: * Quia Dóminus páuperum ſuórum miſerebitur. *Iſai.* 49. 13. ℣. Ecce virgo in útero habébit, & páriet filium: & vocábunt nomen ejus Emmánuel. *Matth.* 1. 23. * Quia. ℣. Glória. * Quia.

Non dicitur Te Deum, *ſed ejus loco repetitur* ℞. Laudáte, *uſque ad* ℣.

AD LAUDES.

℣. *Sacerdot.* Liberátor méus es tu; ℞. Dómine, ne moréris. *Pſ.* 69. 6.

℣. Deus, in adjutórium, &c. *ut in Pſaltério.*

Pſalmi de Dominica cum Antiph. ſequentibus.

Ant. 1. g. EXulta, filia Sion; júbila, Jerúſalem: Ecce Rex tuus véniet tibi juſtus & ſalvátor. *Zach.* 9. 9.

Ant. 5, a. Salutáre tuum expectábo, Dómine. *Gen.* 49. 18.

Ant. 7. *d.* Erit Dóminus rex ſuper omnem terram: erit Dóminus unus, & erit nomen ejus unum, *Zach.* 14. 9.

Ant. 5. C. Regnábit Dóminus in monte Sion ex hoc nunc & uſque in ſéculum. *Mich.* 4. 7.

Ant. 3. g. Laudis ejus plena eſt terra; ſplendor ejus ut lux erit. *Hab.* 3. v. 3. 4.

Capitul. Deut. 18. 15.

PRophétam de gente tuâ, & de frátribus tuis ſicut me, ſuſcitábit tibi Dóminus Deus tuus: ipſum áudies.

Hymnus, Ignávus abſcédat ſopor, *ut in Feriis Adventûs.*

Verſus ibidem.

Ad Benedictus, *Ant.* 4. f. Dómine, attende & fac; ne moréris propter temetipſum, Deus meus. *Dan.* 9. 19.

Orémus.

EXcita, quæſumus, Dómine, poténtiam tuam, & veni; ut ab imminéntibus peccatórum noſtrórum perículis, te mereámur protegente éripi, te liberante ſalvári; Qui vivis & regnas cum Deo Patre, in unitáte Spíritûs ſancti Deus, per ómnia ſécula ſeculórum. ℞. Amen.

AD HORAS, Antiph. de Laudibus, quartâ prætermiſsâ,

AD PRIMAM.

Hymnus, Jam lucis, &c. *ut in Pſalterio.*

Et ſic in aliis Horis.

Ant. 1. g. Exulta.

Capitulum. Zach. 3. 8. 9.

ECce ego addúcâ ſervum meum Orientem, ait Dóminus exercítuum; & áuferam iniquitátem terræ.

℟. *br.* Chriſte, Fili Dei vivi, * Miſerére nobis. *Matth.* 16. 16. *Tob.* 8. 10. *Repetit.* Chriſte. ℣. Qui ventúrus es in mundum. *Joan.* 6. 14. * Miſerére nobis. ℣. Glória. *Repet.* Chriſte.

℣. Exurge, Dómine, ádjuva nos, ℟. Et rédime nos propter nomen tuum. *Pſ.* 43. 26.

Cætera ut in Pſalterio, pag. 16.

CANON.

Ex Synodo Trecenſi.

Anno 1459.

IN Adventu Dómini eſt multùm commendábile jejúnium illis quibus Dóminus déderit voluntátem páriter & facultátem, & máximè Cléricis. Tu autem, Dómine, miſerére noſtrî.

℟. Deo grátias.

AD TERTIAM.

Ant. 5. a. Salutáre.

Capit. Jerem. 31. 31. 33.

ECce dies vénient, dicit Dóminus: & fériam dómui Iſráël & dómui Juda fœdus novum; & ero eis in Deum, & ipſi erunt mihi in pópulum.

℟. *br.* Memento noſtrî, Dómine, * In beneplácito pópuli tui. *Repet.* Memento noſtrî, Dómine, in beneplácito pópuli tui. ℣. Viſita nos in ſalutári tuo. * In beneplácito pópuli tui. ℣. Glória. *Repetit.* Memento. *Pſal.* 105. 4.

℣. Qui regis Iſraël, intende; ℟. Qui ſedes ſuper Cherubim, manifeſtáre. *Pſ.* 79. 2.

℣. Dóminus vobiſcum, ℟. Et cum ſpíritu tuo.

Oratio de Laudibus, & ſic in aliis Horis.

AD SEXTAM.

Ant. 7. *d.* Erit.

Capitulum. Iſai. 59. 1.

ECce non eſt abbreviáta manus Dómini, ut ſalváre nequeat: neque aggraváta eſt auris ejus, ut non exáudiat.

℟. *brev.* Oſtende nobis, Dómine, * Miſericórdiam tuam. *Repetit.* Oſtende. ℣. Et ſalutáre tuum da nobis. * Miſericórdiam tuam, ℣. Glória. *Repetit.* Oſtende. *Pſ.* 84. 8.

℣. Mirífica miſericórdias tuas, Dñe; ℟. Qui ſalvos facis ſperantes in te. *Pſal.* 16. ℣.

AD NONAM.

Ant. 3. g. Laudis ejus.

Capitulum. Iſ. 30. 18.

EXpectat Dóminus ut misereátur veſtrî; & ídeò exaltábitur parcens vobis; quia Deus judícii Dóminus: beáti omnes, qui expectant eum.

℞. *br.* Tu exurgens, Dómine, * Miſereberis Sion. *Repet.* Tu exurgens. ℣. Quia tempus miſerendi ejus, quia venit tempus. * Miſereberis. ℣. Glória. *Repet.* Tu exurgens. *Pſ.* 101. 14.

℣. Dómine Deus, oſtende fáciem tuam;

℞. Et ſalvi érimus. *Pſ.* 79. 20.

AD VESPERAS.

Antiphonæ de Laudibus, Pſalmi de Dominica. 30.

Capitul. Zach. 14. 7. 8. 9.

IN témpore véſperi erit lux. Et erit in die illa: Exíbunt aquæ vivæ de Jerúſalem, & erit Dóminus rex ſuper omnem terram.

Hymnus, Creátor alme, *ut infrà in Feriis Adventûs.*

Verſus ibidem.

Ad Magníficat, *Ant.* 4. E. Expectátio Iſraël, Salvátor ejus in témpore tribulatiónis, Dómine, ne derelinquas nos. *Jer.* 14. 8. 9.

Oratio, Excita, *ut ſuprà, pag.* 190.

IN FERIIS ADVENT.

AD OFFICIUM NOCT.

Invit. Dóminum Deum, qui ventúrus eſt, * Veníte, adorémus. *Apoc.* 1. 8.

A Dominicâ tertiâ Adventûs, ad Vigiliam Natalis Domini.

Invit. Dñs propè eſt; * Veníte, adorémus. *Ph.* 4. 5.

Hymnus.

PRÆDICTA priſcis témpora pátribus,
Novíque partus, áurea ſécula,
Optáta procédunt; ab alto,
Chriſte, micas nova lux olympo.

DISRUMPE nubes; te ſitiéntibus
Demitte terris: déſuper úberes
Roráte, cœli; jam ſalubres
In plúvias ruat omnis æther.

NOSTRI miſertus, quæ tua bónitas!
Mundo jacenti certa ſalus ades:
Te curſus ævi corruentis,
Teque vocat novus ordo rerum.

QUI cuncta fecit, jam fit homo Deus:
Qui membra finxit, fingitur ártubus:
Qui nutrit omnes, nutriendus
Ubéribus puer indigébit.

LAUS

Laus ſumma, mittis qui
Génitum, Pater;
Laus, Nate, noſtrum qui
réparas genus;
Fœcunda per quem
virgo, compar
Sit tibi laus, utriuſ-
que nexus.
Amen.

Antiph. & Pſalmi de Pſalterio. Verſus ibidem pro tempore Adventûs.

Lectiones & Reſponſoria ut habentur infrà pro qualibet die.

AD LAUDES.

Verſus Sacerdotalis ut in Pſalterio. Antiph. Pſal. ibidem.

Capitulum. Iſ. 2. 3.

Veníte, & aſcendámus ad montem Dómini, & ad domum Dei Jacob, & docébit nos vias ſuas, & ambulábimus in ſémitis ejus: quia de Sion exibit lex, & verbum Dómini de Jerúſalem.

Hymnus.

Ignavus abſcédat ſopor:
Umbræ faceſſant: nox cadat:
Emptus tot annórũ morâ
Affulget è cœlo dies.

Venere tandem témpora:
Roráte, cœli, déſuper;
Nobis Deũ nubes pluant,
Juſtũque terra gérminet.

Verbum Dei, ſplendor Patris,
Deſideráte géntibus,
Novi miniſter fœderis,
Mundo jacenti ſúbveni.

Nox atra terris íncubat:
Incumbit horror críminum:
Tu noſtra, tu, Jeſu, dies:
Tu ſpes ſalútis única.

Æterna proles Núminis,
Moráris ô! nimis diù!
Erumpe de matris ſinu;
Saluſque mundi náſcere.

Sit laus Patri, qui Fílium
Promíſit orbi víctimam;
Sit, qui venit, laus Fílio;
Quo fit caro, laus Flámini.
Amen.

℣. Protector meus tu es; ℟. Deus meus, ne tardáveris. Pſ. 39. 18.

Ad Benedictus, *Antiphona ut habetur pro qualibet Feriâ.*

Preces flexis genibus ut in Pſalterio, p. 166.

Oratio ut in Dominicâ præcedenti.

Non fiunt Commemorationes communes, vel Suffragia.

AD PRIMAM.

Hymnus, Jam lucis orto ſidere, *cum clauſula*, Sit laus Patri, *Hymni Laudum; & ſic in aliis Horis.*

Ant. 1. D. Eſto, Dómine, bráchium noſtrum in mane, & ſalus noſtra in témpore tribulatiónis. *Iſ.* 33. 2.

Capitulum. Mal. 4. 2.

ORiétur vobis timéntibus nomen meum, ſol juſtítiæ, & ſánitas in pennis ejus.

℞. *br.* Chriſte, Fili Dei vivi, * Miſerére nobis. *Matth.* 16. 16. *Tob.* 8. 10. *Repetit.* Chriſte. ℣. Qui ventúrus es in mundum. *Joan.* 6. 14. * Miſerére. ℣. Glória. *Repet.* Chriſte.

℣. Exurge, Dómine, ádjuva nos, ℞. Et rédime nos propter nomen tuum. *Pſ.* 43. 26.

Preces flexis genibus ut in Pſalterio, p. 170.

AD TERTIAM.

Ant. 1. g. Pars mea Dóminus, dixit ánima mea; proptérea expectábo eum. *Thr.* 3. 24.

Capitulum. Jer. 23. 5.

ECce dies véniunt, dicit Dóminus: & ſuſcitábo David germen juſtum: & regnábit rex, & ſápiens erit: & fáciet judícium & juſtítiam in terra.

℞. *br.* Memento noſtrî, Dómine, * In beneplácito pópuli tui. *Repet.* Memento. ℣. Víſita nos in ſalutári tuo. * In beneplácito. ℣. Glória. *Repetit.* Memento. *Pſ.* 105. 4.

℣. Qui regis Iſraël, intende; ℞. Qui ſedes ſuper Chérubim, manifeſtáre. *Pſ.* 79. 2.

Preces flexis genibus ut in Pſalterio, p. 174.

AD SEXTAM.

Ant. 3. c. Nomen tuum, Dómine, & memoriále tuum in deſidério ánimæ. *Iſai.* 26. 8.

Capitulum. Jer. 23. 6.

IN diébus illis, ſalvábitur Juda, & Iſraël habitábit confidenter: & hoc eſt nomen, quod vocábunt eum, Dóminus juſtus noſter.

℞. *br.* Oſtende nobis, Dómine, * Miſericórdiam tuã. *Repet.* Oſtende. ℣. Et ſalutáre tuum da nobis. * Miſericórdiam. ℣. Glória. *Repet.* Oſtende. *Pſal.* 84. 8.

℣. Mirífica miſericórdias tuas, Dómine; ℞. Qui ſalvos facis ſperantes in te. *Pſ.* 16. 7.

Preces flexis genibus ut in Pſalterio, p. 174.

AD NONAM.

Ant. 1. f. Ad Dóminum aſpíciam, expectábo Deum Salvatórẽ meũ. *Mich.* 7. 7.

Capitulum. Iſ. 61. 11.

SIcut terra profert germen ſuum, & ſicut hortus ſemen ſuum gérminat: ſic Dóminus Deus germinábit juſtítiam & laudem coram univerſis géntibus.

℞. *brev.* Tu exurgens, Dómine, * Miſeréberis Sion. *Repet.* Tu exurgens. ℣. Quia tempus miſerendi ejus, quia venit tem-

pus. * Miſerébcris. ℣. Glória. *Repet.* Tu exurgens. *Pſ.* 101. 14.

℣. Dómine Deus, oſtende fáciem tuam, ℟. Et ſalvi érimus. *Pſ.* 79. 20.

Preces flexis genibus ut in Pſalterio, p. 174.

AD VESPERAS.

Antiphonæ & Pſalmi de Pſalt. ſecundùm Feriam.

Capitulum. Gen. 49. 10.

NOn auferétur ſceptrum de Juda, & dux de fémore ejus, donec véniat qui mittendus eſt; & ipſe erit expectátio Géntium.

Hymnus.

CREATOR alme síderum,
Noſtris adeſto flétibus,
Agnumque mitte víctimam,
Mundi nefas qui déleat.

TUÆ memor clementiæ,
Attende quò benígnitas,
Quò multitúdo víſcerum,
Et cháritas te próvocent.

MERSI gravi calígine,
Et dira paſſi vúlnera,
Hoſtis ſuperbi férreo
Jugo jacémus ſúbditi.

O CHRISTE, votis ánnue:
Adſis, redemptor ómniū:
Oſtende vultum, jam ſuus
Mundo refloreſcet decor.

INTENDE, ductor Iſraël:
Exurge, gentes ut regas;
Reduxque terris, frígidum
Inflammet orbē cháritas.

SIT laus Patri, qui Fílium
Promíſit orbi víctimam;
Sit, qui venit, laus Fílio;
Quo fit caro, laus Flámini. Amen.

℣. Excita poténtiam tuam, & veni, ℟. Ut ſalvos fácias nos. *Pſ.* 79. 3.

Ad Magníficat, *Ant. ut notatur pro qualibet Feria.*

Preces flexis genibus ut in Pſalterio, p. 166.

Oratio ut in Dominica præcedenti. Non fiunt Commemorationes communes vel Suffragia.

AD COMPLETOR.

Antiph. & Pſalmi Feriæ occurrentis.

Hymnus.

IN noctis umbrâ déſides
Dum ſomnus artus óccupat,
Ad te, Redemptor, júgibus
Cor éxcubet ſuſpíriis.

VERBUM Patris, mundi ſalus,
Afflicta te vocat Sion:
Audi preces geméntium,
Lapſoſque ſurſum ſúbleva.

ADSIS, Redemptor, & tuæ
Plebis relaxans crímina,
Quas ira Patris cláuſerat,
Reclúde cœleſtes domos.

SIT laus Patri, qui Fílium
Promíſit orbi víctimam;

Sit, qui venit, laus Filio;
Quo fit caro, laus Flámini.
Amen.

Capitul. 1. Theſſ. 5. 23.

DEus pacis ſanctíficet vos per ómnia: ut ínteger ſpíritus veſter, & ánima, & corpus ſine querèla in adventu Dómini noſtri Jeſu Chriſti ſervétur.

℟. *br.* In manus tuas, Dómine, * Commendo ſpíritum meum. *Repet.* In manus. ℣. Redemiſti nos, Dómine, Deus veritátis. * Commendo. ℣. Glória. *Repet.* In manus.

℣. Cuſtódi nos, Dómine, ut pupillam óculi, ℟. Sub umbra alárum tuárum prótege nos. *Pſal.* 16. 8.

Ad Nunc dimittis, *Ant.* 6. C. Bonus eſt Dóminus ſperántibus in eum, ánimæ quærenti illum, Bonum eſt præſtolári cum ſiléntio ſalutáre Dei. *Thr.* 3. 25. 26.

Preces flexis genibus ut in Pſalterio, p. 178.

℣. Dóminus vobiſcum; ℟. Et cum ſpíritu tuo.

Orémus.

DEus, in quo vívimus & quiéſcimus; effunde ſuper nos miſericórdiam tuam: ut per noctem in eo ſit noſtra quies, quem ventúrum expectámus Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum Fílium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitáte Spíritûs ſancti Deus.

Sic fit Officium in qualibet Feria Adventûs, niſi aliter notetur.

FERIA SECUNDA.

De Iſaía Prophéta.

LECTIO I. c. 2. v. 10.

Idola conterenda.

INgrédere in petram, & abſcóndere in foſſa humo à fácie timóris Dómini, & à glória majeſtátis ejus. Oculi ſublímes hóminis humiliáti ſunt, & incurvábitur altitúdo virórum: exaltábitur autem Dóminus ſolus in die illa. Quia dies Dómini exercítuum ſuper omnem ſuperbum & excelſum, & ſuper omnem arrogantem; & humiliábitur: & ſuper omnes cedros Líbani ſublímes & erectas, & ſuper omnes quercus Baſan: & ſuper omnes montes excelſos, & ſuper omnes colles elevátos: & ſuper omnem turrim excelſam, & ſuper omnē murum munítum: & ſuper omnes naves Tharſis, & ſuper omne quod viſu pulchrum eſt. Et incurvábitur ſublímitas hóminum, & humiliábitur altitúdo virórum, & elevábitur Dóminus ſolus in die illa: & idóla pénitùs contèrentur. Hæc dicit,

℟. Attende de cœlo, Dómine, & vide de habitáculo ſancto tuo: * Ubi eſt zelus tuus, & fortitúdo tua, multitúdo víſcerum tuórum? *Iſ.* 63. 15. ℣. Radix & genus David, ſtella ſpléndida & matutína. *Apoc.* 22. 16. * Ubi eſt.

Lectio II. c. 3. v. 13.

Judicium Dei.

Stat ad judicandum Dóminus, & ſtat ad judicandos pópulos. Dóminus ad judícium véniet cum ſénibus pópuli ſui, & princípibus ejus: vos enim depaſti eſtis víneã, & rapína páuperis in domo veſtra. Quare attéritis pópulum meum, & fácies páuperum commólitis, dicit Dóminus Deus exercítuum? Et dixit Dóminus: Pro eo quòd elevátæ ſunt fíliæ Sion, & ambulavérunt extento collo, & nútibus oculórũ ibant, & plaudébant, & ambulábant pédibus ſuis, & compóſito gradu incedébant: decalvábit Dóminus vérticem filiárũ Sion, & Dóminus crinem eárum nudábit. Hæc dicit.

℟. Súſcita, Dómine, prædicatiónes, quas locúti ſunt in nómine tuo Prophétæ prióres: * Da, Dómine, mercédem ſuſtinéntibus te, ut Prophétæ tui fidéles inveniantur; & exaudi oratiónes ſervórum tuórum. *Eccli.* 36. 17. 18. ℣. Dómine Deus omnípotens, qui es, & qui eras, & qui ventúrus es. *Apoc.* 11. 17. * Da, Dómine.

De libro Géneſis.

Lectio III. c. 3. v. 9.

Chriſtus Adæ promiſſus.

Vocavitque Dóminus Deus Adam, & dixit ei: Ubi es? Qui ait: Vocem tuam audívi in paradíſo: & tímui, eò quòd nudus eſſem, & abſcondi me. Cui dixit: Quis enim indicávit tibi quòd nudus eſſes, niſi quòd ex ligno de quo præcéperam tibi ne coméderes, comediſti? Dixitque Adam: Múlier quam dediſti mihi ſóciam, dedit mihi de ligno, & comédi. Et dixit Dñs Deus ad mulíerem: Quare hoc feciſti? Quæ reſpondit: Serpens decépit me, & comédi. Et ait Dóminus Deus ad ſerpentem: Quia feciſti hoc, maledictus es inter ómnia animántia, & béſtias terræ: & ſuper pectus tuum gradiéris, & terram cómedes cunctis diébus vitæ tuæ. Inimicítias ponam inter te & mulíerem, & ſemen tuum & ſemen illíus: ipſa cónteret caput tuum, & tu inſidiáberis calcáneo ejus.

℟. Dómine, fac prop-

ter nomen tuum, quóniam multæ ſunt averſiónes noſtræ;* Tibi peccávimus, † Expectátio Iſraël, Salvátor ejus. *Jerem.* 14. 7. 8. ℣. Dómine Deus omnípotens, vera & juſta judícia tua. *Apoc.* 16. 7. * Tibi peccávimus. ℣. Glória. † Expectátio.

Ad Benedictus, *Ant.* 1. g. Iſaías prophéta magnus ſpíritu magno vidit última; & conſolátus eſt lugentes in Sion. *Eccli.* 48. 25. 27.

CANON.

Ex Concílio Toletáno quarto.

An. 633. *cap.* 25.

SCiant ſacerdótes Scriptúras ſacras, & Cánones meditentur; ut omne opus eórum in prædicatióne divína, & doctrína conſiſtat, atque ædíficent cunctos tam fidei ſciéntiâ, quàm óperum diſciplínâ.

Ad Magníficat, *Ant.* 7. d. Fília Sion, liberáberis; rédimet te Dóminus de manu inimicórum tuórum. *Mich.* 4. 10.

FERIA TERTIA.

De Iſaía prophéta.

LECTIO I. c. 4. v. 2.

Germen Domini exaltabitur.

IN die illa, erit germen Dómini in magnificéntia & glória, & fructus terræ ſublímis, & exultátio his qui ſalváti fúerint de Iſraël. Et erit: Omnis qui relictus fúerit in Sion, & resíduus in Jerúſalem, ſanctus vocábitur, omnis qui ſcriptus eſt in vita in Jerúſalem: ſi ablúerit Dóminus ſordes filiárum Sion, & sánguinem Jerúſalem láverit de médio ejus, in ſpíritu judícii, & ſpíritu ardóris. Et creábit Dóminus ſuper omnem locum montis Sion, & ubi invocátus eſt, nubem per diem, & fumum & ſplendórem ignis flammantis in nocte: ſuper omnem enim glóriam protéctio. Et tabernáculum erit in umbráculum diéi ab æſtu, & in ſecuritátem, & abſconſiónem à túrbine, & à plúvia. Hæc dicit.

℟. Dóminus judex noſter, Dóminus légifer noſter, * Dóminus rex noſter; ipſe ſalvábit nos. *Iſai.* 33. 21. 22. ℣. Si fidúciam & glóriam ſpei uſque ad finem, firmam retineámus. *Hebr.* 3. 6. * Dóminus.

LECTIO II. c. 7. v. 10.

Virgo paritura.

ET adjécit Dóminus loqui ad Achaz, dicens: Pete tibi ſignum à Dómino Deo tuo in profundum inferni, ſive in excelſum ſuprà. Et dixit Achaz: Non petam, &

non tentábo Dóminum. Et dixit : Audíte ergo, domus David : Numquid parum vobis eſt, moleſtos eſſe homínibus, quia moleſti eſtis & Deo meo? Propter hoc dabit Dóminus ipſe vobis ſignum. Ecce virgo concípiet, & páriet fílium, & vocábitur nomen ejus Emmánuel. Bútyrum & mel cómedet, ut ſciat reprobáre malum, & elígere bonum. Quia ántequã ſciat puer reprobáre malum, & elígere bonum, derelinquétur terra quam tu deteſtáris à fácie duórum regum ſuórum. Addúcet Dóminus ſuper te, & ſuper pópulum tuum, & ſuper domum patris tui, dies qui non venérunt à diébus ſeparatiónis Ephraïm à Juda cum rege Aſſyriórum. Hæc dicit.

℟. Sperávi in Æternum ſalútem : * Venit mihi gáudium à Sancto ſuper miſericórdia, quæ véniet ab Æterno ſalutári noſtro. *Baruch*, 4. 22. ℣. Sicut locútus eſt ad patres noſtros, Abraham & fémini ejus in ſécula. *Luc.* 1. 55. * Venit.

De libro Géneſis.

LECTIO III. c. 22. v. 15.

Chriſtus Abrahæ promiſſus.

VOcávit autem Angelus Dómini Abraham ſecundò de cœlo, dicens : Per memetipſum jurávi, dicit Dóminus : quia feciſti hanc rem, & non peperciſti fílio tuo unigénito propter me: benedícam tibi, & multiplicábo ſemen tuum ſicut ſtellas cœli, & velut arénam quæ eſt in líttore maris; poſſidébit ſemen tuum portas inimicórum ſuórum. Et benedicentur in ſémine tuo omnes gentes terræ, quia obediſti voci meæ. Reverſuſque eſt Abraham ad púeros ſuos, abierúntque Berſábee ſimul, & habitávit ibi.

℟. Emitte agnum, Dómine, dominatórem terræ; * Et præparábitur in miſericórdia ſólium, & ſedébit ſuper illud † In veritáte. *Iſai.* 16. 1. 5. ℣. Dabit illi Dóminus Deus ſedem David patris ejus. *Luc.* 1. 32. * Et præparábitur. ℣. Glória. † In veritáte.

Ad Benedictus, *Ant.* 3. a. Dóminus Deus germinábit juſtítiam & laudem coram univerſis géntibus. *Iſ.* 61. 11.

CANON.

Ex Concílio Tridentíno.

Seſſ. 25. *de Reform.* c. 18.

SCiant univerſi, ſacratíſſimos Cánones exactè ab ómnibus, & quoad ejus fieri póterit, indiſtinctè obſervandos.

Ad Magníficat, *Ant.* 1. g. Utinam, Dómine, dirúmperes cœlos, & deſcénderes! *Iſ.* 64. 1.

FERIA QUARTA.

De Iſaía Prophéta.

LECTIO I. c. 8. v. 13.

Futura liberatio.

DOminum exercítuum ipſum ſanctificáte: ipſe pavor veſter, & ipſe terror veſter. Et erit vobis in ſanctificatiónem: in lápidem autem offenſiónis, & in petram ſcándali, duábus dómibus Iſraël; in láqueum & in ruínam habitántibus Jerúſalem. Et offendent ex eis plúrimi, & cadent, & conterentur, & irretientur, & capientur. Liga teſtimónium, ſigna legem in diſcípulis meis. Et expectábo Dóminum, qui abſcondit fáciem ſuam à domo Jacob, & præſtolábor eum. Ecce ego & púeri mei, quos dedit mihi Dóminus in ſignum & in portentum Iſraël à Dómino exercítuum, qui hábitat in monte Sion. Et cùm díxerint ad vos: Quærite à pythónibus, & à divínis, qui ſtrident in incantatiónibus ſuis: Numquid non pópulus à Deo ſuo requíret, pro vivis à mórtuis? Hæc dicit.

℟. Anima noſtra ſúſtinet Dóminum; quóniam adjútor & protector noſter eſt: * In eo lætábitur cor noſtrum; & in nómine ſancto ejus ſperávimus. *Pſ.* 32. 20. 21. ℣. Dictum eſt per Iſaíam Prophétam: In nómine ejus gentes ſperábunt. *Matt.* 12. 17. 21. * In eo.

LECTIO II. c. 10. v. 20.

Reliquiæ Iſraël convertendæ.

ET erit in die illa: Non adjíciet resíduum Iſraël, & hi qui fúgerint de domo Jacob, inníti ſuper eo qui percútiet eos: ſed innitétur ſuper Dóminum Sanctum Iſraël in veritáte. Relíquiæ convertentur, relíquiæ, inquam, Jacob ad Deum fortem. Si enim fúerit pópulus tuus Iſraël quaſi aréna maris, relíquiæ convertentur ex eo: conſummátio abbreviáta inundábit juſtítiam. Conſummatiónem enim & abbreviatiōnē Dóminus Deus exercítuum fáciet in médio omnis terræ. Propter hoc, hæc dicit Dóminus Deus exercítuum: Noli timére, pópulus meus habitátor Sion, ab Aſſur: in virga percútiet te, & báculum ſuum levábit ſuper te in via Ægypti. Adhuc enim páululùm modicúmque, & conſummábitur indignátio & furor meus ſuper ſcelus eórū. Hæc dicit.

℟. Aſcendámus ad montem Dómini, * Et docébit nos de viis ſuis, & íbimus in ſémitis ejus. *Mich.* 4. 2. ℣. Meſsías venit; cùm vénerit ille, nobis annuntiábit ómnia. *Joan.* 4. 25. * Et docébit.

De libro Géneſis.

Lectio iii. c. 26. v. 1.

Chriſtus promittitur Iſaac.

ORtâ autem fame ſuper terram, poſt eam ſterilitátem quæ accíderat in diébus Abraham, ábiit Iſaac ad Abímelech regem Palæſtinórum in Gérara. Apparuitque ei Dóminus, & ait: Ne deſcendas in Ægyptum, ſed quieſce in terra quam díxero tibi. Et peregrináre in ea, eróque tecum, & benedícam tibi; tibi enim & ſémini tuo dabo univerſas regiónes has, complens juramentum quod ſpopondi Abraham patri tuo. Et multiplicábo ſemen tuum ſicut ſtellas cœli: dabóque póſteris tuis univerſas regiónes has: & benedicentur in ſémine tuo omnes gentes terræ, eò quòd obedíerit Abraham voci meæ, & cuſtodíerit præcepta & mandáta mea, & ceremónias legeſque ſerváverit.

℟. Laudáte, cœli; & exulta, terra: jubiláte, montes, laudem: * Quia Dóminus páuperum ſuórum miſerébitur. *Iſ.* 49. 13. ℣. Ecce virgo in útero habébit, & páriet fílium; & vocábunt nomen ejus Emmánuel. *Matth.* 1. 23. * Quia. ℣. Glória. * Quia.

Ad Benedictus, *Ant.* 4. a. Sion, non vocáberis ultrà derelícta, & terra tua non vocábitur ámpliùs deſoláta. *Iſ.* 62. 4.

CANON.

Ex concílio Tridentíno. *Seſſ.* 22. *de Reform.* c. 1.

STátuit ſancta ſynodus, ut quæ áliàs à ſummis pontifícibus, & à ſacris concíliis de Clericórum vita, honeſtáte, cultu, doctrináque retinenda, ac ſimul de luxu, comeſſatiónibus, chóreis, áleis, lúſibus... ſalúbriter ſancíta fuérunt, éadem in póſterum... obſerventur.

Ad Magníficat, *Ant.* 3. a. Vidébunt, Sion, gentes juſtum tuum, & cuncti reges ínclytum tuum. *Iſ.* 62. 2.

FERIA QUINTA.

De Iſaía Prophéta.

Lectio i. c. 11. v. 1.

Chriſtus naſciturus.

ET egrediétur virga de radíce Jeſſe, & flos de radíce ejus aſcendet. Et requieſcet ſuper eum ſpíritus Dómini; ſpíritus ſapiéntiæ & intellectûs, ſpíritus conſílii, & fortitúdinis, ſpí-

ritus ſciéntiæ & pietátis; & replébit eum ſpíritus timóris Dómini. Non ſecundùm viſiónem oculórum judicábit, neque ſecundùm audítum áurium árguet: ſed judicábit in juſtítia páuperes, & árguet in æquitáte pro manſuétis terræ: & percútiet terram virgâ oris ſui, & ſpíritu labiórum ſuórum interficiet ímpium. Et erit juſtítia cíngulum lumbórum ejus: & fides cinctórium renum ejus. Habitábit lupus cum agno: & pardus cum hœdo accubábit: vítulus, & leo, & ovis ſimul morabuntur, & puer párvulus minábit eos. Hæc dicit.

℟. Attende de cœlo, Dómine, & vide de habitáculo ſancto tuo: * Ubi eſt zelus tuus & fortitúdo tua, multitúdo víſcerum tuórum? *Iſ.* 63. 15. ℣. Radix & genus David, ſtella ſpléndida & matutína. *Apoc.* 22. 16. * Ubi eſt.

LECTIO II. c. 11. v. 7.
Converſio Gentium.

VItulus & urſus paſcentur: ſimul requieſcent cátuli eórum: & leo quaſi bos cómedet páleas. Et delectábitur infans ab úbere ſuper forámine áſpidis: & in caverna réguli, qui ablactátus fúerit, manum ſuam mittet. Non nocébunt, & non occídent in univerſo monte ſancto meo: quia repléta eſt terra ſciéntiâ Dómini ſicut aquæ maris operientes. In die illa, radix Jeſſe, qui ſtat in ſignum populórum, ipſum gentes deprecabuntur, & erit ſepulchrum ejus glorióſum. Et erit in die illa: Adjíciet Dóminus ſecundò manum ſuam ad poſſidendum resíduũ pópuli ſui, quod relinquétur ab Aſſyriis, & ab Ægypto, & à Phetros, & ab Æthiópia, & ab Ælam, & à Sénnaar, & ab Emath, & ab ínſulis maris. Et levábit ſignum in natiónes, & congregábit prófugos Iſraël, & diſperſos Juda cólliget à quátuor plagis terræ. Et auferétur zelus Ephraïm, & hoſtes Juda peribunt: Ephraïm non æmulábitur Judam, & Judas non pugnábit contra Ephraïm. Hæc dicit.

℟. Súſcita, Dómine, prædicatiónes, quas locúti ſunt in nómine tuo Prophétæ prióres: * Da, Dómine, mercédem ſuſtinéntibus te, ut Prophétæ tui fidéles inveniantur; & exaudi oratiónes ſervórum tuórum. *Eccli.* 36. 17. 18. ℣. Dómine Deus omnípotens, qui es, & qui eras, & qui

ventúrus es. *Apoc.* 11. 17. ℟ Da, Dómine.

De libro Géneſis.

Lectio III. c. 28. v. 10.

Christus Jacob promiſſus.

IGitur egreſſus Jacob de Berſábee, pergébat Haran. Cúmque veniſſet ad quemdam locum, & vellet in eo requiéſcere poſt ſolis occúbitum, tulit de lapídibus qui jacébant, & ſuppónens cápiti ſuo, dormivit in eódem loco. Vidítque in ſomnis ſcalam ſtantem ſuper terram, & cacúmen illíus tangens cœlum: Angelos quoque Dei aſcendentes & deſcendentes per eam: & Dóminum innixũ ſcalæ dicentem ſibi: Ego ſum Dóminus Deus Abraham patris tui, & Deus Iſaac: terram in qua dormis, tibi dabo & sémini tuo. Eritque ſemen tuum quaſi pulvis terræ: dilatáberis ad occidentem, & orientem, & ſeptentriónem, & merídiem: & benedicentur in te & in ſémine tuo cunctæ tribus terræ. Et ero cuſtos tuus quocumque perréxeris, & redúcam te in terram hanc: nec dimittam, niſi complévero univerſa quæ dixi.

℟. Dómine, fac propter nomen tuum, quóniam multæ ſunt averſiónes noſtræ; * Tibi peccávimus, † Expectátio Iſraël, Salvátor ejus. *Jer.* 14. 7. 8. ℣. Dómine Deus omnípotens, vera & juſta judícia tua. *Apoc.* 16. 7. * Tibi. ℣. Glória. † Expectátio.

Ad Benedictus, *Ant.* 4. *D.* Præparábitur in miſericórdia ſólium, & ſedébit ſuper illud in veritáte. *Iſ.* 16. 5.

CANON.

Ex Concílio Meldenſi.

Anno 845. *cap.* 34.

CAnonum ſtatúta ab ómnibus cuſtodiantur; & nemo in Actiónibus, vel Judíciis eccleſiáſticis, ſuo ſenſu, ſed eórum autoritáte ducátur.

Ad Magníficat, *Ant.* 7. G. Incurvábitur ſublímitas hóminum, & humiliábitur altitúdo virórum, & elevábitur Dóminus ſolus in die illa. *Iſ.* 2. 17.

FERIA SEXTA.

De Iſaía Prophéta.

Lectio I. c. 14. v. 1.

Miſerebitur Dominus Jacob.

PRopè eſt ut véniat tempus ejus, & dies ejus non elongabuntur. Miſerébitur enim Dóminus Jacob, & éliget adhuc de Iſraël; & requiéſcere eos fáciet ſuper humum ſuam: adjungétur ádvena ad eos, & adhærébit dómui Jacob. Et tenébunt eos pópuli, & ad-

dúcent eos in locum ſuũ ; & poſſidébit eos domus Iſraël ſuper terram Dómini in ſervos & ancillas : & erunt capientes eos qui ſe céperant , & ſubjícient exactóres ſuos. Et erit in die illa : Cùm réquiem déderit tibi Deus à labóre tuo, & à concuſſióne tua, & à ſervitúte dura , quâ antè ſerviſti : ſumes parábolam iſtam contra regem Babylónis , & dices : Quómodo ceſſávit exactor, quiévit tribútum ? Contrívit Dóminus báculum impiórum , virgam dominántium, cædentem pópulos in indignatióne, plagâ inſanábili , ſubjicientem in furóre gentes, perſequentẽ crudéliter. Conquiévit & ſíluit omnis terra ; gavíſa eſt , & exultávit. Hæc dicit.

℟. Dóminus judex noſter, Dóminus légifer noſter, * Dóminus rex noſter ; ipſe ſalvábit nos. *Iſ.* 33. 21. 22. ℣. Si fidúciam & glóriam ſpei uſque ad finem , firmam retineámus. *Heb.* 3. 6. * Dóminus.

LECTIO II. c. 16. v. 1.

Orat emitti Chriſtum.

EMitte agnum , Dómine , dominatórem terræ , de petra deſerti ad montem filiæ Sion. Et erit : Sicut avis fúgiens , & pulli de nido avolantes , ſic erunt filiæ Moab in tranſcenſu Arnon. Ini consílium , coge concílium : pone quaſi noctem umbram tuam in merídie : abſconde fugientes , & vagos ne prodas. Habitábunt apud te prófugi mei ; Moab eſto latíbulũ eórum à fácie vaſtatóris: finítus eſt enim pulvis ; conſummátus eſt miſer ; defécit qui conculcábat terram. Et præparábitur in miſericórdia ſólium , & ſedébit ſuper illud in veritáte in tabernáculo David, júdicans & quærens judícium, & velóciter reddens quod juſtũ eſt. Audívimus ſupérbiam Moab , ſuperbus eſt valdè : ſupérbia ejus, & arrogántia ejus, & indignátio ejus , pluſquam fortitúdo ejus. Hæc dicit.

℟. Sperávi in Æternum ſalútem : * Venit mihi gáudium à Sancto ſuper miſericórdia , quæ véniet ab Æterno ſalutári noſtro. *Baruch.* 4. 22. ℣. Sicut locútus eſt ad patres noſtros, Abraham & ſémini ejus in ſécula. *Luc.* 1. 55. * Venit.

De libro Géneſis.

LECTIO III. c. 49. v. 8.

Chriſtus naſciturus de tribu Judâ.

JUda , te laudábunt fratres tui ; manus tua

in cervícibus inimicórum tuórum; adorábunt te fílii patris tui. Cátulus leónis Juda : ad prædam, fili mi, aſcendiſti; requieſcens accubuiſti ut leo; & quaſi leæna, quis ſuſcitábit eum ? Non auferétur ſceptrum de Juda, & dux de fémore ejus, donec véniat qui mittendus eſt; & ipſe erit expectátio géntium. Ligans ad víneam pullum ſuum, & ad vitem, ô fili mi, áſinam ſuam. Lavábit in vino ſtolam ſuam, & in ſánguine uvæ pállium ſuum. Pulchrióres ſunt óculi ejus vino, & dentes ejus lacte candidióres.

℟. Emitte agnum, Dómine, dominatórem terræ, * Et præparábitur in miſericórdia ſólium, & ſedébit ſuper illud † In veritáte. *Iſai.* 16. 1. 5. ℣. Dabit illi Dóminus Deus ſedem David patris ejus. *Luc.* 1. 32. * Et præparábitur. ℣. Glória. † In veritáte.

Ad Benedictus, *Ant.* 2. a. Dictum eſt per Iſaíā prophétam : In nómine ejus gentes ſperábunt. *Matth.* 12. 17. 21.

CANON.

Ex Concílio Senonenſi. *An.* 1528. *Decret.* 3. *de Fide.*

CUm certa ſit & infallíbilis Eccléſiæ régula, nec aliquando inviſibilitátis prætextu elúdi queat; ea profectò ſacris generálibus Concíliis autóritas derogári non poteſt, quæ próximè univerſálem repræſentat Eccléſiam.

Ad Magníficat, *Ant.* 8. G. Erubeſcet luna, & confundétur ſol, cùm regnáverit Dóminus exercítuum in monte Sion & in Jeruſalem. *Iſ.* 24. 23.

SABBATO.

De Iſaía Prophéta.

LECTIO I. c. 22. v. 15.

Eliacim figura Chriſti.

HÆc dicit Dóminus Deus exercítuum : Vade, ingrédere ad eum qui hábitat in tabernáculo, ad Sobnam præpóſitum templi, & dices ad eum : Quid tu hîc? aut quaſi quis hîc ? quia excidiſti tibi hîc ſepulchrum, excidiſti in excelſo memoriále diligenter, in petra tabernáculum tibi. Ecce Dóminus aſportári te fáciet, ſicut aſportátur gallus gallináceus, & quaſi amictum ſic ſublevábit te. Corónans coronábit te tribulatióne, quaſi pilam mittet te in terram latam & ſpatióſam : ibi moriéris, & ibi erit currus glóriæ tuæ, ignomínia domûs Dómini tui. Et expellam te de ſtatióne tua, & de

miniſtério tuo depónam te. Et erit in die illa: Vocábo ſervum meum Elíacim filium Helciæ, & índuam illum túnicâ tuâ, & cíngulo tuo confortábo eum, & poteſtátem tuam dabo in manu ejus: & erit quaſi pater habitántibus Jeruſalem, & dómui Juda. Et dabo clavem domûs David ſuper húmerum ejus: & apériet, & non erit qui claudat; & claudet, & non erit qui apériat. Et figam illum paxillum in loco fidéli, & erit in ſólium glóriæ dómui patris ejus. Hæc dicit.

℟. Anima noſtra ſúſtinet Dóminum; quóniam adjútor & protector noſter eſt: * In eo lætábitur cor noſtrum; & in nómine ſancto ejus ſperávimus. *Pſ.* 32. 20. 21. ℣. Dictum eſt per Iſaíam prophétam: In nómine ejus gentes ſperábunt. *Matth.* 12. 17. 21. * In eo.

LECTIO II. c. 24. v. 12.

Laudes Chriſti auditæ.

RElicta eſt in urbe ſolitúdo, & calámitas ópprimet portas. Quia hæc erunt in médio terræ, in médio populórum: quómodò ſi paucæ olívæ, quæ remanſérunt, excutiantur ex ólea; & racémi, cùm fúerit finíta vindémia. Hi levábunt vocem ſuam, atque laudábunt: cùm glorificátus fúerit Dóminus, hínnient de mari. Propter hoc in doctrínis glorificáte Dóminum: in ínſulis maris nomen Dñi Dei Iſraël. A finibus terræ laudes audívimus, glóriam juſti. Et dixi: Secrétum meum mihi, ſecrétum meum mihi: væ mihi; prævaricantes prævaricáti ſunt, & prævaricatióne tranſgreſſórum prævaricáti ſunt. Formído & fóvea & láqueus ſuper te, qui habitátor es terræ. Hæc dicit.

℟. Aſcendámus ad montem Dómini; * Et docébit nos de viis ſuis, & íbimus in ſémitis ejus. *Mich.* 4. 2. ℣. Meſsías venit; cùm vénerit ille, nobis annuntiábit ómnia. *Joan.* 4. 25. * Et docébit.

De libro Deuteronómii.

LECTIO III. c. 18. v. 15.

Chriſtus Propheta ſuſcitandus.

PRophétam de gente tua & de frátribus tuis ſicut me, ſuſcitábit tibi Dóminus Deus tuus; ipſum áudies: ut petiſti à Dómino Deo tuo in Horeb, quando cóncio congregáta eſt, atque dixiſti: Ultrà non áudiam vocem Dómini Dei mei, & ignem hunc máximum ampliùs non vidébo, ne mo-

riar. Et ait Dóminus mihi : Benè ómnia ſunt locúti. Prophétam ſuſcitábo eis de médio fratrum ſuórum ſímilem tuî : & ponam verba mea in ore ejus, loqueturque ad eos ómnia quæ præcépero illi. Quî autem verba ejus, quæ loquétur in nómine meo, audíre nolúerit, ego ultor exiſtam.

℟. Laudáte, cœli; & exulta, terra : jubiláte, montes, laudem : * Quia Dóminus páuperum ſuórum miſerébitur. *Iſ.* 49. 13. ℣. Ecce virgo in útero habébit, & páriet fílium, & vocábunt nomen ejus Emmánuel. *Matth.* 1. 23. * Quia. ℣. Glória. * Quia.

Ad Benedíctus, *Ant.* 6. F. In monte Sion & in Jerúſalem erit ſalvátio. *Joël.* 2. 32.

CANON.

Ex Concílio Senonenſi. *An.* 1528. *Decret. de Fide.*

CONcíliis [generálibus] ſi ea decernendi quæ ad ſinceritátem fideî, & extirpatiónem hæreſum, Eccléſiæ reformatiónem, & morum integritátem pértinent, poteſtas adimátur; nihil certum, nihil ſtábile futúrum eſt, nihil dénique quo hæréticus ab orthodoxo poſſit internoſci.

AD VESPERAS.

Antiph. & Pſalmi ut in Pſalterio.

Capitulum. Iſ. 42. 6-7.

EGo Dóminus dedi te in fœdus pópuli, in lucem géntium; ut aperíres óculos cœcórum, & edúceres de concluſióne vinctum.

℟. Roráte, cœlî, *ſuprà.*

Hymnus & Verſus ut ſuprà, p. 195.

Ad Magníficat, *Ant.* 5. C. Aperientur óculî cœcórum, & aures ſurdórum patébunt; ſáliet ſicut cervus claudus, & aperta erit lingua mutórum. *Iſ.* 35. 5. 6.

Oratio, Excita, *ut infrà ad Laudes, p.* 213.

DOMINICA II. Adventûs.

Invitatorium & Hymnus ut ſuprà in Feriis Adventûs, pag. 192.

Antiphonæ & Verſus ut in Pſalterio pro Tempore Adventûs.

IN I. NOCTURNO.

De Iſaía Prophéta.

LECTIO I. c. 25. v. 6.

In ſalutari Chriſti lætitia.

ET fáciet Dóminus exercítuum ómnibus pópulis in monte hoc convívium pínguium, convívium vindémiæ, pínguium medullatórum, vindémiæ defæcátæ. Et præcipitábit in monte iſto fáciem vínculi

colligáti ſuper omnes pópulos, & telam quam ordítus eſt ſuper omnes natiónes. Præcipitábit mortem in ſempiternum; & áuferet Dóminus Deus lácrymam ab omni fácie, & oppróbrium pópuli ſui áuferet de univerſa terra: quia Dóminus locútus eſt. Et dicet in die illa: Ecce Deus noſter iſte, expectávimus eum, & ſalvábit nos: iſte Dóminus, ſuſtinúimus eum, exultábimus & lætábimur in ſalutári ejus. Quia requieſcet manus Dómini in monte iſto: & triturábitur Moab ſub eo, ſicuti teruntur páleæ in plauſtro. Et extendet manus ſuas ſub eo, ſicut extendit natans ad natandum: & humiliábit glóriam ejus cum alliſióne mánuum ejus. Hæc dicit.

℟. 1. Exaudi, Dómine; placáre, Dómine; attende & fac: * Ne moréris propter temetipſum, Deus meus. *Dan.* 9. 19. ℣. Spíritus & ſponſa dicunt: Veni: & qui audit, dicat: Veni. *Apoc.* 22. 17. * Ne moréris.

LECTIO II. c. 26. v. 13.

Futura mortuorum reſurrectio.

DOminus Deus noſter, poſſedérunt nos dómini abſque te, tantùm in te recordémur nóminis tui. Morientes non vivant, gigantes non reſurgant: proptérea viſitaſti & contriviſti eos, & perdidiſti omnem memóriam eórum. Indulſiſti genti, Dómine, indulſiſti genti: numquid gloríficatus es? elongaſti omnes términos terræ. Dómine, in angúſtia requiſiérunt te, in tribulatióne múrmuris doctrína tua eis. Sicut quæ cóncipit, cùm appropinquáverit ad partum, dolens clamat in dolóribus ſuis: ſic facti ſumus à fácie tua, Dómine. Concépimus, & quaſi parturívimus, & pepérimus ſpíritum: ſalútes non fécimus in terra, ídeò non cecidérunt habitatóres terræ. Vivent mórtui tui, interfecti mei reſurgent: expergiſcímini, & laudáte qui habitátis in púlvere, quia ros lucis ros tuus, & terram gigantum détrahes in ruinam. Vade, pópulus meus, intra in cubícula tua, claude óſtia tua ſuper te, abſcóndere, módicum ad momentum, donec pertránſeat indignátio. Ecce enim Dóminus egrediétur de loco ſuo, ut víſitet iniquitátem habitatóris terræ contra eum: & revelábit terra sánguinem ſuum, & non opériet ultrà interfectos ſuos. Hæc dicit.

℟. II. Propter Sion non tacébo, & propter Jerúſalem non quieſcam, * Donec egrediátur ut ſplendor juſtus ejus, & ſalvátor ejus ut lampas accendátur. *Iſ.* 62. 1. ℣. Omnis creatúra ingemiſcit, & párturit uſque adhuc. *Rom.* 8. 22. * Donec.

LECTIO III. c. 28. v. 14.

Chriſtus lapis angularis.

PRopter hoc audíte verbum Dómini, viri illuſóres, qui dominámini ſuper pópulum meum, qui eſt in Jerúſalem. Dixiſtis enim: Percúſſimus fœdus cum morte, & cum inferno fécimus pactum. Flagellum inundans cùm tranſíerit, non véniet ſuper nos: quia poſúimus mendácium ſpem noſtrã, & mendácio protecti ſumus. Idcirco hæc dicit Dóminus Deus: Ecce ego mittam in fundamentis Sion lápidem, lápidem probátum, angulárem, pretióſum, in fundamento fundátum; qui credíderit, non feſtínet. Et ponam in póndere judícium, & juſtítiam in menſúra: & ſubvertet grando ſpem mendácii; & protectióñẽ aquæ inundábunt. Et delébitur fœdus veſtrũ cum morte, & pactum veſtrum cum inferno non ſtabit. Hæc dicit.

℟. III. Tu, Dómine, pater noſter, redemptor noſter, à ſéculo nomen tuum: * Utinam dirúmperes cœlos, & deſcénderes! *Iſ.* 63. 16. & 64. 1. ℣. In princípio, Dñe, terram fundaſti, & ópera mánuum tuárum ſunt cœli. *Hebr.* 1. 10. * Utinam. ℣. Glória. * Utinam.

IN II. NOCTURNO.

De Oſée Prophéta.

LECTIO IV. c. 2. v. 18.

Sponſatur quæ fuerat derelicta.

PErcútiam cum eis fœdus in die illa, cum béſtia agri, & cum vólucre cœli, & cum reptíli terræ: & arcum, & gládium, & bellum cónteram de terra: & dormíre eos fáciam fiduciáliter. Et ſponſábo te mihi in ſempiternum; & ſponſábo te mihi in juſtítia & judício, & in miſericórdia & in miſeratiónibus; & ſponſábo te mihi in fide: & ſcies quia ego Dóminus. Et erit in die illa: Exáudiam, dicit Dóminus, exáudiam cœlos, & illi exáudient terram. Et terra exáudiet tríticum, & vinum, & óleum: & hæc exáudient Jézrahel. Et ſeminábo eam mihi in terra, & miſerébor ejus quæ fuit abſque miſericórdia. Et dicam non pópulo meo: Pópulus meus es tu: & ipſe dicet: Deus meus es tu. Tu autem.

℟. IV. Hic eſt Deus noſter in æternum, & in ſéculum ſéculi: * Ipſe reget nos in ſécula. *Pſ.* 47. 15. ℣. Regnábit in domo Jacob in æternum, & regni ejus non erit finis. *Luc.* 1. 32. * Ipſe.

De Joël Prophéta.

LECTIO V. c. 3. v. 17.

Quanta Dominus facturus ſit in Sion.

SCiétis quia ego Dóminus Deus veſter, hábitans in Sion monte ſancto meo, & erit Jerúſalem ſancta, & aliéni non tranſíbunt per eam ámpliùs. Et erit in die illa: Stillábunt montes dulcédinem, & colles fluent lacte: & per omnes rivos Juda ibunt aquæ; & fons de domo Dómini egrediétur, & irrigábit torrentem ſpinárum. Ægyptus in deſolatiónem erit, & Idumæa in deſertum perditiónis, pro eo quòd iníquè égerint in filios Juda, & effúderint ſánguinem innocentem in terra ſua. Et Judæa in æternum habitábitur, & Jerúſalem in generatiónem & generatiónem. Et mundábo ſánguinem eórum, quem non mundáveram: & Dñs commorábitur in Sion.

℟. V. Vivificábis nos, & nomen tuũ invocábimus; *Dñe Deus virtútum, converte nos, & oſtende fáciẽ tuã, & ſalvi érimus. *Pſ.* 79. 29. 30. ℣. Deus omnípotens, juſtæ & veræ ſunt viæ tuæ, Rex ſeculórum. *Apoc.* 15. 3. * Dómine.

De Amos Prophéta.

LECTIO VI. c. 9. v. 11.

Deus ſuſcitabit tabernaculum David.

IN die illa ſuſcitábo tabernáculum David, quod cécidit; & reædificábo apertúras murórum ejus: & ea quæ corrúerant inſtaurábo, & reædificábo illud ſicut in diébus antiquis: ut poſſídeant relíquias Idumææ, & omnes natiónes, eò quòd invocátum ſit nomen meum ſuper eos, dicit Dóminus fáciens hæc. Ecce dies véniunt, dicit Dóminus, & comprehendet arátor meſſórem, & calcátor uvæ mittentem ſemen: & ſtillábunt montes dulcédinem, & omnes colles culti erunt. Et convertam captivitátem pópuli mei Iſraël: & ædificábunt civitátes deſertas, & inhabitábunt: & plantábunt víneas, & bibent vinum eárum: & fácient hortos, & cómedent fructus eórum. Et plantábo eos ſuper humum ſuam: & non evellam eos ultrà de terra ſua, quam dedi eis; dicit Dñs Deus tuus.

℟. VI. Béthleem Ephrata, ex te mihi egrediétur

qui ſit dominátor in Iſraël: * Egreſſus ejus, † A diébus æternitátis. *Mich.* 5. 2. ℣. Scriptúra dicit: Quia ex ſémine David, & de Béthleem caſtello venit Chriſtus. *Joan.* 7. 42. * Egreſſus. ℣. Glória. † A diébus.

IN III. NOCTURNO.

De Epíſtola beáti Pauli Apóſtoli ad Theſſalonicenſes.

LECTIO VII. c. 3. v. 11. *Hortatio ad ſanctitatem.*

IPſe autem Deus & Pater noſter, & Dóminus noſter Jeſus Chriſtus, dírigat viam noſtram ad vos. Vos autem Dóminus multíplicet, & abundáre fáciat charitátem veſtram in ínvicem, & in omnes, quemádmodum & nos in vobis: ad confirmanda corda veſtra ſine queréla in ſanctitáte, ante Deum & Patrem noſtrum, in adventu Dómini noſtri Jeſu Chriſti cum ómnibus ſanctis ejus: Amen. De cætero ergo, fratres, rogámus vos & obſecrámus in Dómino Jeſu, ut quemádmodum accepiſtis à nobis, quómodò opórteat vos ambuláre, & placére Deo, ſic & ambulétis, ut abundétis magis.

℟. VII. Nunc clamémus in cœlum; miſerébitur noſtrî Dóminus, * Et memor erit teſtamenti patrum noſtrórum. 1. *Machab.* 4. 10. ℣. Jurávit ad Abraham patrem noſtrũ, dáturum ſe nobis. *Luc.* 1. 73. * Et memor.

LECTIO VIII. c. 4. v. 2. *Hortatio ad munditiam.*

SCitis enim quæ præcepta déderim vobis per Dñm Jeſum. Hæc eſt enim voluntas Dei ſanctificátio veſtra: ut abſtineátis vos à fornicatióne, ut ſciat unuſquiſque veſtrûm vas ſuum poſſidére in ſanctificatióne & honóre; non in paſſióne deſidérii, ſicut & gentes quæ ignórant Deum; & ne quis ſupergrediátur, neque circumvéniat in negótio fratrem ſuum: quóniam vindex eſt Dóminus de his ómnibus, ſicut prædíximus vobis, & teſtificáti ſumus. Non enim vocávit nos Deus in immundítiam, ſed in ſanctificatiónem. Itaque qui hæc ſpernit, non hóminem ſpernit, ſed Deum: qui étiam dedit Spíritum ſuum ſanctum in nobis.

℟. VIII. Numquid, Dómine, projíciens abjeciſti Judam? * Cognóvimus, Dómine, impietátes noſtras; recordáre, ne írritum fácias fœdus tuũ nobiſcum. *Jerem.* 14. 19. 20. 21. 22. ℣. Expectantes beátam ſpem, & adventum glóriæ magni

Dei, & Salvatóris noſtri Jeſu Chriſti. *Tit.* 2. 13. * Cognóvimus.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Matthæum.

LECTIO IX. c. 11. v. 2.

Diſcipuli Joannis ad Jeſum miſſi.

IN illo témpore: Cùm audiſſet Joannes in vínculis ópera Chriſti, mittens duos de diſcípulis ſuis, ait illi: Tu es qui ventúrus es, an álium exſpectámus? Et réliqua.

Homília ſancti Hierónymi Presbyteri.

In Matth. lib. 2. *c.* 11.

JOannes non quaſi ignórans intérrogat; ipſe enim cæteris ignorántibus demonſtráverat, dicens: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccáta mundi: & Patris vocem audíerat intonantis: Hic eſt Fílius meus dilectus, in quo mihi complácui. Sed quia turba circumſtans interrogatiónis myſtérium neſciébat, & putábat Joannem dubitáre de Chriſto, quem ipſe monſtráverat dígito; ut intellígerent Joannẽ non ſibi interrogaſſe, ſed diſcípulis ſuis; Quid, inquit, exiſtis in deſertum? Numquid ob hoc, ut hóminem viderétis cálamo símilem, qui omni vento circumfertur, & levitáte mentis de eo ambígeret, quem ántea prædicárat? An fórſitan ſtímulis contra me invídiæ cógitur, & prædicátio ejus vanam ſectátur glóriam, ut ex ea quærat lucra? Cur divítias cúpiat? ut áffluat dápibus? locuſtis véſcitur & melle ſilveſtri: an ut móllibus veſtiátur? pili camelórum tegmen ejus ſunt. Iſtiúſmodi cibus & veſtis, cárceris hoſpítio recipiuntur, & prædicátio veritátis tale habet habitáculum. Qui autem adulatóres ſunt & ſectantur lucra, & quærunt divítias, & delíciis áffluunt, & móllibus veſtiuntur, iſti in dómibus regum ſunt. Ex quo oſténditur rígidã vitam & auſtéram prædicatiónem vitáre debére aulas regum, & móllium hóminum palátia declináre. Sed quid exiſtis vidére? Prophétam? Etiam dico vobis & pluſquam Prophétam. In eo Joannes Prophétis cæteris major eſt, quòd quem illi prædicavérunt eſſe ventúrum, hic veniſſe dígito demonſtrávit.

℟. IX. Dómine, qui auſers iniquitátem, * Dabis veritátem Jacob, miſericórdiam Ábraham, quæ juraſti pátribus noſtris † A diébus antíquis. *Mich.* 7. 18. 20. ℣. Ad dandam ſciéntiam ſalútis in remiſ-

ſiónem peccatórum. *Luc.* 1. 77. * Dabis. ℣. Glória. † A diébus. *Repetit.* Dómine, qui auſers, *uſque ad* ℣. *Non dicitur* Te Deum.

AD LAUDES.

℣. *Sacerdot.* Liberátor meus es tu, ℟. Dómine, ne moréris. *Pſ.* 69. 6.

Pſalmi de Dominica cum Antiph. ſequentibus.

Ant. 7. *d.* ECce Dóminus Deus in fortitúdine véniet, & bráchium ejus dominábitur. *Iſai.* 40. 10.

Ant. 6. F. Sicut paſtor gregem ſuum paſcet; in bráchio ſuo congregábit agnos, & in ſinu ſuo levábit. *Ibid.* v. 11.

Ant. 3. a. Dómine, ne ultrà memíneris iniquitátis noſtræ; ecce réſpice, pópulus tuus omnes nos. *Iſ.* 64. 9.

Ant. 5. C. Dóminus ſpes pópuli ſui, & fortitúdo filiórum Iſraël. *Joël.* 3. 16.

Ant. 8. G. Salva, Dómine, pópulum tuum relíquias Iſraël. *Jer.* 31. 7.

Capitulum. Zach. 8. 13.

SIcut erátis maledíctio in géntibus, domus Juda & domus Iſraël: ſic ſalvábo vos, & éritis benedíctio: nolíte timére, confortentur manus veſtræ.

Hymnus & Verſiculus ut in Feriis Adventûs.

Ad Benedictus, *Ant.* 1. g. In ipſa hora multos curávit Jeſus à languóribus, & plagis, & ſpirítibus malis, & cæcis multis donávit viſum. *Luc.* 7. 21.

Orémus.

EXcita, Dñe, corda noſtrâ ad præparandas Unigéniti tui vias; ut per ejus adventum purificátis tibi méntibus ſervíre mereámur; Qui tecum vivit.

AD HORAS, Antiph. de Laudibus, quartâ prætermiſsâ.

AD PRIMAM.

Ant. 7. *d.* Ecce.

Capitulum. Jer. 30. 10.

NE tímeas, ſerve meus Jacob, ait Dóminus; neque páveas, Iſraël: quia ecce ego ſalvábo te.

℟. *br.* Chriſte Fili Dei vivi, * Miſerére nobis. *Matth.* 16. 16. *Tob.* 8. 10. *Repetit.* Chriſte. ℣. Qui ventúrus es in mundum. *Joan.* 6. 14. * Miſerére nobis. ℣. Glória. *Repet.* Chriſte.

℣. Exurge, Dómine, ádjuva nos, ℟. Et rédime nos propter nomen tuum. *Pſ.* 43. 26.

CANON.

Ex Concílio Bituricenſi. *An.* 1584. *tit.* 24. *can.* 2.

CUjuſque Ordinis myſtérium & rátio explicétur; ut inde Ordi-

nè ſuum unuſquiſque revereri diſcat, ejuſque dignitátem omnes ſuſpiciant.

AD TERTIAM.

Ant. 6. F. Sicut paſtor.

Capitulum. Jac. 4. 8.

EMundáte manus, peccatóres; & purificáte corda, dúplices ánimo; appropinquáte Deo, & appropinquábit vobis.

℟. *br.* Memento noſtrî, Dómine, * In beneplácito pópuli tui. *Repet.* Memento. ℣. Víſita nos in ſalutári tuo. * In beneplácito. ℣. Glória. *Repet.* Memento. *Pſ.* 105. 4.

℣. Qui regis Iſraël, intende; ℟. Qui ſedes ſuper Chérubim, manifeſtáre. *Pſ.* 79. 2.

AD SEXTAM.

Ant. 3. a. Dómine.

Capitulum. Iſai. 35. 3.

COnfortáte manus diſſolútas, & génua debília roboráte: dícite puſillánimis: Confortámini, & nolíte timére: ecce Deus veſter ultiónem addúcet retributiónis: Deus ipſe véniet, & ſalvábit vos.

℟. *br.* Oſtende nobis, Dómine, * Miſericórdiam tuam. *Repet.* Oſtende. ℣. Et ſalutáre tuum da nobis. * Miſericórdiâ tuam. ℣. Glória. *Repet.* Oſtende. *Pſ.* 84. 8.

℣. Miríſica miſericórdias tuas, Dñe; ℟. Qui ſalvos facis ſperantes in te. *Pſ.* 16. 7.

AD NONAM.

Ant. 8. G. Salva.

Capitulum. Iſai. 40. 9.

EXalta in fortitúdine vocem tuam, qui evangelízas Jerúſalem: exalta, noli timére; dic civitátibus Juda: Ecce Deus veſter.

℟. *br.* Tu exurgens, Dómine, * Miſeréberis Sion. *Repet.* Tu exurgens. ℣. Quia tempus miſerendi ejus, quia venit tempus. * Miſeréberis. ℣. Glória. *Repet.* Tu exurgens. *Pſ.* 101. 14.

℣. Dómine Deus, oſtende fáciem tuam, ℟. Et ſalvi érimus. *Pſ.* 79. 20.

AD VESPERAS.

Antiph. de Laudibus. Pſalmi de Dominica. 30.

Capitulum. Iſ. 46. 12. 13.

AUdíte me, duro corde, qui longè eſtis à juſtítia. Propè feci juſtítiam meam, non elongábitur, & ſalus mea non morábitur. Dabo in Sion ſalútem, & in Iſraël glóriam meam.

Hymnus & Verſic. ut in Feriis Adventûs.

Ad Magníficat, *Ant.* 1. D. A diébus Joannis Baptiſtæ uſque nunc, regnum cœlórum vim pátitur, & violenti rápiunt illud. *Matth.* 11. 12.

Oratio ut ſup. ad Laudes.

FERIA SECUNDA.

De Iſaía Prophéta.

LECTIO I. c. 29. v. 11.

Peribit ſapientia humana.

ET erit vobis víſio ómnium ſicut verba libri ſignáti, quem cùm déderint ſcienti lítteras, dicent: Lege iſtum: & reſpondébit: Non poſſum; ſignátus eſt enim. Et dábitur liber neſcienti lítteras, diceturque ei: Lege: & reſpondébit: Néſcio lítteras. Et dixit Dóminus: Eò quòd appropinquat pópulus iſte ore ſuo, & lábiis ſuis gloríficat me, cor autem ejus longè eſt à me; & timuérunt me mandáto hóminum & doctrínis: ídeò ecce ego addam ut admiratiónem fáciam pópulo huic miráculo grandi & ſtupendo; períbit enim ſapiéntia à ſapiéntibus ejus, & intellectus prudéntium ejus abſcondétur. Væ qui profundi eſtis corde, ut à Dómino abſcondátis consílium: quorum ſunt in ténebris ópera, & dicunt: Quis videt nos, & quis novit nos? Perverſa eſt hæc veſtra cogitátio: quaſi ſi lutum contra fígulum cógitet, & dicat opus factóri ſuo: Non feciſti me: & figmentum dicat factóri ſuo: Non intélligis. Hæc dicit.

℞. Exaudi, Dómine; placáre, Dómine; attende & fac: * Ne moréris propter temetipſum, Deus meus. *Dan.* 9. 19. ℣. Spíritus & ſponſa dicunt: Veni: & qui audit, dicat: Veni. *Apocal.* 22. 17. * Ne moréris.

LECTIO II. c. 29. v. 17.

Illuminandus & convertendus Jacob.

NOnne adhuc in módico & in brevi convertétur Líbanus in Charmel, & Charmel in ſaltum reputábitur? Et áudient in die illa ſurdi verba libri, & de ténebris & calígine óculi cæcórum vidébunt. Et addent mites in Dómino lætítiam, & páuperes hómines in ſancto Iſraël exultábunt: quóniam defécit qui prævalébat, conſummátus eſt illúſor, & ſuccíſi ſunt omnes qui vigilábant ſuper iniquitátem: qui peccáre faciébant hómines in verbo, & arguentem in porta ſupplantábant, & declinavérunt fruſtrà à juſto. Propter hoc, hæc dicit Dóminus ad domum Jacob, qui redémit Abraham: Non modò confundétur Jacob, nec modò vultus ejus erubeſcet. Sed cùm víderit fílios ſuos ópera mánuum meárum, in médio ſui ſanctificantes nomen meum, & ſan-

ctificábunt ſanctum Jacob, & Deum Iſraël prædicábunt: & ſcient errantes ſpíritu intellectum, & muſſitatóres diſcent legem. Hæc dicit.

℟. Propter Sion non tacébo, & propter Jeruſalem non quieſcam; *Donec egrediátur ut ſplendor Juſtus ejus, & Salvátor ejus ut lampas accendátur. *Iſ.* 62. 1. ℣. Omnis creatúra ingemiſcit, & párturit uſque adhuc. *Rom.* 8. 22. * Donec.

De libro ſecundo Regum.

LECTIO III. c. 7. v. 8.

Chriſtus Davidi prænuntiatus.

Et nunc hæc dices ſervo meo David: Hæc dicit Dóminus exercítuum: Ego tuli te de páſcuis ſequentem greges, ut eſſes dux ſuper pópulum meum Iſraël: & fui tecum in ómnibus ubicumque ambulaſti, & interféci univerſos inimícos tuos à fácie tua: fecíque tibi nomen grande, juxta nomen magnórũ qui ſunt in terra. Et ponam locum pópulo meo Iſraël, & plantábo eum, & habitábit ſub eo, & non turbábitur ámpliùs: nec addent filii iniquitátis, ut afflígant eum ſicut priùs, ex die quâ conſtítui júdices ſuper pópulum meum Iſraël, & réquiem dabo tibi ab ómnibus inimícis tuis: prædicítque tibi Dóminus, quòd domum fáciat tibi Dóminus. Cumque compléti fúerint dies tui, & dormíeris cum pátribus tuis, ſuſcitábo ſemen tuũ poſt te, quod egrediétur de útero tuo, & firmábo regnum ejus. Ipſe ædificábit domũ nómini meo, & ſtabíliam thronum regni ejus uſque in ſempitérnum. Ego ero ei in patrem, & ipſe erit mihi in filium: qui ſi iníquè áliquid géſſerit, árguã eum in virga virórum, & in plagis filiórum hóminum; miſericórdiam autẽ meã non áuferam ab eo, ſicut ábſtuli à Saül, quem amóvi à fácie mea. Et fidélis erit domus tua, & regnum tuum uſque in æternum ante fáciem tuam, & thronus tuus erit firmus júgiter. Secundùm ómnia verba hæc, & juxta univérſam viſiónem iſtam, ſic locútus eſt Nathan ad David.

℟. Tu, Dómine, pater noſter, redemptor noſter, à ſéculo nomen tuum: * Utinam dirúmperes cœlos, & deſcénderes! *Iſai.* 63. 16. & 64. 1. ℣. In princípio, Dómine, terram fundaſti, & ópera mánuum tuárum ſunt cœli. *Hebr.* 1. 10. * Utinam. ℣. Glória, * Utinam.

Ad

Ad Benedictus, *Ant.* 8. c. Deus judícii Dñs; beáti omnes qui expectant eum. *Iſ.* 30. 18.

CANON.

Ex Concílio Bituricenſi. *An.* 1584. *Tit.* 24.

CUm legem Chriſti Dómini duntáxat adumbrárit lex Moſis, & ſacrificii miniſtros habúerit Levítas, Sacerdótes, & Pontífices: æquum eſt étiam legis Evángelicæ ſuos quoſdam eſſe miniſtros, qui & altári ſérviant, & miniſtéria diſpenſent.

Ad Magníficat, *Ant.* 1. f. In ſémita judiciórum tuórum, Dómine, ſuſtinúimus te. *Iſ.* 26. 8.

FERIA TERTIA.

De Iſaía Prophéta.

LECTIO I. c. 30. v. 18.

Miſerebitur Deus.

PRoptérea expectat Dóminus ut miſereátur veſtrî: & ídeò exaltábitur parcens vobis; quia Deus judícii Dóminus; beáti omnes qui expectant eum. Pópulus enim Sion habitábit in Jerúſalem: plorans nequáquam plorábis; míſerans miſerébitur tuî: ad vocem clamóris tui ſtatim ut audíerit, reſpondebit tibi. Et dabit vobis Dóminus panem arctum, & aquam brevem: & non fáciet evoláre à te ultrà Doctórem tuum; & erunt óculi tui videntes præceptórem tuum. Et aures tuæ áudient verbum poſt tergum monentis: Hæc eſt via; ambuláte in ea: & non declinétis neque ad déxteram, neque ad ſiniſtram. Et contaminábis láminas ſculptílium argenti tui, & veſtimentum conflátilis auri tui, & diſperges ea ſicut immundítiam menſtruátæ: Egrédere, dices ei. Et dábitur plúvia ſémini tuo, ubicúmque ſemináveris in terra: & panis frugum terræ erit ubérrimus & pinguis. Paſcétur in poſſeſſióne tua in die illo agnus ſpatióſè: & tauri tui, & pulli aſinórum, qui operantur terram, commiſtum migma cómedent ſicut in área ventilátum eſt. Hæc dicit.

℟. Hic eſt Deus, Deus noſter in æternum, & in ſéculum ſéculi: * Ipſe reget nos in ſécula. *Pſ.* 47. 15. ℣. Regnábit in domo Jacob in æternum, & regni ejus non erit finis. *Luc.* 1. 32. * Ipſe.

LECTIO II. c. 30. v. 25.

Felicitas futura.

ET erunt ſuper omnem montem excelſum, & ſuper omnem collem elevátum, rivi curréntium aquárum, in die interfectiónis multórum,

cùm cecíderint turres. Et erit lux lunæ ſicut lux ſolis, & lux ſolis erit ſeptemplíciter ſicut lux ſeptem diérum, in die quâ alligáverit Dóminus vulnus pópuli ſui, & percuſſúram plagæ ejus ſanáverit. Ecce nomen Dómini venit de longinquo, ardens furor ejus, & gravis ad portandum: lábia ejus repléta ſunt indignatióne, lingua ejus quaſi ignis dévorans. Spíritus ejus velut torrens inundans uſque ad médium colli, ad perdendas gentes in níhilum, & frænum erróris, quod erat in maxillis populórum. Cánticum erit vobis ſicut nox ſanctificátæ ſolemnitátis, & lætítia cordis ſicut qui pergit cum tíbia, ut intret in montem Dómini ad fortem Iſraël. Et audítam fáciet Dóminus glóriam vocis ſuæ, & terrórem bráchii ſui oſtendet in comminatióne furóris, & flammâ ignis devorantis, allídet in túrbine, & in lápide grándinis. A voce enim Dómini pavébit Aſſur virgâ percuſſus. Hæc dicit.

℟. Vivificábis nos, & nomen tuum invocábimus: * Dñe Deus virtútũ, converte nos, & oſtende fáciem tuam, & ſalvi érimus. *Pſ.* 79. 29. 30. ℣. Deus omnípotens, juſtæ & veræ ſunt viæ tuæ, rex ſeculórum. *Apoc.* 15. 3. * Dómine.

De Jeremía Prophéta.

Lectio III. c. 23. v. 3.

Chriſtus germen David.

EGo congregábo relíquias gregis mei de ómnibus terris, ad quas ejécero eos illuc: & convertam eos ad rura ſua: & creſcent & multiplicabuntur. Et ſuſcitábo ſuper eos paſtóres, & paſcent eos: non formidábunt ultrà, & non pavébunt: & nullus quærétur ex número, dicit Dóminus. Ecce dies véniunt, dicit Dóminus: & ſuſcitábo David germen juſtum: regnábit rex, & ſápiens erit: & fáciet judícium & juſtítiam in terra. In diébus illis ſalvábitur Juda, & Iſraël habitábit confidenter: & hoc eſt nomen, quod vocábunt eum, Dóminus juſtus noſter. Propter hoc ecce dies véniunt, dicit Dóminus, & non dicent ultrà: Vivit Dóminus, qui eduxit fílios Iſraël de terra Ægypti: ſed Vivit Dóminus, qui eduxit & adduxit ſemen domûs Iſraël de terra Aquilónis, & de cunctis terris ad quas ejéceram eos illuc: & habitábunt in terra ſua.

℟. Béthleem Ephrata, ex te mihi egrediétur qui

ſit dominátor in Iſraël : * Egreſſus ejus † A diébus æternitátis. *Mich.* 5. 2. ℣. Scriptúra dicit: Quia ex ſémine David & de Béthleem caſtello venit Chriſtus. *Joan.* 7. 42. * Egreſſus. ℣. Glória. † A diébus.

Ad Benedictus, *Ant.* 8. c. Ne diſſipes, Dñe, teſtamentum tuum, neque áuferas miſericórdiam tuam à nobis. *Dan.* 3. 34. 35.

CANON.

Ex Concílio Bituricenſi. *An.* 1584. *Tit.* 24.

INſtítuit Chriſtus duódecim apóſtolos Eccléſiæ ſuæ miniſtros, diſpenſatóres verbi ſui & ſacramentórum, quibus póſtea ſecundi órdinis ſeptuaginta duos diſcípulos adjunxit, quorum óperâ totum mundum illuſtrávit.

Ad Magníficat, *Ant.* 1. a. Super Dómino non confundentur, qui expectant eum. *Iſ.* 49. 23.

FERIA QUARTA.

De Iſaía Prophéta.

LECTIO I. c. 31. v. 4.

Dominus protegens & liberans.

HÆc dicit Dóminus ad me : Quómodò ſi rúgiat leo, & cátulus leónis ſuper prædam ſuam, & cum occúrrerit ei multitúdo paſtórum, à voce eórum non formidábit, & à multitúdine eórum non pavébit: ſic deſcendet Dóminus exercítuum ut prælietur ſupra montẽ Sion, & ſuper collem ejus. Sicut aves volantes, ſic próteget Dóminus exercítuum Jeruſalem, prótegens & líberans, tránſiens & ſalvans. Convertímini ſicut in profundum receſſerátis, filii Iſraël. In die enim illa abjíciet vir idóla argenti ſui, & idóla auri ſui, quæ fecérunt vobis manus veſtræ in peccátum. Et cadet Aſſur in gládio non viri, & gládius non hóminis vorábit eũ, & fúgiet non à fácie gládii : & júvenes ejus vectigáles erunt. Et fortitúdo ejus à terróre tranſíbit, & pavébunt fugientes príncipes ejus : dixit Dóminus, cujus ignis eſt in Sion, & camínus ejus in Jeruſalem. Hæc dicit.

℟. Nunc clamémus in cœlum ; miſerébitur noſtri Dóminus, * Et memor erit teſtamenti patrum noſtrórum. 1. *Mach.* 4. 10. ℣. Jurávit ad Abraham patrem noſtrum, datúrum ſe nobis. *Luc.* 1. 73. * Et memor.

LECTIO II. c. 32. v. 1.

Rex juſtus.

ECce in juſtítia regnábit rex, & príncipes in judício præerunt. Et erit vir ſicut qui abſ-

fides in tempóribus tuis: divítiæ ſalútis ſapiéntia & ſciéntia: timor Dómini ipſe eſt theſaurus ejus. Ecce videntes clamábunt foris, Angeli pacis amárè flebunt. Hæc dicit.

℟. Propter Sion non tacébo, & propter Jeruſalem non quieſcam; * Donec egrediátur ut ſplendor juſtus ejus, & ſalvátor ejus ut lampas accendátur. *Iſ.* 62. 1. ℣. Omnis creatúra ingemiſcit, & párturit uſque adhuc. *Rom.* 8. 22. * Donec.

De Baruch Prophéta.

LECTIO III. c. 3. v. 29.

Chriſtus incarnatus.

QUis aſcendit in cœlum, & accépit ſapiéntiam? & eduxit eam de núbibus? Quis transfretávit mare, & invénit illam? & áttulit illam ſuper aurum electum? Non eſt qui poſſit ſcire vias ejus, neque qui exquírat ſémitas ejus. Sed qui ſcit univerſa, novit eam, & adinvénit eam prudéntiâ ſuâ: qui præparávit terram in æterno témpore, & replévit eam pecúdibus & quadrupédibus: qui emittit lumen, & vadit; & vocávit illud, & óbedit illi in tremóre. Stellæ autem dedérunt lumen in cuſtódiis ſuis, & lætátæ ſunt; vocátæ ſunt, & dixérunt: Adſumus: & luxérunt ei cum jucunditáte, qui fecit illas. Hic eſt Deus noſter, & non æſtimábitur álius adversùs eum. Hic adinvénit omnem viam diſciplínæ, & trádidit illam Jacob púero ſuo, & Iſraël dilecto ſuo. Poſt hæc in terris viſus eſt, & cum homínibus converſátus eſt.

℟. Tu, Dómine, pater noſter, redemptor noſter, à ſéculo nomen tuū: * Utinam dirúmperes cœlos, & deſcénderes! *Iſ.* 63. 16. 64. 1. ℣. In princípio, Dómine, terram fundaſti, & ópera mánuum tuárum ſunt cœli. *Hebr.* 1. 10. * Utinam. ℣. Glória. * Utinam.

Ad Benedictus, *Ant.* 8. G. In die illa inclinábitur homo ad factórē ſuum, & óculi ejus ad Sanctum Iſraël reſpícient. *Iſ.* 17. 7.

CANON.

Ex Conc. Pariſienſi ſexto. *An.* 829. *lib.* 1. *cap.* 4.

SAcerdótes per Dei grátiam fiunt divínæ voluntátis júdices, Eccleſiárum Chriſti poſt apóſtolos fundatóres, fidélis pópuli duces, veritátis aſſertóres, pravæ doctrínæ hoſtes, ómnibus bonis amábiles.

Ad Magníficat. *Ant.* 6. F. De Sion egrediétur lex, & verbum Dómini de Jeruſalem. *Mich.* 4. 2.

FERIA SEXTA.

De Iſaía Prophéta.

LECTIO I. c. 33. v. 13.

Qui regem in decore ſuo viſuri.

AUdíte, qui longè eſtis, quæ fécerim; & cognóſcite, vicíni, fortitúdinem meam. Contérriti ſunt in Sion peccatóres, poſſédit tremor hypócritas. Quis póterit habitáre de vobis cum igne devorante? quis habitábit ex vobis cum ardóribus ſempitérnis? Qui ámbulat in juſtítiis, & lóquitur veritátem; qui prójicit avarítiam ex calúmnia, & éxcutit manus ſuas ab omni múnere; qui obtúrat aures ſuas ne áudiat sánguinem, & claudit óculos ſuos ne vídeat malum: iſte in excelſis habitábit, muniménta ſaxórum sublímitas ejus; panis ei datus eſt, aquæ ejus fidéles ſunt; regem in decóre ſuo vidébunt óculi ejus, cernent terram de longè. Cor tuum meditábitur timórem: ubi eſt litterátus? ubi legis verba pónderans? ubi doctor parvulórum? Hæc dicit.

℟. Hic eſt Deus, Deus noſter in æternum, & in ſéculum ſéculi: * Ipſe reget nos in ſécula. *Pſ.* 47. 15. ℣. Regnábit in domo Jacob in æternum, & regni ejus non erit finis. *Luc.* 1. 32. * Ipſe.

LECTIO II. c. 33. v. 20.

Chriſtus legifer & rex.

REſpice Sion civitátem ſolemnitátis noſtræ: óculi tui vidébunt Jerúſalem, habitatiónem opuléntam, tabernáculum quod nequáquam transferri póterit; nec auferentur clavi ejus in ſempitérnum, & omnes funículi ejus non rumpentur: quia ſolúmmodò ibi magníficus eſt Dóminus noſter: locus fluviórum rivi latíſſimi & patentes: non transíbit per eum navis rémigum, neque triéris magna tranſgrediétur eũ. Dóminus enim judex noſter, Dóminus légifer noſter, Dóminus rex noſter: ipſe ſalvábit nos. Laxáti ſunt funículi tui, & non prævalébunt: ſic erit malus tuus ut dilatáre ſignum non queas. Tunc dividentur ſpólia prædárum multárum: claudi diripient rapínam: nec dicet vicínus: Elangui; pópulus qui hábitat in ea, auferétur ab eo iníquitas. Hæc dicit.

℟. Vivificábis nos, & nomen tuum invocábimus; * Dñe Deus virtútũ, converte nos, & oſtende fáciem tuã, & ſalvi érimus. *Pſ.* 79. 29. 30. ℣. Deus omnípotens, juſtæ & veræ ſunt viæ

tuæ, rex ſeculórum. *Apoc.* 15. 3. * Dómine.

De Baruch Prophéta.

LECTIO III. c. 5. v. 1.

Eccleſiæ futura lætitia.

EXue te, Jerúſalem, ſtolâ luctûs, & vexatiónis tuæ: & índue te decóre, & honóre ejus, quæ à Deo tibi eſt, ſempiternæ glóriæ. Circúmdabit te Deus diplóide juſtítiæ, & impónet mitram cápiti honóris ætérni. Deus enim oſtendet ſplendórem ſuum in te, omni qui ſub cœlo eſt. Nominábitur enim tibi nomen tuum à Deo in ſempiternum: Pax juſtítiæ & honor pietátis. Exurge, Jerúſalem, & ſta in excelſo: & circúmſpice ad orientem, & vide collectos filios tuos ab oriente ſole uſque ad occidentem, in verbo Sancti gaudentes Dei memóriâ. Exiérunt enim abs te pédibus ducti ab inimícis: addúcet autem illos Dóminus ad te portátos in honóre ſicut filios regni. Conſtítuit enim Deus humiliáre omnem montem excelſum & rupes perennes, & convalles replére in æqualitátem terræ: ut ámbulet Iſraël diligenter in honórem Dei.

℟. Béthleem Ephrata, ex te mihi egrediétur qui ſit dominátor in Iſraël; * Egreſſus ejus † A diébus æternitátis. *Mich.* 5. 2. ℣. Scriptúra dicit: Quia ex ſémine David & de Béthleem caſtello venit Chriſtus. *Joan.* 7. 42. * Egreſſus. ℣. Glória. † A diébus.

Ad Benedictus, *Ant.* 7. *d.* Ecce ſuper montes pedes evangelizantis & annuntiantis pacē. *Nah.* 1. 15.

CANON.

Ex Concílio Pariſienſi ſexto.

An. 829. *lib.* 1. *cap.* 4.

SAcerdótes ſunt Eccléſiæ duces, in quibus ámpliùs fulget Eccléſia: ipſi columnæ firmíſſimæ, quibus in Chriſto fundátis, innítitur omnis multitúdo credéntium.

Ad Magníficat, *Ant.* 1. *g.* Egrediétur virga de radíce Jeſſe, & flos de radíce ejus aſcendet. *Iſ.* 11. 1. *Niſi dicenda ſit Antiph.* O Sapiéntia.

SABBATO.

De Iſaía Prophéta.

LECTIO I. c. 35. v. 1.

Futura ſecuritas Chriſtianorum.

LÆtábitur deſerta & ínvia, & exultábit ſolitúdo, & florébit quaſi lílium. Gérminans germinábit, & exultábit lætabunda & laudans: glória Líbani data eſt ei, decor Carméli & Saron: ipſi vidébunt glóriam Dó-

mini,& decórem Dei noſtri. Confortáte manus diſſolútas, & génua debília roboráte. Dícite puſillánimis: Confortámini, & nolíte timére: ecce Deus veſter ultiónem addúcet retributiónis: Deus ipſe véniet, & ſalvábit vos. Tunc aperiéntur óculi cœcórum, & aures ſurdórum patébunt; tunc ſáliet ſicut cervus claudus, & aperta erit lingua mutórum: quia ſciſſæ ſunt in deſerto aquæ, & torrentes in ſolitúdine; & quæ erat árida, erit in ſtagnum, & ſítiens in fontes aquárum. In cubílibus, in quibus priùs dracónes habitábant, oriétur viror cálami & junci. Et erit ibi ſémita & via, & via ſancta vocábitur: non tranſíbit per eam pollútus; & hæc erit vobis directa via, ita ut ſtulti non errent per eam. Non erit ibi leo; & mala béſtia non aſcendet per eam, nec inveniétur ibi: & ambulábunt qui liberáti fúerint. Et redempti à Dómino convertentur, & vénient in Sion cum laude; & lætítia ſempiterna ſuper caput eórum: gáudium & lætítiam obtinébunt, & fúgiet dolor & gémitus. Hæc dicit.

℟. Nunc clamémus in cœlum; miſerébitur noſtri Dóminus, * Et memor erit teſtamenti patrum noſtrórum. 1. *Mach.* 4. 10. ℣. Jurávit ad Abraham patrem noſtrum, datúrum ſe nobis. *Luc.* 1. 73. * Et memor.

LECTIO II. c. 40. v. 26.

Sperantes in Domino non deficient.

LEváte in excelſum óculos veſtros, & vidéte quis creávit hæc: qui edúcit in número milítiam eórum, & omnes ex nómine vocat: præ multitúdine fortitúdinis & róboris, virtutiſque ejus, neque unum réliquum fuit. Quare dicis, Jacob, & lóqueris, Iſraël: Abſcóndita eſt via mea à Dómino, & à Deo meo judícium meum tranſívit? Numquid neſcis, aut non audiſti? Deus ſempitérnus Dóminus, qui creávit términos terræ: non defíciet, neque laborábit; nec eſt inveſtigátio ſapiéntiæ ejus: qui dat laſſo virtútem; & his qui non ſunt, fortitúdinem & robur multíplicat. Defícient púeri, & laborábunt; & júvenes in infirmitáte cadent: qui autem ſperant in Dómino, mutábunt fortitúdinem, aſſúment pennas ſicut áquilæ, current & non laborábunt, ambulábunt & non defícient. Hæc dicit.

℟. Numquid, Dómine, projíciens abjeciſti Judam? * Cognóvimus, Dómine, impietátes noſtras; recordáre, ne írritum fácias fœdus tuum nobiſcum. *Jerem.* 14. 19. ℣. Expectantes beátam ſpem, & adventum glóriæ magni Dei & Salvatóris noſtri Jeſu Chriſti. *Tit.* 2. 13. * Cognóvimus.

De Ezechiéle Prophéta.

Lectio III. c. 11. v. 17.

Spiritus novus promittitur.

HÆc dicit Dóminus Deus: Congregábo vos de pópulis; & adunábo de terris in quibus diſperſi eſtis, dabóque vobis humum Iſraël. Et ingredientur illuc, & áuferent omnes offenſiónes, cunctaſque abominatiónes ejus de illa: & dabo eis cor unum, & ſpíritum novum tríbuam in viſcéribus eórum; & áuferam cor lapídeum de carne eórum, & dabo eis cor cárneum: ut in præceptis meis ámbulent, & judícia mea cuſtódiant, faciántque ea; & ſint mihi in pópulum, & ego ſim eis in Deum. Quorum cor poſt offendícula & abominatiónes ſuas ámbulat, horum viam in cápite ſuo ponam, dicit Dñs Deus.

℟. Dómine, qui aufers iniquitátem, * Dabis veritátem Jacob, miſericórdiam Abraham; quæ juraſti pátribus noſtris † A diébus antíquis. *Mich.* 7. 18. 20. ℣. Ad dandam ſciéntiam ſalútis in remiſſiónem peccatórum. *Luc.* 1. 77. * Dabis. ℣. Glória. † A diébus.

Ad Benedictus, *Ant.* 3. g. Liberáberis, Sion; rédimet te Dóminus de manu inimicórum tuórum. *Mich.* 4. 10.

CANON.

Ex Concílio Pariſienſi ſexto.

An. 829. *lib,* 1. *cap.* 12.

GRandis dígnitas Sacerdótum; ſed grandis ruína, ſi peccent. Lætámur ad aſcenſum; ſed timeámus ad lapſum... Non enim ſolùm pro delictis noſtris reddémus ratiónem; ſed pro ómnium quorum abútimur donis, & nequáquam ſumus de eórum ſalúte ſollíciti.

AD VESPERAS.

Antiphonæ & Pſalmi ut in Pſalterio.

Capitulum. Iſ. 40. 3.

VOx clamantis in deſerto; Paráte viam Dómini, rectas fácite in ſolitúdine ſémitas Dei noſtri.

℟. Roráte, cœli, *ſup.* 183. *Hymnus & Verſiculus, ut ſuprà, pag.* 195.

Ad Magníficat, *Ant.* 1. Sicut terra profert

germen ſuum, ſic Dóminus Deus germinábit juſtítiam & laudem coram univerſis géntibus. *Iſai.* 61. 11. *Niſi dicenda ſit Antiph.* O.

Orémus.

AUrem tuam, quæſumus, Dómine, précibus noſtris accómmoda: & mentis noſtræ ténebras grátiâ tuæ viſitatiónis illuſtra; Qui vivis & regnas cum Deo Patre.

DOMINICA III. Adventûs.

Invit. Dóminus propè eſt; * Veníte, adorémus. *Phil.* 4. 5. *Dicitur uſque ad vigiliam Nativitatis.*

Hymnus, ut ſuprà in Feriis Adventûs. Antiph. & verſus ut in Pſalterio pro tempore Adventûs.

IN I. NOCTURNO.

De Iſaía Prophéta.

LECTIO I. c. 42. v. 1.

Virtutes & opera Chriſti.

ECce ſervus meus, ſuſcípiam eum; electus meus, complácuit ſibi in illo ánima mea: dedi ſpíritum meum ſuper eum; judícium géntibus próferet. Non clamábit, neque accípiet perſónam, nec audiétur vox ejus foris. Cálamum quaſſátum non cónteret, & linum fúmigans non extinguet: in veritáte edúcet judícium. Non erit triſtis, neque turbulentus, donec ponat in terra judícium: & legem ejus inſulæ expectábunt. Hæc dicit Dñs Deus, creans cœlos, & extendens eos: firmans terram, & quæ gérminant ex ea: dans flatum pópulo qui eſt ſuper eam, & ſpíritum calcántibus eam. Ego Dóminus vocávi te in juſtítia, & apprehendi manum tuam, & ſervávi te. Et dedi te in fœdus pópuli, in lucem géntium: ut aperíres óculos cœcórum, & edúceres de concluſióne vinctum, de domo cárceris ſedentes in ténebris. Hæc dicit.

℟. 1. Attende de cœlo, Dómine, & vide de habitáculo ſancto tuo: * Ubi eſt zelus tuus & fortitúdo tua, multitúdo víſcerum tuórum? *Iſ.* 63. 15. ℣. Radix & genus David, ſtella ſpléndida & matutína. *Apoc.* 22. 16. * Ubi eſt.

LECTIO II. c. 42. v. 8.

Exhortatio ad laudem Dei.

EGo Dóminus, hoc eſt nomen meum: glóriam meam álteri non dabo, & laudem meam ſculptílibus. Quæ prima fuérunt, ecce venérunt: nova quoque ego annúntio; ántequam oriantur, audíta vobis fáciam. Cantáte Dómino cánticum novum, laus ejus ab extrémis terræ: qui deſcén-

ditis in mare, & plenitúdo ejus; ínſulæ,& habitatóres eárum. Sublevétur deſertum, & civitátes ejus; in dómibus habitábit Cedar: laudáte, habitatóres Petræ; de vértice móntium clamábunt. Ponent Dómino glóriam, & laudem ejus in ínſulis nuntiábunt. Dóminus ſicut fortis egrediétur, ſicut vir præliátor ſuſcitábit zelum: vociferábitur, & clamábit; ſuper inimícos ſuos confortábitur. Tácui ſemper, sílui, pátiens fui: ſicut partúriens loquar; diſſipábo, & abſorbébo ſimul. Deſertos fáciam montes & colles, & omne grámen eórum exſiccábo: & ponam flúmina in ínſulas, & ſtagna areſáciam. Et ducam cœcos in viam quam néſciunt; & in ſémitis quas ignoravérunt, ambuláre eos fáciam: ponam ténebras coram eis in lucem, & prava in recta: hæc verba feci eis, & non derelíqui eos. Hæc dicit.

℟. II. Súſcita, Dómine, prædicatiónes quas locúti ſunt in nómine tuo Prophétæ prióres: * Da, Dómine, mercédem ſuſtinéntibus te, ut Prophétæ tui fidéles inveniantur; & exaudi oratiónes ſervórum tuórum. *Eccli.* 36. 17. 18. ℣. Dómine, Deus omnípotens, qui es, & qui eras, & qui ventúrus es. *Apoc.* 11. 17. * Da, Dñe.

LECTIO III. c. 43. v. 1.

Credentes multiplicandi.

ET nunc hæc dicit Dóminus creans te, Jacob, & formans te, Iſraël: Noli timére, quia redémi te, & vocávi te nómine tuo: meus es tu. Cùm tranſíeris per aquas, tecum ero, & flúmina non opérient te: cùm ambuláveris in igne, non comburéris, & flamma non ardébit in te. Quia ego Dóminus Deus tuus, ſanctus Iſraël, ſalvátor tuus: dedi propitiatiónem tuã Ægyptum, Æthiópiam & Saba pro te. Ex quo honorábilis factus es in óculis meis, & gloriósus: ego diléxi te, & dabo hómines pro te, & pópulos pro ánima tua. Noli timére, quia ego tecum ſum: ab oriente addúcam ſemen tuum, & ab occidente congregábo te. Dicam aquilóni: Da; & auſtro: Noli prohibére: affer fílios meos de longínquo, & fílias meas ab extrémis terræ. Et omnem qui ínvocat nomen meum, in glóriam meam creávi eũ, formávi eum, & feci eum. Educ foràs pópulum cœcum, & óculos habentem: ſurdum, & aures ei ſunt. Hæc dicit.

℟. III. Dómine, fac propter nomen tuum; quóniam multæ ſunt averſiónes noſtræ: * Tibi peccávimus, † Expectátio Iſraël, Salvátor ejus. *Jer.* 14. 7. 8. ℣. Dómine, Deus omnípotens, vera & juſta judícia tua. *Apoc.* 16. 7. * Tibi. ℣. Glória. † Expectátio.

IN II. NOCTURNO.

De Abdia Prophéta.

LECTIO IV. c. 1. v. 12.

Juxtà eſt ſalvatio in Sion.

AUdítum audívimus à Dómino, & legátum ad gentes miſit. Non deſpícies in die fratris tui, in die peregrinatiónis ejus; & non lætáberis ſuper fílios Juda in die perditiónis eórum; & non magnificábis os tuum in die angúſtiæ: quóniam juxtà eſt dies Dómini ſuper omnes gentes; ſicut feciſti, fiet tibi; retributiónem tuam convertet in caput tuum. Et in monte Sion erit ſalvátio, & erit ſanctus: & poſſidébit domus Jacob eos qui ſe poſſéderant. Et erit domus Jacob ignis, & domus Joſeph flamma, & domus Eſaü ſtípula; & ſuccendentur in eis, & devorábunt eos: & non erunt relíquiæ domûs Eſaü, quia Dóminus locútus eſt. Et aſcendent ſalvatóres in montem Sion judicáre montem Eſaü: & erit Dómino regnum.

℟. IV. Dóminus judex noſter, Dóminus légifer noſter, * Dóminus rex noſter; ipſe ſalvábit nos. *Iſ.* 33. 21. 22. ℣. Si fidúciam & glóriam ſpei uſque ad finem, firmam retineámus. *Hebr.* 3. 6. * Dóminus.

De Michæa Prophéta.

LECTIO V. c. 5. v. 1.

Meſſias in Bethleem naſciturus.

NUnc vaſtáberis, fília latrónis: obſidiónẽ poſuérunt ſuper nos, in virga percútient maxillam júdicis Iſraël. Et tu, Béthleem Ephrata, párvulus es in míllibus Juda: ex te mihi egrediétur qui ſit dominátor in Iſraël, & egreſſus ejus ab inítio, à diébus æternitátis. Propter hoc dabit eos uſque ad tempus in quo partúriens páriet; & relíquiæ fratrum ejus convertentur ad fílios Iſraël. Et ſtabit, & paſcet in fortitúdine Dómini, in ſublimitáte nóminis Dómini Dei ſui: & convertentur, quia nunc magnificábitur uſque ad términos terræ. Et erit iſte pax.

℟. V. Sperávi in Æternum ſalútem: * Venit míhi gáudium à Sancto ſuper miſericórdia quæ véniet ab Æterno ſalutári

noſtro. *Baruc.* 4. 22. ℣. Sicut locútus eſt ad patres noſtros, Abraham & sémini ejus in sécula. *Luc.* 1. 55. * Venit.

De Nahum Prophéta.

Lectio VI. c. 1. v. 12.

Nuntius pacis.

HÆc dicit Dóminus: Si perfecti fúerint, & ita plures; ſic quoque attondentur, & pertranſíbit: afflixi te, & non affligam te ultrà. Et nunc cónteram virgam ejus de dorſo tuo, & víncula tua diſrumpam. Et præcípiet ſuper te Dóminus, non ſeminábitur ex nómine tuo ámpliùs: de domo Dei tui interfíciam ſcúlptile & conflátile, ponam ſepulchrum tuum, quia inhonorátus es. Ecce ſuper montes pedes evangelizantis, & annuntiantis pacem: célebra, Juda, feſtivitátes tuas, & redde vota tua: quia non adjíciet ut pertránſeat in te Bélial; univerſus intériit.

℟. VI. Emítte agnum, Dómine, dominatórem terræ; * Et præparábitur in miſericórdia ſólium, & ſedébit ſuper illud † In veritáte. *Iſ.* 16. 1. 5. ℣. Dabit illi Dóminus Deus ſedem David patris ejus. *Luc.* 1. 32. * Et præparábitur. ℣. Glória. † In veritáte.

IN III. NOCTURNO.

De Epíſtola prima beáti Pauli Apóſtoli ad Timótheum.

Lectio VII. c. 6. v. 10.

Hortatio ad virtutes amplectendas.

RAdix ómnium malórum eſt cupíditas: quam quidam appetentes, erravérunt à fide, & inſeruérunt ſe dolóribus multis. Tu autem, ô homo Dei, hæc fuge: ſectáre verò juſtítiam, pietátem, fidem, charitátem, patiéntiam, manſuetúdinem. Certa bonum certámen fidei; apprehende vitam æternam, in qua vocátus es, & confeſſus bonam confeſſiónem coram multis téſtibus. Præcípio tibi coram Deo, qui vivíficat ómnia, & Chriſto Jeſu, qui teſtimónium réddidit ſub Póntio Piláto, bonam confeſſiónem: ut ſerves mandátum ſine mácula, irreprehensíbile uſque in advéntum Dómini noſtri Jeſu Chriſti, quem ſuis tempóribus oſtendet beátus & ſolus potens, rex regum, & Dóminus dominántium: qui ſolus habet immortalitátem, & lucem inhábitat inacceſsíbilem: quem nullus hóminum vidit, ſed nec vidére poteſt: cui honor, & impérium ſempitérnum: Amen.

℟. VII. Anima noſtra ſuſtinet Dóminum ; quóniam adjútor & protector noſter eſt : * In eo lætábitur cor noſtrum ; & in nómine ſancto ejus ſperávimus. *Pſ.* 32. 20. 21. ℣. Dictum eſt per Iſaíam Prophétam : In nómine ejus gentes ſperábunt. *Matth.* 12. 17. 21. * In eo.

LECTIO VIII. v. 17.

Bonus uſus divitiarum.

DIvítibus hujus ſǽculi præcipe, non ſublíme ſápere, neque ſperáre in incerto divitiárũ, ſed in Deo vivo, (qui præſtat nobis ómnia abundè ad fruendum :) bene ágere, dívites fieri in bonis opéribus, fácilè tribúere, communicáre, theſauriſáre ſibi fundamentũ bonum in futúrum, ut apprehendant veram vitam. O Timóthee, depóſitum cuſtódi, devítans profánas vocum novitátes, & oppoſitiónes falſi nóminis ſciéntiæ, quam quidam promittentes, circa fidem excidérunt. Grátia tecum: Amen.

℟. VIII. Aſcendámus ad montem Dómini; * Et docébit nos de viis ſuis, & íbimus in ſémitis ejus. *Mich.* 4. 2. ℣. Meſsías venit; cùm venérit ille, nobis annuntiábit ómnia. *Joan.* 4. 25. * Et docébit.

Léctio ſancti Evangelii ſecundùm Joannem.

LECTIO IX. c. 1. v. 19.

Legatio Judæorum ad Joannem.

IN illo témpore : Miſérunt Judæi ab Jeroſólymis ſacerdótes & levítas ad Joannem, ut interrogárent eum : Tu qui es? Et réliqua.

Homília ſancti Gregórii Papæ.

Prima in Evangelium.

EX hujus nobis lectiónis verbis, fratres chariſſimi, Joannis humílitas commendátur: qui cùm tantæ virtútis eſſet, ut Chriſtus credi potuiſſet, elégit ſólidè ſubsíſtere in ſe, ne humánâ opinióne raperétur inánites ſuper ſe. Nam confeſſus eſt, & non negávit, & confeſſus eſt : Quia non ſum ego Chriſtus. Sed qui dixit, Non ſum, negávit planè quod non erat ; ſed non negávit quod erat : ut veritátem loquens, ejus membrum fieret, cujus ſibi nomen fallácitèr non uſurpáret. Cùm ergo non vult appétere nomen Chriſti, factus eſt membrum Chriſti : quia dum infirmitátem ſuam ſtúduit humíliter agnóſcere, illíus celſitúdinem méruit veráciter obtinére. Inquiſítus à diſcípulis Dóminus de Elíæ adventu, reſ-

ſpondit : Elías jam venit, & non cognovérunt eum, ſed fecérunt in eum quæcumque voluérunt ; & ſi vultis ſcire, Joannes ipſe eſt Elías. Requisítus autem Joannes, dicit : Non ſum Elías. Quid eſt hoc, fratres chariſſimi, quia quod Véritas affirmat, hoc Prophéta Veritátis negat? Sed ſi ſubtíliter véritas ipſa requirátur, hoc quod inter ſe contrárium ſonat, quómodo contráriũ non ſit, invenítur. Ad Zacharíam namque de Joanne Angelus dicit : Ipſe præcédet ante illũ in ſpíritu & virtúte Elíæ. Qui idcirco ventúrus in ſpíritu & virtúte Elíæ dícitur ; quia ſicut Elías ſecundũ Dómini adventum prævéniet, ita Joannes prævénit primum. Sicut ille præcurſor ventúrus eſt Júdicis, ita iſte præcurſor eſt factus Redemptóris. Joannes ígitur in ſpíritu Elías erat, in perſóna Elías non erat. Quod ergo Dóminus fatétur de ſpíritu, hoc Joannes dénegat de perſóna.

℞. IX. Laudáte, cœli ; & exulta, terra : jubiláte, montes, laudem : * Quia Dóminus páuperũ ſuórum miſerébitur. *Iſ.* 49. 13. ℣. Ecce virgo in útero habébit, & páriet filium ; & vocábunt nomen ejus **Emmánuel.** *Matth.* 1. 23. * Quia. ℣. Glória. * Quia.

Non dicitur **Te Deum,** *ſed ejus loco repetitur* **Laudáte** *uſque ad* ℣.

AD LAUDES.

℣. *Sacerd.* **Liberátor** meus es tu ; ℟. **Dómine,** ne moréris. *Pſ.* 69. 6.

Pſalmi de **Dominicâ** *ſuper Antiph. ſequentes.*

Ant. 4. E. **QUi reminiſcímini Dómini, ne taceátis, & ne detis** ſiléntium ei, **donec ponat** Jerúſalem **laudem in** terra. *Iſ.* 62. 6. 7.

Ant. 7. a. Jurávit Dóminus in déxtera ſua & **in** bráchio fortitúdinis **ſuæ.** *Iſ.* 62. 8.

Ant. 1. g. Redemptor noſter, Dóminus exercítuũ nomen illíus. *Iſ.* 47. 4.

Ant. 5, a. Aperientur óculi cœcórum, & aures ſurdórum patébunt. *Iſ.* 35. 5.

Ant. 6. F. Sáliet ſicut cervus claudus, & aperta erit lingua mutórum. *Iſ.* 35. 6.

Capitulum. Exod. 6. 5. 7.

REcordátus ſum pacti mei : ego Dóminus qui vos éruam de ſervitúte, ac rédimam in bráchio excelſo & judíciis magnis, & aſſúmam vos mihi in pópulum, & ero veſter Deus.

Hymn. & ℣. *ut ſup.* 193.

Ad Benedictus, *Ant.* 5. C. Vox clamantis in deſerto: Paráte viam Dñi. *Iſ.* 40. 3.

Orémus.

AUrem tuam, quæſumus, Dómine, précibus noſtris accómmoda: & mentis noſtræ ténebras grátiâ tuæ viſitatiónis illuſtra; Qui vivis & regnas cum Deo Patre in unitáte.

AD HORAS, Antiphonæ de Laudibus, quartâ prætermiſsâ.

AD PRIMAM.

Ant. 4. E. Qui reminiſcímini.

Capitulum. Iſa. 60. 20.

JErúſalem, erit tibi Dóminus in lucem ſempiternam, & complebuntur dies luctûs tui; pópulus autem tuus omnes juſti, in perpétuum hæreditábunt terram.

℟. *br.* Chriſte Fili Dei vivi, * Miſerére nobis. *Matth.* 16. 16. *Tob.* 8. 10. *Repet.* Chriſte. ℣. Qui ventúrus es in mundum. *Joan.* 6. 14. * Miſerére nobis. ℣. Glória. *Repet.* Chriſte.

℣. Exurge, Dómine, ádjuva nos, ℟. Et rédime nos propter nomen tuum. *Pſ.* 43. 26.

CANON.

Ex Concílio Mediolanenſi ſecundo.

An. 1569. *Tit.* 1. *decr.* 22.

DOmínico illo die, qui quátuor ſtatúta jejúnii témpora . . . próximè antecédit, Párochi, . . . in ſua unuſquiſque eccléſia, ſupplicatiónes religióſè hábeant . . . ut Dei Sanctorumque ope imploráta, tum Epíſcopus in eórum delectu, quibus órdines confert, Spíritûs ſancti lúmine illuſtrétur; tum ii, quibus conferuntur, in vitæ ſanctitáte, doctrína, religioniſque virtútibus profíciant.

AD TERTIAM.

Ant. 7. a. Jurávit.

Capitul. Exod. 23. 20. 21.

ECce ego mittã Angelum meum, qui præcédat te, & cuſtódiat in via, & introdúcat in locum quem parávi. Obſerva eum, & audi vocem ejus.

℟. *br.* Memento noſtrî, Dómine, * In beneplácito pópuli tui. *Repet.* Memento. ℣. Víſita nos in ſalutári tuo: * In beneplácito pópuli tui. ℣. Glória. *Repet.* Memento. *Pſ.* 105. 4.

℣. Qui regis Iſraël, intende; ℟. Qui ſedes ſuper Chérubim, manifeſtáre. *Pſ.* 79. 2.

AD SEXTAM.

Ant. 1. g. Redemptor.

Capitulum. Judæ. 24.

EI qui potens eſt vos conſerváre ſine peccáto, & conſtitúere ante conſpectum glóriæ ſuæ

immaculátos in exultatióne in adventu Dómini noſtri Jeſu Chriſti, ſoli Deo Salvatóri noſtro per Jeſum Chriſtum glória, & magnificéntia, & impérium, & poteſtas ante omne ſéculum.

℟. *br.* Oſtende nobis, Dómine, * Miſericórdiam tuam. *Repetit.* Oſtende. ℣. Et ſalutáre tuum da nobis: * Miſericórdiam tuam. ℣. Glória. *Repet.* Oſtende. *Pſ.* 84. 8.

℣. Miríﬁca miſericórdias tuas, Dñe; ℟. Qui ſalvos facis ſperantes in te. *Pſ.* 16. 7.

AD NONAM.

Ant. 6. F. Sáliet.

Capitulum. Jac. 5. 7. 8.

PAtientes eſtóte, fratres, uſque ad adventum Dómini: ecce agrícola expectat pretióſum fructum terræ, patienter ferens, donec accípiat temporáneum & serótinũ. Patientes ígitur eſtóte & vos, & confirmáte corda veſtra, quóniã adventus Dñi appropinquávit.

℟. *br.* Tu exurgens, Dómine, * Miſeréberis Sion. *Repet.* Tu exurgens. ℣. Quia tempus miſerendi ejus, quia venit tempus: * Miſeréberis. ℣. Glória. *Repet.* Tu exurgens. *Pſ.* 101. 14.

℣. Dómine Deus, oſtende fáciem tuam, ℟. Et ſalvi érimus. *Pſ.* 79. 20.

AD VESPERAS.

Antiph. de Laudibus, Pſalmi de Dominica.

Capitulum. Iſ. 52. 10.

PArávit Dóminus bráchium ſanctum ſuum in óculis ómnium géntium: & vidébunt omnes fines terræ ſalutáre Dei noſtri.

Hymnus & Verſic. ut in Feriis Adventûs.

Ad Magníficat, *Ant.* 3. a. Revelábitur glória Dómini, & vidébit omnis caro páriter quod os Dñi locútum eſt. *Iſ.* 40. 5.

Niſi dicenda ſit Ant. O.

Oratio ut ſup. ad Laudes.

FERIA SECUNDA.

De Iſaía Prophéta.

LECTIO I. c. 43. v. 9.

Deus Redemptor.

OMnes gentes congregátæ ſunt ſimul, & collectæ ſunt tribus: quis in vobis annúntiet iſtud, & quæ prima ſunt, audíre nos fáciet? dent teſtes eórum, juſtificentur, & áudiant, & dicant: Verè. Vos teſtes mei, dicit Dóminus, & ſervus meus, quem elégi: ut ſciátis, & credátis mihi, & intelligátis quia ego ipſe ſum. Ante me non eſt formátus Deus, & poſt me non erit. Ego ſum, ego ſum Dóminus, & non eſt abſque me ſalvátor. Ego annuntiávi, &

ſalvávi; audítum feci, & non fuit in vobis aliénus: vos teſtes mei, dicit Dóminus, & ego Deus. Et ab inítio ego ipſe, & non eſt qui de manu mea éruat: operábor, & quis avertet illud? Hæc dicit Dóminus redemptor veſter, ſanctus Iſraël: Propter vos miſi in Babylónem, & detraxi vectes univerſos, & Chaldæos in návibus ſuis gloriantes. Ego Dóminus, ſanctus veſter, creans Iſraël, rex veſter. Hæc dicit Dóminus, qui dedit in mari viam, & in aquis torréntibus ſémitam: qui edúcit quadrígam & equum, agmen & robuſtum; ſimul obdormiérunt, nec reſurgent; contríti ſunt quaſi linum, & extíncti ſunt. Ne meminéritis priórum, & antíqua ne intueámini. Hæc dicit.

℟. Attende de cœlo, Dómine, & vide de habitáculo ſancto tuo:* Ubi eſt zelus tuus & fortitúdo tua, multitúdo víſcerum tuórum? *Iſ.* 63. 15. ℣. Radix & genus David, ſtella ſpléndida & matutína. *Apoc.* 22. 16. * Ubi eſt.

LECTIO II. c. 43. v. 19.

Deus delens iniquitates.

ECce ego fácio nova, & nunc oriéntur, útique cognoſcétis ea: ponam in deſerto viam, & in ínvio flúmina. Glorificábit me béſtia agri, dracónes & ſtruthiónes: quia dedi in deſerto aquas, flúmina in ínvio, ut darem potum pópulo meo, electo meo. Pópulum iſtum formávi mihi, laudem meam narrábit. Non me invocaſti, Jacob; nec laboraſti in me, Iſraël. Non obtuliſti mihi aríetem holocauſti tui, & víctimis tuis non glorificaſti me: non te ſervíre feci in oblatióne, nec labórem tibi præbui in thure. Non emiſti mihi argento cálamum, & ádipe victimárum tuárum non inebriaſti me. Verúmtamen ſervíre me feciſti in peccátis tuis; præbuiſti mihi labórem in iniquitátibus tuis. Ego ſum, ego ſum ipſe, qui déleo iniquitátes tuas propter me, & peccatórum tuórum non recordábor. Reduc me in memóriam, & judicémur ſimul; narra, ſi quid habes ut juſtificéris. Pater tuus primus peccávit, & intérpretes tui prævaricáti ſunt in me. Hæc dicit.

℟. Súſcita, Dómine, prædicatiónes quas locúti ſunt in nómine tuo Prophétæ prióres: * Da, Dómine, mercédem ſuſtinéntibus te, ut Prophétæ tui fidéles inveniántur; &

exaudi oratiónes ſervórum tuórum. *Eccli.* 36. 17. 18. ℣. Dómine, Deus omnípotens, qui es, & qui eras, & qui ventúrus es. *Apoc.* 11. 17. * Da, Dómine.

De Ezechiéle Prophéta.

LECTIO III. c. 34. v. 22.

Per Davidem Chriſtus deſignatus.

SAlvábo gregē meum, & non erit ultrà in rapínam; & judicábo inter pecus & pecus. Et ſuſcitábo ſuper eas paſtórem unum, qui paſcat eas, ſervum meum David: ipſe paſcet eas, & ipſe erit eis in paſtórem. Ego autem Dñs ero eis in Deum; & ſervus meus David princeps in médio eórum: ego Dóminus locútus ſum. Et fáciam cum eis pactum pacis, & ceſſáre fáciam béſtias péſſimas de terra: & qui hábitant in deſerto, ſecúri dórmient in ſáltibus. Et ponam eos in circúitu collis mei benedictiónem, & dedúcam imbrē in témpore ſuo: plúviæ benedictiónis erunt. Et dabit lignum agri fructum ſuum, & terra dabit germen ſuum, & erunt in terra ſua abſque timóre: & ſcient quia ego Dóminus, cùm contrívero caténas jugi eórum, & erúero eos de manu imperántium ſibi.

℟. Dómine, fac propter nomen tuum: quóniã multæ ſunt averſiónes noſtræ: * Tibi peccávimus, † Expectátio Iſraël, Salvátor ejus. *Jerem.* 14. 7. 8. ℣. Dómine, Deus omnípotens, vera & juſta judícia tua. *Apoc.* 16. 7. * Tibi peccávimus. ℣. Glória. † Expectátio.

Ad Benedictus, *Ant.* 2. D. Docébit nos vias ſuas Dóminus, & ambulábimus in ſémitis ejus. *Iſ.* 2. 3.

CANON.

Ex Concílio Tridentíno.

Seſſ. 23. *de Ord. can.* 3.

SI quis díxerit Ordinem, ſive ſacram Ordinatiónem, non eſſe verè & própriè ſacramentum à Chriſto Dómino inſtitútum; anathéma ſit.

Ad Magníficat, *Ant.* 6. F. In die illa addent mites in Dómino lætitiam, & páuperes hómines in Sancto Iſraël exultábunt. *Iſ.* 29. 19.

Niſi dicenda ſit Antiphona O.

FERIA TERTIA.

De Iſaía Prophéta.

LECTIO I. c. 44. v. 9.

Vanitas idolorum.

PLaſtæ idóli omnes nihil ſunt, & amantíſſima eórum non próderunt eis; ipſi ſunt teſtes eórum, quia non vident, neque intélligunt,

ut confundantur. Quis formávit Deum, & ſcúlptile conflávit ad nihil útile? Ecce omnes partícipes ejus confundentur: fabri enim ſunt ex homínibus: convénient omnes, ſtabunt & pavébunt, & confundentur ſimul. Faber ferrárius limâ operátus eſt: in prunis & in málleis formávit illud, & operátus eſt in bráchio fortitúdinis ſuæ: eſúriet & defíciet, non bibet aquam, & laſſeſcet. Artifex lignárius extendit normam, formávit illud in runcína: fecit illud in anguláribus, & in círcino tornávit illud: & fecit imáginem viri, quaſi ſpecióſum hóminem habitantem in domo. Succídit cedros, tulit ílicem, & quercum, quæ ſtéterat inter ligna ſaltûs: plantávit pinum, quam plúvia nutrívit. Et facta eſt homínibus in focum; ſumpſit ex eis, & calefactus eſt; & ſuccendit, & coxit panes: de réliquo autem operátus eſt deum, & adorávit; fecit ſcúlptile; & curvátus eſt ante illud. Médium ejus combuſſit igni, & de médio ejus carnes comédit: coxit pulmentum, & ſaturátus eſt; & calefactus eſt, & dixit: Vah, calefactus ſum, vidi focum. Réliquum autem ejus deum fecit, & ſcúlptile ſibi: curvátur ante illud, & adórat illud, & óbſecrat, dicens: Líbera me, quia deus meus es tu. Neſciérunt, neque intellexérunt: oblíti enim ſunt, ne vídeant óculi eórum, & ne intélligant corde ſuo. Non recógitant in mente ſua, neque cognoſcunt, neque ſéntiunt, ut dicant: Medietátem ejus combuſſi igni, & coxi ſuper carbónes ejus panes: coxi carnes & comédi, & de réliquo ejus idólum fáciam? ante truncum ligni prócidam? Pars ejus cinis eſt: cor inſípiens adorávit illud, & non liberábit ánimam ſuam, neque dicet: Fortè mendácium eſt in déxtera mea. Hæc dicit.

℟. Dóminus judex noſter, Dóminus légifer noſter, * Dóminus rex noſter; ipſe ſalvábit nos. *Iſ.* 33. 21. 22. ℣. Si fidúciam & glóriam ſpei uſque ad finem, firmam retineámus. *Hebr.* 3. 6. * Dñs.

LECTIO II. C. 44. V. 21.

Populus ad Deum revocatur.

MEmento horum, Jacob, & Iſraël, quóniam ſervus meus es tu: formávi te; ſervus meus es tu, Iſraël; ne oblivíſcáris meî. Delévi ut nubem iniquitátes tuas, &

quaſi nébulam peccáta tua: revértere ad me, quóniam redémi te. Laudáte, cœli, quóniam miſericórdiam fecit Dóminus: jubiláte, extréma terræ; reſonáte, montes, laudatiónem; ſaltus, & omne lignum ejus: quóniam redémit Dóminus Jacob, & Iſraël gloriábitur. Hæc dicit Dóminus redemptor tuus, & formátor tuus ex útero: Ego ſum Dóminus, fáciens ómnia, extendens cœlos ſolus, ſtabíliens terram, & nullus mecum. Irrita fáciens ſigna divinórum, & aríolos in furórem vertens. Convertens ſapientes retrorsùm, & ſciéntiam eórum ſtultá fáciens. Súſcitans verbum ſervi ſui, & consílium nunciórum ſuórum complens. Qui dico Jerúſalem: Habitáberis; & civitátibus Juda: Ædificabímini, & deſerta ejus ſuſcitábo. Qui dico profundo: Deſoláre, & flúmina tua arefáciam. Qui dico Cyro: Paſtor meus es, & omnem voluntátem meam complébis. Qui dico Jerúſalem: Ædificáberis; & templo: Fundáberis. Hæc dicit.

℟. Sperávi in Æternum ſalútem: * Venit mihi gáudium à Sancto ſuper miſericórdia quæ véniet ab Æterno ſalutári noſtro. *Baruch.* 4. 22. ℣. Sicut locútus eſt ad patres noſtros, Abraham & ſémini ejus in ſécula. *Luc.* 1. 55. * Venit.

De Ezechiéle Prophéta.

LECTIO III. c. 37. v. 22.

Chriſtus paſtor futurus.

FAciam eos in gentem unam in terra in móntibus Iſraël, & rex unus erit ómnibus ímperans: & non erunt ultrà duæ gentes, nec divídentur ámpliùs in duo regna. Neque polluentur ultrà in idólis ſuís, & abominatiónibus ſuis, & cunctis iniquitátibus ſuis: & ſalvos eos fáciam de univerſis ſédibus, in quibus peccavérunt, & emundábo eos: & erunt mihi pópulus, & ego ero eis Deus. Et ſervus meus David rex ſuper eos, & paſtor unus erit ómnium eórum. In judíciis meis ambulábunt; & mandáta mea cuſtódient, & fácient ea. Et habitábunt ſuper terram, quam dedi ſervo meo Jacob, in qua habitavérunt patres veſtri: & habitábunt ſuper eam ipſi, & filii eórum, & filii filiórum eórum, uſque in ſempiternum: & David ſervus meus princeps eórum in perpétuum. Et percútiam illis fœdus pacis, pactum ſempiternum erit eis: & fundábo eos, &

multiplicábo, & dabo ſanctificatiónem meam in médio eórum in perpétuum. Et erit tabernáculum meum in eis: & ero eis Deus, & ipſi erunt mihi pópulus. Et ſcient gentes quia ego Dóminus ſanctificátor Iſraël, cùm fúerit ſanctificátio mea in médio eórum in perpétuum.

℟. Emitte agnum, Dómine, dominatórem terræ; * Et præparábitur in misericórdia sólium, & ſedébit ſuper illud † In veritáte. *Iſ.* 16. 1. 5. ℣. Dabit illi Dóminus Deus ſedem David patris ejus. *Luc.* 1. 32. * Et præparábitur. ℣. Glória. † In veritáte.

Ad Benedictus, *Ant.* 2. f. Dóminus Deus tuus, Sion, in médio tuî fortis; ipſe ſalvábit. *Sap.* 3. 17.

CANON.

Ex Concílio Tridentíno, *Seſſ.* 23. *de Refor. c.* 12.

SCiant Epiſcopi, non ſíngulos, in ætáte conſtitútos, debére ad Ordines aſſúmi; ſed dignos dumtáxat, & quorum vita probáta ſenectus ſit.

Ad Magníficat, *Ant.* 4. *D.* Dñs volens miſericórdiâ eſt; revertétur, & miſerébitur noſtrî. *Mich.* 7. 18.

Niſi dicenda ſit Ant. O.

FERIA QUARTA.

De Iſaia Prophéta.

LECTIO I. c. 45. v. 1.

Prophetia de Cyro, & de Chriſti nativitate.

HÆc dicit Dóminus chriſto meo Cyro, cujus apprehéndi déxteram, ut ſubjíciam ante fáciem ejus gentes, & dorſa regum vertam; & apériam coram eo jánuas, & portæ non claudentur. Ego ante te ibo, & glorióſos terræ humiliábo: portas æreas cónteram, & vectes férreos confringam. Et dabo tibi theſauros abſcónditos, & arcána ſecretórũ: ut ſcias quia ego Dóminus, qui voco nomen tuum, Deus Iſraël. Propter ſervum meum Jacob, & Iſraël electum meum, & vocávi te nómine tuo; aſſimilávi te, & non cognoviſti me; ego Dóminus, & non eſt ámpliùs; extra me non eſt Deus; accinxi te, & non cognoviſti me: ut ſciant hi, qui ab ortu ſolis, & qui in occidente, quóniam abſque me non eſt. Ego Dóminus, & non eſt alter; formans lucem, & creans ténebras, fáciens ómnia hæc. Roráte, cœli, déſuper, & nubes pluant juſtum: aperiátur terra, & gérminet ſalvatórem; & juſtitia oriátur ſimul; ego Dóminus creávi eum.

Væ qui contradicit fictóri ſuo, teſta de ſámiis terræ: numquid dicet lutum fígulo ſuo: Quid facis? & opus tuum abſque mánibus eſt. Hæc dicit.

℟. Egrediétur virga de radíce Jeſſe, & flos de radíce ejus aſcendet; * Et requieſcet ſuper eum ſpíritus Dómini. *Iſ.* 11. 1. ℣. Véniens véniet, & non tardábit. *Hab.* 2. 3. * Et requieſcet.

Sermo ſancti Leónis Papæ.

LECTIO II. *Serm.* 2. *De jejunio decimi menſis.*

Quod témporis rátio, & devotiónis noſtræ ádmonet conſuetúdo, paſtoráli vobis, dilectíſſimi, ſollicitúdine prædicámus, décimi menſis celebrandum eſſe jejúnium, quo pro conſummáta perceptióne ómnium frúctuum, diligentíſſimè largitóri eórũ Deo continéntiæ libámen offertur. Quid enim poteſt efficácius eſſe jejúnio, cujus obſervántiâ appropinquámus Deo, & reſiſtentes diábolo, vítia blanda ſuperámus? Semper virtúti cibus jejúnium fuit; de abſtinéntia pródeunt caſtæ cogitatiónes, rationábiles voluntátes, ſalubrióra consília; & per voluntárias afflictiónes caro concupiſcéntiis móritur, virtútibus ſpíritus innovátur. Sed quia non ſolo jejúnio animárum noſtrárum ſalus acquíritur, jejúnium noſtrum misericórdiis páuperum ſuppleámus. Impendámus virtúti quod ſubtráhimus voluptáti. Fiat reféctio páuperis abſtinéntia jejunantis. Quartâ ígitur & ſextâ fériâ jejunémus. Sábbato autem apud beátum Petrum Apóſtolum páriter vigilémus, cujus ſuffragántibus méritis, quæ póſcimus, impetráre poſsímus, per Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum, qui cum Patre & Spíritu ſancto vivit & regnat in sécula ſeculórum: Amen.

℟. Ecce virgo concípiet, & páriet fílium, * Et vocábitur nomen ejus Emmánuel. *Iſ.* 7. 14. ℣. María, ecce concípies, & páries fílium. *Luc.* 1. 30. * Et vocábitur.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Lucam.

LECTIO III. c. 1. v. 26. *Gabriel ad Mariam miſſus.*

In illo tempore; Miſſus eſt Angelus Gábriel à Deo in civitátem Galilææ, cui nomen Názareth, ad vírginem deſponſátam viro, cui nomen erat Joſeph, de domo David: & nomen vírginis María. Et réliqua.

Homília

Homília ſancti Juſtíni mártyris.

1. Apol. ad Anton. & Sen. Rom. ann. 150. par. 33.

QUemádmodū ex vírgine oritúrum concéptis verbis Iſaías prædíxerit, audíte. Sic autem locútus eſt: Ecce virgo in útero habébit, & páriet fílium, & dicent ſuper nómine ejus: Nobiſcum Deus. Quæ enim incredibília erant, & fieri non poſſe homínibus videbantur, ea Deus per Spíritum prophéticum futúra prænuntiávit, ut cùm eveniſſent, fides eis non derogarétur, ſed ex eo quòd eſſent prædicta crederentur... Illud ígitur: Ecce virgo in útero habébit; ſignificat abſque concúbitu conceptúram. Nam ſi cum áliquo conſueviſſet, jam non eſſet virgo. Sed virtus Dei ſupervéniens vírgini, obumbrávit eam, fecitque ut tum cùm eſſet virgo, prægnáret. Et qui tunc ad ipſam vírginem miſſus eſt Angelus Dei, ſic lætum ei núntium áttulit: Ecce concípies in útero ex Spíritu ſancto, & páries fílium, & Fílius Altíſſimi vocábitur: quemádmodum docuérunt qui ómnia ad Salvatórem noſtrum Jeſum Chriſtum pertinéntia lítteris mandárunt: quibus quidem crédimus, quia per eum etiam quem jam díximus Iſaíam, Spíritus prophéticus illum, utì expoſúimus, naſcitúrū dixit.

℟. Ingreſſus Angelus ad Maríam dixit: Ave, grátiâ plena; Dóminus tecum: benedicta tu in muliéribus; * Inveniſti enim grátiam apud Deū. *Luc. 1. 28. 30.* ℣. Benedicta es tu, fília, à Dómino Deo excelſo præ ómnibus muliéribus ſuper terram. *Judith. 13. 23.* * Inveniſti. ℣. Glória. * Inveniſti.

Ad Benedictus, *Ant.* 8. G. Spíritus ſanctus ſupervéniet in te, & virtus Altíſſimi obumbrábit tibi. Ideóque & quod naſcétur ex te Sanctū, vocábitur Fílius Dei. *Luc. 1. 35.*

Orémus.

PRæſta, quæſumus, omnípotens Deus, ut redemptiónis noſtræ ventúra ſolémnitas, & præſentis nobis vitæ ſubsídia cónferat, & ætérnæ beatitúdinis præmia largiátur; Per Dóminum.

CANON.

Ex Concil. Mediolanenſi quarto,

An. 1576. part. 1. cap. 5. de feriis IV. Temp.

SAcra quátuor jejuniórum témpora... ſicut olim ſolemni celebritáte & religióſo ſuppli-

catiónum officio colebantur; ita ad illórum cultum, paſtoráli curâ erudítis fidélium méntibus, in uſum antíquæ pietátis revocanda ſunt.

Ad Magníficat, *Ant.* 5. C. Erit juſtítia cíngulũ lumbórum ejus, & fides cinctórium renum ejus. *Iſ.* 11. 5.

Niſi dicenda ſit Antiphona O.

FERIA QUINTA.

De Iſaía Prophéta.

LECTIO I. c. 45. v. 12.

Futura per Chriſtum ſalus.

EGo feci terram, & hóminem ſuper eam creávi ego: manus meæ tetendérunt cœlos, & omni milítiæ eórum mandávi. Ego ſuſcitávi eum ad juſtítiam, & omnes vias ejus dírigam: ipſe ædificábit civitátem meam, & captivitátem meam dimittet, non in prétio, neque in munéribus, dicit Dóminus Deus exercítuum. Hæc dicit Dóminus: Labor Ægypti, & negotiátio Æthiópiæ, & Sábaim viri ſublímes ad te tranſíbunt, & tui erunt: poſt te ambulábunt, vincti mánicis pergent; & te adorábunt, teque deprecabúntur: Tantùm in te eſt Deus, & non eſt abſque te Deus. Verè tu es Deus abſcónditus, Deus Iſraël ſalvátor. Confúſi ſunt, & erubuérunt omnes: ſimul abiérunt in confuſiónem fabricatóres errórum. Iſraël ſalvátus eſt in Dómino ſalúte ætérnâ: non confundémini, & non erubeſcétis uſque in ſéculum ſéculi. Hæc dicit.

℟. Attende de cœlo, Dómine, & vide de habitáculo ſancto tuo: * Ubi eſt zelus tuus & fortitúdo tua, multitúdo víſcerum tuórum? *Iſ.* 63. 15. ℣. Radix & genus David, ſtella ſpléndida & matutína. *Apoc.* 22. 16. * Ubi eſt.

LECTIO II. c. 45. v. 18.

Chriſto curvabitur omne genu.

HÆc dicit Dóminus creans cœlos, ipſe Deus formans terram & fáciens eam, ipſe plaſtes ejus: non in vanum creávit eam; ut habitarétur, formávit eam: ego Dóminus, & non eſt álius. Non in abſcóndito locútus ſum in loco terræ tenebróſo: non dixi ſémini Jacob: Fruſtrà quærite me: ego Dóminus loquens juſtítiam, annúntians recta. Congregámini, & veníte, & accédite ſimul, qui ſalváti eſtis ex géntibus: neſciérunt qui levant lignum ſculptúræ ſuæ, & rogant Deum non

ſalvantem. Annuntiáte, & veníte, & consiliámini ſimul: quis audítum fecit hoc ab inítio, ex tunc prædixit illud? numquid non ego Dóminus, & non eſt ultrà Deus abſque me? Deus juſtus & ſalvans non eſt præter me. Convertímini ad me, & ſalvi éritis, omnes fines terræ: quia ego Deus, & non eſt álius. In memetipſo jurávi; egrediétur de ore meo juſtítiæ verbum, & non revertétur: quia mihi curvábitur omne genu, & jurábit omnis lingua. Ergo in Dómino, dicet, meæ ſunt juſtítiæ & impérium: ad eũ vénient, & confundentur omnes qui repugnant ei. Hæc dicit.

℟. Súſcita, Dómine, prædicatiónes quas locúti ſunt in nómine tuo Prophétæ prióres: * Da, Dómine, mercédem ſuſtinéntibus te, ut Prophétæ tui fidéles inveniantur; & exaudi oratiónes ſervórũ tuórum. *Eccli.* 36. 17. 18.
℣. Dómine Deus omnípotens, qui es, & qui eras, & qui ventúrus es. *Apoc.* XI. 17. * Da.

De Daniéle Prophéta.

LECTIO III. c. 9. v. 20.

Chriſtus ſanctus ſanctorum.

CUmque adhuc lóquerer, & orárem, & confitérer peccáta mea, & peccáta pópuli mei Iſraël, & proſtérnerem preces meas in conſpectu Dei mei, pro monte ſancto Dei mei: adhuc me loquente in oratióne, ecce vir Gábriel, quem víderam in viſióne à princípio, citò volans tétigit me in témpore ſacrificii veſpertíni. Et dócuit me, & locútus eſt mihi, dixitque: Dániel, nunc egreſſus ſum ut docérem te, & intellígeres. Ab exórdio precum tuárum egreſſus eſt ſermo: ego autem veni ut indicárem tibi, quia vir deſideriórum es: tu ergo animadverte ſermónem, & intéllige viſiónẽ. Septuaginta hebdómades abbreviátæ ſunt ſuper pópulum tuum, & ſuper urbem ſanctam tuam, ut conſummétur prævaricátio, & finem accípiat peccátum, & deleátur iníquitas, & adducátur juſtítia ſempiterna, & impleátur viſio & prophétia, & ungátur Sanctus ſanctórum.

℟. Dómine, fac propter nomen tuum; quóniã multæ ſunt averſiónes noſtræ: * Tibi peccávimus, † Expectátio Iſraël, Salvátor ejus. *Jerem.* 14. 7. 8.
℣. Dómine Deus omnípotens, vera & juſta judícia tua. *Apoc.* 16. 7.

* Tibi. ℣. Glória. † Expectátio.

Ad Benedictus, *Ant.* 7. *d.* Aſcendámus ad montem Dómini, & docébit nos de viis ſuis. *Mich.* 4. 2.

CANON.

Ex Concílio Románo.

An. 465. *can.* 3.

INſcii litterárum, necnon & áliqua membrórum damna perpeſſi, & hi qui ex pœniténtibus ſunt, ad ſacros órdines aſpiráre non áudeant.

Ad Magníficat, *Ant.* O. *ut infrà ante Officium Vigiliæ Natalis Domini,* p. 266.

FERIA SEXTA.

De Iſaía Prophéta.

LECTIO I. c. 46. v. 5.

Propè eſt juſtitia Chriſti.

CUi aſſimilaſtis me, & adæquaſtis; & comparaſtis me, & feciſtis ſímilem? qui confertis aurum de ſácculo, & argentum ſtaterâ ponderátis: conducentes artíficem, ut fáciat deum: & prócidunt, & adórant. Portant illum in húmeris geſtantes, & ponentes in loco ſuo; & ſtabit, ac de loco ſuo non movébitur: ſed & cùm clamáverint ad eum, non áudiet; de tribulatióne non ſalvábit eos. Mementóte iſtud, & confundámini: redíte, prævaricatóres, ad cor. Recordámini prióris ſéculi, quóniam ego ſum Deus, & non eſt ultrà Deus, nec eſt ſímilis meî: annúntians ab exórdio noviſſimum, & ab inítio quæ necdum facta ſunt: dicens: Conſílium meum ſtabit, & omnis volúntas mea fiet: vocans ab oriente avem, & de terra longinqua virum voluntátis meæ: & locútus ſum, & addúcam illud; creávi, & fáciam illud. Audíte me, duro corde, qui longè eſtis à juſtítia. Propè feci juſtítiam meam, non elongábitur; & ſalus mea non morábitur. Dabo in Sion ſalútem, & in Iſraël glóriam meam. Hæc dicit.

℟. Dóminus judex noſter, Dóminus légifer noſter, * Dóminus rex noſter; ipſe ſalvábit nos. *Iſai.* 33. 21, 22. ℣. Si fidúciam & glóriam ſpei uſque ad finem, firmam retineámus. *Heb.* 3. 6. * Dóminus.

Sermo ſancti Leónis Papæ.

LECTIO II. *Sermo* 16, *De jejunio decimi menſis.*

DEcimi menſis ſolemne jejúnium à nobis nunc ánnuâ eſt conſuetúdine celebrandum; quia plenum juſtítiæ eſt, atque pietátis, grátias divínæ ágere largitáti pro frúcti-

bus quos in uſus hóminũ, ſecundùm ſummæ providéntiæ temperamentum terra prôduxit. Quod ut prompto ánimo nos fácere monſtrémus, non ſolùm continéntiam jejúnii, ſed étiam eleemoſynárum curam oportet aſſúmi: ut de terra quoque cordis noſtri germen juſtítiæ & fructus charitátis oriátur, & miſericórdiam Dei páuperum ipsíus miſerendo mereámur. Efficacíſſima enim eſt ad exorandum Deum poſtulátio, cui pietátis ópera ſuffragantur, quóniam qui ſuum ab ínope non avertit ánimum, citò ad ſe Dómini convertit audítum.

℟. Sperávi in Ætérnum ſalútem: * Venit mihí gáudium à Sancto ſuper miſericórdia, quæ véniet ab Ætemo ſalutári noſtro. *Baruc.* 4. 22. ℣. Sicut locútus eſt ad patres noſtros, Abraham & ſémini ejus in ſécula. *Luc.* 1. 55. * Venit.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Lucam.

LECTIO III. c. 1. v. 39.

Maria viſitat Elizabeth.

IN illo témpore: Exurgens María ábiit in montána cum feſtinatióne, in civitátem Juda. Et intrávit in domum Zacharíæ, & ſalutávit Elízabeth. Et réliqua.

Homília ſancti Ambróſii Epíſcopi.

Expoſ. Evangélii ſecundùm Lucam, lib. 2.

MOrále eſt ómnibus, ut qui fidem éxigunt, fidem áſtruant. Et ídeo Angelus, cùm abſcóndita nuntiáret, ut fidem aſtrúeret exemplo: ſeniόris féminæ ſterilíſque conceptum Vírgini Maríæ nuntiávit: ut poſſíbile Deo omne quod ei placúerit, aſſéreret. Ubi audívit hæc María, non quaſi incrédula de oráculo, nec quaſi incerta de núntio, nec quaſi dúbitans de exemplo, ſed quaſi læta pro voto, religióſa pro officio, feſtína pro gáudio, in montána perrexit. Quò enim jam Deo plena, niſi ad ſuperióra cum feſtinatióne conténderet? Neſcit tarda molímina ſancti Spíritûs grátia. Díſcite, vírgines, non circumcurſáre per aliénas ædes, non demorári in platéis, non áliquos in público miſcére ſermónes. María in domo ſera, feſtína in público, manſit apud cognátam ſuam tribus ménſibus. Didiciſtis, vírgines, pudórem Maríæ; díſcite humilitátem. Venit propinqua ad próximam, júnior ad ſeniórem: nec ſolùm venit, ſed étiam prior ſalutávit. De-

cet enim, ut quantò cáſtior virgo, tantò humílior ſit. Nóverit deferre ſenióribus. Sit magiſtra humilitátis, in qua eſt proféſſio caſtitátis.

℟. Ut audívit ſalutatiónem Maríæ Elízabeth, exultávit infans in útero ejus, * Et repléta eſt Spíritu ſancto. *Luc.* 1. 41. ℣. Benedixit Dóminus dómui ejus, & ómnibus quæ habébat. 1. *Paral.* 13. 14. * Et repléta. ℣. Glória. * Et repléta.

Ad Benedictus, *Ant.* 4. A. Benedicta tu inter mulíeres, & benedictus fructus ventris tui. *Luc.* 1. 42.

Orémus.

EXcita, quæſumus, Dómine, poténtiam tuam, & veni: ut hi, qui in tua pietáte confídunt, ab omni cítiùs adverſitáte liberentur: Qui vivis & regnas cum Deo.

CANON.

Ex Concílio Sardicenſi.

An. 347. *can.* 13.

NEc rátio, nec diſciplína pátitur, ut témerè ordinétur aut présbyter, aut diáconus: ſed hi quorum per longum tempus examináta eſt vita, & mérita fúerint comprobáta.

Ad Magníficat, *Ant.* O. *ut infra ante Offic. Vigil. Nat. Dom. p.* 266.

SABBATO.

De Iſaía Prophéta.

LECTIO I. *c.* 49. *v.* 1.

Chriſtus dux géntium.

AUdíte, ínſulæ; & atténdite, pópuli de longè: Dóminus ab útero vocávit me, de ventre matris meæ recordátus eſt nóminis mei. Et póſuit os meum quaſi gládium acútum; in umbra manûs ſuæ protexit me: & póſuit me ſicut ſagittam electam; in pháretra ſua abſcondit me. Et dixit mihi: Servus meus es tu, Iſraël, quia in te gloriábor. Et ego dixi: In vácuum laborávi, ſine cauſa & vanè fortitúdinem meam conſumpſi: ergo judícium meum cum Dómino, & opus meum cum Deo meo. Et nunc dicit Dóminus, formans me ex útero ſervum ſibi, ut redúcam Jacob ad eum, & Iſraël non congregábitur: & glorificátus ſum in óculis Dómini, & Deus meus factus eſt fortitúdo mea. Et dixit: Parum eſt ut ſis mihi ſervus ad ſuſcitandas tribus Jacob, & fæces Iſraël convertendas: ecce dedi te in lucem géntium, ut ſis ſalus mea uſque ad extrémum terræ. Hæc dicit Dñs redemptor Iſraël, ſanctus ejus ad contemptíbilem ánimam, ad abo-

minátam gentem, ad ſervum dominórum: Reges vidébunt, & conſurgent príncipes, & adorábunt propter Dñm, quia fidélis eſt, & ſanctum Iſraël qui elégit te. Hæc dicit.

℟. Anima noſtra ſúſtinet Dñm; quóniã adjútor & protector noſter eſt: * In eo lætábitur cor noſtrum; & in nómine ſancto ejus ſperávimus. *Pſal.* 32. 20. 21. ℣. Dictum eſt per Iſaíam prophétã: In nómine ejus gentes ſperábunt. *Matth.* 12. 17. 21. * In eo.

Sermo ſancti Leónis Papæ.

LECTIO II. *Sermo* 1.

De jejunio decimi menſis.

TRia ſunt quæ máximè ad religióſas pértinent actiónes, orátio ſcílicet, jejúnium & eleemóſyna; quibus exercendis, omne quidem tempus acceptum, ſed illud eſt ſtudióſiùs obſervandũ, quod apoſtólicis accépimus traditiónibus conſecrátum, ſicut étiam décimus hic menſis morem refert véteris inſtitúti, ut tria illa, de quibus locútus ſum, diligéntiùs exequámur. Oratióne enim propitiátio Dei quæritur, jejúnio concupiſcéntia carnis extinguitur, eleemóſynis peccáta redimuntur, ſimulque per ómnia Dei in nobis imágo renovátur, ſi & in laudem ejus ſemper paráti, & ad purificatiónem noſtram ſine ceſſatióne ſollíciti, & ad ſuſtentatiónem próximi indeſinenter ſimus intenti. Hæc triplex obſervántia, dilectiſſimi, ómnium virtútum comprehendit effectus.

℟. Aſcendámus ad montem Dómini, * Et docébit nos de viis ſuis, & ibimus in ſémitis ejus. *Mich.* 4. 2. ℣. Meſsías venit; cùm vénerit ille, nobis annuntiábit ómnia. *Joan.* 4. 25. * Et docébit.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Matthæum.

LECTIO III. c. 3. v. 1.

Pœnitentia à Joanne prædicata.

IN diébus illis; Venit Joannes Baptiſta, prædicans in deſerto Judææ, & dicens: Pœniténtiam ágite; appropinquávit enim regnum cœlórum. Et réliqua.

Homília ſancti Joannis Chryſóſtomi.

Homilia prima in Matth.

PRoptérea máximè indigémus compunctióne pœniténtiæ, multarumque lacrymárum, quia cùm peccámus, nullo dolóre compúngimur; & quia magna peccámus, atque omníno tália, quæ modum indulgéntiæ videntur excédere. Agámus

tamen pœniténtiam, non ſolùm ut à malis prióribus deſiſtámus, verùm étiam ut bonórum óperũ frúctibus impleámur. Quo autem modo? ſi útique peccátis adverſa faciámus. Aliéna rapuiſti? íncipe jam donáre própria: delíciis antè & temuléntiâ diffluébas? jejúnio & aquæ potu utrumque compenſa: vidiſti impudícis aliénum decórem óculis? féminam omníno non vídeas, majóre tactus cautióne poſt vúlnera.

℟. Erunt prava in directa, & áſpera in vias planas; * Et revelábitur glória Dñi. *Iſ.* 40. 4. 5. ℣. Vidébit omnis caro ſalutáre Dei. *Luc.* 3. 6. Et revelábitur. ℣. Glória. * Et revelábitur.

Ad Benedictus, *Ant.* 1. g. Omnis arbor quæ non facit fructum bonum, excidétur, & in ignem mittétur. *Matth.* 3. 10.

Orémus.

DEus, qui cónſpicis, quia ex noſtra pravitáte afflígimur: concéde propítius, ut ex tua viſitatióne conſolémur; Qui vivis & regnas.

CANON.

Ex Concíl. Mediolanenſi quarto.

An. 1576. *part.* 1. *tit.* 5. *de feriis IV. Temp.*

PArochi fidélium charitátem . . . . . ita præparáre ſtúdeant, ut ſabbato ſub véſperum . . . ad eccléſiam convéniant: ubi ſanctis précibus, cùm pro ſacra Ordinatióne, tùm pro his cómmodis, quæ ſingulórum annórum revolutióne conſéquimur, ómnium bonórum largitóri Deo grátiæ habeátur; ſicut & inſtitúta illórum Témporum rátio, & Chriſtiánæ religiónis cultus depoſcit.

AD VESPERAS.

Pſalmi & Antiph. de Pſalterio.

Capitulum. Iſ. 55. 6.

QUærite Dóminum, dum inveníri poteſt: invocáte eum, dum propè eſt. Derelinquat ímpius viam ſuam, & vir iníquus cogitatiónes ſuas: & revertátur ad Dóminũ, & miſerébitur ejus; & ad Deum noſtrum, quóniam multus eſt ad ignoſcendum.

℟. Roráte, cœli, *ut ſupra, p.* 183.

Hymn. & Verſ. ſup. 195.

Ad Magníficat, *Ant.* O.

Orémus.

EXcita, quæſumus, Dómine, poténtiam tuam, & veni, & magnâ nobis virtúte ſuccurre; ut per auxílium grátiæ tuæ, quod noſtra peccáta præpédiunt, indulgéntia tuæ propitiatiónis accéleret; Qui vivis & regnas.

DOMINICA IV. Adventûs.

Omnia ut in Dominica tertia, exceptis quæ ſequuntur.

IN I. NOCTURNO.

De Iſaía Prophéta.

LECTIO I. c. 51. v. 1.

Chriſtus conſolabitur Sion.

AUdíte me, qui ſequímini quod juſtum eſt, & quæritis Dóminum: atténdite ad petram unde excíſi eſtis, & ad cavernam laci de qua præcíſi eſtis. Atténdite ad Abraham patrem veſtrum, & ad Saram, quæ péperit vos; quia unum vocávi eum, & benedixi ei, & multiplicávi eũ. Conſolábitur ergo Dóminus Sion, & conſolábitur omnes ruínas ejus; & ponet deſertum ejus quaſi delícias, & ſolitúdinem ejus quaſi hortum Dómini: gáudium & lætítia inveniétur in ea, gratiárum áctio & vox laudis. Atténdite ad me, pópule meus; & tribus mea, me audíte: quia lex à me éxiet, & judícium meum in lucem populórum requieſcet. Propè eſt juſtus meus, egreſſus eſt ſalvátor meus, & bráchia mea pópulos judicábunt: me ínſulæ expectábunt, & bráchium meum ſuſtinébunt. Leváte in cœlum óculos veſtros, & vidéte ſub terra deorſum: quia cœli ſicut fumus liqueſcent, & terra ſicut veſtimentum atterétur, & habitatóres ejus ſicut hæc interíbunt; ſalus autem mea in ſempiternum erit, & juſtítia mea non deficiet. Hæc dicit.

℟. 1. Exaudi, Dómine; placáre, Dómine; atténde & fac: * Ne moréris propter temetipſum, Deus meus. *Dan.* 9. 19. ℣. Spíritus & ſponſa dicunt: Veni: & qui audit, dicat: Veni. *Apoc.* 22. 17. * Ne moréris.

LECTIO II. c. 51. v. 9.

Lætitia ſempiterna in Eccleſia.

COnſurge, conſurge, indúere fortitúdinem, bráchium Dómini: conſurge ſicut in diébus antíquis, in generatiónibus ſeculórum. Numquid non tu percuſſiſti ſuperbum, vulneraſti dracónẽ? Numquid non tu ſiccaſti mare, aquam abyſſi veheméntis: qui poſuiſti profundum maris viam, ut transírent liberáti? Et nunc qui redempti ſunt à Dómino, revertentur, & vénient in Sion laudantes, & lætítia ſempiterna ſuper cápita eórum: gáudium & lætítiam tenébunt, fúgiet dolor & gémitus. Ego, ego ipſe conſolábor vos. Quis tu, ut timéres ab hómine

mortáli, & à fílio hóminis, qui quaſi fœnum ita areſcet? Et oblítus es Dómini factóris tui, qui tetendit cœlos, & fundávit terram: & formidaſti júgiter totâ die à fácie furóris ejus qui te tribulábat, & paráverat ad perdendum. Ubi nunc eſt furor tribulantis? Citò véniet grádiens ad aperiendum, & non interfíciet uſque ad interneciónem, nec deficiet panis ejus. Ego autem ſum Dóminus Deus tuus, qui conturbo mare, & intumeſcunt fluctus ejus: Dñs exercítuum nomen meum. Hæc dicit.

℟. II. Propter Sion non tacébo, & propter Jerúſalem non quieſcam; * Donec egrediátur ut ſplendor juſtus ejus, & ſalvátor ejus ut lampas accendátur. *Iſai.* 62. 1. ℣. Omnis creatúra ingemiſcit, & párturit uſque adhuc. *Rom.* 8. 22. * Donec.

LECTIO III. c. 51. v. 16.
Humiliandi hoſtes Eccleſiæ.

POſui verba mea in ore tuo, & in umbra manûs meæ protexi te; ut plantes cœlos, & fundes terram, & dicas ad Sion: Pópulus meus es tu. Eleváre, eleváre; conſurge, Jerúſalem, quæ bibiſti de manu Dómini cálicem iræ ejus; uſque ad fundum cálicis ſopóris bibiſti, & potaſti uſque ad fæces. Non eſt qui ſuſtentet eam ex ómnibus fíliis quos génuit, & non eſt qui apprehendat manum ejus ex ómnibus fíliis quos enutrívit. Duo ſunt quæ occurrérunt tibi: quis contriſtábitur ſuper te? váſtitas & contrítio, & fames & gládius: quis conſolábitur te? Fílii tui projecti ſunt, dormiérunt in cápite ómnium viárum, ſicut oryx illaqueátus: pleni indignatióne Dómini, increpatióne Dei tui. Idcirco audi hoc, paupércula, & ébria non à vino. Hæc dicit dominátor tuus Dóminus, & Deus tuus, qui pugnábit pro pópulo ſuo: Ecce tuli de manu tua cálicem ſopóris, fundum cálicis indignatiónis meæ; non adjícies ut bibas illum ultrà. Et ponam illum in manu eórum qui te humiliavérunt, & dixérunt ánimæ tuæ: Incurváre, ut tranſeámus: & poſuiſti ut terram corpus tuum, & quaſi viam tranſeúntibus. Hæc dicit.

℟. III. Tu, Dómine, pater noſter, redemptor noſter, à ſéculo nomen tuum: * Utinam dirúmperes cœlos, & deſcénderes! *Iſ.* 63. 16. *&* 64. 1. ℣. In princípio, Dómine, terrã fundaſti, & ópe-

℟. manuum tuárum ſunt cœli. *Hebr.* 1. 10. * Utinam. ℣. Glória. * Utinam.

IN II. NOCTURNO.

De Hábacuc Prophéta.

Lectio iv. c. 2. v. 1.

Dominus ſuper omnes deos.

SUper cuſtódiam meâ ſtabo, & figam gradum ſuper munitiónem: & contemplábor, ut vídeam quid dicátur mihi, & quid reſpóndeam ad arguentem me. Et reſpondit mihi Dóminus, & dixit: Scribe viſum, & explána eum ſuper tábulas, ut percurrat qui légerit eum: Quia adhuc viſus procul, & apparébit in finem, & non mentiétur; ſi moram fécerit, expecta illum; quia véniens véniet, & non tardábit. Ecce qui incrédulus eſt, non erit recta ánima ejus in ſemetipſo: juſtus autem in fide ſua vivet. Quid prodeſt ſcúlptile, quia ſculpſit illud fictor ſuus, conflátile & imáginem falſam? quia ſperávit in figmento fictor ejus, ut fáceret ſimulácra muta. Dóminus autem in templo ſancto ſuo: ſíleat à fácie ejus omnis terra.

℟. IV. Hic eſt Deus, Deus noſter in æternum, & in ſéculum ſéculi: * Ipſe reget nos in ſécula. *Pſ.* 47. 15. ℣. Regnábit in domo Jacob in æternum, & regni ejus non erit finis. *Luc.* 1. 32. * Ipſe.

De Sophonía Prophéta.

Lectio v. c. 3. v. 13.

Deus in medio populi ſui.

RElíquiæ Iſraël non fácient iniquitátem, nec loquentur mendáciû, & non inveniétur in ore eórum lingua dolóſa: quóniam ipſi paſcentur & accubábunt, & non erit qui extérreat. Lauda, filia Sion; júbila, Iſraël; lætáre, & exulta in omni corde, filia Jeruſalem. Abſtulit Dñs judícium tuum: avertit inimícos tuos: rex Iſraël Dñs in médio tuî; non timébis malû ultrà. In die illa dicétur Jerúſalem: Noli timére: Sion, non diſſolvantur manus tuæ. Dñs Deus tuus in médio tuî fortis; ipſe ſalvábit: gaudébit ſuper te in lætitia, ſilébit in dilectióne ſua, exultábit ſuper te in laude.

℟. V. Vivificábis nos, & nomen tuû invocábimus: * Dñe Deus virtútum, converte nos; & oſtende fáciê tuâ, & ſalvi érimus. *Pſ.* 79. 19. 20. ℣. Deus omnípotens, juſtæ & veræ ſunt viæ tuæ, rex ſeculórum. *Apoc.* 15. 3. * Dómine.

De Aggæo Prophéta.

Lectio vi. c. 2. v. 5.

Meſſias gloriam additurus domui Dei.

COnfortáre, omnis pópulus terræ, dicit

Dóminus exercítuum : & fácite (quóniam ego vobiſcum ſum , dicit Dñs exercítuum) verbũ quod pépigi vobiſcum , cùm egrederémini de terra Ægypti : & ſpíritus meus erit in médio veſtrûm; nolíte timére. Quia hæc dicit Dóminus exercítuum : Adhuc unum módicũ eſt, & ego commovébo cœlum , & terram , & mare, & áridam; & movébo omnes gentes : & véniet deſiderátus cunctis géntibus ; & implébo domum iſtam glóriâ , dicit Dóminus exercítuum.

℟. VI. Béthleem Ephrata , ex te mihi egrediétur qui ſit dominátor in Iſraël: * Egreſſus ejus † A diébus æternitátis. *Mich.* 5. 2. ℣. Scriptúra dicit : Quia ex sémine David & de Béthleem caſtello venit Chriſtus. *Joan.* 7. 42. * Egreſſus. ℣. Glória. † A diebus.

IN III. NOCTURNO.

De Epíſtola beáti Pauli Apóſtoli ad Hebræos.

LECTIO VII. c. 10. v. 1.

Jeſus naſcens ſe offert pro nobis.

UMbram habens lex futurórum bonórum , non ipſam imáginem rerum ; per ſíngulos annos eiſdem ipſis hóſtiis , quas ófferunt indeſinenter , numquam poteſt accedentes perfectos fácere : alióquin ceſſaſſent offerri ; ideò quòd nullam habérent ultrà conſciéntiam peccáti, cultóres ſemel mundáti : ſed in ipſis commemorátio peccatórum per ſíngulos annos fit. Impoſſíbile enim eſt ſánguine taurórum & hircórum auferri peccáta. Ideò ingrédiens mundum dicit : Hóſtiam & oblatiónem noluiſti ; corpus autem aptaſti mihi : holocautómata pro peccáto non tibi placuérunt ; tunc dixi : Ecce vénio : in cápite libri ſcriptum eſt de me : Ut fáciam , Deus , voluntátem tuam.

℟. VII. Nunc clamémus in cœlum ; miſerébitur noſtrî Dóminus, * Et memor erit teſtamenti patrum noſtrórum. 1. *Matth.* 4. 10. ℣. Jurávit ad Abraham patrem noſtrum, datúrum ſe nobis. *Luc.* 1. 73. * Et memor.

LECTIO VIII. v. 8.

Jeſus fit hoſtia pro peccato.

SUpériùs dicens : Quia hóſtias, & oblatiónes, & holocautómata pro peccáto noluiſti ; nec plácita ſunt tibi , quæ ſecundùm legem offeruntur ; tunc dixi : Ecce vénio , ut fáciam , Deus , voluntátem tuam : aufert primum , ut ſequens ſtátuat. In qua

voluntáte ſanctificáti ſumus per oblatiónem córporis Jeſu Chriſti ſemel. Et omnis quidem ſacerdos præſtò eſt quotídie miniſtrans, & eaſdem ſæpe ófferens hóſtias, quæ numquam poſſunt auferre peccáta: hic autem unam pro peccátis ófferens hóſtiam, in ſempiternum ſedet in déxtera Dei, de cætero expectans donec ponantur inimíci ejus ſcabellum pedum ejus.

℟. VIII. Numquid, Dómine, projíciens abjeciſti Judam? * Cognóvimus, Dñe., impietátes noſtras; recordáre, ne írritum fácias fœdus tuum nobiſcum. *Jer.* 14. 19. 20. 21. 22. ℣. Expectantes beátam ſpem, & adventum glóriæ magni Deí & Salvatóris noſtri Jeſu Chriſti. *Tit.* 2. 13. * Cognóvimus.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Lucam.

LECTIO IX. c. 3. v. 1.

Joannes prædicat fructus pœnitentiæ.

ANno quinto décimo impérii Tibérii Cæſaris, procurante Póntio Piláto Judæam. Et réliqua.

Homília ſancti Gregórii Papæ.

Homil. 20. in Evang.

DIcébat Joannes ad turbas quæ exíbant ut baptizarentur ab eo: Genímina viperárum, quis oſtendit vobis fúgere à ventúrâ irâ? Ventúra enim ira eſt animadvérſio ultiónis extrémæ; quam tunc fúgere peccátor non valet, qui nunc ad lamenta pœniténtiæ non recurrit. Et notandum, quòd malæ ſóboles, malórum parentum actiónes imitantes, genímina viperárum vocantur: quia per hoc quòd bonis ínvident eoſque perſequuntur, quòd quibuſdá mala retríbuunt, quòd læſiónes próximis exquírunt, quóniam in his ómnibus patrum ſuórum carnáliũ vias ſequuntur, quaſi venenáti filii de venenátis paréntibus nati ſunt. Sed quia jam peccávimus, quia uſu malæ conſuetúdinis involúti ſumus: dicat quid nobis faciendum ſit, ut fúgere à ventúra ira valeámus. Séquitur: Fácite ergo fructus dignos pœniténtiæ. In quibus verbis notandum eſt, quòd amícus ſponſi non ſolùm fructus pœniténtiæ, ſed dignos pœniténtiæ fructus ádmonet eſſe faciendos. Aliud namque eſt fructum fácere pœniténtiæ; áliud, dignum pœniténtiæ fructum fácere. Ut enim ſecundùm dignos pœniténtiæ fructus loquámur, ſciendum eſt, quia quiſquis illícita

nulla commiſit, huic jure concéditur, ut lícitis utátur: ſicque pietátis ópera fáciat, ut tamen, ſi volúerit, ea quæ mundi ſunt non relinquat. At ſi quis in fornicatiónis culpam; vel fortaſſe, quod eſt grávius, in adultérium lapſus eſt: tantò à ſe lícita debet abſcíndere, quantò ſe méminit & illícita perpetraſſe. Neque enim par fructus boni óperis eſſe debet, ejus qui minùs, & ejus qui ámpliùs delíquit; aut ejus qui in nullis, & ejus qui in quibuſdam facinóribus cécidit, & ejus qui in multis eſt lapſus. Per hoc ergo quod dícitur, Fácite fructus dignos pœniténtiæ; uniuſcujuſque conſciéntia convenítur; ut tantò majóra acquírat bonórum óperum lucra per pœniténtiam, quantò gravióra ſibi íntulit damna per culpam.

℟. IX. Dómine, qui auſers iniquitátem: * Dabis veritátem Jacob, miſericórdiam Abrahâ, quæ juraſti pátribus noſtris † A diébus antíquis. *Mich.* 7. 18. 20. ℣. Ad dandam ſciéntiam ſalútis in remiſſiónem peccatórum. *Luc.* 1. 77. * Dabis. ℣. Glória. † A diébus.

Non dicitur Te Deum; *ſed ejus loco repetitur* ℟. Dómine, *uſque ad* ℣.

AD LAUDES.

℣. *Sacerdot.* Liberátor meus es tu; ℟. Dómine, ne moréris. *Pſ.* 69. 6.

Pſalmi de Dominica.

Ant. 7. *d.* AScendámus ad montem Dómini, & docébit nos de viis ſuis. *Mich.* 4. 2.

Ant. 4. E. Dóminus volens miſericórdiam eſt; revertétur, & miſerébitur noſtrî. *Mich.* 7. 18.

Ant. 1. f. Dñs Deus tuus, Sion, in médio tuî fortis; ipſe ſalvábit. *Soph.* 3. 17.

Ant. 5. G. Docébit nos vias ſuas Dóminus, & ambulábimus in ſémitis ejus. *Iſ.* 2. 3.

Ant. 6. F. In die illa addent mites in Dómino lætítiam. *Iſ.* 29. 19.

Capitulum. Iſai. 54. 8.

IN momento indignatiónis abſcondi fáciem meam parumper à te, & in miſericórdia ſempitérna miſertus ſum tuî, dixit redemptor tuus Dóminus.

Hymnus & Verſiculus ut in Feriis Adv. p. 193.

Ad Benedictus. *Ant.* 1. g. Suſcitábit Deus cœli regnum quod in ætérnum non diſſipábitur. *Dan.* 2. 44.

Orémus.

EXcita, quæſumus, Dómine, poténtiam tuam, & veni; & magnâ nobis virtúte ſuccurre; ut,

per auxílium grátiæ tuæ, quod noſtra peccáta præpédiunt, indulgéntia tuæ propitiatiónis accéleret. Qui vivis & regnas cum Deo Patre.

AD HORAS, Antiphonæ de Laudibus, quartâ prætermiſsâ.

AD PRIMAM.

Ant. 7. d. Aſcendámus.

Capitulum. Iſ. 60. 20. 21.

JErúſalem, erit tibi Dóminus in lucem ſempitérnam, & complebuntur dies luctûs tui; pópulus autem tuus omnes juſti; in perpétuum hæreditábunt terram.

℞. *br.* Chriſte, Fili Dei vivi, * Miserére nobis. *Matth.* 16. 16. *Tob.* 8. 10. *Repet.* Chriſte. ℣. Qui ventúrus es in mundum. *Joan.* 6. 14. * Miserére. ℣. Glória. *Rep.* Chriſte.

℣. Exurge, Dómine, ádjuva nos; ℞. Et rédime nos propter nomen tuum. *Pſ.* 43. 26.

CANON.

Ex Statútis ſynodálibus Diœceſis Carcaſſonenſis. *Sub Bertrando de Campendu, Epiſc. An.* 1272. *cap.* 1.

CLericórum vita præcéllere debet vitam Laïcórum; nam viliſſimus computandus eſt, niſi præcellat ſciéntiâ & ſanctitáte, qui præſtántior eſt honóre.

AD TERTIAM.

Ant. 4. E. Dóminus.

Capitul. Exod. 23. 20. 21.

ECce ego mittam Angelum meum, qui præcédat te, & cuſtódiat in via, & introdúcat in locum quem parávi. Obſerva eum; & audi vocem ejus.

℞. *br.* Meménto noſtri, Dómine, * In beneplácito pópuli tui. *Repet.* Meménto. ℣. Víſita nos in ſalutári tuo: * In beneplácito. ℣. Glória. *Repet.* Meménto. *Pſ.* 105. 4.

℣. Qui regis Iſraël, intende; ℞. Qui ſedes ſuper Chérubim, manifeſtáre. *Pſ.* 79. 2.

AD SEXTAM.

Ant. 1. f. Dóminus.

Capitulum. Judæ. 24.

EI qui potens eſt vos conſerváre ſine peccáto, & conſtitúere ante conſpectû glóriæ ſuæ immaculátos in exultatióne in adventu Dómini noſtri Jeſu Chriſti, ſoli Deo Salvatóri noſtro per Jeſum Chriſtum glória, & magnificéntia, & impérium, & poteſtas ante omne ſéculum.

℞. *br.* Oſtende nobis, Dómine, * Miſericórdiam tuam. *Repetit.* Oſtende. ℣. Et ſalutáre tuum da nobis; * Miſericórdiam. ℣. Glória. *Repet.* Oſtende. *Pſ.* 84. 8.

℣. Miríſica miſericórdias tuas, Dñe; ℟. Qui ſalvos facis ſperantes in te. *Pſ.* 16. 7.

AD NONAM.

Ant. 6. F. In die.

Capitulum. Jac. 5. 7. 8.

PAtientes eſtóte, fratres, uſque ad adventum Dómini: ecce agrícola expectat pretióſum fructum terræ, patienter ferens, donec accípiat temporáneum & serótinum. Patientes ígitur eſtóte & vos, & confirmáte corda veſtra; quóniam adventus Dómini appropinquávit.

℟. *brev.* Tu exurgens, Dómine, * Miſeréberis Sion. *Repet.* Tu exurgens. ℣. Quia tempus miſerendi ejus, quia venit tempus. * Miſeréberis. ℣. Glória. *Repet.* Tu exurgens. *Pſ.* 101. 14.

℣. Dómine Deus, oſtende fáciem tuam, ℟. Et ſalvi érimus. *Pſ.* 79. 20.

AD VESPERAS.

Antiph. de Laudibus, Pſalmi de Dominica.

Capitulum. Phil. 4. 4. 5.

FRatres, gaudéte in Dómino ſemper; íterùm dico, gaudéte. Modéſtia veſtra nota ſit ómnibus homínibus: Dóminus propè eſt.

Hymnus & Verſiculus, p. 195.

Ad Magníficat, *Ant.* O.

FERIA SECUNDA.

De Iſaía Prophéta.

LECTIO I. c. 54. v. 1.

Eccleſia numeroſior Synagogâ.

LAuda, ſtérilis quæ non paris; decanta laudem, & hinni, quæ non pariébas: quóniam multi filii deſertæ, magis quàm ejus quæ habet virum, dicit Dóminus. Diláta locū tentórii tui, & pelles tabernaculórū tuórū extende, ne parcas: longos fac funículos tuos, & clavos tuos conſólida. Ad déxterā enim & ad lævam penetrábis: & ſemen tuum gentes hæreditábit, & civitátes deſertas inhabitábit. Noli timére, quia non confundéris, neque erubéſces: non enim te pudébit; quia confuſiónis adoleſcéntiæ tuæ oblivíſcéris, & oppróbrii viduitátis tuæ non recordáberis ámpliùs. Quia dominábitur tuî qui fecit te; Dóminus exercítuum nomen ejus: & redemptor tuus ſanctus Iſraël, Deus omnis terræ vocábitur. Quia ut mulíerem derelíctam & mœrentem ſpíritu vocávit te Dñs, & uxórem ab adoleſcéntia abjectam, dicit Deus tuus. Ad punctum in módico derelíqui te, & in miſeratiónibus magnis congregábo te. In momen-

to indignatiónis abſcondi fáciem meam parumper à te; & in miſericórdia ſempiterna miſertus ſum tui, dixit redemptor tuus Dóminus. Hæc dicit.

℟. Exaudi, Dómine; placáre, Dómine; atténde & fac: * Ne moréris propter temetipſum, Deus meus. *Dan.* 9. 19. ℣. Spíritus & ſponſa dicunt: Veni: & qui audit, dicat: Veni. *Apoc.* 22. 17. * Ne moréris.

LECTIO II. c. 54. v. 9.
Eccleſia in juſtitia fundatur.

SIcut in diébus Noë iſtud mihi eſt, cui jurávi ne indúcerem aquas Noë ultrà ſupra terram: & ſic jurávi ut non iraſcar tibi, & non íncrepem te. Montes enim commovebuntur, & colles contremiſcent: miſericórdia autem mea non recédet à te, & fœdus pacis meæ non movébitur, dixit miſerátor tuus Dóminus. Paupércula, tempeſtáte convulſa, abſque ulla conſolatióne: ecce ego ſternam per órdinem lápides tuos, & fundábo te in ſapphíris. Et ponam jáſpidem propugnácula tua, & portas tuas in lápides ſculptos, & omnes términos tuos in lápides deſiderábiles: univerſos filios tuos doctos à Dómino, & multitúdinem pacis filiis tuis: & in juſtítia fundáberis. Recéde procul à calúmnia, quia non timébis; & à pavóre, quia non appropinquábit tibi. Ecce áccola véniet, qui non erat mecum; ádvena quondam tuus adjungétur tibi. Ecce ego creávi fabrum ſufflantem in igne prunas, & proferentem vas in opus ſuũ; & ego creávi interfectórẽ ad diſperdendum. Omne vas, quod fictum eſt contra te, non dirigétur: & omnem linguam reſiſtentem tibi in judício, judicábis. Hæc eſt hæréditas ſervórum Dómini, & juſtítia eórum apud me, dicit Dñs. Hæc dicit.

℟. Propter Sion non tacébo, & propter Jerúſalem non quieſcam; * Donec egrediátur ut ſplendor juſtus ejus, & ſalvátor ejus ut lampas accendátur. *Iſ.* 62. 1. ℣. Omnis creatúra ingemiſcit, & párturit uſque adhuc. *Rom.* 8. 22. * Donec.

De Michæa Prophéta.

LECTIO III. c. 7. v. 16.
Miſericordia per Chriſtum promiſſa.

VIdébunt gentes, & confundentur ſuper omni fortitúdine ſua: ponent manum ſuper os, aures eórum ſurdæ erunt. Lingent púlverem ſicut ſerpentes, velut reptília

terræ perturbabuntur in ædibus ſuis : Dóminum Deum noſtrum formidábunt, & timébunt te. Quis Deus ſímilis tuî, qui auſers iniquitátem, & tranſis peccátum reliquiárum hæreditátis tuæ? Non immittet ultrà furórem ſuū, quóniam volens misericórdiam eſt. Revertétur, & miſerébitur noſtrî : depónet iniquitátes noſtras, & projíciet in profundum maris ómnia peccáta noſtra. Dabis veritátem Jacob, miſericórdiam Abraham, quæ juraſti pátribus noſtris à diébus antíquis.

℟. Tu, Dómine, pater noſter, redemptor noſter, à ſéculo nomen tuum: * Utinā dirúmperes cœlos, & deſcénderes! *Iſ.* 63. 16. & 64. 1. ℣. In princípio, Dómine, terram fundaſti, & ópera mánuum tuárum ſunt cœli. *Hebr.* 1. 10. * Utinam. ℣. Glória. * Utinam.

Ad Benedíctus, *Ant.* 4. E. Conſolábitur Dóminus Sion, & conſolábitur omnes ruínas ejus. *Iſai.* 51. 3.

CANON.

Ex Concílio Toletáno. *An.* 675. *cap.* 2.

QUantum quis præcelſi cúlminis óbtinet locum, tantò neceſſe eſt præcédat cæteros grátiâ meritórum, ut in eo quòd quis præſidet ſíngulis, ſinguláriter ornétur eminéntiâ ſanctitátis, habens ſemper in ore gládiū veritátis, & in ópere efficiéntiam lúminis; ut, juxta Paulum, potens ſit exhortári in doctrína ſana, & contradicentes revincere.

Ad Magníficat, *Ant.* O.

FERIA TERTIA.

De Iſaía Prophéta.

LECTIO I. c. 55. v. 8.

Profectus prædicationis.

NOn enim cogitatiónes meæ, cogitatiónes veſtræ: neque viæ veſtræ, viæ meæ, dicit Dóminus. Quia ſicut exaltantur cœli à terra, ſic exaltátæ ſunt viæ meæ à viis veſtris, & cogitatiónes meæ à cogitatiónibus veſtris. Et quómodò deſcendit imber & nix de cœlo, & illuc ultrà non revértitur; ſed inébriat terram, & infundit eam, & germináre eam facit, & dat ſemen ſerenti, & panem comedenti: ſic erit verbum meum, quod egrediétur de ore meo; non revertétur ad me vácuum, ſed fáciet quæcumque vólui, & proſperábitur in his, ad quæ miſi illud. Quia in lætítia egrediémini, & in pace deducémini : montes & colles cantábunt coram vobis laudem, & ómnia

ſigna regiónis plaudent manu. Pro ſaliunca aſcendet ábies, & pro urtíca creſcet myrtus: & erit Dóminus nominátus in ſignum æternum, quod non auferétur. Hæc dicit.

℟. Hic eſt Deus, Deus noſter in æternum, & in ſéculum ſéculi: * Ipſe reget nos in ſécula. *Pſ.* 47. 15. ℣. Regnábit in domo Jacob in æternum, & regni ejus non erit finis. *Luc.* 1. 32. * Ipſe.

LECTIO II. *c.* 56. *v.* 4.

Gentes in montem ſanctum adducendæ.

Qui cuſtodíerint ſábbata mea, & elégerint quæ ego vólui, & tenúerint fœdus meum: dabo eis in domo mea & in muris meis locum, & nomen mélius à filiis & filiábus; nomen ſempitérnum dabo eis, quod non períbit. Et filios ádvenæ, qui adhærent Dómino, ut colant eum, & díligant nomen ejus, ut ſint ei in ſervos; omnem cuſtodientem ſábbatum ne pólluat illud, & tenentem fœdus meum: addúcam eos in montem ſanctum meum, & lætificábo eos in domo oratiónis meæ; holocauſta eórum & víctimæ eórum placébunt mihi ſuper altári meo: quia domus mea domus oratiónis vocábitur cunctis pópulis. Ait Dóminus Deus, qui cóngregat diſperſos Iſraël: Adhuc congregábo ad eum congregátos ejus. Omnes béſtiæ agri, veníte ad devorandum, univerſæ béſtiæ ſaltûs. Speculatóres ejus cæci omnes, neſciérunt univerſi: canes muti non valentes latráre, videntes vana, dormientes, & amantes ſómnia. Hæc dicit.

℟. Vivificábis nos, & nomen tuum invocábimus: * Dómine Deus virtútum, converte nos; & oſtende fáciem tuam, & ſalvi érimus. *Pſ.* 79. 19. 20. ℣. Deus omnípotens, juſtæ & veræ ſunt viæ tuæ, rex ſeculórum. *Apoc.* 15. 3. * Dómine.

De Zacharía Prophéta.

LECTIO III. *c.* 3. *v.* 6.

Chriſtus ſervus Oriens adducendus.

Et conteſtabátur Angelus Dómini Jeſum, dicens: Et hæc dicit Dóminus exercítuum: Si in viis meis ambuláveris, & cuſtódiam meam cuſtodíeris: tu quoque judicábis domum meam, & cuſtódies átria mea, & dabo tibi ambulantes de his, qui nunc hîc aſſiſtunt. Audi, Jeſu ſacerdos magne, tu & amíci tui, qui hábitant coram te, quia viri portendentes ſunt ec-

ce enim ego addúcam ſervum meum Orientē. Quia ecce lapis, quem dedi coram Jeſu; ſuper lápidem unum ſeptem óculi ſunt: ecce ego celábo ſculptúrā ejus, ait Dóminus exercítuum; & áuferam iniquitátem terræ illíus in die una. In die illa, dicit Dóminus exercítuum, vocábit vir amícum ſuum ſubter vitem & ſubter ficum.

℟. Béthleem Ephrata, ex te mihi egrediétur, qui ſit dominátor in Iſraël: * Egreſſus ejus † A diébus æternitátis. *Mich.* 5. 2. ℣. Scriptúra dicit: Quia ex fémine David & de Béthleem caſtello venit Chriſtus. *Joan.* 7. 42. * Egreſſus. ℣. Glória. † A diébus.

Ad Benedictus, *Ant.* 6. F. Gáudium & lætítia inveniétur in Sion, gratiárum áctio & vox laudis. *Iſ.* 51. 3.

C A N O N.

Ex Concil. Aquiſgranenſi. *An.* 816. *lib.* 1. *cap.* 13.

PEnſandum valde eſt ad culmen quiſque regíminis quáliter véniat; atque ad hoc ritè perveniens, quáliter vivat; & bene vivens, quáliter dóceat; & rectè docens, infirmitátem ſuam quotídie quantâ conſideratióne cognoſcat: ne aut humílitas acceſſum fúgiat, aut perventióni vita contradícat, aut vitam doctrína deſtruat, aut doctrínam præſúmptio extollat.

Ad Magníficat, *Ant.* O.

FERIA QUARTA.

De Iſaía Prophéta.

LECTIO I. c. 60. v. 21.

Chriſti Salvatoris officium.

POpulus tuus omnes juſti, in perpétuum hæreditábunt terrā; germen plantatiónis meæ, opus manûs meæ ad glorificandum. Mínimus erit in mille, & párvulus in gentem fortíſſimam: ego Dóminus in témpore ejus ſúbitò fáciam iſtud. Spíritus Dómini ſuper me; eò quòd únxerit Dóminus me: ad annuntiandum manſuétis miſit me, ut medérer contrítis corde, & prædicárem captívis indulgéntiam, & clauſis apertiónem: ut prædicárem annum placábilem Dómino, & diem ultiónis Deo noſtro: ut conſolárer omnes lugentes: ut pónerem lugéntibus Sion, & darem eis corónam pro cínere, óleum gáudii pro luctu, pállium laudis pro ſpíritu mœróris: & vocabuntur in ea fortes juſtítiæ, plantátio Dómini ad gloriandum. Hæc dicit. 1

℟. Nunc clamémus in cœlum; miſerébitur noſtrî Dóminus, * Et me-

mor erit teſtamenti patrum noſtrórum. 1. *Mach.* 4. 10. ℣. Jurávit ad Abraham patrem noſtrum, datúrum ſe nobis. *Luc.* 1. 73. * Et memor.

LECTIO II. c. 61. v. 4.

Sacerdotes novæ legis.

ET ædificábunt deſerta à ſéculo, & ruínas antíquas érigent; & inſtaurábunt civitátes deſertas, diſſipátas in generatiónem & generatiónẽ. Et ſtabunt alieni, & paſcent pécora veſtra; & filii peregrinórum, agrícolæ & vinitóres veſtri erunt. Vos autẽ Sacerdótes Dómini vocabímini: Miniſtri Dei noſtri, dicétur vobis: fortitúdinem géntium comedétis, & in glória eárum ſuperbiétis. Pro confuſióne veſtra dúplici & rubóre, laudábunt partem ſuam: propter hoc in terra ſua duplícia poſſidébunt, lætítia ſempiterna erit in eis. Quia ego Dóminus díligens judícium, & ódio habens rapínam in holocauſto; & dabo opus eórum in veritáte, & fœdus perpétuum fériã eis. Et ſcient in géntibus ſemen eórum. Hæc dicit.

℟. Numquid, Dómine, projíciens abjeciſti Judam? * Cognóvimus, Dómine, impietátes noſtras; recordáre, ne írritum fácias fœdus tuum nobiſcum. *Jer.* 14. 19. 20. 21. 22. ℣. Expectantes beátam ſpem, & adventum glóriæ magni Dei & Salvatóris noſtri Jeſu Chriſti. *Tit.* 2. 13. * Cognóvimus.

De Zacharía Prophéta.

LECTIO III. c. 6. v. 12.

Chriſtus vir Oriens.

HÆc ait Dñs exercítuum, dicens: Ecce vir, Oriens nomẽn ejus: & ſubter eum oriétur, & ædificábit templum Dómino, Et ipſe éxtruet templum Dómino: & ipſe portábit glóriam, & ſedébit, & dominábitur ſuper ſólio ſuo: & erit ſacerdos ſuper ſólio ſuo: & consílium erit pacis inter illos duos. Et corónæ erunt Helem, & Tobíæ, & Idaíæ, & Hem, fílio Sophoníæ, memoriále in templo Dómini. Et qui procúl ſunt, vénient, & ædificábunt in templo Dómini: & ſciétis quia Dóminus exercítuum miſit me ad vos. Erit autem hoc, ſi audítu audiéritis vocem Dñi Dei veſtri.

℟. Dómine, qui auſers iniquitátem: * Dabis veritátem Jacob, miſericórdiam Abraham, quæ juraſti pátribus noſtris † A diébus antíquis. *Mich.* 7. 18. 20. ℣. Ad dandam ſciéntiam ſalútis in remiſſiónem peccatórum. *Luc.*

1. 77. * Dabis. ℣. Glória. † A diebus.

Ad Benedíctus, *Ant.* 3. E. Expectátio Iſraël, Salvátor ejus in témpore tribulatiónis, ne derelínquas nos. *Jer.* 14. 8. 9.

CANON.

Ex Concíl. Aquiſgranenſi. *An.* 816. *lib.* 1. *c.* 9.

QUi in erudiendis atque inſtruendis pópulis præerit, neceſſe eſt ut in ómnibus ſanctus ſit, & in nullo ópere reprehensíbilis habeátur: qui enim álium de peccátis árguit, ipſe à peccáto debet eſſe aliénus.

Ad Magníficat, *Ant.* O.

FERIA QUINTA.

De Iſaía Prophéta.

LECTIO I. c. 62. v. 6.

Salvátor venit.

SUper muros tuos, Jerúſalem, conſtítui cuſtódes; totâ die & totâ nocte in perpétuum non tacébunt. Qui reminiſcímini Dómini, ne taceátis, & ne detis ſiléntium ei, donec ſtabíliat, & donec ponat Jerúſalem laudem in terra. Jurávit Dóminus in déxtera ſua, & in bráchio fortitúdinis ſuæ: Si dédero tríticum tuum ultrà cibum inimícis tuis: & ſi bíberint fílii aliéni vinum tuum, in quo laboraſti. Quía qui cóngregant illud, comédent, & laudábunt Dóminum: & qui compórtant illud, bibent in átriis ſanctis meis. Transíte, transíte per portas; præparáte viā pópulo, planum fácite iter, elígite lápides, & eleváte ſignum ad pópulos. Ecce Dóminus audítum fecit in extrémis terræ: Dícite fíliæ Sion: Ecce ſalvátor tuus venit: ecce merces ejus cum eo, & opus ejus coram illo. Et vocábunt eos, Pópulus ſanctus, redempti à Dómino. Tu autem vocáberis: Quæsíta cívitas, & non Derelícta. Hæc dicit.

℟. Exaudi, Dómine; placáre, Dómine; atténde & fac: * Ne moréris propter temetipſum, Deus meus. *Dan.* 9. 19. ℣. Spíritus & ſponſa dicunt: Veni: & qui audit, dicat: Veni. *Apoc.* 22. 17. * Ne moréris.

LECTIO II. c. 63. v. 15.

Oratio ad Chriſtum impetrandum.

ATténde de cœlo, & vide de habitáculo ſancto tuo, & glóriæ tuæ: ubi eſt zelus tuus & fortitúdo tua, multitúdo víſcerum tuórum, & miſeratiónum tuárum? ſuper me continuérunt ſe. Tu enim pater noſter, & Abraham neſcívit nos, & Iſraël ignorávit nos: tu, Dómine, pater noſter, redemptor noſter, à ſæ-

ſæculo nomen tuum. Quare erráre nos feciſti, Dómine, de viis tuis: indurasti cor noſtrum ne timerémus te? convértere propter ſervos tuos, tribus hæreditátis tuæ. Quaſi níhilum poſſedérunt pópulum ſanctum tuum: hoſtes noſtri conculcavérunt ſanctificatiónem tuam. Facti ſumus quaſi in princípio, cùm non dominaréris noſtri, neque invocarétur nomen tuum ſuper nos. Utinam dirúmperes cœlos, & deſcénderes! à fácie tua montes defluérent. Hæc dicit.

℟. Propter Sion non tacébo, & propter Jeruſalem non quieſcam; * Donec egrediátur ut ſplendor juſtus ejus, & ſalvátor ejus ut lampas accendátur. *Iſ.* 62. 1. ℣. Omnis creatúra ingemiſcit, & párturit uſque adhuc. *Rom.* 8. 22. * Donec.

De Zacharía Prophéta.

Lectio III. c. 14. v. 8.

Chriſtus rex unus erit.

Et erit in die illa: Exíbunt aquæ vivæ de Jeruſalem: médium eárum ad mare Orientále, & médium eárum ad mare noviſſimum: in æſtáte & in hyeme erunt. Et erit Dóminus rex ſuper omnem terram: in die illa erit Dóminus unus, & erit nomen ejus unum. Et revertétur omnis terra uſque ad deſertum, de colle Remmon ad auſtrum Jeruſalem: & exaltábitur, & habitábit in loco ſuo, à porta Bénjamin uſque ad locum portæ prióris, & uſque ad portam angulórum; & à turre Hananeel uſque ad torculária regis. Et habitábunt in ea: & anathéma non erit ámpliùs; ſed ſedébit Jeruſalem ſecúra.

℟. Tu, Dómine, pater noſter, redemptor noſter, à ſéculo nomen tuū: * Utinam dirúmperes cœlos, & deſcénderes! *Iſ.* 63. 16. & 64. 1. ℣. In princípio, Dómine, terram fundaſti, & ópera mánuū tuárum ſunt cœli. *Hebr.* 1. 10. * Utinam. ℣. Glória. * Utinam.

Ad Benedictus, *Ant.* 2. A. Sana me, Dómine, & ſanábor: ſalvum me fac, & ſalvus ero; quóniam laus mea tu es. *Jer.* 17. 14.

CANON.

Ex Concílio Tridentíno, *Seſſ.* 23. *de Ord. can.* 7.

Si quis díxerit... eos qui nec ab eccleſiáſtica & canónica poteſtáte ritè ordináti, nec miſſi ſunt, ſed aliunde véniunt, legítimos eſſe verbi & ſacramentórum miniſtros; anathéma ſit.

Ad Magníficat, *Ant.* O,

FERIA SEXTA.

De Iſaía Prophéta.

LECTIO I. c. 64. v. 4.

Felicitas præparata.

OCulus non vidit, Deus, abſque te, quæ præparaſti expectántibus te. Occurriſti lætanti, & facienti juſtítiam: in viis tuis recordabuntur tuî. Ecce tu irátus es, & peccávimus: in ipſis fúimus ſemper, & ſalvábimur. Et facti ſumus ut immundus omnes nos, & quaſi pannus menſtruátæ univerſæ juſtítiæ noſtræ:& cecídimus quaſi fólium univerſi, & iniquitátes noſtræ quaſi ventus abſtulérunt nos. Non eſt qui ínvocet nomen tuum; qui conſurgat, & téneat te: abſcondiſti fáciem tuam à nobis, & alliſiſti nos in manu iniquitátis noſtræ. Et nunc, Dómine, pater noſter es tu, nos verò lutum: & fictor noſter tu, & ópera mánuum tuárum omnes nos. Ne iraſcáris, Dómine, ſatis, & ne ultrà memíneris iniquitátis noſtræ: ecce réſpice, pópulus tuus omnes nos. Cívitas ſancti tui facta eſt deſerta; Sion deſerta facta eſt; Jerúſalem deſoláta eſt. Domus ſanctificatiónis noſtræ & glóriæ noſtræ, ubi laudavérunt te patres noſtri, facta eſt in exuſtiónem ignis, & ómnia deſiderabília noſtra verſa ſunt in ruínas. Numquid ſuper his continébis te, Dómine; tacébis, & afflíges nos vehementer? Hæc dicit.

℟. Hic eſt Deus, Deus noſter in æternum, & in séculum séculi: * Ipſe reget nos in ſécula. *Pſ.* 47. 15. ℣. Regnábit in domo Jacob in æternum, & regni ejus non erit finis, *Luc.* 1. 32. * Ipſe.

LECTIO II. c. 65. v. 1.

Gentium converſio.

QUæſiérunt me qui antè non interrogábant; invenérunt qui non quæſiérunt me: dixi: Ecce ego; ecce ego, ad gentem quæ non invocábat nomen meum. Expandi manus meas totâ die ad pópulum incrédulum, qui gráditur in via non bona poſt cogitatiónes ſuas. Pópulus qui ad iracúndiam próvocat me ante fáciem meam ſemper: qui ímmolant in hortis, & ſacríficant ſuper láteres: qui hábitant in ſepulchris, & in delúbris idolórum dórmiunt: qui cómedunt carnem ſuillam, & jus profánum in vaſis eórum: qui dicunt, Recéde à me, non appropinques mihi, quia immundus es: iſti fumus erunt in furóre meo, ignis ardens totâ die. Ecce ſcriptum eſt coram me:

non

n tacebo ; ſed reddam retríbuam in ſinum eó-m. Iniquitátes veſtras, iniquitátes patrum ve-órum ſimul, dicit Dñs, i ſacrificavérunt ſuper ontes, & ſuper colles ex-obravérunt mihi ; & re-étiar opus eórum primũ ſinu eórum. Hæc dicit.

℟. Vivificábis nos, & omen tuum invocábi-us : * Dómine Deus vir-tum, converte nos ; & tende fáciem tuam, & lvi érimus. *Pſ.* 79. 20. . Deus omnípotens, ju-æ & veræ ſunt viæ tuæ, ex ſeculórum. *Apoc.* 15. * Dómine.

De Malachía Prophéta.

ECTIO III. c. 4. v. 1.

Chriſtus ſol juſtitiæ.

ECce enim dies véniet ſuccenſa quaſi camí-ıs: & erunt omnes ſuper-i, & omnes facientes im-etátem, ſtípula ; & in-ammábit eos dies vé-iens, dicit Dñs exercí-ıum, quæ non derelin-ıet eis radícem & ger-ıen. Et oriétur vobis ti-éntibus nomen meum ol juſtítiæ, & sánitas in ennis ejus : & egrediémi-i, & ſaliétis ſicut vítuli e armento. Et calcábitis npios, cùm fúerint cinis ıb planta pedum veſtró-ım, in die qua ego fá-io, dicit Dóminus exer-ituum. Mementóte legis Móyſi ſervi mei, quam mandávi ei in Horeb ad omnem Iſraël, præcepta & judícia. Ecce ego mit-tam vobis Elíam prophé-tam, ántequàm véniat dies Dómini magnus & horrí-bilis. Et convertet cor pa-trum ad fílios, & cor fi-liórum ad patres eórum ; ne fortè véniam, & per-cútiam terrá anathémate.

℟. Béthleem Ephrata, ex te mihi egrediétur qui ſit dominátor in Iſraël : * Egreſſus ejus, † A dié-bus æternitátis. *Mich.* 5. 2. ℣. Scriptúra dicit: Quia ex sémine David & de Béthleem caſtello venit Chriſtus. *Joan.* 7. 42. * Egreſſus. ℣. Glória. † A diébus.

Ad Benedictus, *Ant.* 1. *D.* Erit Dóminus nomi-nátus in ſignum æternum quod non auferétur. *Iſai.* 55. 13.

CANON.

Ex Concílio Ravennenſi. *An.* 1311. *rubr.* 20.

CUm, ſecundùm A-póſtolum, nemo ſibi débeat honórem aſſúme-re, niſi tamquam Aaron fúerit vocátus à Deo : hoc minùs attendunt ſuæ ſa-lútis oblíti, qui ſe intrú-dunt ad dignitátes eccle-ſiáſticas vel beneficia, & éligi & intrúdi procúrant per poténtiam laïcálem.

Ad Magníficat, *Ant.* O.

ANTIPH. MAJORES.

Incipiuntur decimâ quintâ die Decembris veſpere; & unaquæque dicitur ter, 1. ante Magníficat, *2. ante* Glória Patri, *3. poſt* Sicut erat.

Si Veſperæ fiant de Feſto, tunc pro commemoratione Adventûs, dicetur Ant. O, *occurrens, hoc modo: Ant. integrè dicitur: Tum* Glória Patri, *ſine* Sicut erat. *Iterum Ant. Deinde* Sicut erat. *Tertiò denique dicitur Ant. cum* ℣. Excita, *& Oratione conveniente.*

DIE XV. DECEMBR.

Antiph. 2. D.

O Sapiéntia, quæ ex ore Altíſſimi prodiiſti, attingens à fine uſque ad finem, fórtiter, ſuaviterque diſpónens ómnia; veni ad docendũ nos viam prudéntiæ. *Eccli.* 24. 5. *Sap.* 8. 1. *Iſai.* 40. 14.

DIE XVI. 2. D.

O Adónaï, & dux domûs Iſraël, qui Móyſi in igne flammæ rubi apparuiſti, & ei in Sina legem dediſti; veni ad redimendum nos in bráchio extento. *Judith.* 16. 16. 1. *Paral.* 17. *Act.* 7. 30. 38. *Exod.* 6. 6.

DIE XVII. 2. D.

O Radix Jeſſe, qui ſtas in ſignum populórum, ſuper quem continébunt reges os ſuum, quem gentes deprecabuntur; veni ad redimendum nos, jam noli tardáre. *Iſ.* 11. 10. & 52. 15. *Pſal.* 25. 11. 39. 18.

DIE XVIII. 2. D.

O Clavis David, & ſceptrum domûs Iſraël: qui áperis, & nemo claudit; claudis, & nemo áperit: veni, & educ vinctum de domo cárceris, ſedentem in ténebris & umbra mortis. *Iſ.* 22. 22. & 42. 7. *Jerem.* 51. 19. *Pſ.* 106. 10.

DIE XIX. 2. D.

O Oriens, ſplendor lucis ætérnæ, & ſol juſtítiæ; veni, & illúmina ſedentes in ténebris & umbra mortis. *Zach.* 3. 8. *Sap.* 7. 26. *Mal.* 4. 2. *Pſal.* 12. 4. & 106. 10.

DIE XX. 2. D.

O Sancte Sanctórum, ſpéculum ſine mácula Dei majeſtátis, & imágo bonitátis illíus; veni, ut deleátur iníquitas, & adducátur juſtítia ſempiterna. *Dan.* 9. 24. *Sap.* 7. 26.

DIE XXI. 2. D.

O Rex géntium, Deus Iſraël, & Salvátor, lapiſque anguláris, qui facis útraque unum; veni, & ſalva hóminem quem de limo formaſti. *Jer.* 10. 7. *Iſ.* 45. 15. & 28. 16. &

Epheſ. 2. 14. *Ge-*
7.
XXII. 2. D.
Emmánuel, Rex &
gifer noſter, ex-
o géntium, & de-
us eárum; veni ad
lum nos, Dómine
noſter. *Iſ.* 7. 14. &
Geneſ. 49. 10. *Agg.*
achar. 9. 16.
XXIII. 2. D.
Paſtor Iſraël, &
ominátor in domo
, cujus egreſſus ab
à diébus æternitá-
ni, ut paſcas pópu-
um in fortitúdine,
es in juſtítia & ju-
Mich. 5. 2. 4. *Ezech.*
Iſ. 32. 1.
m die decimâ ſex-
embris, manè inci-
Antiphonæ Lau-
erialium propriæ,
etiam dicuntur ad
quartâ prætermiſ-
choando ab his An-
s quæ aſſignantur
16. die occurrenti,
erit Feria tertia,
a, ſive Sabbatum.
fuerit Dominica,
tur poſtridie. Quæ
occurrunt die quâ
ium de S. Thoma,
r in prævigilia
r Domini, ſcilicet
Decembris.
Veſperas autem in
iis dicuntur Anti-
de Pſalterio; ſed
untur Preces.

FERIA SECUNDA
poſt xv. Decembris.

AD LAUDES.

Ant. 3. c. Reſpice, Dómine, de domo ſanctâ tua in nos; & inclína aurem tuam, & exaudi nos. *Bar.* 2. 16.

Ant. 8. c. Dómine, pater noſter es tu: ecce réſpice; pópulus tuus omnes nos. *Iſ.* 64. 8. 9.

Ant. 2. D. Miſerére Iſraël, quem coæquaſti primogénito tuo: reple glóriâ tuâ pópulum tuum. *Eccli.* 36. 14. 16.

Ant. 7. d. Deus cœlórum, exaudi: memento, Dómine, teſtamenti tui, ut omnes gentes agnoſcant quia tu es Deus. *Judith.* 9. 17. 19.

Ant. 4. a. Salva, Dómine, pópulum tuum, relíquias Iſraël. *Jer.* 31. 7.

FERIA TERTIA
poſt xv. Decembris.

AD LAUDES.

Ant. 3. à. Recordáre, Dómine, oppróbrium noſtrum; ſervi domináti ſunt noſtrî: non fuit qui redímeret de manu eórum. *Thren.* 5. 1. 8.

Ant. 4. E. Tu, Dómine, pater noſter, redemptor noſter: convértere propter ſervos tuos. *Iſai.* 63. 16. 17.

Ant. 7. ç. Quare in perpétuum oblivíſcéris noſtrî? derelinques nos in

longitúdine diérum? *Thr.* 5. 20.

Ant. 1. g. Ne tradas nos in perpétuum, & ne díſſipes teſtamentum tuũ, neque áuferas misericórdiam tuam à nobis. *Dan.* 3. 34. 35.

Ant. 2. D. Dabis, Deus, veritátem Jacob, misericórdiam Abraham, quæ juraſti pátribus noſtris à diébus antíquis. *Mich.* 7. 20.

FERIA QUARTA post xv. Decembris.

AD LAUDES.

Ant. 2. D. Recordáre, Dómine, ne írritum fácias fœdus tuum nobiſcum: nonne tu es Deus noſter quem expectávimus? *Jerem.* 14. 21. 22.

Ant. 8. G. Vetus error ábiit: ſervábis pacem, Dómine; pacem, quia in te ſperávimus. *Iſ.* 26. 3.

Ant. 7. d. Cùm féceris judícia tua in terra, juſtítiam diſcent habitatóres orbis: Dómine, exaltétur manus tua. *Iſai.* 26. 9. 11.

Ant. 1. f. Dómine Deus noſter, poſſedérunt nos dómini abſque te; tantùm in te recordémur nóminis tui. *Iſ.* 26. 13.

Ant. 6. F. Inclína, Dñe, aurem tuam, & audi; áperi, Dómine, óculos tuos, & vide: Deus noſter, ſalva nos. *Iſ.* 37. 17. 20.

FERIA QUINTA post xv. Decembris.

AD LAUDES.

Ant. 1. a. Mitte, Dómine, ſapiéntiam de cœlis ſanctis tuis, & à ſede magnitúdinis tuæ. *Sap.* 9. 10.

Ant. 6. F. Nunc ſéquimur te, Dómine, in toto corde, & timémus te, & quærimus fáciem tuam: ne confundas nos. *Dan.* 3. 41. 42.

Ant. 7. c. Dómine rex omnípotens, non eſt qui poſſit tuæ resíſtere voluntáti, ſi decréveris ſalváre Iſraël. *Eſther.* 13. 9.

Ant. 3. c. Erue nos in mirabílibus tuis, & da glóriam nómini tuo; & confundantur qui oſtendunt ſervis tuis mala. *Dan.* 3. 43. 44.

Ant. 2. D. Cóngrega omnes tribus Jacob; ut cognoſcant quia non eſt Deus niſi tu, & enarrent magnália tua. *Eccli.* 36. 13.

FERIA SEXTA post xv. Decembris.

AD LAUDES.

Ant. 4. A. Emitte agnum, Dómine, dominatórem terræ, de petra deſerti ad montem filiæ Sion. *Iſ.* 16. 1.

Ant. 8. c. Non eſt in témpore hoc ſacrificium coram te, ut poſsímus invenire misericórdiam tuã;

ſed in ánimo contríto, & ſpíritu humilitátis ſuſcipiámur. *Dan.* 3. 38. 39.

Ant. 5. a. Si iniquitátes noſtræ reſpónderint nobis; Dómine, fac propter nomen tuum, quóniam tibi peccávimus. *Jerem.* 14. 7.

Ant. 3. c. Dómine, opus tuum, in médio annórum vivífica illud. *Habac.* 3. 2.

Ant. 7. *d.* Cùm irátus fúeris, miſericórdiæ recordáberis: Deus ab auſtro véniet, & Sanctus de monte Pharan. *Habac.* 3. 2. 3.

SABBATO
poſt XV. Decembris.

AD LAUDES.

Ant. 3. g. PRæparábitur in miſericórdia ſólium, & ſedébit ſuper illud in veritáte. *Iſ.* 16. 5.

Ant. 6. F. Incurvábitur ſublímitas hóminum, & humiliábitur altitúdo virórum, & elevábitur Dóminus ſolus in die illa. *Iſ.* 2. 17.

Ant. 8. c. Aperiéntur óculi cœcórum, & aures ſurdórum patébunt. *Iſai.* 35. 5.

Ant. 1. a. Tunc sáliet ſicut cervus claudus, & aperta erit lingua mutórum. *Iſ.* 35. 6.

Ant. 2. D. Deus judícii Dóminus; beáti omnes qui expectant eum. *Iſ.* 30. 18.

IN VIGILIA
NATIVITATIS DOMINI.

Si occurrat in Dominica, Officium fiet hoc modo.

AD OFFICIUM NOCT.

Invitatorium de Vigilia, & Hymnus.

In I. & II. Nocturno, Antiphonæ, Pſalmi, Verſus, Lectiones, Reſponſoria de Dominica IV. Adv.

In III. Nocturno, Pſalmi de III. Nocturno Dominicæ. Antiphonæ & cætera de Vigilia. Non legitur Homilia Dominicæ occurrentis, nec dicitur Te Deum, *ſed ejus loco reſumitur ultimum Reſponſorium uſque ad Verſ.*

AD LAUDES, omnia de Vigilia; & non fit commemoratio Dominicæ.

AD HORAS, Pſalmi de Dominica, omiſſo ad Prim. Symbolo Quicumque: *cætera ut in Vigilia.*

¶ *Si autem Vigilia iſta occurrat in Feriis, Officium fit ut ſequitur.*

AD OFFIC. NOCT.
Simplex.

Invit. Dóminus propè eſt; * Veníte, adorémus. *Phil.* 4. 5.

Pſal. 94. Veníte.

Hymnus ut in Feriis Adventûs. Pſalmi de Feria ſuper tres Antiphonas ſequentes.

Ant. 1. g. Uſquequo, Dñe, clamábo, & non exáudies? vociferábor ad te, &

non ſalvábis? *Hab.* 1. 2.

Ant. 4. f. Oſtende, Dómine, fáciem tuam: placáre, Dómine; attende & fac. *Dan.* 9. 17. 19.

Ant. 3. à. Aperi, Dómine, óculos tuos, & vide; Deus noſter, ſalva nos. *Iſ.* 37. 20.

℣. Citò antícipent nos miſericórdiæ tuæ, ℟. Quia páuperes facti ſumus nimis. *Pſ.* 78. 8.

De Iſaía Prophéta.

Lectio I. c. 66. v. 8.

Nativitas Chriſti, & Eccleſiæ fecunditas.

Quis audívit umquam tale? & quis vidit huic símile? numquid partúriet terra in die unâ? aut pariétur gens ſimul, quia parturívit & péperit Sion fílios ſuos? Numquid ego, qui álios párere fácio, ipſe non páriam, dicit Dóminus? ſi ego qui generatiónem cæteris tribuo, ſtérilis ero, ait Dóminus Deus tuus? Lætámini cum Jerúſalem, & exultáte in ea, omnes qui dilígitis eam; gaudéte cum ea gáudio, univerſi qui lugétis ſuper eam: ut ſugátis, & repleámini ab úbere conſolatiónis ejus; ut mulgeátis, & delíciis affluátis ab omnímoda glória ejus. Quia hæc dicit Dóminus: Ecce ego declinábo ſuper eam quaſi flúvium pacis, & quaſi torrentem inundantem glóriam géntium, quam ſugétis: ad úbera portabímini, & ſuper génua blandiéntur vobis. Quómodò ſi cui mater blandiátur, ita ego conſolábor vos, & in Jerúſalem conſolabímini. Vidébitis, & gaudébit cor veſtrum, & oſſa veſtra quaſi herba germinábunt: & cognoſcétur manus Dómini ſervis ejus, & indignábitur inimícis ſuis. Hæc dicit.

℟. Salva nos, Deus Salvátor noſter, & cóngrega nos, * Ut confiteámur nómini ſancto tuo, & exultémus in carmínibus tuis. 1. *Paral.* 16. 35. ℣. Ecce nunc tempus acceptábile, ecce nunc dies ſalútis. 2. *Cor.* 6. 2. * Ut confiteámur.

Ex Hiſtória Eccleſiáſtica Euſébii Cæſarienſis Epíſcopi.

Lectio II. l. 1. c. 5.

Annus jam agebátur ſecundus & quadrageſimus impérii Auguſti; à ſubactâ autem Ægypto & ab intéritu Antónii & Cleopátræ, in qua Ptolemæórum in Ægypto dominátio déſiit, octávus ac vigéſimus: cùm Servátor & Dóminus noſter Jeſus Chriſtus, primâ illâ deſcriptióne censûs, quæ facta eſt Quirínio Syriæ præſidente, ſecundùm pro-

phetárum de illo vaticínia, in Béthleem Judææ natus eſt. Hujus porrò deſcriptiónis, quæ Quirínii tempóribus facta eſt, celebérrimus apud Judæos hiſtoriárum ſcriptor Flávius Joſéphus mentiónem facit: áliam quoque narratiónem de Galilæórum ſecta, quæ iiſdē tempóribus emerſit, ſtatim ſubnectens: de qua noſter étiam Lucas in Actibus Apoſtolórum lóquitur, his verbis: Poſt hunc éxtitit Judas Galilæus, in diébus profeſſiónis cenſuális; & avertit pópulum poſt ſe: & ipſe périit; & omnes quotquot conſénſerant ei, diſperſi ſunt.

℟. Qui ſedes ſuper Chérubim, manifeſtáre coram Ephraïm, Bénjamin & Manaſſe: * Excita poténtiam tuam, & veni ut ſalvos fácias nos: Deus, converte nos; & oſtende fáciem tuam, & ſalvi érimus. *Pſal.* 79. 2. 3. 4. ℣. Quia ſolus pius es; quóniam omnes gentes vénient, & adorábunt in conſpectu tuo. *Apoc.* 15. 4. * Excita.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Matthæum.

LECTIO III. c. 3. v. 18.

CUm eſſet deſponſáta mater Jeſu María Joſeph, ántequàm convenírent, inventa eſt in útero habens de Spíritu ſancto. Et réliqua.

Homília ſancti Juſtíni Mártyris.

Apologia ſecunda, an. 150. ad Imperatorem Antoninum Senatumque Romanum.

PRophéta Iſaías ſcripſit his verbis: Stella ex Jacob oriétur, & flos ex Jeſſe radíce erumpet. Stella autem lúcida orta eſt, floſque ex Jeſſe radíce pródiit, hic Chriſtus. Eum enim Virgo, quæ à Jacóbo oríginem duxit; qui Judæ, quem Judæórum patrem eſſe dixi, pater fuit, Dei vi ac virtúte péperit. Et Jeſſæ genus quidem ipſe ex oráculo & vaticinatióne fuit; Jacóbi autem & Judæ géneris ſucceſſióne erat fílius. Dei vis ad Vírginem advéniens obumbrávit, fecítque ut Virgo grávida eſſet. Per Iſaíam prophéticus Spíritus hunc naſcitúrum aſſéruit: Spíritum vimque Dei nefas eſt áliud intélligi niſi Verbū, quod étiā primogénitum Dei eſt. Atque hic ſuo ad Vírginem adventu & adumbratióne eam grávidā effécit. Nomen autem Jeſum hebráïco ſermóne, græco eum qui ſalútem dat, declárat. Ubi verò naſcitúrus eſſet, quemádmodùm álius prophéta

Michæas prædíxerit, audíte. Hæc illíus verba ſunt: Et tu, Béthleem terra Judæ, nequáquam mínima es in princípibus Judæ: ex te enim exíbit dux qui reget pópulum meum. Vicus autem eſt quidam in regióne Judæórum, qui quinque & triginta míllibus Hieroſólymis abeſt; in quo Jeſus Chriſtus natus eſt, id quod étiã intellígere poteſtis ex cénſibus, qui coacti ſunt, Quiríno primo, veſtro in Judæa prætóre.

℞. Ecce virgo in útero habébit, & páriet fílium, * Et vocábunt nomen ejus Emmánuel, quod eſt interpretátum † Nobiſcum Deus. *Matth.* 1. 23. ℣. Benedicentur in ipſo omnes tribus terræ: omnes gentes magnificábunt eum. *Pſ.* 71. 17. * Et vocábunt. ℣. Glória. † Nobiſcum.

AD LAUDES.

Semiduplex.

℣. *Sacerd.* Audítam fac mihi manè miſericórdiam tuam; ℞. Quia in te ſperávi. *Pſ.* 142. 8.

Pſalmi de Feria cum ſequentibus Antiphonis.

Ant. 8. c. MIttet Dóminus ſalvatórem, & propugnatórem qui líberet. *Iſ.* 19. 20.

Ant. 4. E. Miſerére plebi tuæ, ſuper quam invocátum eſt nomen tuũ. *Eccli.* 36. 14.

Ant. 3. à. Miſerébitur Dóminus Jacob, & éliget adhuc de Iſraël. *Iſai.* 14. 1.

Ant. 6. F. Parávit.

Cantic. *Iſ.* 52. 7.

QUàm pulchri ſuper montes * pedes annuntiantis & prædicantis pacem;

Annuntiantis bonum, * prædicantis ſalútem;

Dicentis Sion: * Regnábit Deus tuus.

Gaudéte & laudáte ſimul, * deſerta Jerúſalem:

Quia conſolátus eſt Dóminus pópulum ſuum, * redémit Jerúſalem.

Parávit Dóminus bráchium ſanctum ſuum, * in óculis ómnium géntium:

Et vidébunt omnes fines terræ * ſalutáre Dei noſtri.

Ant. Parávit Dóminus bráchium ſanctum ſuum. *Ibid.*

Ant. 1. a. Quaſi dilúculum præparátus eſt egreſſus ejus. *Oſee.* 6. 3.

Capitulum. Agg. 2. 7. 8.

HÆc dicit Dóminus exercítuum: Adhuc unum módicum eſt, & ego commovébo cœlum, & terram, & mare, & áridam. Et movébo omnes gentes: & véniet deſiderátus cunctis géntibus.

Hymn. ut in Feriis Adv.

℣. Deus illúminet vultum ſuum ſuper nos, ℟. Et miſereátur noſtrî. *Pſ.* 66. 2.

Ad Benedictus, *Ant.* 8. G. Deſcríptio prima facta eſt à præſide Syriæ Cyríno; & ibant omnes ut profiterentur ſínguli in ſuam civitátem. Aſcendit autem & Joſeph à Galilæa. *Luc.* 2. 2. 3.

Orémus.

DEus, qui nos redemptiónis noſtræ ánnuâ expectatióne lætíficas; præſta, ut Unigénitũ tuũ, quem redemptórem læti ſuſcípimus, venientem quoque júdicem ſecúri videámus, Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum Fílium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitáte Spíritûs ſancti Deus, per ómnia ſécula ſeculórum. ℟. Amen.

AD HORAS.

Duplex-minus.

Antiphonæ de Laudibus, Pſalmi de Feria.

AD PRIMAM.

Ant. 8. c. Mittet.

Capitulum. Joſ. 3. 5.

SAnctificámini; cras enim fáciet Dóminus inter vos mirabília.

℟. *br.* Chriſte, Fili Dei vivi, * Miſerére nobis. *Matth.* 16. 16. *Tob.* 8. 10. *Repet.* Chriſte. ℣. Qui ventúrus es in mundum. *Joan.* 6. 14.* Miſerére nobis. ℣. Glória. *Rep.* Chriſte.

℣. Exurge, Dómine, ádjuva nos; ℟. Et rédime nos propter nomen tuum. *Pſ.* 43. 26.

CANON.

Ex Concílio Bituricenſi. *An.* 1584. *Tit.* 8. *Can.* 1.

SErvétur vigília Nativitátis Dñi ad imitandum pietátem Paſtórum, qui Chriſto Dómino eâ nocte adoratiónis munus impendérunt.

AD TERTIAM.

Ant. 4. E. Miſerére.

Capitulum. Mich. 5. 4. 5.

STabit dominátor, & paſcet in fortitúdine Dñi, in ſublimitáte nóminis Dómini Dei ſui: & nunc magnificábitur uſque ad términos terræ. Et erit iſte pax.

℟. *br.* Cognoſcámus, Dómine, * In terra viam tuam. *Repet.* Cognoſcámus. ℣. In ómnibus géntibus ſalutáre tuum: * In terra. ℣. Glória. *Rèpetit.* Cognoſcámus.

℣. Benedícat nos Deus, ℟. Et métuant eum omnes fines terræ. *Pſal.* 66. 8.

AD SEXTAM.

Ant. 3. à. Miſerébitur.

Capit. Iſ. 10. 24. 25. 27.

HÆc dicit Dóminus Deus exercítuum: Noli timére, pópulus meus habitátor Sion; adhuc enim páululum modicúmque, & auferétur onus

de húmero tuo, & jugum de collo tuo.

℟. *br.* Exurge, Dómine; * Exaltétur manus tua. *Repet.* Exurge. ℣. Ne oblivíſçáris páuperum: * Exaltétur. ℣. Glória. *Repet.* Exurge. *Pſ.* 9. 12.

℣. Deus dominábitur Jacob, ℟. Et finium terræ. *Pſ.* 58. 14.

AD NONAM.

Ant. 1. a. Quaſi.

Capitulum. Dan. 9. 24.

SEptuaginta hebdómades abbreviátæ ſunt ſuper pópulum tuum, & ſuper urbem ſanctam tuã, ut conſummétur prævaricátio, & finem accípiat peccátum, & deleátur iníquitas, & adducátur juſtítia ſempiterna, & impleátur víſio & prophetía, & ungátur Sanctus ſanctórum.

℟. *br.* Véniat ſuper me * Miſericórdia tua, Dómine. *Repet.* Véniat. ℣. Salutáre tuum ſecundũ elóquium tuum: * Miſericórdia. ℣. Glória. *Repetit.* Véniat.

℣. Propè es tu, Dñe, ℟. Et omnes viæ tuæ véritas. *Pſ.* 118. 41. 151.

DIE XXV. DECEMBRIS.

IN NATIVITATE DOMINI.

ANNUALE.

IN I. VESPERIS.

Pſalmi de Feria, cum Antiphonis ſequentibus.

Ant. REple Sion, Dómine, inenarrabílibus verbis tuis, & glóriâ tuâ pópulum tuum. *Eccli.* 36. 16.

Ant. 3. a. Præparáre in occurſum Dei tui, Iſraël; quia ecce annúntians hómini elóquium ſuum. *Amos.* 4. 12. 13.

Ant. 7. c. Nunc magnificábitur uſque ad términos terræ; & erit iſte pax. *Mich.* 5. 4. 5.

Ant. 4. E. Adhuc unum módicum, & véniet deſiderátus cunctis géntibus. *Agg.* 2. 7. 8.

Ant. 5. C. Statim véniet Dominátor, & Angelus teſtamenti: ecce venit. *Mal.* 3. 1.

Capitul. Exod. 14. 13.

NOlíte timére: ſtate, & vidéte magnália Dómini quæ factúrus eſt hódie.

℟. Expectátio Iſraël, Salvátor ejus, * Quare quaſi colónus futúrus es in terra, & quaſi viátor declínans ad manendum? † Quare futúrus es ſicut vir vagus? *Jerem.* 14. 8. ℣. Aſcendit Joſeph à Galilæa cum María prægnante; non erat eis locus in diverſório. *Luc.* 2. 4. 5. 7. * Quare quaſi. ℣. Glória. † Quare futúrus.

Hymnus.

MUndo tenébris óbſito,
Auróra lucem núntiat:
Vanæ figúræ déſinant;
Adeſt propinqua Véritas.

Cessent gemcntûm lácrymæ;
Ceſſent patrum ſuſpíria:
Conſors Tonantis Fílius
Fit pacis obſes mútuæ.

Inops & exul péllitur,
Qui jura terris dívidit:
Fit Conditóris síderum
Præſépe vile régia.

Infans Creátor, náſcere;
Veni, Redemptor ómnium;
Veni, ſupréme Póntifex,
Mundi futúrus hóſtia.

Sit laus Patri, qui Fílium
Promíſit orbi víctimam;

Sit, qui venit, laus Filio;
Quo fit caro, laus Flámini.
Amen.

℣. Prope timentes eum ſalutáre ipsíus; ℟. Ut inhábitet glória in terra noſtra. *Pſ.* 84. 10.

Ad Magníficat. *Ant.* 6. F. Exiit ediɛtum à Cæſare Auguſto ut deſcriberétur univerſus orbis; & impléti ſunt dies Maríæ ut páreret, allelúia. *Luc.* 2. 1. 6.

Orémus.

PRæſta, miſéricors Deus, ut ad ſuſcipiendum Fílii tui ſinguláre Nativitátis myſtérium, & mentes credéntium præparentur, & non credéntium corda ſubdantur; Per eumdem Dóminum.

AD COMPLETOR.

Omnia ut in tempore Adventûs, exceptis quæ ſequuntur.

Ad Nunc dimittis, *Ant.* 5. C. Cánticum erit ſicut nox ſanɛtificátæ ſolemnitátis. *Iſ.* 30. 29.

Orémus.

IN hac noɛte ſanɛtíſſima tuos, quæſumus, Dómine, réſove fidéles abundantióri charitáte, quos novâ luce illuminábit Natívitas Jeſu Chriſti Fílii tui; Qui tecum vivit.

AD OFFIC. NOCT.

Invit. Chriſtus natus eſt nobis: * Veníte, adorémus. *Repetit.* Chriſtus natus eſt nobis: * Veníte, adorémus. *Luc.* 2. 11.

Pſ. 94. Veníte. 2.

Hymnus.

JAm terra mutétur polo,
Et ipſa nox fiat dies:
Sol verus orbi náſcitur;
Terris adeſt infans Deus.

PROLES ab alvo vírginis
Mundi Creátor pródiit;
Sub córporis velámine
Latet majeſtas Núminis.

DESIDERATUS Géntibus
Rex orbis, orbis cónditor,
Verbũ ſilens, ſciens pati,
Nos ſervitúte líberat.

PIGNUS perennis fœderis,
Infans jacet præſépio;
Et flétuum primórdiis
Opus ſalútis íncboat.

UT corde puro mútuas
Tibi rependámus vices:
Quâ, Chriſte, flagras, ígnea
Fac nos adúrat cháritas.

SIT laus Patri, laus Fílio;
Tibíque ſumma, Spíritus,
Quo virgo mater Fílium
Deum virumque párturit.
Amen.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 8. c. Dóminus.

PSALMUS 2.

Chriſti divina generatio: ipſi ſerviendum.

QUare fremuérunt gentes, * & pópuli meditáti ſunt inánia?

Aſtitérunt reges terræ, & príncipes convenérunt in unum * adversùs Dóminum, & adversùs Chriſtum ejus.

Dirumpámus víncula eórum, * & projiciámus à nobis jugum ipsórum.

Qui hábitat in cœlis, irridébit eos, * & Dóminus ſubſannábit eos.

Tunc loquétur ad eos in ira ſua, * & in furóre ſuo conturbábit eos.

Ego autem conſtitútus ſum rex ab eo ſuper Sion montem ſanctum ejus, * prædicans præceptū ejus.

Dóminus dixit ad me: * Fílius meus es tu; ego hódie génui te.

Póſtula à me, & dabo tibi gentes hæreditátem tuam, * & poſſeſſiónem tuam términos terræ.

Reges eos in virga férrea, * & tamquam vas ſiguli confringes eos.

Et nunc, reges, intellígite: * erudímini, qui judicátis terram.

Servíte Dómino in timóre, * & exultáte ei cum tremóre.

Apprehéndite diſciplínā, nequando iraſcátur Dñs, * & pereátis de via juſta.

Cùm exárſerit in brevi ira ejus, * beáti omnes qui confídunt in eo.

Ant. Dñs dixit ad me: Fílius meus es tu; ego hódie génui te. *Pſ.* 2. 7.

Ant. 8. G. Tamquam.

PSALMUS 18.

Chriſtus ſol juſtitiæ oriturus: legis evangelicæ commendatio.

CŒli enarrant glóriam Dei, * & ópera mánuum ejus annúntiat firmaméntum.

Dies diei eructat verbum, * & nox nocti índicat ſciéntiam.

Non ſunt loquélæ, neque ſermónes, * quorum non audiantur voces eórum.

In omnem terram exívit ſonus eórum, * & in fines orbis terræ verba eórum.

In ſole póſuit tabernáculum ſuum: * & ipſe tamquam ſponſus procédens de thálamo ſuo.

Exultávit ut gigas ad currendam viam; * à ſummo cœlo egréſſio ejus.

Et occurſus ejus uſque ad ſummum ejus: * nec eſt qui ſe abſcondat à calóre ejus.

Lex Dómini immaculáta, convertens ánimas: * teſtimónium Dómini fidéle, ſapiéntiam præſtans párvulis.

Juſtítiæ Dómini rectæ, lætificantes corda: * præceptum Dómini lúcidum, illúminans óculos.

Timor Dómini ſanctus, pérmanens in ſéculum ſéculi: * judícia Dñi vera, juſtificáta in ſemetipſa.

Deſiderabília ſuper aurum & lápidem pretióſum multum : * & dulcióra ſuper mel & favum.

Etenim ſervus tuus cuſtódit ea ; * in cuſtodiendis illis retribútio multa.

Delícta quis intélligit ? ab occultis meis munda me : * & ab aliénis parce ſervo tuo.

Si meî non fúerint domináti, tunc immaculátus ero, * & emundábor à delícto máximo.

Et erunt ut compláceant elóquia oris mei : * & meditátio cordis mei in conſpectu tuo ſemper.

Dómine, adjútor meus, * & redemptor meus.

Ant. Tamquam ſponſus Dóminus procédens de thálamo ſuo. *Pſ.* 18. 6.

Ant. 1. D. Sedes.

PSALMUS 44.

Carmen nuptiale : Chriſti & Eccleſiæ dotes.

ERuctávit cor meum verbum bonum: * dico ego ópera mea regi.

Lingua mea cálamus ſcribæ * velóciter ſcribentis.

Speciósus formâ præ fíliis hóminum, diffúſa eſt grátia in lábiis tuis : * proptérea benedixit te Deus in æternum.

Accíngere gládio tuo ſuper femur tuum, * Potentíſſime.

Spécie tuâ & pulchritúdine tuâ, * intende, próſperè procéde, & regna.

Propter veritátem, & manſuetúdinem, & juſtítiam ; * & dedúcet te mirabíliter déxtera tua.

Sagittæ tuæ acútæ, pópuli ſub te cadent, * in corda inimicórum regis.

Sedes tua, Deus, in ſéculum ſéculi : * virga directiónis, virga regni tui.

Dilexiſti juſtítiam, & odiſti iniquitátem : * proptérea unxit te Deus, Deus tuus, óleo lætítiæ præ consórtibus tuis.

Myrrha, & gutta, & cáſia à veſtimentis tuis, à dómibus ebúrneis, * ex quibus delectavérunt te fíliæ regum in honóre tuo.

Aſtitit regína à dextris tuis in veſtítu deauráto, * circúmdata varietáte.

Audi, fília, & vide, & inclína aurem tuam, * & oblivíſcere pópulum tuū, & domum patris tui.

Et concupiſcet rex decórem tuum ; * quóniam ipſe eſt Dóminus Deus tuus, & adorábunt eum.

Et fíliæ Tyri in munéribus : * vultum tuum deprecabuntur omnes dívites plebis.

Omnis glória ejus fíliæ regis ab intùs, * in fimbriis áureis, circumamicta varietátibus.

Adducentur regi vírgines poſt eam : * próximæ ejus afferentur tibi.

Afferentur in lætítia & exultatióne, * adducentur in templum regis.

Pro pátribus tuis nati ſunt tibi filii : * conſtítues eos príncipes ſuper omnem terram.

Mémores erunt nóminis tui * in omni generatióne & generatiónem.

Proptérea pópuli confitebuntur tibi in æternum, * & in ſéculum ſéculi.

Ant. Sedes tua, Deus, in ſéculum ſéculi. *Pſ.* 44. 7.

℣. Suſcípiant montes pacem pópulo, ℟. Et colles juſtítiam. *Pſ.* 71. 3.

Pater noſter, *ſecretò.*

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem ; ℟. Sed líbera nos à malo.

De Iſaía Prophéta.

LECTIO I. c. 9. v. 1.

Prædicitur Nativitas Meſſiæ.

PRimo témpore alleviáta eſt terra Zabúlon, & terra Néphthali ; & noviſſimè aggraváta eſt via maris trans Jordánem Galilææ géntium. Pópulus qui ambulábat in ténebris, vidit lucem magnam : habitántibus in regióne umbræ mortis, lux orta eſt eis. Multiplicaſti gentem ; non magnificaſti lætítiam. Lætabuntur coram te, ſicut qui lætantur in meſſe, ſicut exultant victóres captâ prædâ, quando dívidunt ſpólia. Jugum enim óneris ejus, & virgam húmeri ejus, & ſceptrum exactóris ejus ſuperaſti, ſicut in die Mádian. Quia omnis violenta prædátio cum tumultu, & veſtimentum miſtū ſánguine, erit in combuſtiónem, & cibus ignis. Párvulus enim natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis ; & factus eſt principátus ſuper húmerū ejus : & vocábitur nomen ejus, Admirábilis, conſiliárius, Deus, fortis, pater futúri ſéculi, princeps pacis. Multiplicábitur ejus impérium, & pacis non erit finis : ſuper ſólium David, & ſuper regnum ejus ſedébit ; ut confirmet illud, & corróboret in judício & juſtítia, ámodo & uſque in ſempiternum. Tu autem.

℟. Aſcendit Joſeph à Galilæa in civitátem David, quæ vocátur Béthleem, ut profiterétur cum María deſponſáta ſibi uxóre prægnante : * Factum eſt autem, cùm eſſent ibi, impléti ſunt dies ut páreret. *Luc.* 2. 4. 5. 6. ℣. Ex te, Béthleem, egrediétur qui ſit dominátor in Iſraël. *Mich.* 5. 2. * Factum eſt.

LECTIO II. c. 12. v. 1.
Deus Salvator.

DIces in die illa: Confitébor tibi, Dómine, quóniam irátus es mihi; converſus eſt furor tuus, & conſolátus es me. Ecce Deus ſalvátor meus, fiduciáliter agam, & non timébo: quia fortitúdo mea & laus mea Dóminus, & factus eſt mihi in ſalútem. Hauriétis aquas in gáudio de fóntibus ſalvatóris. Et dicétis in die illa: Confitémini Dómino, & invocáte nomen ejus: notas fácite in pópulis adinventiónes ejus; mementóte quóniam excelſum eſt nomen ejus. Cantáte Dómino, quóniã magníficè fecit: annuntiáte hoc in univerſa terra. Exulta, & lauda, habitátio Sion: quia magnus in médio tuî ſanctus Iſraël. Tu autem.

℟. María péperit Fílium ſuum primogénitum; * Et pannis eum involvit, & reclinávit eum in præſépio. *Luc.* 2. 7. Párvulus natus eſt nobis, & fílius datus eſt nobis. *Iſ.* 9. 6. * Et pannis.

LECTIO III. c. 52. v. 1.
Pax annuntiata.

COnſurge, conſurge, indúere fortitúdine tuâ, Sion; indúere veſtiméntis glóriæ tuæ, Jerúſalem cívitas Sancti: quia non adjíciet ultrà ut pertránſeat per te incircumcíſus & immundus. Excútere de púlvere, conſurge, ſede, Jerúſalem: ſolve víncula colli tui, captíva fília Sion. Quia hæc dicit Dóminus: Gratìs venúmdati eſtis, & ſine argento redimémini. Quia hæc dicit Dóminus Deus: In Ægyptum deſcendit pópulus meus in princípio, ut colónus eſſet ibi: & Aſſur abſque ulla cauſa calumniátus eſt eum. Et nunc quid mihi eſt hîc, dicit Dóminus: quóniam ablátus eſt pópulus meus gratìs? Dominatóres ejus iníquè agunt, dicit Dóminus, & júgiter totâ die nomen meum blaſphemátur. Propter hoc ſciet pópulus meus nomen meum in die illa: quia ego ipſe qui loquébar, ecce adſum. Quã pulchri ſuper montes pedes annuntiantis & prædicantis pacem; annuntiantis bonum, prædicantis ſalútẽ; dicentis Sion: Regnábit Deus tuus! Tu autem.

℟. Cùm quiétum ſiléntium continéret ómnia, & nox in ſuo curſu médium iter habéret, * Omnípotens ſermo tuus, Dómine, de cœlo à regálibus ſédibus proſilívit. *Sap.* 18. 14. 15. ℣. Natus eſt Jeſus qui vocátur Chriſtus,

Matth. 1. 16. * Omnípotens. ℣. Glória. * Omnípotens. *Repetit.* Cùm quiétum *uſque ad Verſ.*

IN II. NOCTURNO.

Ant. 5. C. Hic eſt Deus.

PSALMUS 47.

Ob Dei præſentiam & tutelam lætitia.

MAgnus Dóminus, & laudábilis nimis, * in civitáte Dei noſtri, in monte ſancto ejus.

Fundátur exultatióne univerſæ terræ mons Sion, * látera Aquilónis, cívitas Regis magni.

Deus in dómibus ejus cognoſcétur, * cùm ſuſcípiet eam.

Quóniam ecce reges terræ congregáti ſunt: * convenérunt in unum.

Ipſi videntes ſic admiráti ſunt, conturbáti ſunt, commóti ſunt : * tremor apprehendit eos.

Ibi dolóres ut parturientis : * in ſpíritu vehementi cónteres naves Tharſis.

Sicut audívimus, ſic vídimus in civitáte Dómini virtútum, in civitáte Dei noſtri : * Deus fundávit eam in æternum.

Suſcépimus, Deus, miſericórdiam tuam * in médio templi tui.

Secundùm nomen tuum, Deus, ſic & laus tua in fines terræ : * juſtítiâ plena eſt déxtera tua.

Lætétur mons Sion, & exultent filiæ Judæ, * propter judícia tua, Dómine.

Circúmdate Sion, & compleɔ̃mini eam: * narráte in túrribus ejus.

Pónite corda veſtra in virtúte ejus : * & diſtribúite domos ejus, ut enarrétis in progénie áltera.

Quóniam hic eſt Deus, Deus noſter in æternum, & in séculum séculi : * ipſe reget nos in sécula.

Ant. Hic eſt Deus, Deus noſter in æternum ; ipſe reget nos in sécula. *Pſal.* 47. 15.

Ant. 3. a. Oriétur.

PSALMUS 71.

Chriſti regnum pacificum, amplum, fœlixque.

DEus, judícium tuum regi da, * & juſtítiam tuam filio regis.

Judicáre pópulum tuum in juſtítia, * & páuperes tuos in judício.

Suſcípiant montes pacem pópulo, * & colles juſtítiam.

Judicábit páuperes pópuli, & ſalvos fáciet filios páuperum ; * & humiliábit calumniatórem.

Et permanébit cum ſole & ante lunam, * in generatióne & generatiónem.

Deſcendet ſicut plúvia in vellus, * & ſicut ſtillicídia ſtillántia ſuper terram.

Oriétur in diebus ejus juſtítia, & abundántia

pacis, * donec auferátur luna.

Et dominábitur à mari uſque ad mare, * & à flúmine uſque ad términos orbis terrárum.

Coram illo prócident Æthíopes; * & inimíci ejus terram lingent.

Reges Tharſis & ínſulæ múnera ófferent; * reges Arabum & Saba dona addúcent.

Et adorábunt eum omnes reges terræ; * omnes gentes ſérvient ei:

Quia liberábit páuperem à potente; * & páuperem cui non erat adjútor.

Parcet páuperi & ínopi, * & ánimas páuperum ſalvas fáciet.

Ex uſúris & iniquitáte rédimet ánimas eórum; * & honorábile nomen eórum coram illo.

Et vivet, & dábitur ei de auro Arábiæ, & adorábunt de ipſo ſemper; * totâ die benedícent ei.

Et erit firmamentum in terra in ſummis móntium, ſuperextollétur ſuper Líbanum fructus ejus; * & florébunt de civitáte ſicut fœnum terræ.

Sit nomen ejus benedíctum in ſécula; * ante ſolem pérmanet nomen ejus.

Et benedicentur in ipſo omnes tribus terræ, * omnes gentes magnificábunt eum.

Benedíctus Dñs Deus Iſraël, * qui facit mirabília ſolus.

Et benedíctum nomen majeſtátis ejus in æternum; * & replébitur majeſtáte ejus omnis terra: fiat, fiat.

Ant. Oriétur in diébus ejus juſtítia & abundántia pacis. *Pſ.* 71. 7.

Ant. 8. c. Véritas.

PSALMUS 84.

Finis captivitatis; Verbi incarnatio.

BEnedixiſti, Dómine, terram tuam, * avertiſti captivitátem Jacob.

Remiſiſti iniquitátem plebis tuæ, * operuiſti ómnia peccáta eórum.

Mitigaſti omnem iram tuam; * avertiſti ab ira indignatiónis tuæ.

Converte nos, Deus ſalutáris noſter, * & averte iram tuam à nobis.

Numquid in æternum iraſcéris nobis? * aut extendes iram tuam à generatióne in generatiónem?

Deus, tu converſus vivificábis nos; * & plebs tua lætábitur in te.

Oſtende nobis, Dómine, miſericórdiam tuã; * & ſalutáre tuum da nobis.

Audiam quid loquatur in me Dóminus Deus; *

quóniam loquétur pacem in plebem ſuam,

Et ſuper ſanctos ſuos, * & in eos qui convertuntur ad cor.

Verúmtamen prope timentes eum ſalutáre ipſíus: * ut inhábitet glória in terra noſtra.

Miſericórdia & véritas obviavérunt ſibi, * juſtítia & pax oſculátæ ſunt.

Véritas de terra orta eſt, * & juſtítia de cœlo proſpexit.

Etenim Dóminus dabit benignitátem; * & terra noſtra dabit fructum ſuum.

Juſtítia ante eum ambulábit; * & ponet in via greſſus ſuos.

Ant. Véritas de terra orta eſt: & juſtítia de cœlo proſpexit. *Pſal.* 84. 12.

℣. Miſericórdia & véritas obviavérunt ſibi;

℞. Juſtítia & pax oſculátæ ſunt. *Pſ.* 84. 11.

Pater noſter, *ſecretò.*

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem; ℞. Sed líbera nos à malo.

Sermo ſancti Leónis Papæ.

Sermo 6. de Nativitate Domini.

LECTIO IV.

OMnibus quidem diébus, dilectíſſimi, atque tempóribus, ánimis fidélium divína meditántium, Dómini & Salvatóris noſtri ex matre vírgine ortus occurrit: ut mens ad confeſſiónem ſui autóris erecta, ſive in gémitu ſupplicatiónis, ſive in exultatióne laudis, ſive in ſacrifícii oblatióne verſétur, nihil crébriùs, nihilque fidéntiùs ſpiritáli attingat intúitu, quàm quòd Deus Dei Fílius, génitus de Patre coætérno, idem étiam partu eſt natus humáno. Sed hanc adorandam in cœlo & in terra nativitátem nullus nobis dies magis quàm hodiernus insínuat, & novâ étiam in elementis luce radiante, totam ſénſibus noſtris mirábilis ſacramenti íngerit claritátem. Hódie enim autor mundi éditus eſt útero virgináli; & qui omnes creatúras cóndidit, ejus factus eſt fílius, quam creávit. Hódie Verbum Dei carne appáruit veſtítum, & quod numquam fuit humánis óculis visíbile, cœpit étiam mánibus eſſe tractábile. Hódie génitum in noſtræ carnis animæque ſubſtántia Salvatórem angélicis vócibus didicére paſtóres; & apud Dominicórum præſules gregum hódie evangelizandi forma præcóndita eſt: ut nos quoque

cum cœleſtis milítiæ dicámus exércitu : Glória in excelſis Deo, & in terra pax homínibus bonæ voluntátis.

℟. Dixit paſtóribus Angelus : Natus eſt vobis hódie Salvátor, * Qui eſt Chriſtus Dóminus. *Luc.* 2. 11. ℣. Ego autem in Dómino gaudébo, & exultábo in Deo Jeſu meo. *Habac.* 3. 18. * Qui eſt.

LECTIO V.

DUm Salvatóris noſtri adorámus ortum, invenímur nos noſtrum celebráre princípium. Generátio enim Chriſti orígo eſt pópuli chriſtiáni; & natális cápitis, natális eſt córporis. Hábeant licet ſinguli vocatórum órdinem ſuum, & omnes Eccléſiæ fílii témporum ſint ſucceſſióne diſtíncti : univerſa tamen ſumma fidélium, fonte orta baptíſmatis, ſicut cum Chriſto in paſſióne crucifixi, in reſurrectióne reſuſcitáti, in aſcenſióne ad déxteram Patris collocáti; ita cum ipſo ſumus in hac nativitáte congéniti. Quiſquis enim hóminum in quacumque mundi parte credéntium regenerátur in Chriſto, intercíſo originális trámite vetuſtátis, tranſit in novum hóminem renaſcendo; nec jam in propágine habétur carnális patris, ſed in gérmine Salvatóris, qui ideò fílius hóminis eſt factus, ut nos fílii Dei eſſe poſſímus. Niſi enim ille ad nos hac humilitáte deſcénderet, nemo ad illum ullis ſuis méritis aſcénderet.

℟. Súbitò facta eſt cum Angelo multitúdo milítiæ cœleſtis laudántium Deũ, & dicéntium : * Glória in altíſſimis Deo, & in terra pax homínibus bonæ voluntátis. *Luc.* 2. 13. 14. ℣. Laudáte, cœli; quóniam miſericórdiam fecit Dóminus : jubiláte, extréma terræ. *Iſai.* 44. 23. * Glória.

LECTIO VI.

IMplétum eſt in fine ſeculórum, quod erat ante témpora æterna diſpóſitum : & ſub præſéntia rerum, ſignis ceſſántibus figurárum, lex & Prophetíæ véritas facta eſt, ut Abraham fíeret ómnium géntium pater, & in ſémine ejus darétur mundo promiſſa benedíctio : ne hi tantùm eſſent Iſraël, quos ſanguis & caro genuiſſet, ſed in poſſeſſióne hæreditátis fídei fíliis præparátæ, univérſitas adoptiónis intráret. Náſcitur ergo, dilectíſſimi, non de carnis ſémine, ſed de Spíritu ſancto Salvátor; quẽ primæ tranſgreſſiónis condemnátio non tenéret.

ſa colláti múne-
itúdo dignam à
git ſuo ſplendóre
am. Quid in the-
míniçæ largitátis
rem præſentis ſe-
cóngruum póſſu-
nire, quàm pa-
æ in nativitáte
prima eſt angéli·
icáta concentu?
m eſt quæ parit
i, nutrix dilectió-
énitrix unitátis.
autem, dilectíſ-
acem habére ad
niſi velle quod ju-
nolle quod pró-

eciόſus formâ præ
ninum; * Diffúſa
ia in lábiis tuis:
a benedixit te
In æternum. *Pſ.*
. Tu es filius Dei,
x Iſraël. *Joan.* 1.
iffúſa. ℣. Glória.
ernum. *Rep.* Spe-
uſque ad Verſum.
NOCTURNO.
4. A. Lætentur.
ALMUS 95.
, pro Chriſti ad-
u, canticum.
Antáte Dómino
ánticum novum:
cantáte Dómino
terra.
áte Dómino, &
ite nómini ejus; *
iáte de die in diem
e ejus.
untiáte inter gen-
tes glóriam ejus, * in ómnibus pópulis mirabília ejus;

Quóniam magnus Dóminus, & laudábilis nimis; * terríbilis eſt ſuper omnes deos;

Quóniam omnes dii géntium dæmónia; * Dóminus autem cœlos fecit.

Conféſſio & pulchritúdo in conſpectu ejus, * ſanctimónia & magnificéntia in ſanctificatióne ejus.

Afferte Dómino, pátriæ géntium, afferte Dómino glóriam & honórem; * afferte Dómino glóriam nómini ejus,

Tóllite hóſtias, & introíte in átria ejus; * adoráte Dóminum in átrio ſancto ejus.

Commoveátur à fácie ejus univerſa terra: * dícite in géntibus quia Dóminus regnávit.

Etenim correxit orbem terræ, qui non commovébitur: * judicábit pópulos in æquitáte.

Lætentur cœli & exultet terra, commoveátur mare & plenitúdo ejus: * gaudébunt campi, & ómnia quæ in eis ſunt.

Tunc exultábunt ómnia ligna ſylvárum à fácie Dómini, quia venit; * quóniam venit judicáre terram.

Judicábit orbem terræ

in æquitáte, * & pópulos in veritáte ſua.

Ant. Lætentur cœli, & exultet terra à fácie Dómini, quóniam venit. *Pſ.* 95. 11.

Ant. 7. *d.* Lux.

PSALMUS 96.

Chriſti regnum : ille ſolus adorandus.

DOminus regnávit, exultet terra,* læténtur ínſulæ multæ.

Nubes & calígo in circúitu ejus ; * juſtítia & judícium corréctio ſedis ejus.

Ignis ante ipſum præcédet, * & inflammábit in circúitu inimícos ejus.

Illuxérunt fúlgura ejus orbi terræ : * vidit, & commóta eſt terra.

Montes ſicut cera fluxérunt à fácie Dómini, * à fácie Dómini omnis terra.

Annuntiavérunt cœli juſtítiam ejus ; * & vidérunt omnes pópuli glóriam ejus.

Confundantur omnes qui adórant ſculptília, * & qui gloriantur in ſimulácris ſuis.

Adoráte eum, omnes Angeli ejus : * audívit, & lætáta eſt Sion.

Et exultavérunt fíliæ Judæ, * propter judícia tua, Dómine ;

Quóniam tu Dóminus altíſſimus ſuper omnem terram : * nimis exaltátus es ſuper omnes deos.

Qui dilígitis Dñm, odíte malum : * cuſtódit Dóminus ánimas ſanctórum ſuórum ; de manu peccatóris liberábit eos.

Lux orta eſt juſto, * & rectis corde lætítia.

Lætámini, juſti, in Dómino, * & confitémini memóriæ ſanctificatiónis ejus.

Ant. Lux orta eſt juſto, & rectis corde lætítia. *Pſ.* 96. 11.

Ant. 6. F. Notum.

PSALMUS 97.

Chriſtus celebrandus, qui omnibus ſe exhibiturus, & orbem judicaturus.

CAntáte Dómino cánticum novum, * quia mirabília fecit.

Salvávit ſibi déxtera ejus, * & bráchium ſanctum ejus.

Notum fecit Dóminus ſalutáre ſuum ; * in conſpectu géntium revelávit juſtítiam ſuam.

Recordátus eſt miſericórdiæ ſuæ, * & veritátis ſuæ dómui Iſraël.

Vidérunt omnes términi terræ * ſalutáre Dei noſtri.

Jubiláte Deo, omnis terra : * cantáte, & exultáte, & psállite.

Psállite Dño in cíthara, in cíthara, & voce pſalmi ;

* in tubis ductílibus, & voce tubæ córneæ.

Jubiláte in conſpectu regis Dómini : * moveátur mare, & plenitúdo ejus; orbis terrárum, & qui hábitant in eo.

Flúmina plaudent manu, ſimul montes exultábunt à conſpectu Dómini, * quóniam venit judicáre terram.

Judicábit orbem terrárum in juſtítia, * & pópulos in æquitáte.

Ant. Notum fecit Dóminus ſalutáre ſuum. *Pſ.* 97. 2.

℣. Deus rex noſter ante ſécula; ℟. Operátus eſt ſalútem in médio terræ. *Pſ.* 73. 12.

Pater noſter, *ſecretò.*

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem; ℟. Sed líbera nos à malo.

Abſolutio. A vínculis.

Bened. Evangélica léctio.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Lucam.

LECTIO VII. c. 2. v. 1.

Nativitas Chriſti ab Angelis nuntiata.

IN diébus illis : Exiit edíctum à Cæſare Auguſto, ut deſcriberétur univerſus orbis. Et réliqua.

Homília ſancti Gregórii Papæ.

Homil. 8. in Evang.

QUia largiente Dómino, miſſárum ſolémnia ter hódie celebratúri ſumus, loqui diu de evangélica lectióne non póſſumus : ſed nos áliquid vel bréviter dícere, Redemptóris noſtri natívitas ipſa compellit. Quid eſt enim, quòd naſcitúro Dómino mundus deſcríbitur, niſi hoc, quod apertè monſtrátur, quia ille apparebat in carne, qui electos ſuos adſcríberet in æternitáte? Quò contrà de réprobis per Prophétam dícitur : Deleantur de libro vivéntium, & cum juſtis non ſcribantur. Qui bene étiam in Béthleem náſcitur : Béthleem quippe domus panis interpretátur. Ipſe namque eſt qui ait : Ego ſum panis vivus, qui de cœlo deſcendi. Locus ergo in quo Dóminus náſcitur, domus panis ántea vocátus eſt : quia futúrum profectò erat, ut ille ibi per matériam carnis apparéret, qui electórum mentes internâ ſatietáte reficeret. Qui non in parentum domo, ſed in via náſcitur, ut profectò oſténderet quia per humanitátem ſuam quam aſſúmpſerat, quaſi in alieno naſcebátur.

℟. Ecce Deus noſter iſte; expectávimus eum, & ſalvábit nos: * Iſte Dóminus; ſuſtinúimus eum.

exultábimus & lætábimur in ſalutári ejus. *Iſ.* 25. 9.
℣. Audívimus & ſcimus quia hic eſt verè Salvátor mundi. *Joan.* 4. 42. * Iſte.

Bened. Per evangélica dicta deleantur noſtra delicta. ℟. Amen.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Lucam.

LECTIO VIII. c. 2. v. 15.

Chriſtus à Paſtoribus requiſitus.

IN illo témpore: Paſtóres loquebantur ad ínvicem: Tranſeámus uſque Béthleem, & videámus hoc verbum quod factum eſt, quod Dñs oſtendit nobis. Et réliqua.

Homília ſancti Ambróſii Epíſcopi.

Expoſ. Evang. ſec. Luc. lib. 2.

VIdéte Eccléſiæ ſurgentis exórdiũ. Chriſtus náſcitur, & paſtóres vigiláre cœpérunt: qui géntium greges, pécudum modo antè viventes, in caulam Dómini congregárent, ne quos ſpiritálium beſtiárum per offúſas nóctium ténebras paterentur incurſus. Et bene paſtóres vígilant, quos bonus paſtor informat. Grex ígitur pópulus, nox ſéculum, paſtóres ſunt ſacerdótes. Aut fortaſſe étiam ille ſit paſtor, cui dícitur: Eſto vígilans & confirma. Quia non ſolùm Epíſcopos ad tuendum gregem Dóminus ordinávit, ſed étiam Angelos deſtinávit.

℟. Per víſcera miſericórdiæ Dei noſtri, * Viſitávit nos Oriens ex alto, illumináre his qui in ténebris & in umbra mortis ſedent. *Luc.* 1. 78. 79.
℣. Deus in terram reſpexit, & implévit illam bonis ſuis. *Eccli.* 16. 30. * Viſitávit.

Ben. Verba ſancti Evangélii dóceat nos Chriſtus Fílius Dei. ℟. Amen.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Joannem.

LECTIO IX. c. 1. v. 1.

Verbum, Deus, vita & lux, fit caro.

IN princípio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Et réliqua.

Homília ſancti Auguſtíni Epíſcopi.

Tract. 1. *in Joan. n.* 18. *&* 19.

ET vita erat lux hóminum: & ex ipſa vita hómines illuminantur. Homo factus ad imáginem Dei, habet rationálem mentem, per quam poſſit percípere ſapiéntiã. Ergo illa vita per quam facta ſunt ómnia, ipſa vita lux eſt, & lux hóminum. Sed fortè ſtulta corda adhuc cápere iſtam lucem non poſſunt, quia peccátis

ſtis ſuis aggravantur,
um vidére non poſ-
r ipſi enim propter
ita ténebræ ſunt. Et
n tenebris lucet, &
ræ, eam non com-
ndérunt. Præſens eſt
ntia; ſed cùm cæco
ns eſt, óculus ejus
is eſt. Quid ergo fá-
iſte? Mundet, unde
: vidéri Deus: quia
m eſt: Beáti mundo
:, quóniã ipſi Deum
unt.
Verbum caro factum
Et habitávit in no-
Et vídimus glóriam
, glóriam quaſi Uni-
i à Patre, plenum
e & veritátis. *Joan.*
. ℣. In terris viſus
& cum homínibus
erſátus eſt. *Baruch.*
8. ✝ Et habitávit.
lória. † Et vídimus.
. Verbum *uſque ad*
m.
? *Reſponſorium di-*
etiam extra Chorum
us Evangelium.
Dóminus vobiſcum.
: cum ſpíritu tuo.
ium ſancti Evangélii
dùm Matthæum.
Glória tibi, Dñe.
ber generatiónis Je-
u Chriſti filii David,
Abraham. Abraham
t Iſaac. Iſaac autem
t Jacob. Jacob au-
génuit Judam, &
s ejus. Judas autem
Hiemalis. Carç.

génuit Phares & Zaram
de Thamar. Phares au-
tem génuit Eſron. Eſron
autẽ génuit Aram. Aram
autem génuit Amínadab.
Amínadab autem génuit
Naaſſon. Naaſſon autem
génuit Salmon. Salmon
autem génuit Booz de
Rahab. Booz autem gé-
nuit Obed ex Ruth. O-
bed autem génuit Jeſſe.
Jeſſe autem génuit David
regem. David autem rex
génuit Salomónem ex ea
quæ fuit Uríæ. Sálomon
autem génuit Róboam.
Róboam autem génuit A-
biam. Abias autem génuit
Aſa. Aſa autem génuit
Jóſaphat. Jóſaphat autem
génuit Joram. Joram au-
tem génuit Ozíam. Ozías
autem génuit Jóatham.
Jóatham autem génuit A-
chaz. Achaz autem génuit
Ezechíam. Ezechías au-
tem génuit Manaſſen. Ma-
naſſes autem génuit A-
mon. Amon autem génuit
Josíam. Josías autem gé-
nuit Jechóniam, & fratres
ejus in tranſmigratióne
Babylónis. Et poſt tranſ-
migratiónem Babylónis,
Jechónias génuit Salá-
thiel. Saláthiel autem gé-
nuit Zoróbabel. Zoróba-
bel autem génuit Abiud.
Abiud autem génuit Elía-
cim. Elíacim autẽ génuit
Azor. Azor autem génuit
Sadoc. Sadoc autem gé-

nuit Achim. Achim autē génuit Eliud. Eliud autem génuit Eléazar. Eléazar autē génuit Mathan. Mathan autem génuit Jacob. Jacob autem génuit Joſeph virum Maríæ, de qua natus eſt Jeſus, qui vocátur Chriſtus.

Poſteà dicitur Te Deum; *quo finito, celebratur Miſſa in galli cantu. Factâ communione Sacerdotis, inchoantur Laudes, Sacerdote remanente juxta altare.*

AD LAUDES.

℣. *Sacerd.* Benedictus qui venit in nómine Dómini; ℟. Deus Dñs, & illuxit nobis. *Pſ.* 117. 26. 27.

Pſalmi de Dominica cum Antiphonis ſequentibus.

Ant. PAſtóres erant in 3. a. regióne eádem vigilantes, & cuſtodientes vigílias noctis ſuper gregem ſuum. *Luc.* 2. 8.

Ant. 5. a. Ecce Angelus Dómini ſtetit juxta illos, & cláritas Dei circumfulſit illos. *Ibid.* 9.

Ant. 7. d. Dixit illis Angelus: Evangelízo vobis gáudium magnum, quod erit omni pópulo, allelúia.

Ant. 8. G. Paſtóres.

Loco Cantici Benedícite, *dicitur ſequens Cantic.* Mich. 5. 2.

TU, Béthleem Ephrata, * párvulus es in míllibus Juda:

Ex te mihi egrediétur, * qui ſit dominátor in Iſraël;

Et egreſſus ejus ab inítio, * à diébus æternitátis.

Propter hoc dabit eos uſque ad tempus * in quo partúriens páriet;

Et relíquiæ fratrum ejus * convertentur ad fílios Iſraël.

Et ſtabit, & paſcet in fortitúdine Dómini, * in ſublimitáte nóminis Dñi Dei ſui, & convertentur;

Quia nunc magnificábitur uſque ad términos terræ, * & erit iſte pax.

Glória Patri, &c.

Ant. Paſtóres loquebantur ad ínvicem: Transeámus uſque Béthleem, & videámus hoc verbum, quod factum eſt. *Luc.* 2. 15.

Ant. 1. f. Venérunt feſtinantes, & invenérunt Maríam, & Joſeph, & infantem póſitum in præſépio. *Luc.* 2. 16.

Finitâ iſtâ Antiphonâ, incipit Sacerdos ad altare Antiphonam ſequentem.

Ad Benedictus, *Ant.* 7. G. Paſtóres videntes cognovérunt de verbo quod dictum erat illis de púero hoc; & omnes qui audiérunt, miráti ſunt, allelúia. *Luc.* 2. 17. 18.

Orémus.

DA nobis, quæſumus, Dómine Deus noſter, ut qui nativitátem

Dómini noſtri Jeſu Chriſti nos frequentáre gaudémus, dignis converſatiónibus ad ejus mereámur pertíngere conſórtium; Qui tecum.

Sic hodie dicuntur Laudes, etiam extra Chorum.

AD HORAS, Antiph. de Laudibus, Pſalmi de Dominica.

Doxologia Hymnorum ad Horas uſque ad Purificationem incluſivè.

Qui natus es de vírgine,
Jeſu, tibi ſit glória;
Summo Patri laus máxima;
Sit par tibi laus, Spíritus.

AD PRIMAM.

Ant. 3. a. Paſtóres.

Capitulum. Amos. 5. 4. 8.

QUærite me, & vivétis; quærite Dóminum facientem Arctúrum & Oríonem, & convertentem in mane ténebras, dicit Dóminus.

Dicitur per totam Oct.

℟. *br.* Chriſte Fili Dei vivi, * Miſerére nobis. *Matth.* 16. 16. *Tob.* 8. 10. *Repetit.* Chríſte. ℣. Qui natus es de María Vírgine. * Miſerére. *Matth.* 1. 16. ℣. Glória. *Repet.* Chriſte.

℣. Exurge, Dómine, ádjuva nos; ℟. Et rédime nos propter nomen tuum. *Pſ.* 43. 26.

Sic dicitur per totam Oct.

CANON.

Ex Concílio Narbonenſi.

An. 1609. *can.* 39.

NOn fiant in Eccléſiis áliqua indecéntia, uti repræſentátio Prophetárum aut Paſtórum in nocte Natális Dómini: ſatis enim eſt firmátum quod credendum, nec tálibus repræſentatiónibus índigent imperiti.

AD TERTIAM.

Ant. 5. a. Ecce Angelus.

Capitulum. 1. Tim. 1. 15.

FIdélis ſermo, & omni acceptióne dignus: quòd Chriſtus Jeſus venit in hunc mundum peccatóres ſalvos fácere.

℟. *br.* Apud Dñm miſericórdia, * Allelúia, allelúia. *Repet.* Apud. ℣. Et copióſa apud eum redémptio. * Allelúia, allelúia. ℣. Glória. *Repet.* Apud. *Pſ.* 129. 7.

℣. Ipſe Deus meus, ℟. Et Salvátor meus. *Pſ.* 61. 7.

Orémus.

COncéde, quæſumus, omnípotens Deus, ut nos Unigéniti tui nova per carnem nativitas líberet, quos ſub peccáti jugo vetuſta ſérvitus tenet; Per eumdem.

AD SEXTAM.

Ant. 7. d. Dixit illis.

Capitul. 1. Joan. 4. 14. 15.

PAter miſit fílium ſuũ Salvatórem mundi;

quiſquis confeſſus fúerit quóniam Jeſus eſt Fílius Dei, Deus in eo manet, & ipſe in Deo.

℟. *br.* Dóminus virtútum nobiſcum, * Allelúia, allelúia. *Repet.* Dóminus. ℣. Suſceptor noſter Deus Jacob. * Allelúia, allelúia. ℣. Glória. *Repetit.* Dóminus. *Pſal.* 45. 12.

℣. Confiteántur tibi pópuli omnes; ℟. Terra dedit fructum ſuum. *Pſal.* 66. 6. 7.

Oratio ut ad Tertiam: Concéde, quæſumus, omnípotens.

AD NONAM.

Ant. 1. *ſ.* Venérunt.

Capitulum. 1. Joan. 4. 9.

IN hoc appáruit cháritas Dei in nobis, quóniam fílium ſuum Unigénitum miſit Deus in mundum, ut vivámus per eum.

℟. *brev.* Miſericórdias Dómini in ætérnum cantábo, * Allelúia, allelúia. *Repet.* Miſericórdias. ℣. In generatiónem & generatiónem. * Allelúia, allelúia. ℣. Glória. *Repet.* Miſericórdias. *Pſal.* 88. 2.

℣. Cantábo Dómino in vita mea, ℟. Pſallam Deo meo quámdiu ſum. *Pſ.* 103. 33.

Oratio ut ad Tertiam: Concéde, quæſumus.

AD VESPERAS.

Ant. 1. D. Tecum princípium.

PSALMUS 109.

Chriſti æterna generatio, ſacerdotiumque & regnum.

DIxit Dóminus Dómino meo: * Sede à dextris meis.

Donec ponam inimícos tuos, * ſcabellum pedum tuórum.

Virgam virtútis tuæ emittet Dñs ex Sion: * domináre in médio inimicórum tuórum.

Tecum princípium in die virtútis tuæ in ſplendóribus ſanctórum: * ex útero ante lucíferum génui te.

Jurávit Dóminus, & non pœnitébit eum: * Tu es Sacerdos in ætérnum ſecúndum órdinem Melchíſedech.

Dóminus à dextris tuis; * confrégit in die iræ ſuæ reges.

Judicábit in natiónibus, implébit ruínas: * conquaſſábit cápita in terra multórum.

De torrente in via bibet: * proptérea exaltábit caput.

Ant. Tecum princípium in die virtútis tuæ in ſplendóribus ſanctórum; ex útero ante lucíferum génui te. *v.* 3.

Ant. 7. *g.* Redemptiónem

PSALMUS 110.

Redemptio à Deo miſſa : teſtamentum æternum.

CОnfitébor tibi, Dómine, in toto corde meo, * in concílio juſtórum & congregatióne.

Magna ópera Dómini : * exquiſíta in omnes voluntátes ejus.

Confeſſio & magnificéntia opus ejus ; * & juſtítia ejus manet in ſéculum ſéculi.

Memóriam fecit mirabílium ſuórum, miſéricors & miſerárot Dóminus : * eſcam dedit timéntibus ſe.

Memor erit in ſéculum teſtamenti ſui : * virtútem óperum ſuórum annuntiábit pópulo ſuo,

Ut det illis hæreditátem géntium: * ópera mánuum ejus, véritas & judícium.

Fidélia ómnia mandáta ejus, confirmáta in ſéculum ſéculi, * facta in veritáte & æquitáte.

Redemptiónem miſit pópulo ſuo : * mandávit in æternum teſtamentum ſuum.

Sanctum & terríbile nomen ejus : * inítium ſapiéntiæ timor Dómini.

Intellectus bonus ómnibus faciéntibus eum : * laudátio ejus manet in ſéculum ſéculi.

Ant. Redemptióne miſit Dóminus pópulo ſuo ; mandávit in æternum teſtamentum ſuum. *v.* 9.

Ant. 3. a. Exortum eſt.

PSALMUS 111.

Lumen rectis exortum ; miſerator Dominus.

BEátus vir qui timet Dóminum : * in mandátis ejus volet nimis.

Potens in terra erit ſemen ejus : * generátio rectórum benedicétur.

Glória & divítiæ in domo ejus ; * & juſtítia ejus manet in ſéculum ſéculi.

Exortum eſt in ténebris lumen rectis ;* miſéricors, & miſerátor, & juſtus.

Jucundus homo, qui miferétur & cómmodat, diſpónet ſermónes ſuos in judício,* quia in æternum non commovébitur.

In memória æterna erit juſtus ;* ab auditióne mala non timébit.

Parátum cor ejus ſperáre in Dómino, confirmátum eſt cor ejus, * non commovébitur donec deſpíciat inimícos ſuos.

Diſperſit, dedit paupéribus ; juſtítia ejus manet in ſéculum ſéculi : * cornu ejus exaltábitur in glória.

Peccátor vidébit & iraſcétur, déntibus ſuis fremet & tabeſcet ; * deſidérium peccatórum períbit.

Ant. Exortum eſt in ténebris lumen rectis cor-

de ; miſéricors, & miſerátor, & juſtus Dóminus. 4.

Ant. 4. A. Apud Dóminum.

PSALMUS 129.

Redemptio, pœnitenti per Chriſtum promiſſa.

De profundis clamávi ad te, Dñe : * Dñe, exaudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendentes * in vocem deprecatiónis meæ.

Si iniquitátes obſerváveris, Dómine, * Dómine, quis ſuſtinébit ?

Quia apud te propitiátio eſt, * & propter legem tuam ſuſtínui te, Dómine.

Suſtínuit ánima mea in verbo ejus : * ſperávit ánima mea in Dómino.

A cuſtódia matutína uſque ad noctem, * ſperet Iſraël in Dómino.

Quia apud Dóminum miſericórdia, * & copióſa apud eum redémptio ;

Et ipſe rédimet Iſraël * ex ómnibus iniquitátibus ejus.

Ant. Apud Dóminum miſericórdia, & copióſa apud eum redémptio. *v.* 7.

Ant. 8. G. Jurávit.

PSALMUS 131.

Oratio Eccleſiæ, Chriſtum Davidi promiſſum memorantis.

Memento, Dómine, David, * & omnis manſuetúdinis ejus :

Sicut jurávit Dómino, * votum vovit Deo Jacob :

Si introíero in tabernáculum domûs meæ, * ſi aſcéndero in lectum ſtrati mei :

Si dédero ſomnum óculis meis, * & pálpebris meis dormitatiónem,

Et réquiem tempóribus meis, donec invéniam locum Dómino, * tabernáculum Deo Jacob.

Ecce audívimus eam in Ephrata : * invénimus eã in campis ſylvæ.

Introíbimus in tabernáculum ejus : * adorábimus in loco ubi ſtetérunt pedes ejus.

Surge, Dómine, in réquiem tuam, * tu & arca ſanctificatiónis tuæ.

Sacerdótes tui induantur juſtítiam, * & ſancti tui exultent.

Propter David ſervum tuum, * non avertas fáciem chriſti tui.

Jurávit Dóminus David veritátem, & non fruſtrábitur eum : * De fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam.

Si cuſtodíerint filii tui teſtamentum meum, * & teſtimónia mea hæc quæ docébo eos :

Et filii eórum uſque in ſéculum, * ſedébunt ſuper ſedem tuam.

Quóniam elégit Dóminus Sion, * elégit eam in habitatiónem ſibi.

Hæc réquies mea in ſéculum ſéculi ; * hîc habitábo, quóniam elégi eam.

Víduam ejus benedícens benedícam : * páuperes ejus ſaturábo pánibus.

Sacerdótes ejus índuam ſalutári : * & ſancti ejus exultatióne exultábunt.

Illuc prodúcam cornu David : * parávi lucernam chriſto meo.

Inimícos ejus índuam confuſióne : * ſuper ipſum autem efflorébit ſanctificátio mea.

Ant. Jurávit Dóminus David veritátem, & non fruſtrábitur eum. *v.* 11.

Capitulum. 1. Joan. 1. 1. 2.

QUod audívimus, quod vídimus óculis noſtris, quod perſpéximus, & manus noſtræ contrectavérunt de Verbo vitæ, teſtámur, & annuntiámus vobis vitam æternam, quæ erat apud Patrem, & appáruit nobis.

Hymnus.

UMBRA ſepultis, lux óritur nova:
Mundo ſtupenti ſe ſimul éxhibent
Infans creátor, Virgo mater,
Seque minor Deus ipſe factus.

NUMEN ſuprémum de Patre númine,
E matre prodit paſsíbilis Deus:
De fonte lucis, lux perennis
Carne ſuos rádios obumbrat.

COMPRESSA ſtrictis bráchia fáſciis,
Libráta mundi póndera ſúſtinent;
Lactante nutrítur parente,
Cœlícolum cibus ipſe jugis.

HOMO ſuperbus corrúerat miſer:
Se deprimendo nos Deus érigit:
Fit numen infans, noſtra forma;
Jamque Deum licet æmulári.

ERGO per orbem rex novus ímperet;
Quondam timendus víndice dexterâ,
Inermis ardet nunc amári:
Corda tuis, puer, ure flammis.

LAUS ſumma Patri, ſummaque Fílio,
Sit, ſancte, compar laus tibi, Spíritus;
O numen infans, ſpes quiéta,
Víndice te, rédeat ſalútis.
Amen.

℣. Deus rex noſter ante ſécula, ℟. Operátus eſt ſalútem in médio terræ. *Pſ.* 72. 13.

Ad Magníficat, *Ant.* 5. C. Hódie Chriſtus natus eſt,

hódie Salvátor appáruit; hódie in terra canunt Angeli, lætantur Archángeli; hódie exultant Juſti, dicentes: Glória in excelſis Deo, allelúia.

Orémus.

COncéde, quæſumus, omnípotens Deus, ut nos Unigéniti tui nova per carnem natívitas líberet, quos ſub peccáti jugo vetuſta ſérvitus tenet; Per eumdem Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum Fílium tuum.

Pro commem. ſancti Stephani. Ant. Elegérunt Stéphanum, virum plenum fide & Spíritu ſancto, allelúia. *Act. 6. 5.*

℣. Beátus quem elegiſti & aſſumpſiſti, ℟. Inhabitábit in átriis tuis. *Pſ. 64. 5.*

Orémus.

DA nobis, quæſumus, Dñe, imitári quod cólimus: ut diſcámus & inimícos dilígere; quia ejus natalítia celebrámus, qui novit étiam pro perſecutóribus exoráre Dñm noſtrum Jeſum Chriſtum.

Si occurrat Dominica, nulla fit ejus commemoratio, neque ſi occurrat diebus 26. 27. & 28.

AD COMPLETOR.

Pſalmi de Dominica uſque ad diem Circumciſionis incluſivè. Ant. ante Pſalmos ut in Pſalterio.

Hymnus, Mundi ſalus. *Capitulum & Oratio ut in fine Pſalterii; & ſic uſque ad ultimam diem Januarii incluſivè, niſi aliter notetur.*

DIE XXVI. DECEMBRIS.

IN FESTO SANCTI STEPHANI, PROTO-MARTYRIS.

SOLEMNE-MINUS.

AD OFFIC. NOCT.

Invit. Jeſum quem vidit Stéphanus ſtantem à dextris Dei, * Veníte, adorémus. *Act.* 7. 55.

Pſ. 94. Veníte. 2.

Hymnus. S. V.

O Qui tuo, dux Mártyrum,
Præfers corónâ nómine,
Non de cadúcis flóribus
Tibi corónam néctimus.

Tuo cruenta ſánguine
Quàm ſaxa fulgent púlchriùs!
Aptáta ſacro vértici
Non ſic micárent ſídera.

Quot facta fronti vúlnera,
Tot tela lucis émicant;
Et Angelo monſtrat parē,
Quod prodit è vultu, jubar.

Tu prima Chriſto víctimæ
Vitam rependis víctima;
Primuſque teſtis, æmulo
Deum fatéris fúnere.

Tu primus oſtenſam tibi
Maris rubri ſulcas viam;
Quot te ſequentur Mártyrum,
Quibus præis, exércitus!

Qui natus es de Vírgine,
Jeſu, tibi ſit glória;
Summo Patri laus máxima;
Sit par tibi laus, Spíritus.
Amen.

Ad Nocturnum Pſalmi de die Natalis; & ſic per Octavam.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 1. D. Creſcente número diſcipulórum, factum eſt murmur Græcórum adversùs Hebræos. *Act.* 6. 3.

Ant. 1. D. Convocantes duódecim multitúdinem diſcipulórum, dixérunt: Non eſt æquum nos derelínquere verbum Dei, & miniſtráre menſis. *Act.* 6. 2.

Ant. 3. a. Plácuit ſermo coram omni multitúdine, & elegérunt Stéphanum, *Act.* 6. 5.

℣. Beátus quem elegiſti & aſſumpſiſti : ℟. Inhabitábit in átriis tuis. *Pſ. 64: 5.*

De Actibus Apoſtolórum.

LECTIO I. c. 6. v. 1.

Electio Stephani.

IN diébus illis, creſcente número diſcipulórum, factum eſt murmur Græcórum advérsùs Hebræos, eò quòd deſpicerentur in miniſtério quotidiáno víduæ eórum. Convocantes autem duódecim multitúdinem diſcipulórum, dixérunt: Non eſt æquum nos derelínquere verbum Dei, & miniſtráre menſis. Conſideráte ergo, fratres, viros ex vobis boni teſtimónii ſeptem, plenos Spíritu ſancto & ſapiéntiâ, quos conſtituámus ſuper hoc opus. Nos verò oratióni & miniſtério verbi inſtantes érimus. Et plácuit ſermo coram omni multitúdine. Et elegérunt Stéphanum virum plenum fide & Spíritu ſancto, & Philippum, & Próchorum, & Nicánorem, & Timónem, & Pármenam, & Nicoláum ádvenam Antiochénum. Hos ſtatuérunt ante conſpectum Apoſtolórum; & orantes impoſuérunt eis manus. Tu autē.

℟. Stéphanum virum plenum fide & Spíritu ſancto, * Statuérunt ante conſpectum Apoſtolórū; & orantes impoſuérunt ei manus. ℣. Locútus eſt Dóminus ad Móyſen, dicens: Státues Levítas in conſpectu Aaron & filiórum ejus, & conſecrábis oblátos Dño. * Statuérunt. *Act. 6. 5. 7. Num. 8. 13.*

LECTIO II. v. 8.

Stephani virtus.

STéphanus autem plenus grátiâ & fortitúdine, faciébat prodígia & ſigna magna in pópulo. Surrexérunt autem quidam de ſynagóga, quæ appellátur Libertinórum, & Cyrenénſium, & Alexandrinórum, & eórum qui erant à Cilícia & Aſia, diſputantes cum Stéphano: & non póterant reſíſtere ſapiéntiæ, & Spirítui qui loquebátur. Tunc ſummiſérunt viros, qui dícerent ſe audiviſſe eum dicentem verba blaſphémiæ in Móyſen & in Deū. Commovérunt ítaque plebem, & ſenióres, & ſcribas: & concurrentes rapuérunt eum, & adduxérunt in concílium. Et ſtatuérunt falſos teſtes qui dícerent: Homo iſte non ceſſat loqui verba adversùs locū ſanctum & legē. Audívimus enim eum dicentem: Quóniam Jeſus Nazarénus hic déſtruet locū iſtum, & mutábit traditiónes quas trádidit nobis

℟. Et intuentes eum
qui ſedébant in
o, vidérunt fáciem
mquam fáciem An-

Levítes præpóſitus
quæ ſponte offe-
ur Dómino; * U-
eque multitúdini ſi-
cibi præbebantur.
otquot poſſeſſóres
m erant, venden-
rébant prétia: di-
tur autem ſíngulis
uique opus erat. *
ſeque. 2. Paral.
28. Act. 4. 34. 35.
o III. c. 7. v. 55.
phani lapidatio.
m autem eſſet ple-
us Spíritu ſancto,
ens in cœlum vidit
n Dei, & Jeſum
n à dextris Dei, &
cce vídeo cœlos a-
, & Fílium hómi-
item à dextris Dei.
nantes autem voce
. continuérunt au-
as, & ímpetum fe-
unanímiter in eum.
cientes eum extra
em lapidábant: &
depoſuérunt veſti-
ſua ſecus pedes
centis qui vocabá-
ulus. Et lapidábant
num invocantem,
entem: Dómine Je-
ipe ſpíritum meum.
s autem génibus,
vit voce magnâ, di-
Dómine, ne ſtátuas
illis hoc peccátum. Et cùm
hoc dixiſſet, obdormívit
in Dómino.

℟. Qui ſéminat in benedictiónibus, de benedictiónibus & metet, ſicut ſcriptum eſt: * Diſperſit, dedit paupéribus; † Juſtítia ejus manet in ſéculum ſéculi. ℣. Eleemóſynas illíus enarrábit omnis ecclésia ſanctórum. * Diſperſit. ℣. Glória. † Juſtítia. 2. Cor. 9. 6. 9. Eccli. 31. 11.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 8. c. Stéphanus plenus grátiâ & fortitúdine, faciébat prodígia & ſigna magna in pópulo. *Act.* 6. 8.

Ant. 5. a. Erat potens in verbis & in opéribus ſuis. *Act.* 7. 22.

Ant. 6. F. Sapiéntia firmábitur in illo, & non flectétur; & continébit illum, & exaltábit illum apud próximos ſuos. *Eccli.* 15. 3. 4.

℣. Confirmátum eſt cor ejus: ℟. Non commovébitur, donec deſpíciat inimícos ſuos. *Pſ.* 111. 8.

Sermo ſancti Fulgéntii Epíſcopi.

Sermo 3. de S. Stephano.

LECTIO IV.

HEri celebrávimus temporálem ſempiterni Regis noſtri natálem: hódie celebrámus triumphálem mi-

litis paſſiónem. Herì Rex noſter trábeâ carnis indútus, de aula úteri virginális egrédiens, viſitáre dignátus eſt mundum: hódie miles de tabernáculo córporis éxiens, triumphátor migrávit ad cœlum. Glória in excelſis Deo, herì ſancti Angeli exultantes cantavérunt: hódie Stéphanum lætantes in ſuum conſórtium ſuſcepérunt. Herì Chriſtus pro nobis pannis eſt involútus: hódie Stéphanus ſtolâ eſt ab eo immortalitátis indútus. Herì præſépis angúſtia Chriſtū portávit infantem: hódie imménſitas cœli ſuſcépit Stéphanum triumphantem.

℟. Potens in Scriptúris, erat edoctus viam Dómini; * Fervens ſpíritu loquebátur, & docébat diligenter ea quæ ſunt Jeſu. ℣. Sápiens tamquam imbres mittet elóquia ſapiéntiæ ſuæ: * Fervens. *Act.* 18. 24. 25. *Eccli.* 39. 9.

LECTIO V.

NEceſſárium nobis eſt, fratres caríſſimi, agnóſcere quibus armis præcinctus Stéphanus, ſævítiam Judæórum pótuit ſuperáre, ut ita meruiſſet felíciter triumpháre. Invictæ in eo enítuit inſigne virtútis, quæ nec freméntium ſævítiā formidávit, nec lapidántium íctibus devicta ſuccúbuit. Uſque ádeo enim inter frementes permanſit intérritus, & inter lápidum fuit cruciamenta ſecúrus; ut incredulitátem Judæórum fidenter argúeret, & benignus pro lapidántibus exoráret. Quod eſt ergo tam mágnum atque inſuperábile genus armórum? Procul dúbio; munímine régio ſeptus, nullátenus eſt ab adverſáriis ſuperátus; quóniam Rex noſter, cùm ſit altíſſimus, pro nobis húmilis venit, ſed inánis veníre non pótuit. Magnum quippe donatívum ſuis milítibus áttulit, quo eos non ſolùm copióſè ditávit, ſed étiam ad certandum invictíſſimè confortávit. Attulit namque donum charitátis, quo perdúceret hómines ad conſórtium deitátis.

℟. Cœpit fiduciáliter ágere in ſynagóga; * Vehementer enim Judæos revincébat públicè, oſtendens per Scriptúras eſſe Chriſtum Jeſum. ℣. Surrexit quaſi ignis, & verbum ipſíus quaſi fácula ardébat. * Vehementer. *Act.* 18. 26. 28. *Eccli.* 48. 1.

LECTIO VI.

CHáritas ergo quæ de cœlo ad terras depóſuit Chriſtum, ipſa Stéphanum de terra elevávit ad cœlum. Cháritas quæ

:ſſit in Rege, ipſa
quenter refulſit in
:. Stéphanus ergo, ut
.nis ſui corónam me-
t accípere, charitá-
pro armis habébat;
r ipſam ubique vin-
:.Per charitátem Dei,
ntibus Judæis non
: per charitátem pró-
, pro lapidántibus in-
ſſit. Per charitátem
bat errantes, ut cor-
entur : per charitátē
apidántibus orábat,
unirentur. Charitátis
te ſubnixus, vicit Sau-
:rudéliter ſævientem;
iem hábuit in terra
cutórem, in cœlo mé-
abére conſortem.
Surrexérunt quídam
ynagóga, diſputan-
:um Stéphano; * Et
póterant reſíſtere ſa-
iæ & Spirítui † Qui
:bátur. ℣. Obſtru-
. eſt os loquéntium
a; * Et non. ℣. Gló-
† Qui loquebátur.
6. 9. 10. Pſ. 62. 12.
II. NOCTURNO.
ıt. 4. E. Judæi repléti
zelo, & contradicé-
his quæ dicebantur,
hemantes. Act. 13. 45.
. 8. G. Summiſérunt
qui dícerent ſe au-
ſe Stéphanum dicen-
verba blaſphémiæ in
ſen & in Deum. Act.
.
:, 7, c. Commovérunt
plebem, & ſenióres, &
ſcribas; & concurrentes
rapuérunt Stéphanū. Act.
12. 6.

℣. Lábia dolóſa lo-
quuntur adversùs juſtum
iniquitátem, ℟. In ſu-
pérbia & in abuſióne. Pſ.
30. 19.

De Sermóne ſancti Sté-
phani Proto-mártyris
ad Judæos.

LECTIO VII. Act. c. 7. v. 2.
Judæos reprehendit.

VIri fratres & patres,
audíte . . . . . Dura
cervíce, & incir-
cumcíſis córdibus & áu-
ribus, vos ſemper Spirítui
ſancto reſíſtitis; ſicut pa-
tres veſtri, ita & vos. Quē
Prophetárum non ſunt
perſecúti patres veſtri? Et
occidérunt eos qui præ-
nuntiábant de adventu
Juſti, cujus vos nunc pro-
ditóres & homicídæ fuiſ-
tis: qui accepiſtis legem
in diſpoſitióne Angelórū;
& non cuſtodiſtis.

℟. Adduxérunt Sté-
phanum in concílium;
& ſtatuérunt falſos teſtes
qui dícerent : * Homo
iſte non ceſſat loqui ver-
ba adversùs locum ſan-
ctum & legem. ℣. Ad-
ductis viris fíliis diáboli,
fecérunt eos ſedére : at
illi dixérunt contra eum
teſtimónium coram mul-
titúdine. * Homo. Act. 6.
12, 13, 3. Reg. 21, 13.

Hunc párticeps Saulus necis
Per ómniũ dexteras petit.
Quid hoc ? repentè pánditur
Stelláta cœli régia :
Ad déxteram Patris videt
Sublímè ſtantem Fílium.
Non déſeris, dux, mílitem
Quem, Chriſte, ſpectans róboras ;
Stas árbiter certáminis,
Futúrus ipſe præmium.
Deo mori ſub júdice,
Pugnantis eſt victória :
Dum grando ſaxórũ pluit,
Nil ſentit affixus polo.
Mens nempe largo vívidæ
Torrente lucis ébria,
Nil córporis memor ſui,
Jam ſe beátis ínſerit.
Qui natus es de Vírgine,
Jeſu, tibi ſit glória ;
Summo Patri laus máxima ;
Sit par tibi laus, Spíritus. Amen.

℣. In memória ætérna erit juſtus ; ℟. Ab auditióne mala non timébit. *Pſ.* 111. 7.

Ad Benedictus, *Ant.* 7. G. Exclamantes voce magnà, continuérunt aures ſuas, & ímpetum fecérunt unanímiter in Stéphanum; & ejicientes eum extra civitátem, lapidábant invocantem & dicentem: Dñe Jeſu, ſúſcipe ſpíritum meum. *Act.* 7. 57. 58.

Orémus.

Da nobis, quæſumus, Dñe, imitári quod cólimus : ut diſcámus & inimícos dilígere ; quia ejus natalítia celebrámus, qui novit étiam pro perſecutóribus exoráre Dóminum noſtrum.

Fit commemoratio de Octava Natalis Domini.

Ant. Prophéta magnus ſurrexit in nobis, & Deus viſitávit plebem ſuam, allelúia. *Luc.* 7. 16.

℣. Ipſe tamquam ſponſus, ℟. Procédens de thálamo ſuo. *Pſ.* 18. 6.

Orémus.

Concéde, quæſumus, omnípotens Deus, ut nos Unigéniti tui nova per carnem natívitas líberet, quos ſub peccáti jugo vetuſta ſérvitus tenet ; Per eumdem.

AD HORAS, Pſal. de Dominica ; & ſic per Oct.

AD PRIMAM.

Ant. 1. Iſ. In tentatióne.

℟. *br.* ℣. Qui natus es de María Vírgine.

CANON.

Ex Epíſtola S. Cæleſtini Papæ primi ad Clerum Populúmque Conſtantinopolitánum.

Lecta in Conc. Eph. 1. *an.* 431.

Patiéntiæ vobis atque conſtántiæ forma,

Stéphanus primus Chriſti teſtis exiſtat. Plebs in hunc prædicantem ſtrídui perfidórum; nec tamen idóneus Chriſti comes tácuit, quod vidébat.

AD TERTIAM.

Ant. 3. a. Fuit.

Capitulum. Ezech. 3. 7. 8.

DIxit ad me Dóminus: Domus Iſraël, nolunt audíre te, quia nolunt audíre me; omnis quippe domus Iſraël attrítâ fronte eſt, & duro corde. Ecce dedi fáciem tuam valentiórem faciébus eórum.

℟. *br.* Coronaſti eum, Dómine, * Allelúia, allelúia. *Repet.* Coronaſti. ℣. Et conſtituiſti eum ſuper ópera mánuum tuárum. * Allelúia. ℣. Glória. *Repet.* Coronaſti. *Pſ.* 8. 6. 7.

℣. Poſuiſti, Dómine, in cápite ejus corónam, ℟. De lápide pretióſo. *Pſ.* 20. 4.

AD SEXTAM.

Ant. 6. F. Iſte.

Capitulum. Ezech. 3. 9.

FIli hóminis, ut adamantem & ut ſílicem dedi fáciem tuam: ne tímeas eos, neque métuas à fácie eórum.

℟. *br.* Lætábimur in ſalutári tuo, * Allelúia, allelúia. *Repet.* Lætábimur. ℣. Et in nómine Dei noſtri. * Allelúia. ℣. Glória. *Repetit.* Lætábimur. *Pſ.* 19. 5.

℣. Hábitat in adjutório Altíſſimi, ℟. In protectióne Dei. *Pſ.* 90. 1.

AD NONAM.

Ant. 8. G. Eduxérunt.

Capitulum. Iſai. 50. 8. 9.

JUxtà eſt qui juſtíficat me; quis contradícet mihi? Stemus ſimul; quis eſt adverſárius meus? accédat ad me. Ecce Dóminus Deus auxiliátor meus; quis eſt qui condemnet me?

℟. *br.* Magna eſt glória ejus, * Allelúia, allelúia. *Repet.* Magna eſt. ℣. In ſalutári tuo, Dómine. * Allelúia. ℣. Glória. *Repet.* Magna eſt. *Pſ.* 20. 6.

℣. Dabis eum in benedictiónem, ℟. In ſéculum ſéculi. *Ib.* 7.

AD II. VESPERAS.

Ant. & Pſal. ut in II. Veſp. de Nat. Domini, ſupra, p. 292.

Capitulum. Job. 16. 18.

PAſſus ſum abſque iniquitáte manûs meæ, cùm habérem mundas ad Deum preces.

Hymnus. S. V.

MIRIS probat ſeſe modis
Suos in hoſtes cháritas;
Et blándiens & íncrepans,
Amíca ſemper cháritas.
QUI ſtans perorábat ſibi;
Cadens & expírans humi,

Linguâ diſerti sánguinis,
Suis perórat hóſtibus.

Audivit è cœlo Deus
Supréma verba Mártyris;
Dux Saulus, & teſtis necis,
Necis fit ipſe præmium.

Fractis jacens cervícibus,
Et ſic períre lætior:
O Chriſte, dixit, ſúſcipe,
Quem pono pro te, ſpíritum.

Tum blanda mors amábili
Sopóre clauſit lúmina;
Ad lucis æternæ jubar,
Exútus artus, évolat.

Servire menſis páuperum,
Id múneris quondam tui;
Convíva nunc dignus Deo,
Menſis ſupernis áſſides.

Tu nuptiáli ſpléndidus
Tui cruóris púrpurâ,
Ad immoláti tránſvolas
Admiſſus Agni núptias.

Quid non, Deus, ſi réſpicis,
Humána poſſunt péctora?
Cujus triumphum pángimus,
Fac nos & exemplum ſequi.

Qui natus es de Vírgine,
Jeſu, tibi ſit glória;
Summo Patri laus máxima;
Sit par tibi laus, Spíritus.
Amen.

℣. Dóminus exaudívit eum, ℟. Et de ómnibus tribulatiónibus ejus ſalvávit eum. *Pſ.* 33. 7.

Ad Magníficat. *Ant.* 1. D. Póſitis génibus, clamávit voce magnâ: Dómine, ne ſtátuas illis hoc peccátum. Et cùm hoc dixiſſet, obdormívit in Dómino. *Act.* 7. 59.

Orat. ut ſup. ad Laudes.

Deinde fit commemoratio de S. Joanne.

Ant. Hic eſt diſcípulus ille quē diligébat Jeſus, qui & recúbuit in cœna ſuper pectus ejus. *Joan.* 21. 20.

℣. Beátus, Dómine, quem elegiſti, ℟. Et aſſumpſiſti. *Pſ.* 64. 5.

Orat. ut infr. ad Laudes.

De Natali Domini fit commemoratio.

Ant. Utique, Dómine, ego crédidi, quia tu es Chriſtus Fílius Dei vivi, qui in hunc mundum veniſti, allelúia. *Joan.* 11. 27.

℣. Hic eſt Deus, Deus noſter in æternum: ℟. Ipſe reget nos in ſécula. *Pſ.* 47. 15.

Orémus.

Concéde, quæſumus, omnípotens Deus, ut nos Unigéniti tui nova per carnem natívitas líberet, quos ſub peccáti jugo vetuſta ſérvitus tenet; Per eumdem.

AD COMPLETOR.

Omnia ut in die Natalis Domini.

DIE XXVII. DECEMB.
In Feſto
S. JOANNIS APOST.
ET EVANGELISTÆ.
Duplex-majus.

AD OFFIC. NOCT.

Invit. Jeſum in cujus ſinu recúbuit Joannes, * Veníte, adorémus. *Joan.* 13. 23.

Pſ. 94. Veníte. 2.

Hymnus. S. V.

TU, quem præ réliquis
Chriſtus amáverat,
O dulces hóminis delíciæ Dei,
Curárum ſócius, fúneris & comes,
Et teſtis quoque glóriæ.

FORTUNATE nimis, cui lícitum fuít
Attrectáre manu Verbum hóminem Deum,
Hunc audíre, óculis cérnere, mútuo
Quin & collóquio fruí!

HÆC dos quanta fuít, cùm tibi crédidit
Senſus Chriſtus amans péctoris íntimos;
Quando monte ſuper, totus homo Deus
Seſe númine véſtiit?

JESU tu plácido dum récubas ſinu,
Potas plena Deo vívida flúmina;
Illapſu tácito ſe própiùs tuis
Numen ſénſibus ínſerit.

EX hoc fonte Deum pléniùs háuſeras;
Corpus deſtítuit mens velut ébria;
Dic, cùm blanda quies lúmina cláuſerit,
Quæ cœléſtia víderis.

O SACROS áditus! ô bene mútui
Hàc ignóta tenùs gáudia péctoris!
Quæ non tela jacit divus amor ſacris
His fornácibus íncubans!

HINC tu ſemper amans, ſemper amábilis;
Hinc & frontis honos, virgíneus pudor;
Hinc cœleſte jubar, quod ſúperos decet,
Toto vértice fúnditur.

HINC creber répetis, creber idem ſonas;
Quidquid faris, Amor, ſic amor ímperat:
Vix ſeſe cápiens æſtuat, & ſuis
Pectus rúmpitur ígnibus.

SIT laus ſumma Patri, ſummaque Fílio;
Sit par, ſancte, tibi glória, Spíritus:
Hæc eſt certa fides, fóntibus è tuis
Quam divínitùs háuſimus.
Amen.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 1. g. Vidit Jeſus duos fratres, Jacóbum

Zebedæi, & Joannem fratrem ejus in navi cum Zebedæo patre eórum. *Matth.* 4. 21.

Ant. 2. D. Vidit ipſos componentes rétia in navi; & vocávit illos. *Marc.* 1. 19. 20.

Ant. 8. c. Illi, ſtatim relictis rétibus & patre, ſecúti ſunt eum. *Matth.* 4. 22.

℣. Dñs cuſtódit te; ℟. Dñs protéctio tua. *Pſ.* 120. 8.

De libro Sapiéntiæ.

Lectio i. c. 7. v. 28.

Quem Deus diligat.

NEminem díligit Deus, niſi eum qui cum ſapiéntia inhábitat. Eſt enim hæc ſpecióſior ſole, & ſuper omnem diſpoſitiónem ſtellárum: luci comparáta invenítur prior; illi enim ſuccédit nox, ſapiéntiam autem non vincit malítia. Attingit ergo à fine uſque ad finem fórtiter, & diſpónit ómnia ſuáviter. Hanc amávi & exquiſívi à juventúte mea, & quæſívi ſponſam mihi eam aſſúmere, & amátor factus ſum formæ illíus.

℟. Stupor circumdéderat Petrum in captúra píſcium, ſimíliter Jacóbum & Joannem; * Et relictis ómnibus, ſecúti ſunt Jeſum. ℣. Ipſi vidérunt ópera Dómini, & mirabília ejus in profundo. * Et. *Luc.* 5. *Pſ.* 106. 9. 11. 24.

Lectio ii. c. 8. v. 9.

Bona ſapientis.

PRopóſui ergo hanc addúcere mihi ad convivendum: ſciens quóniam mecum communicábit de bonis, & erit allocútio cogitatiónis & tædii mei. Habébo propter hanc, claritáte ad turbas, & honórem apud ſeniores júvenis: & acútus invéniar in judício, & in conſpectu poténtium admirábilis ero, & fácies príncipum mirabuntur me: tacentem me ſuſtinébunt, & loquentem me reſpícient; & ſermocinante me plura, manus ori ſuo impónent. Prætérea habébo per hanc, immortalitátem; & memóriam ætérnã, his qui poſt me futúri ſunt, relinquam.

℟. Vocávit Jeſus ad ſe quos vóluit ipſe; & fecit ut eſſent duódecim cum illo: * Impóſuit Jacóbo & Joanni nómina Boanerges, quod eſt, Filii tonitrui. ℣. Dñs Deus ſervos ſuos vocábit nómine álio. * Impóſuit. *Marc.* 3. 13. 19. 17. *Iſ.* 65. 15.

Lectio iii. c. 8. v. 17.

Quærenda Sapientia.

HÆc cógitans apud me, & commémorans in corde meo: quóniam immortálitas eſt in cognatióne ſapiéntiæ, & in amicítia illíus delectá-

tio bona, & in opéribus mánuum illíus honeſtas ſine defectióne, & in certámine loquélæ illíus ſapiéntia, & præcláritas in communicatióne ſermónum ipsíus: circuíbam quærens; ut mihi illam aſſúmerem. Puer autem eram ingenióſus, & ſortítus ſum ánimam bonam. Et cùm eſſem magis bonus, veni ad corpus incoinquinátum. Et ut ſcivi quóniam áliter non poſſem eſſe cóntinens, niſi Deus det; & hoc ipſū erat ſapiéntiæ, ſcire cujus eſſet hoc donū; ádii Dñm, & deprecátus ſum illum.

℟. Bonus eris miniſter Chriſti Jeſu, enutrítus verbis fidei & bonæ doctrínæ, * Quam aſſecútus es. 1. *Tim.* 4. 6. ℣. Eruditus es in juventúte tuâ, & implétus es quaſi flumen ſapiéntiâ. *Eccli.* 47. 15. & 16. * Quam. ℣. Glória. * Quam.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 7. a. In nómine Dómini Dei cui eſt cognómen Deus Iſraël, collegiſti quaſi aurichalcum aurum. *Eccli.* 47. 19. 20.

Ant. 8. G. Quis poteſt ſimíliter ſic gloriári tibi? *Eccli.* 48. 11.

Ant. 3. a. Divulgátum eſt nomen tuū, & dilectus es in pace tuâ. *Eccli.* 47. 17.

℣. Scápulis ſuis obumbrábit tibi, ℟. Et ſub pennis ejus ſperábis. *Pſ.* 90. 4.

Ex libro ſancti Hierónymi Presbyteri, de Scriptóribus Eccleſiaſticis. *c.* 9.

LECTIO IV.

JOannes Apóſtolus, quem Jeſus amávit plúrimùm, filius Zebedæi, frater Jacóbi Apóſtoli, quem Heródes poſt paſſiónem Dómini decolláverat, noviſſimus ómnium ſcripſit Evangélium, rogátus ab Aſiæ epíſcopis, adversùs Cerinthum, alioſque hærétícos, & máximè tunc Ebionitárū dogma conſurgens, qui áſſerunt Chriſtū ante Maríam non fuiſſe. Unde & compulſus eſt divínam ejus nativitátem edícere.

℟. Amantíſſimus Dómini habitábit confidenter in eo: * Quaſi in thálamo totâ die morábitur, & inter húmeros illíus requiéſcet. ℣. Erat recumbens unus ex diſcípulis Jeſu in ſinu ejus, quem diligébat Jeſus. * Quaſi. *Deut.* 33. 12. *Joan.* 13. 23.

LECTIO V.

QUartodécimo ígitur anno, ſecundam poſt Nerónem perſecutiónem movente Domitiáno, in Patmos ínſulam relegátus, ſcripſit Apocalypſim, quam interpretátur Juſtinus martyr, & Irenæus. Interfecto au-

rem Domitiáno, & actis ejus ob nímiam crudelitátem à Senátu reſciſſis, ſub Nerva príncipe rédiit Epheſum: ibique uſque ad Trajánum príncipem perſevérans, totas Aſiæ fundávit, rexitque Eccléſias: & confectus ſénio, ſexagéſimo octávo poſt paſſiónem Dómini anno mórtuus, juxta eamdem urbem ſepultus eſt.

℟. Elégit eum Deus ex omni carne: audívit enim eum & vocem ipsíus; * Dedit illi coràm præcepta & legem vitæ & diſciplínæ. *Eccli.* 45. 4. 5. 6. ℣. Cùm recubuiſſet ille ſupra pectus Jeſu. *Joan.* 13. 15. * Dedit.

Ex Commentário ejuſdem in epíſtolam ad Gálatas.

Lectio VI. *l.* 3. *c.* 6.

BEátus Joannes Evangeliſta, cùm Epheſi moraretur uſque ad últimam ſenectútem, & vix inter diſcipulórum manus ad Eccléſiam deferrétur, nec poſſet in plura vocum verba contéxere, nihil áliud per ſíngulas ſolébat proferre collectas, niſi hoc: Filíoli, dilígite altérutrum. Tandem diſcípuli & fratres qui áderant, tædio affecti, quòd éadem ſemper audírent, dixérunt: Magiſter, quare ſemper hoc lóqueris? Qui reſpondit dignam Joanne ſenténtiam; Quia præceptum Dómini eſt; &, ſi ſolum fiat, ſúfficit.

℟. In fide ſuâ * Probátus eſt prophéta, & cógnitus eſt in verbis ſuis fidélis, † Quia vidit Deum lucis. *Eccli.* 46. 17. 18. ℣. Diſcípulus ille quem diligébat Jeſus. *Joan.* 21. 7. * Probátus. ℣. Glória. † Quia.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 6. F. Teipſum ſalvum fácies, & eos qui te áudiunt. 1. *Tim.* 4. 16.

Ant. 4. E. Beáti ſunt qui te vidérunt, & in amicítiâ tuâ decorári ſunt. *Eccli.* 48. 11.

Ant. 5. a. Prophétas facis ſucceſſóres poſt te. *Eccli.* 48. 8.

℣. Tribuíſti ei, Dómine, longitúdinem diérum in ſéculum: ℟. Magna eſt glória ejus in ſalutári tuo. *Pſ.* 20. 5. 6.

De Epíſtolâ prima beáti Joannis Apóſtoli.

Lectio VII. c. 1. v. 1.

Verbum manifeſtatum.

QUod fuit ab inítio, quod audívimus, quod vídimus óculis noſtris, quod perſpéximus & manus noſtræ contrectavérunt de verbo vitæ: & vita manifeſtáta eſt, & vídimus, & teſtámur, & annuntiámus vobis vitam

æternam, quæ erat apud Patrem, & appáruit nobis: quod vídimus & audívimus, annuntiámus vobis, ut & vos societátem habeátis nobiſcum, & ſocietas noſtra ſit cum Patre, & cum Fílio ejus Jeſu Chriſto. Et hæc ſcríbimus vobis ut gaudeátis, & gáudium veſtrum ſit plenum. Et hæc eſt annuntiátio, quam audívimus ab eo, & annuntiámus vobis: Quóniam Deus lux eſt, & ténebræ in eo non ſunt ullæ.

℟. Hic eſt diſcípulus ille qui teſtimónium pérhibet de his, & ſcripſit hæc; * Et ſcimus quia verum eſt teſtimónium ejus. *Joan.* 21. 24. ℣. Conſcripſit ſermónes rectíſſimos ac veritáte plenos. *Eccli.* 12. 10. * Et ſcimus.

LECTIO VIII. c. 2. v. 22.

Qui negat Chriſtum, mendax eſt.

QUis eſt mendax, niſi is qui negat quóniam Jeſus eſt Chriſtus; Hic eſt Antichriſtus, qui negat Patrem & Fílium. Omnis qui negat Fílium, nec Patrem habet: qui confitétur Fílium, & Patrem habet. Vos quod audiſtis ab inítio, in vobis permáneat. Si in vobis permánſerit quod audiſtis ab inítio, & vos in Fílio & Patre manébitis. Et hæc eſt repromíſſio, quam ipſe pollícitus eſt nobis, vitam æternam.

℟. Uſque in ſempitérnum * Oſtendit futúra, & abſcóndita ántequam evenírent. *Eccli.* 48. 27. 28. ℣. In ínſulâ quæ appellátur Patmos. *Apoc.* 1. 9. * Oſtendit.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Joannem.

LECTIO IX. c. 21.

IN illo témpore: Dixit Jeſus Petro: Séquere me. Converſus Petrus, vidit illum diſcípulum quem diligébat Jeſus, ſequentem. Et réliqua.

Homília ſancti Auguſtíni Epíſcopi.

Tract. 124. *in Joan. n.* 5.

DUas vitas ſibi divínitùs prædicátas & commendátas novit Eccléſia, quarum eſt una in fide, áltera in ſpécie: una in témpore peregrinatiónis, áltera in æternitáte manſiónis: una in labóre, áltera in réquie: una in via, áltera in pátria: una in ópere actiónis, áltera in mercéde contemplatiónis. Una declínat à malo, & facit bonum: áltera nullum habet à quo declínet malum, & magnum habet quo fruátur bonum. Una cum hoſte pugnat: áltera ſine hoſte regnat. Una fortis eſt in adverſis: ál-

altera nihil ſentit adverſi. Una carnáles libídines frænat: áltera ſpiritálibus delectatiónibus vacat. Ergo una bona eſt, ſed adhuc míſera: áltera mélior, & beáta. Iſta ſignificáta eſt per Apóſtolum Petrum, illa per Joannem. Tota hìc ágitur iſta uſque in hujus ſéculi finem, & illic ínvenit finem: differtur illa complenda poſt hujus ſéculi finem, ſed in futúro ſéculo non habet finem. Ideo dícitur huic, Séquere me: de illo autem, ſic eum volo manére donec véniam. Quid enim eſt hoc, niſi, Tu me ſéquere per imitatiónem perferendi temporália mala; ille máneat donec ſempiterna vénio redditúrus bona?

℟. Doctrínam ſapiéntiæ & diſciplínæ ſcripſit; * Renovávit ſapiéntiam de corde ſuo: † Beátus qui in iſtis verſátur bonis; qui ponit illa in corde ſuo, ſápiens erit ſemper. *Eccli*. 50. 29. 30. ℣. Eò quòd eſſet diſcípulus Jeſu. *Joan*. 19. 38. * Renovávit. ℣. Glória Pátri & Fílio & Spirítui ſancto. † Beátus qui in iſtis, &c.

Te Deum.

AD LAUDES.

℣. *Sacerd*. Dabis eum, Dómine, in benedictiónem, ℟. In séculum ſéculi. *Pſ*. 20. 7.

Ant. 4. a. Dilectus Deo & homínibus; cujus memória in benedictióne eſt. *Eccli*. 45. 1.

Ant. 8. G. Recúbuit in cœna ſuper pectus Jeſu, & dixit: Dómine, quis eſt, qui tradet te. *Joan*. 21. 20.

Ant. 7. d. Converſus Petrus vidit illum diſcípulum, quem diligébat Jeſus. *Joan*. 21. 20.

Ant. 6. F. Exiit ſermo inter fratres, quia diſcípulus ille non móritur. *Joan*. 21. 23.

Ant. 1. a. Non dixit ei Jeſus, Non móritur; ſed ſic eum volo manére donec véniam. *Ibid*.

Capitulum. Apoc. 14. 6. 7.

Vidi álterum Angelum volantem per médium cœli, habentem Evangélium æternum, ut evangelizáret ſedéntibus ſuper terram, & ſuper omnem gentem, & tribum, & linguam, & pópulum, dicens voce magnâ: Timéte Dóminum, & dáte illi honórem.

Hymnus. S. V.

Quem nox, quem ténebræ, dénſaque núbila,
Circumfúſa tegunt lúmine ſpléndidum,
Imbelles óculos terríficis Deus

Ne fulgóribus óbruat.
O dilecte Deo, quàm tibi clárius,
Dum tu vivis adhuc, ſe dedit áſpici!
Tu ſecréta Dei, mentis & íntimæ
Rimáris penetrália.
Ceu pennis áquilæ, raptus in æthera,
Cœlum mente petis, ſídera tránſvolas;
Nil obſtant rútili fúlgura lúminis,
Nudo númine páſceris!
Æterno génitum de Patre Fílium,
Demptâ nube, vides, èque Deo Deum
Deſcendiſſe ſacros de pátrio ſinu
Caſtæ Vírginis in ſinus.
In nos hoc pótuit tantus amor Dei!
Terris ipſe ſui núminis ímmemor,
Nobis factus homo, ſe facit éxulem,
Ut cœlo trahat éxules.
Per te ſacra patent ábdita vátibus:
Quæ lux in ténebris fúlgeat, índicas:
A quo vita fluit, princípium petis,
Et primórdia lúminis.
Patri máxima laus, máxima Fílio,
Amborumque ſacro máxima Flámini:
Hæc eſt certa fides, fóntibus è tuis,
Quam divínitùs háuſimus. Amen.

℣. Magna eſt glória ejus, ℟. In ſalutári tuo. *Pſ.* 20. 16.

Ad Benedictus. *Ant.* 1. D. Quæ opórtuit fieri citò, ſignificávit Deus mittens per Angelum ſuum ſervo ſuo Joanni. *Apoc.* 1. 1.

Orémus.

Eccléſiam tuam, Dómine, benignus illuſtra: ut beáti Joannis Apóſtoli tui & Evangeliſtæ illumináta doctrinis, ad dona pervéniat ſempiterna; Per Dóminum noſtrum, &c.

Commemoratio de Natali Domini, ut ſuprà, Prophéta, *p.* 304.

AD HORAS.

Pſalmi de Dominica.

AD PRIMAM.

Ant. 4. a. Dilectus.

In ℟. *br.* ℣. Qui nátus es de María Vírgine.

CANON.

Ex Concílio Aquiſgranenſi.

An. 816. *c.* 94.

Cléricus . . . nitátur eſſe quod dícitur: vocantur Clérici, vel quia de ſorte ſunt Dómini, vel quia Dóminus ipſe ſors, id eſt, pars Clericórum eſt. . . . .

Hiemalis. Carc. O

AD TERTIAM.

Ant. 8. G. Recúbuit.

Capitulum. 1. Joan. 1. 2.

VIta manifeſtáta eſt, & vídimus, & teſtámur, & annuntiámus vobis vitam æternam, quæ erat apud Patrem, & appáruit vobis.

℟. *br.* Miſit Dóminus ſervum ſuum, * Allelúia, allelúia. *Repetitur* Miſit. ℣. Quem elégit ipſum. * Allelúia. ℣. Glória. *Repet.* Miſit. *Pſ.* 104. 26.

℣. Ignítum, Dómine, elóquium tuum, ℟. Et ſervus tuus dilexit illud. *Pſ.* 118. 140.

AD SEXTAM.

Ant. 7. d. Converſus.

Capitulum. 3. Joan. 4.

MAjórem horum non hábeo grátiã, quam ut áudiam fílios meos in veritáte ambuláre.

℟. *br.* Illic mandávit Dóminus benedictiónẽ, * Allelúia, allelúia. *Rep.* Illic. ℣. Et vitam uſque in ſéculum. * Allelúia. ℣. Glória Patri. *Rep.* Illic. *Pſ.* 132. 4.

℣. Prævenísti eum, Dómine, ℟. In benedictiónibus dulcédinis. *Pſ.* 20. 4.

AD NONAM.

Ant. 1. 2. Non dixit.

Capitulum. Apoc. 1. 3.

BEátus qui legit & audit verba prophetíæ hujus, & ſervat ea quæ in ea ſcripta ſunt; tempus enim propè eſt.

℟. *br.* Vox Dómini in virtúte; * Allelúia, allelúia. *Repet.* Vox. ℣. Vox Dómini in magnificéntia. * Allelúia. ℣. Glória. *Rep.* Vox. *Pſ.* 28. 4.

℣. Simuláchra géntium argentum & aurũ, ℟. Opera mánuum hóminum. *Pſ.* 134. 15.

AD II. VESPERAS.

Ant. & Pſalm. ut in II. Veſp. de Nat. Dom. p. 292.

Capitulum. Apoc. 1. 1. 2.

DEdit Jeſu Chriſto Deus palàm fácere ſervis ſuis quæ oportet fieri citò: & ſignificávit mittens per Angelum ſuũ ſervo ſuo Joanni, qui teſtimónium perhíbuit verbo Dei, & teſtimónium Jeſu Chriſti, quæcumque vidit.

Hymnus. S. V.

SIt qui ritè canat te modò vírginem,
Te ſcriptis célebrem dicat Apóſtolum,
Jungat verídicis te quoque vátibus,
Chriſti te cano Mártyrem.

DIri teſtis eras fúneris, & comes,
Votis cum Dómino fixus eras cruci;
Hoc tantùm lícuit tunc tibi, mútuis
Reſpondére dolóribus.

PENDENS funerea Chriſtus ab árbore,
[T]e, matri míſeræ jam ſine filio,
[N]atum ſubſtítuit; crédere Vírginem
Quàm par eſt tibi Vírgini!
TALI depóſito quid pretióſius?
[M]ater vera Dei jam tua dícitur,
[N]atus jure pari dícere, mórtui
Jactúram réparas Dei.
CHRISTUS vocis egens, te moriéntibus,
[Q]uâ fas eſt, óculis diſcípulum docet;
[E]x illa cáthedra quam cruor ímbuit,
Terris prædicat ómnibus.
CHRISTI fide comes, páſſibus æmulis,
[Q]uò te duxit amor, te líceat ſequi;
[A]gens ille mihi ſit favor, & pati
Cum Chriſto, ſimul & mori.
SIT laus ſumma Patri, ſummaque Fílio;
[S]it par, ſancte, tibi glória, Spíritus:
[H]æc eſt certa fides, fóntibus è tuis
Quam divínitùs háuſimus. Amen.

℣. Teſtimónia tua, [D]ómine, ℟. Credibília [fa]cta ſunt nimis. *Pſal.* [9]2. 5.

Ad Magníficat, *Ant.* 4. D. Teſtimónium perhíbuit verbo Dei, & teſtimónium Jeſu Chriſti quæcumque vidit. *Apoc.* 1. 2.

Oratio ut ſuprà ad Laudes.

Fit commemoratio de SS. Innocentibus. Antiph. 2. D. Futúrum eſt ut Heródes quærat púerum ad perdendum eum. *Matth.* 2. 13.

℣. Captábunt in ánimam juſti; ℟. Et ſánguinem innocentem condemnábunt. *Pſal.* 93. 21.

Oratio infrà ad Laudes.

Poſteà de Natali Domini, ut ſuprà: Utique, *p.* 306.

AD COMPLETOR.

Omnia ut in die Natalis Domini.

DIE XXVIII. DECEMB.

In Feſto SS. INNOCENTIUM.

Duplex-majus.

AD OFFICIUM NOCT.

Invitator. Benedicentem párvulos Dóminum, * Veníte, adorémus. *Marc.* 10. 16.

Pſ. Veníte, exultémus, *p.* 2.

Hymnus. Prudent.

AUDIT tyrannus ánxius
Adeſſe Regum príncipem,
Qui nomen Iſraël regat,
Sedemque David óccupet.

Exclamat amens núntio :
Succeſſor inſtat, péllimur;
Satelles, i, ferrum rape,
Perfunde cunas ſánguine.

Transfigit ergo cárnifex
Formáta nuper córpora,
Locum minútis ártubus
Vix ſtrictus enſis réppe-rit.

Matres beátæ, quæ vovent
Tot víctimas quot líberos;
Hos namque cœlo cóllocant,
Quos non timent amíttere.

Qui natus es de Vírgine,
Jeſu, tibi ſit glória;
Summo Patri laus máxima;
Sit par tibi laus, Spíritus. Amen.

IN I. NOCTURNO.

Antiph. 1. a. Conſurget Rex ímpudens fácie, & interfíciet pópulum ſanctórum. *Dan.* 8. 23. 24.

Ant. 2. D. Péperit iniquitátem; úterus ejus præparat dolos. *Job.* 15, 35.

Ant. 3. c. Occídet plúrimos, & contra príncipem príncipū conſurget. *Dan.* 8. 25.

℣. Peccátor ſtridébit ſuper juſtum déntibus ſuis; ℟. Dóminus autem irridébit eum. *Pſ.* 36. 12. 13.

De Jeremía Prophéta.

Lectio I. c. 31. 15.

Matribus filios plorantibus, conſolatio datur.

HÆc dicit Dóminus: Vox in excelſo audíta eſt lamentatiónis, luctûs, & fletûs Rachel plorantis fílios ſuos, & nolentis conſolári ſuper eis, quia non ſunt. Hæc dicit Dóminus: Quieſcat vox tua à plorátu, & óculi tui à lácrymis: quia eſt merces óperi tuo, ait Dóminus; & revertentur de terra inimíci. Et eſt ſpes noviſſimis tuis, ait Dóminus: & reverténtur filii ad términos ſuos. Quia creávit Deus novum ſuper terram: fœmina circúmdabit virum.

℟. Heródes, clàm vocátis Magis, * Diligenter dídicit ab eis tempus ſtellæ quæ appáruit eis. ℣. Multæ ſunt insídiæ dolóſi; bona enim in mala convertens inſidiátur. * Diligenter. *Matth.* 2. 7. *Eccli.* 11. 31. 33.

De libro Sapiéntiæ.

Lectio II. c. 4. v. 7.

Qui placeat Deo.

JUſtus autem ſi morte præoccupátus fúerit, in refrígerio erit. Senectus enim venerábilis eſt non diuturna, neque an-

n número computá-
ani autem ſunt ſen-
ſminis, & ætas ſe-
tis vita immaculáta.
ns Deo factus eſt
us, & vivens inter
tóres tranſlátus eſt.
is eſt, ne malítia
ret intellectum ejus,
ne fictio decíperet
am illíus.
In lábiis ſuis indul-
inimícus, & in corde
ſidiátur, * Et ſi in-
it tempus, non ſa-
ur ſánguine. ℣. Di-
eródes Magis: Ite,
terrogáte diligenter
iero; & renuntiáte
, ut & ego veniens
m eum. * Et ſi.
12.15.16.*Matth*.2.8.
CTIO III. V. 12.
ia Dei in ſanctos ejus.
Aſcinátio enim nu-
acitátis obſcúrat bo-
inconſtántia concu-
ntiæ tranſvertit ſen-
ine malítia. Conſum-
s in brevi explévit
ora multa; plácita
erat Deo ánima il-
propter hoc properá-
dúcere illum de mé-
niquitátum. Pópuli
n videntes & non
igentes, nec ponen-
n præcórdiis tália:
iam grátia Dei, &
icórdia eſt in ſanctos
& reſpectus in ele-
illíus. Condemnat autem juſtus mórtuus vivos ímpios, & juventus celériùs conſummáta longam vitam injuſti.

℟. Reges terræ & príncipes convenérunt * Adversùs Dóminum & adversùs Chriſtum ejus: † Qui hábitat in cœlis, irridébit eos. *Pſal*. 2. 2.4. ℣. Convenérunt verè adversùs ſanctum púerum Jeſum. *Act*. 4. 27. * Adversùs. ℣. Glória Patri. † Qui.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 4. a. Heródes videns quóniam illúſus eſſet à Magis, irátus eſt valde. *Matth*. 2. 16.

Ant. 5. a. Sónitus terróris ſemper in áuribus ímpii; & cùm pax ſit, inſídias ſuſpicátur. *Job*. 15. 21.

Ant. 7. d. Tetendit adversùs Deum manum ſuã, & contra Omnipotentem roborátus eſt. *Job*. 15. 25.

℣. Ecce partúriit injuſtítiam; ℟. Concépit dolórem, & péperit iniquitátem. *Pſ*. 7. 15.

Sermo ſancti Leónis Papæ. *In Epiph*. 1.

LECTIO IV.

HERódes áudiens Judæórum Príncipem natum, ſucceſſórem ſuſpicátus, expávit; & molítus necem ſalútis Auctóri, falſum ſpondet obſéquium. Quàm felix

foret, ſi Magórum imitarétur fidem, & convérteret ad religiónem quod diſponébat ad fraudem! Reverſis Magis in regiónem ſuam, tranſlatóque Jeſu in Ægyptum ex admonitióne divína, exardeſcit fruſtráta in meditatiónibus ſuis Heródis inſánia. Necári omnes Béthleem párvulos jubet: & quóniam quem métuat, neſcit infantem, generálem ſævítiam in ſuſpectam ſibi tendit ætátem. Sed quos rex ímpius éximit mundo, Chriſtus inſerit cœlo.

℟. Rex, efferátis ánimis, juſſit milítibus interfícere, nec párcere: *Fiébant ergo natórum extermínia, & parvulórum neces. ℣. Heródes occídit omnes púeros qui erant in Béthleem, & in fínibus ejus, à bimátu & infrà, ſecúndùm tempus quod exquiſíerat à Magis: * Fiébant. 2. *Mach.* 5. *Matth.* 11. 13. 2. 16.

LECTIO V. *In Epiph.* 2.

QUæ iſta, Judæi, tam imperíta in vobis ſciéntia eſt? Interrogáti ubi Chriſtus naſcerétur, veráciter dícitis quod legiſtis; In Béthleem Judæ. Locum nativitátis de Scripturárum teſtimónio demonſtrátis; præſéntiam témporis de cœli & terræ atteſtatióne cognóſcitis: & tamen ubi ad perſequendum ánimus Heródis exarſit, ibi ad non credendum veſter ſenſus obdúruit. Felícior ergo ignoránti a infántiũ quos perſecútor occídit, quàm veſtra ſciéntia quam in ſua perturbatióne conſúluit. Vos noluiſtis regnũ ejus recípere, cujus óppidum potuiſtis oſténdere. Illi potuérunt pro eo mori, quem nondum póterant confitéri. Itaque Chriſtus, ne ullum ei tempus eſſet abſque miráculo, ante uſum linguæ poteſtátem Verbi tácitus exerébat; & quaſi jam díceret: Sínite párvulos veníre ad me; tálium eſt enim regnum cœlórum: novâ glóriâ coronábat infantes, & de inítiis ſuis parvulórũ primórdia conſecrábat; ut diſcerétur néminem hóminum divíni incapácem eſſe ſacraménti, quando étiam illa ætas glóriæ eſſet apta martyrii.

℟. Adimplétum eſt quod ſcriptum eſt per Jeremíam Prophétam, dicentem: * Vox in Rama audíta eſt, plorátus & ululátus multus; Rachel plorans fílios ſuos, & nóluit conſolári, quia non ſunt. *Matth.* 2. 17. 18. ℣. Invocábant Dñm ut vocem ſán-

guinis ad ſe clamantis audíret, memorarétur quoque iniquíſſimas mortes parvulórum innocentûm. 2. *Macch.* 8. 2. 4. * Vox in Rama.

Lectio vi. *In Epiph.* 7.

Amat Chriſtus infántiam, quam primùm & ánimo ſuſcépit & córpore. Amat Chriſtus infántiam, humilitátis magiſtram, innocéntiæ régulam, manſuetúdinis formam. Amat Chriſtus infántiam, ad quam majórum dírigit mores, ad quam ſenum redúcit ætátes; & eos ad ſuum inclínat exemplum, quos ad regnū ſublímat æternum. Ad hanc vos, dilectíſſimi, ſimilitúdinem parvulórum myſtérium hodiernæ felicitátis invítat; & hanc vobis humilitátis formam adorátus à Magis puer Salvátor insínuat; qui ut imitatóribus ſuis quid glóriæ paráret, oſténderet, ortûs ſui témpore éditos martyrio conſecrávit: ut in Béthleem, ubi Chriſtus natus eſt, géniti, per communiónem ætátis conſortes fierent paſſiónis.

℟. Hæc dicit Dóminus: Quieſcat vox tua à plorátu, & óculi tui à lácrymis: * Revertentur fílii ad términos ſuos. *Jer.* 31. 16. 17. ℣. Agnus reget illos, & abſterget Deus omnem lácrymam ab óculis eórum. *Apoc.* 7. 17. * Revertentur. ℣. Glória. * Revertentur.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 8. G. Hi ſine mácula ſunt ante thronum Dei. *Apoc.* 14. 5.

Ant. 6. F. Vidébunt fáciem Agni, & nomen ejus in fróntibus eórum. *Apoc.* 22. 4.

Ant. 8. G. Hi ſequuntur Agnum quocumque íerit. *Apoc.* 14. 4.

℣. Novit Dóminus dies immaculatórum; ℟. Et hæréditas eórum in ætérnum erit. *Pſ.* 36. 18.

De libro Apocalypſis beáti Joannis Apóſtoli.

Lectio vii. c. 14. v. 3.

Primitiæ Agni.

Cantábant quaſi cánticum novum, ante ſedem, & ante quátuor animália, & senióres: & nemo póterat dícere cánticum, niſi illa centum quadraginta quátuor míllia, qui empti ſunt de terra. Hi ſunt, qui cum muliéribus non ſunt coinquináti: Vírgines enim ſunt. Hi ſequuntur Agnum quocumque íerit. Hi empti ſunt ex homínibus primítiæ Deo & Agno: & in ore eórum non eſt invéntum mendácium; ſine mácula enim ſunt ante thronum Dei.

℟. Properávit Deus edúcere illos de médio iniquitátum ; * Quóniam grátia Dei & miſericórdia eſt in ſanctos ejus. *Sap.* 4. 14. ℣. In his ſecúnda mors non habet poteſtátem. *Apoc.* 20. 6. * Quóniam.

LECTIO VIII. c. 22. 1.
Beatitudo.

OStendit mihi flúvium aquæ vitæ, ſpléndidum tamquam cryſtallū, procedentem de ſede Dei & Agni. In médio platéæ ejus, & ex utráque parte flúminis lignum vitæ, áfferens fructus duódecim, per menſes ſíngulos reddens fructum ſuum, & fólia ligni ad ſanitátem Géntium. Et omne maledíctum non erit ámpliùs ; ſed ſedes Dei & Agni in illa erunt, & ſervi ejus ſérvient illi. Et vidébunt fáciem ejus : & nomen ejus in fróntibus eórum. Et nox ultrà non erit, & non egébunt lúmine lucernæ, neque lúmine ſolis ; quóniam Dóminus Deus illuminábit illos : & regnábunt in ſécula ſeculórum.

℟. Cùm cogitárent juſtórum occídere infantes, * Uno liberáto, ſuſcepta eſt à pópulo ſánitas. *Sap.* 18. 5. 7. ℣. Plorátus & ululátus multus ; Rachel plorans fílios ſuos. *Matth.* 2. 18. * Uno liberáto, ſuſcepta, &c.

LECTIO IX. c. 2. v. 16.
Infantes ab Herode trucidati.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Matthæum.

IN illo témpore ; Heródes videns quoniam illúſus eſſet à Magis, irátus eſt valdè : & mittens occídit omnes púeros qui erant in Béthleem. Et réliqua.

Homília ſancti Bernardi Abbátis.

Sermo in Natali ſanctorum Innocentium.

UTili diſpoſitióne triplex iſta ſolémnitas natále Dómini comitátur. Síquidem advértere eſt tríplicem quamdam ſpéciem ſanctitátis. Habémus in beáto Stéphano martyrii ſimul & opus & voluntátem : habémus ſolam voluntátem in beáto Joanne : ſolum in beátis Innocéntibus opus. Bibérunt omnes hi cálicem ſalutáris, aut córpore ſimul & ſpíritu, aut ſolo ſpíritu, aut córpore ſolo. De Innocéntium corónis quis dúbitet ? Ille pro Chriſto trucidátos infantes dúbitet inter mártyres coronári, qui regenerátos in Chriſto non credit inter adoptiónis fílios numerári. Si quæris eórum apud Deum méri-

ta, ut coronarentur: quæ-re & apud Heródem crímina, ut trucidarentur. An fortè minor Chriſti píetas, quàm Heródis impíetas, ut ille quidem potúerit innóxios neci dare, Chriſtus non potúerit propter ſe occíſos coronáre.

℞. Jeruſalem, lætáberis in filiis tuis: * Quóniam omnes benedicentur, & congregabuntur ad Dóminum. *Tob.* 13. 17. ℣. Mors ultrà non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit ultrà. *Apoc.* 21. 4. * Quóniam omnes. ℣. Glória Patri. * Quóniam.

Non dicitur Te Deum, *niſi Feſtum venerit in Dominica; ſed ejus loco repetitur Reſponſorium uſque ad Verſum.*

AD LAUDES.

℣. *Sacerd.* Laudáte, púeri, Dóminũ, ℞. Laudáte nomen Dómini. *Pſ.* 112. 1.

Ant. 2. D. HI empti ſunt ex homínibus primítiæ Deo & Agno. *Apocal.* 14. 4.

Ant. 7. a. Sapiéntia apéruit os mutórum, & linguas infántium fecit diſertas. *Sap.* 10. 21.

Ant. 5. a. Decantavérunt, Dómine, nomen ſanctum tuum. *Sap.* 10. 20.

Ant. 6. F. Victrícem manum tuam laudavérunt páriter. *Ibid.*

Ant. 3. à. Tamquam agni exultavérunt magnificantes te, Dómine, qui liberaſti illos. *Sap.* 19. 9.

Capitulum. Apocal. 22. v. 3. 4.

SErvient Deo & Agno, & vidébunt fáciem ejus, & nomen ejus in fróntibus eórum.

Hymnus. Prudent.

SALVETE, flores Mártyrum,
In lucis ipſo límine
Quos ſævus enſis démetit,
Ceu turbo naſcentes roſas.

Vos prima Chriſti víctima,
Grex immolatórum tener,
Aram ſub ipſam ſímplices,
Palmâ & corónis lúditis.

QUID próficit tantum nefas?
Quid crimen Heródem juvat?
Unus tot inter fúnera
Impúnè Chriſtus tóllitur.

INTER coævi ſánguinis
Fluenta, ſolus íntegér,
Ferrum quod orbábat nurus,
Partus fefellit vírginis.

SIC ſtulta regis impii
Edicta quondam fúgerat,
Chriſti figúram præferens,
Moſes redemptor cívium.

Qui natus es de Vírgine,
Jeſu, tibi ſit glória;
Summo Patri laus máxima;
Sit par tibi laus, Spíritus.
Amen.

℣. Heréditas eórum in æternum erit; ℟. Non confundentur in tempore malo. *Pſ. 36. v. 18. 19.*

Ad Benedictus, *Ant. 1. D.* Agnus qui in medio throni eſt, reget illos, & dedúcet eos ad vitæ fontes aquárum. *Apoc. 7. 17.*

Oremus.

Deus, cujus hodiérná die præcónium Innocentes Mártyres non loquendo, ſed moriendo confeſſi ſunt: ómnia in nobis vitiórum mala mortífica, ut fidem tuam quá lingua noſtra lóquitur, étiam móribus vita fateátur; Per Dóminum noſtrum, &c.

Fit commem. de Nativ. Domini, ut ſuprà. Prophéta, *p.* 304.

AD HORAS.

Pſalmi de Dominicá.

AD PRIMAM.

Ant. 2. D. Hi empti ſunt.

CANON.

Ex Concílio Tridentíno.

Seſſ. 22. de Reform. c. 1.

Sic decet omninò Cléricos in ſortem Dñi vocátos, vitam, moreſque ſuos compónere, ut hábitu, geſtu, inceſſu, ſermóne, aliiſque ómnibus rebus, nihil niſi grave, moderátum, ac religióne plenum præ ſe ferant. Lévia etiam delicta quæ in ipſis máxima eſſent, effúgiant; ut eórum actiónes cunctis áfferant venerationem.

AD TERTIAM.

Ant. 3. a. Sapientia.

Capitulum. Dan. 3. 40.

Sicut in holocauſto aríetum & taurórum, & ſicut in míllibus agnórum pínguium; ſic fiat ſacrifícium noſtrum in conſpectu tuo, Dómine.

℟. *br.* Reges terræ & príncipes * Convenérunt in unum. *Repet.* Reges. ℣. Adversùs Dóminum, & adversùs Christū ejus. * Convenérunt. ℣. Glória Patri, & Fílio, & Spirítui ſancto. *Repet.* Reges.

℣. Quare fremuérunt gentes, ℟. Et pópuli meditáti ſunt inánia? *Pſ.* 2. 2.

AD SEXTAM.

Ant. 5. a. Decantavérunt.

Capitulum. 2. Tim. 1. 9.

Deus nos liberávit, & vocávit vocatióne ſuâ ſanctâ, non ſecundùm ópera noſtra, ſed ſecundùm propóſitum ſuū, & grátiam.

℟. *br.* Exultent juſti * In conſpectu Dei. *Repetitur,* Exultent. ℣. Et delectentur in lætitia. * In.

℣. Glória Patri. *Repet.* Exultent.

℣. In ecclésiis benedícite Deo, ℟. De fóntibus Iſraël. *Pſ.* 67. 4. 27.

AD NONAM.

Ant. 3. à. Tamquam.

Capitulum. Sap. 5. 16. 17.

IN perpétuum vivent, & apud Dóminum eſt merces eórum, & cogitátio illórum apud Altíſſimum: ídeò accípient regnum decóris, & diadéma ſpeciéi de manu Dómini.

℟. *br.* Eduxit pópulum ſuum * In exultatióne. *Repetitur,* Eduxit. ℣. Et electos ſuos in lætitia. ℣. Glória. *Repet.* Eduxit. *Pſ.* 104. 43.

℣. Exultent & læténtur ſuper te, ℟. Omnes quærentes te, Dómine. *Pſ.* 39. 17.

AD II. VESPERAS.

Antiph. & Pſal. ut in II. Veſper. de Nativitate Domini.

Capitulum. Apoc. 14. 4.

HI ſunt qui cum muliéribus non ſunt coínquináti; vírgines enim ſunt. Hi ſequuntur Agnum quocumque íerit.

Hymnus. Salvéte, *p.* 321.

℣. Deus noſter miſerétur, ℟. Cuſtódiens párvulos Dóminus. *Pſ.* 114. 5. 6.

Ad Magníficat, *Ant.* 6. F. Puſillus grex, complácuit Patri veſtro dare vobis regnum. *Luc.* 12. 32.

Oratio ut ſuprà ad Laudes.

Deinde (niſi ſit Sabbatum) ſit commemoratio de Nativ. Domini Ant. Utique. ℣. Hic eſt. *Oratio.* Concéde. *p.* 306.

Deinde de S. Thoma Cantuarienſi, Epiſc. & Mart. Ant. Pro certo. ℣. Juſtus. *p.* vij. *Oratio.* Deus, pro cujus Ecclésia. *infrà. p.* 332.

AD COMPLETOR.

Omnia ut in die Natalis Domini.

OFFIC. DOMINICÆ intra octavam Natalis Domini.

Nihil ſit de Dominica, ſi inciderit in diem Natalis Domini, SS. Stephani, Joannis, Innocentium, aut Circumciſionis. Si inciderit in diem 29. 30. *aut* 31. *ſit de eâ cum commemoratione Feſti occurrentis ad utraſque Veſperas & Laudes tantùm. Si dies* 29. *fuerit Dominica, ſit die* 28. *ad Veſperas commemoratio Dominicæ, & non ſit commemoratio Octavæ.*

Si verò dies 30. *vel* 31. *Dominica fuerit:* PRIDIE AD VESPERAS *Ant. & Pſalmi erunt de Natali Domini, ut ſuprà; cætera ut ſequitur.*

Capitulum. Epheſ. 1. 9. 10.

PRopóſuit Deus in diſpenſatióne plenitúdinis témporum, inſtauráre ómnia in Chriſto, quæ in cœlis, & quæ in terrâ ſunt, in ipſo.

Hymnus. Umbrâ ſepultis, p. 295.

℣. Tu, Dñe, redemptor noſter: ℟. A ſéculo nomen tuũ. *Cant. Iſ.* 63. 16.

Ad Magníficat, *Ant.* 1. D. Ecce nos vénimus ad te: tu enim es Dóminus Deus noſter; verè in Dómino Deo noſtro ſalus Iſraël. *Jerem.* 3. 22. 23.

Orémus.

OMnípotens ſempitérne Deus, dírige actus noſtros in beneplácito tuo: ut in nómine dilecti Filii tui mereámur bonis opéribus abundáre. Per eumdem.

Non fit alia commem. de Octava Natalis Domini.

AD OFFIC. NOCT.

Invitatorium, Hymnus, Pſalmi, Antiph. Verſus & Reſp. ut in die Natalis Domini, dempto ritu annuali.

IN I. NOCTURNO.

De Baruch Prophéta.

LECTIO I. c. 3. v. 34.

Deus cum hominibus.

STellæ autem dedérunt lumen in cuſtódiis ſuis, & lætátæ ſunt: vocátæ ſunt, & dixérunt: Adſumus: & luxérunt ei cum jucunditáte, qui fecit illas. Hic eſt Deus noſter, & non æſtimábitur álius adversùs eum. Hic adinvénit omnem viam diſciplínæ, & trádidit illam Jacob púero ſuo, & Iſraël dilecto ſuo. Poſt hæc in terris viſus eſt, & cum homínibus converſátus eſt.

℟. Aſcendit, p. 279.

De Zacharía Prophéta.

LECTIO II. c. 2. v. 10.

Deus inter homines habitaturus.

LAuda & lætáre, filia Sion: quia ecce ego vénio, & habitábo in médio tuî, ait Dóminus. Et applicabuntur gentes multæ ad Dóminum in die illa, & erunt mihi in pópulum, & habitábo in médio tuî: & ſcies quia Dóminus exercítuum miſit me ad te. Et poſſidébit Dóminus Judam partem ſuã in terra ſanctificáta; & éliget adhuc Jerúſalem. Síleat omnis caro à fácie Dómini: quia conſurrexit de habitáculo ſancto ſuo.

℟. María péperit, p. 280.

De Malachía Prophéta.

LECTIO III. c. 3. v. 1.

Meſſias venit ad populum ſuum.

ECce ego mitto ángelum meum, & præparábit viam ante fáciem

meam. Et ſtatim véniet ad templum ſuum Dominátor, quem vos quæritis: & angelus teſtamenti, quem vos vultis. Ecce venit, dicit Dóminus exercítuum. Et quis póterit cogitáre diem adventûs ejus, & quis ſtabit ad vidéndum eum? Ipſe enim quaſi ignis conflans, & quaſi herba fullónum: & ſedébit conflans, & emundans argentum, & purgábit filios Levi, & colábit eos quaſi aurum & quaſi argentum, & erunt Dómino offerentes ſacrificia in juſtítia. Et placébit Dómino ſacrificium Juda & Jerúſalem, ſicut dies ſéculi, & ſicut anni antíqui.

℟. Cùm quiétum, *p.* 280.

IN II. NOCTURNO.

Sermo ſancti Leónis Papæ.

In Natali Domini 9.

Lectio iv.

Excédit quidem, dilectíſſimi, multúmque ſuperéminet humáni elóquii facultátem divíni óperis magnitúdo; & inde óritur difficultas fandi, unde adeſt rátio non tacendi: quia in Chriſto Jeſu Filio Dei non ſolùm ad divínam eſſéntiam, ſed étiam ad humánam ſpectat natúram, quod dictum eſt per Prophétam: Generatiónem ejus quis enarrábit? Utramque enim ſubſtántiam in unam conveniſſe perſónam, niſi fides credat, ſermo non éxplicat: & ideò numquam matéria déficit laudis, quia numquam ſúfficit cópia laudatóris. Gaudeámus igitur, quòd ad eloquendum tantæ miſericórdiæ ſacramentum impares ſumus; & cùm ſalútis noſtræ altitúdinem prómere non valeámus, ſentiámus nobis bonum eſſe quòd víncimur. Nemo enim ad cognitiónem veritátis magis propinquat, quàm qui intélligit in rebus divinis, etiamſi multùm profíciat, ſemper ſibi ſupereſſe quod quærat. Nam qui ſe ad id, in quod tendit, perveniſſe præſúmit, non quæſita réperit, ſed in inquiſitióne defécit.

℟. Dixit paſtóribus, *p.* 284.

Lectio v.

Ne autem infirmitátis noſtræ perturbémur angúſtiis, evangélicæ nos & prophéticæ ádjuvant voces, quibus ita accéndimur & docémur, ut nobis Nativitátem Dómini, quâ Verbum caro factum eſt, non tam prætéritam recólere, quàm præſentem videámur inſpícere. Quod enim paſtó-

ribus pro gregum ſuórum cuſtódiâ vigilántibus nuntiávit Angelus, étiam noſtrum implevit audítum: & ídeo Domínicis óvibus præſumus, quia verba divínitùs édita, cordís aure ſervámus, tamquam & in hodierna feſtivitáte dicátur: Evangelízo vobis gáudium magnum quod erit omni pópulo, quia natus eſt vobis hódie Salvátor, qui eſt Chriſtus Dóminus, in civitáte David. Cujus prædicatiónis ſummitáti exultátio innumerabílium júngitur Angelórum, ut excelléntius fieret teſtimónium, cui milítiæ cœleſtis multitúdo concíneret in honórem Dei, unâ benedictióne dicéntium: Glória in excelſis Deo, & in terra pax homínibus bonæ voluntátis. Dei ergo glória eſt ex matre Vírgine Chriſti naſcentis infántia: in terra autem illa pax concéditur, quæ hómines éfficit bonæ voluntátis. Quo enim Spíritu de intemerátæ matris viſcéribus náſcitur Chriſtus, hoc de ſanctæ Eccléſiæ útero renáſcitur Chriſtiánus, cui vera pax eſt, à Dei voluntáte non dívidi, & in his ſolis quæ Deus díligit, delectári.

℞. Súbitò, *p.* 284.

LECTIO VI.

NAtálem ígitur, dilectíſſimi, diem Dómini celebrantes, qui ex ómnibus præteritórũ témporum diebus electus eſt, licet diſpenſátio actiónũ corporálium, ſicut æterno consílio fúerat præordináta, transíerit, totaque Redemptóris humílitas in glóriam paternæ majeſtátis evecta ſit, ut in nómine Jeſu omne genu flectátur cœléſtium, terréſtrium & infernórum; & omnis lingua confiteátur, quia Dóminus Jeſus in glória eſt Dei Patris: indeſinenter tamen ipſum partum ſalutíferæ Vírginis adorámus, & illã Verbi & carnis indiſſolúbilem cópulam non minùs ſuſcípimus in præſépe jacentem, quàm in throno paternæ altitúdinis conſidentẽ. Dignum eſt enim atque convéniens, ut dicente Apóſtolo: Si compátimur, & conglorificábimur; ſint humilitátis Chriſti compartícipes, qui ſunt futúræ glóriæ cohærédes. Honorétur in infántia ſua Dóminus, nec ad deitátis referantur injúriã exórdia & increménta corpórea: quóniam natúræ incommutábili nec áddidit áliquid noſtra natúra, nec mínuit; ſed qui in ſimilitúdinem carnis

peccáti dignátus eſt homínibus eſſe conformis, in unitáte deitátis Patri pérmanet æquális: cum quo & Spíritu ſancto vivit & regnat in ſécula ſeculórum. Amen. Tu autem.

℟. Speciósus formâ. 285.

IN III. NOCTURNO.

De Epíſtola beáti Pauli Apóſtoli ad Coloſſenſes.

LECTIO VII. c. 1. v. 9.

Chriſtus imago Dei.

NOn ceſſámus pro vobis orantes, & poſtulantes ut impleámini agnitióne voluntátis ejus in omni ſapiéntia & intellectu ſpiritáli: ut ambulétis dignè Deo per ómnia placentes; in omni ópere bono fructificantes, & creſcentes in ſciéntia Dei; in omni virtúte confortáti ſecundùm poténtiam claritátis ejus, in omni patiéntia & longanimitáte cum gáudio: grátias agentes Deo Patri, qui dignos nos fecit in partem ſortis ſanctórum in lúmine; qui erípuit nos de poteſtáte tenebrárum, & tránſtulit in regnum fílii dilectiónis ſuæ, in quo habémus redemptióné per ſánguinem ejus, remiſſiónem peccatórum: qui eſt imágo Dei inviſíbilis, primogénitus omnis creatúræ.

℟. Ecce Deus noſter, 287.

LECTIO VIII. v. 16.

Chriſtus caput Eccleſiæ.

QUóniam in ipſo cóndita ſunt univerſa in cœlis & in terra, viſibília & inviſibília, ſive throni, ſive dominatiónes, ſive principátus, ſive poteſtátes: ómnia per ipſum, & in ipſo creáta ſunt: & ipſe eſt ante omnes, & ómnia in ipſo conſtant. Et ipſe eſt caput córporis Eccléſiæ, qui eſt princípium, primogénitus ex mórtuis: ut ſit in ómnibus ipſe primátum tenens. Quia in ipſo complácuit, omnem plenitúdinem inhabitáre, & per eum reconciliáre ómnia in ipſum.

℟. Per víſcera, p. 288.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Lucam.

LECTIO IX. c. 2. v. 33.

Simeonis prophetia.

IN illo témpore: Erat pater Jeſu & mater mirantes ſuper his quæ dicebantur de illo. Et benedixit illis Símeon, & dixit ad Maríam matrem ejus: Ecce póſitus eſt hic in ruínam & in reſurrectiónem multórum in Iſraël. Et réliqua.

Homília venerábilis Bedæ Preſbyteri.

In Luc. cap. 2. lib. 1.

PAtrem Salvatóris appellat Joſeph, non quòd verè juxta Photiniá-

nos pater fúerit ejus, ſed quòd ad famam Maríæ conſervandam pater ſit ab ómnibus æſtimátus. Neque enim oblítus Evangeliſta, quòd eam de Spíritu ſancto concepiſſe, & vírginem peperiſſe narrârit; ſed opiniónem vulgi éxprimens, quæ vera hiſtóriæ lex eſt, patrem Joſeph núncupat Chriſti. Quamvis & eo modo pater illíus váleat dici, quo & vir Maríæ rectè intellígitur ſine commixtióne carnis, ipsâ copulatióne conjúgii, multò vidélicet conjúnctiùs, quàm ſi eſſet aliunde adoptátus. Neque enim proptérea non erat appellandus Joſeph pater Chriſti, quia eum non genúerat, quandóquidem rectè pater eſſet étiam ejus, quem non ex ſua cónjuge procreátum alícubi adoptaſſet. Ecce póſitus eſt hic in ruínam & in reſurrectiónem multórum in Iſraël, & in ſignum cui contradicétur. Bene in reſurrectiónem, quia lumen eſt, quia glória plebis Iſraël, quia dicit: Ego ſum reſurréctio & vita. Quómodo autem in ruínam? niſi quia & lapis offenſiónis eſt, & petra ſcándali; id eſt, ruínæ his qui offendunt verbum, nec credunt. De quibus ipſe dicit: Si non veniſſem & locútus eis fuiſſem, peccátum non habérent; nunc autem excuſatiónẽ non habent de peccáto ſuo. Qui non in ſe ipſo tantùm, ſed in ſuis quoque prædicántibus in ruínam póſitus eſt reſurrectionemque multórum, teſtante Apóſtolo, qui ait: Chriſti bonus odor ſumus Deo in his qui ſalvi fiunt, & in his qui péreunt. Qui enim verbum quod audit amando ſéquitur, bono odóre reſurgit, & ſalvátur. Qui odiendo inſéquitur, eódem ipſo bono odóre córruit, & móritur.

℟. Verbum caro, p. 219. Te Deum.

AD LAUDES.

Ut in die Natalis Domini, exceptis quæ ſequuntur.

Capitulum. 2. Cor. 8. 9.

SCitis grátiam Dómini noſtri Jeſu Chriſti, quóniam propter vos egénus factus eſt, cùm eſſet dives; ut illíus inópiâ vos dívites eſſétis.

Hymnus.

ADESTE vos, ô Cœlites;
Adeſte, mortáles ſimul:
Dat ecce vobis párvulus
Magnum puer ſpectáculum.

O DULCIS, ô lactens puer!
Quò priſtinus ceſſit decor!

Ingens tibi cœlum, domus;
Viliſque ſub tecto lates.
Qui lætus in ſinu Patris
Æterna guſtas gáudia;
Nunc mœſtus in terris doles,
Nec flere te pudet Deum.
Quæ fulmen horrendum tenens
Cœlos trementes cóncutit,
Circumvolúta fáſciis
Captíva ſtríngitur manus.
Hanc ſpontè vinclis ílligas,
Ut noſtra ſolvas víncula;
Et ſpontè fundis lácrymas,
Quæ noſtra delent crímina.
Qui natus es de Vírgine,
Jeſu, tibi ſit glória.
Cum Patre, & almo Spíritu,
In ſempiterna ſécula.
Amen.

℣. Dómine, quid eſt homo, quia innotuiſti ei? ℟. Aut filius hóminis, quia réputas eum? *Pſ.* 143. 3.

Ad Benedictus, *Ant.* 3. â. Ecce pόſitus eſt hic in ruínam & in reſurrectiónem multórum in Iſraël, & in ſignum cui contradicétur. *Luc.* 2. 34.

Orémus.

Omnípotens ſempitérne Deus, dírige actus noſtros in beneplácito tuo: ut in nómine dilecti Fílii tui mereámur bonis opéribus abundáre; Per Dóminum.

Non fit comm. Octavæ.

AD HORAS.

Omnia ut in die Natalis Domini, excepto Canone ad Primam, qui dicitur juxta diem menſis, ut infrà.

AD II. VESPERAS.

Ut in die Natalis Domini, exceptis quæ ſequuntur.

℣. Benedixiſti, Dómine, terram tuam: ℟. Avertiſti captivitátem Jacob. *Pſal.* 84. 2.

Ad Magníficat, *Ant.* 6. F. Anna vídua confitebátur Dómino, & loquebátur de illo ómnibus qui expectábant redemptiónem Iſraël. *Luc.* 2. 38.

Oratio ut ſup. ad Laudes.
Non fit comm. Octavæ.

AD COMPLETOR.

Omnia ut in die Natalis Domini.

DIE XXIX. DECEMBR.

DE OCTAVA.

Semiduplex.

Invitatorium, Hymnus, Pſalmi, ut in die Natalis Domini. Tres Pſal. I. Noctur. dicuntur ſub una Antiphona ejuſdem Noct. occurrente juxta Feriam; & ſic in aliis Nocturnis. ℣. & ℟. ℟. ſumuntur è Nocturno occurrente juxta Feriam: & ſic in ſequentibus duabus Feriis.

De Epiſtolâ beáti Pauli Apóſtoli ad Coloſſenſes.

Lectio I. c. 1. v. 21.

Reconciliatio ex Chriſto : in fide permanendum.

ET vos cùm eſſétis aliquando alienáti, & inimíci ſenſu in opéribus malis ; nunc autem reconciliávit in córpore carnis ejus per mortem, exhibére vos ſanctos, & immaculátos, & irreprehensíbiles coram ipſo : ſi tamen permanétis in fide fundáti, & ſtábiles, & immóbiles à ſpe Evangélii quod audiſtis, quod prædicátum eſt in univerſa creatúra quæ ſub cœlo eſt, cujus factus ſum ego Paulus miniſter.

Lectio II. v. 24.

Myſterium abſconditum, nunc revelatum.

NUnc gáudeo in paſſiónibus pro vobis, & adímpleo ea quæ deſunt paſſiónum Chriſti in carne mea, pro córpore ejus, quod eſt Ecclésia : cujus factus ſum ego miniſter ſecundùm diſpenſatiónem Dei, quæ data eſt mihi in vos, ut ímpleam verbum Dei : myſtérium, quod abſcónditum fuit à ſéculis & generatiónibus, nunc autē manifeſtátum eſt ſanctis ejus, quibus vóluit Deus notas fácere divítias glóriæ ſacramenti hujus in géntibus, quod eſt Chriſtus, in vobis ſpes glóriæ, quem nos annuntiámus, corrípientes omnem hóminem, & docentes omnem hóminem, in omni ſapiéntia, ut exhibeámus omnem hóminem perfectum in Chriſto Jeſu.

Sermo ſancti Auguſtíni Epíſcopi.

Serm. 192. in Nat. Domini. §. 1. aliàs Serm. 15. de Tempore.

Lectio III.

HOdie véritas de terra orta eſt, Chriſtus de carne natus eſt. Gaudéte ſolémniter, & ſempíternum diem hodierno quoque admóniti cogitáte, æterna dona ſpe firmíſſimâ concupíſcite : filii Dei eſſe acceptâ poteſtáte præsúmite. Propter vos temporális effectus eſt témporum effector ; propter vos in carne appáruit mundi cónditor ; propter vos creátus eſt Creátor. Quid adhuc mortáles mortálibus rebus oblectámini, & fugitívam vitam, ſi fieri poſſet, tenére conámini. Spes longè clárior effulſit in terris, ut terrénis vita promitterétur in cœlis. Hoc ut crederétur, res incredibílior prærogáta eſt. Deos factúrus qui hómines erant, homo factus eſt qui Deus

erat : nec amittens quod erat, ſieri vóluit ipſe quod fécerat. Ipſe fecit quod eſſet; quia hóminem Deo áddidit, non Deum in hómine pérdidit.

De S. Thoma Cantuarienſi.

LECTIO IV.

Ex Joan. Sarisberienſi Epiſc. Carnot.

THomas, Londíni Gilberto & Matilde paréntibus ortus, litterárum ſtúdia Paríſiis felíciter abſolvit. Repetítâ deinde Angliâ, públicis munéribus cum laude geſtis, Archidiáconus Cantuarienſis ac Regis Cancellárius creátus eſt. Mox Henríco ejus filio inſtituendo admótus, tum Theobaldo Cantuarienſi Epiſcopo ſucceſſor deſtinátus, repudiáto Cancellárii múnere, ad ſeveriórem diſciplínam vitam cœpit exígere. Magnátum in ſe vehemens ódium concitávit, quòd opes Eccléſiæ, quas inváſerant, reſtitúere coëgiſſet. Henríco, qui Epíſcopos ad ſervandas regni conſuetúdines júribus Eccléſiæ contrárias, ſacramento præſtito, volébat adígere, fórtiter réſtitit. Ob eam rem ſede dejectus, Sénonas ad Alexandrum Papam ſe contulit; à quo cùm in ejus manus, depóſito ánnulo, Epiſcópatu cédere vellet, in ſuo gradu consíſtere juſſus. Cantuáriam pòſteà reverſus, ab Epíſcopis, quos ob violáta Eccléſiæ jura à censúris ſólvere recuſábat, novis calúmniis appétitur. His Henrícus plus æquo tríbuens, cùm per unum ſacerdótem ſtare dixiſſet, quóminùs pace fruerétur, áulici quátuor gratum ſe regi factúros rati, trajecto mari, Thomam in Eccléſia aggrediuntur : qui, flexis génibus, ſe Deo ac beátæ Maríæ commendans, caput ímpiis mánibus præcidendum óbtulit, anno Dómini milléſimo centéſimo ſeptuagéſimo. Henrícus tam atróci facínore perculſus, tríduo ab omni penè cibo abſtínuit, auſteramque pro eo egit pœniténtiam.

AD LAUDES.

Pſalmi & Cantic. ut in die ſub quarta Antiphona Laudum diei.

Capitulum, Hymnus & Verſus ut ſuprà ad Laudes Dominicæ occurrentis intra octavam, p. 328.

Ad Benedictus, *Ant. ut in die. Orat.* Concéde.

Et ſic in ſequentibus duobus Feriis.

Fit commemoratio de S. Thoma Epiſc. & Mart. Ant. Vitâ deceſſit. ℣. Juſtus. *p.* x.

Orémus.

DEus, pro cujus Eccléſia glorióſus póntifex Thomas gládiis impiórum occúbuit; præſta, quæſumus, ut omnes qui ejus implórant auxílium, petitiónis ſuæ ſalutárem conſequantur effectū; Per.

AD HORAS, Pſal. de Dom. Cætera ut in die, excepto ad Prim. Canone. Et ſic in ſequent. duabus Fer.

CANON.

Ex Concílio Tridentíno. *Seſſ. 23. de Reform. c. 4.*

PRimâ Tonſúrâ non initientur, qui ſacramentum Confirmatiónis non ſuſcéperint . . . & de quibus probábilis conjectúra non ſit, eos non ſeculáris judícii fugiendi fraude, ſed ut Deo fidélem cultum præſtent, hoc vitæ genus elegiſſe.

AD VESPERAS.

Ant. Tecum princípium, &c. *& cætera ut in die Natalis Domini; & ſic in ſequenti Feria.*

DIE XXX. DECEMBRIS.

DE OCTAVA.

De Epíſtola beáti Pauli Apóſtoli ad Coloſſenſes.

LECTIO I. c. 2. v. 1.

In Chriſto omnes theſauri ſapientiæ.

VOlo vos ſcire qualem ſollicitúdinem hábeam pro vobis, & pro iis qui ſunt Laodicíæ, & quicumque non vidérunt fáciem meam in carne: ut conſolentur corda ipsórum, inſtructi in charitáte, & in omnes divítias plenitúdinis intellectûs, in agnitiónem myſtérii Dei Patris & Chriſti Jeſu: in quo ſunt omnes theſauri ſapiéntiæ & ſciéntiæ abſcónditi. Hoc autem dico, ut nemo vos decípiat in ſublimitáte ſermónum. Nam etſi córpore abſens ſum, ſed ſpíritu vobiſcum ſum: gaudens, & videns órdinem veſtrum, & firmamentum ejus, quæ in Chriſto eſt, fidei veſtræ.

LECTIO II. v. 6.

Omnis plenitudo divinitatis in Chriſto.

SIcut ergo accepiſtis Jeſum Chriſtū Dñm, in ipſo ambuláte, radicáti & ſuperædificáti in ipſo, & confirmáti fide, ſicut & didiciſtis, abundantes in illo in gratiárum actióne. Vidéte ne quis vos decípiat per philoſóphiam & inánem falláciam, ſecundùm traditiónem hóminum, ſecundùm elementa mundi, & non ſecundùm Chriſtum: quia in ipſo inhábitat omnis plenitúdo divinitátis corporáliter; & eſtis in illo repléti, qui eſt caput omnis principátûs & poteſtátis.

Sermo ſancti Auguſtíni Epíſcopi.

Ser. 188. in Nat. Dom. §. 2. & 3. aliàs Ser. 25. de Temp.

LECTIO III.

QUas laudes charitáti Dei dicámus, quas grátias agámus? qui nos ita dilexit, ut propter nos fieret in témpore, per quē facta ſunt témpora; & multis ſervis ſuis in mundo minor eſſet ætáte, ipſo mundo antíquior æternitáte: homo fieret, qui hóminem fecit; crearétur ex matre quam creávit, portarétur mánibus quas formávit, súgeret úbera quæ implévit; in præſépi muta vagíret infántia verbum, ſine quo muta eſt humána eloquéntia. Vide, ô homo, quid pro te factus eſt Deus: doctrínam tantæ humilitátis agnoſce, étiam in nondum loquente doctóre... Tu cùm eſſes homo, Deus eſſe voluiſti, ut períres: ille cùm eſſet Deus, homo eſſe vóluit, ut quod períerat, inveníret. Tantùm te preſſit humána ſupérbia, ut te non poſſet niſi humílitas ſubleváre divína.

CANON.

Ex Concílio Mediolanenſi quinto.

An. 1579. part. 3. tit. 6.

DUm ſuperpellíceum, qui amictus ex tela línea conſtat, índuit Cléricus, cógitet quam perſónam ſuſtíneat, nempe à ſórdibus labéque puram, qualem veſtítus ille índicat.

DIE XXXI. DECEMBRIS.

DE OCTAVA.

De Epíſtola beáti Pauli Apóſtoli ad Coloſſenſes.

LECTIO I. c. 3. v. 5.

Induendus novus homo.

MOrtificáte ergo membra veſtra, quæ ſunt ſuper terram; fornicatiónem, immundítiam, libídinem, concupiſcéntiam malam, & avarítiam, quæ eſt ſimulacrórum ſérvitus: propter quæ venit ira Dei ſuper fílios incredulitátis: in quibus & vos ambulaſtis aliquando, cùm viverétis in illis. Nunc autem depónite & vos ómnia; iram, indignatiónē, malítiam, blaſphémiam, turpem ſermónem de ore veſtro. Nolíte mentíri invicem, expoliantes vos véterem hóminem cum áctibus ſuis, & induentes novum, eum qui renovátur in agnitiónem, ſecundùm imáginem ejus qui creávit illum: ubi non eſt Gentílis & Judæus, circumcíſio & præpútium, Bárbarus & Scytha, ſervus & liber; ſed ómnia & in ómnibus Chriſtus.

LECTIO II. c. 3. v. 12.
Pax Christi.

INdúite vos ergo ſicut electi Dei, ſancti, & dilecti, víſcera miſericórdiæ, benignitátem, humilitátem, modéſtiam, patiéntiam: ſupportantes invicem, & donantes vobiſmetipſis, ſi quis adversùs áliquem habet querélam: ſicut & Dóminus donávit vobis, ita & vos. Super ómnia autem hæc, charitátem habéte, quod eſt vínculum perfectiónis: & pax Chriſti exultet in córdibus veſtris, in qua & vocáti eſtis in uno córpore: & grati eſtóte. Verbum Chriſti hábitet in vobis abundanter, in omni ſapiéntia, docentes & commonentes voſmetipſos, pſalmis, hymnis & cánticis ſpirituálibus, in grátia cantantes in córdibus veſtris Deo. Omne quodcumque fácitis in verbo aut in ópere, ómnia in nómine Dñi Jeſu Chriſti, grátias agentes Deo & Patri per ipſum.

Sermo ſancti Fulgéntii Epíſcopi.
Ser. 2. de dupl. Nat. Chriſti.

LECTIO III.

DIlectíſſimi fratres, atténdite magnitúdinem grátiæ, & agnóſcite quid Deus hómini dignátus eſt prærogáre. Chriſtus enim Dei Fílius, de vero Deo Deus verus, & unus cum Patre naturáliter Deus, ſemper ex ſeipſo ſanctos Angelos paſcit; ſed tamen angélicam natúram Dei Fílius non accépit. Ut autem ſuam caritátem Deus commendáret in nobis, Fílius ejus natúram noſtram ſuſcépit ex nobis; & Deus unigénitus, qui panis eſt Angelórum, ut étiam hóminum ſeipſum fáceret panem, ſimul hóminis & ánimam ſuſcépit & carnem. Accépit utramque veram, utramque ſanctam, utramque mundam. Accépit ánimam noſtram ſine iniquitáte: accépit carnem noſtram cum mortalitáte. Accépit ánimam juſtam per quam noſtris animábus juſtítiam rédderet; carnem verò proptérea dignátus eſt habére mortálem, ut ſecundùm ipſam móriens, mortem vínceret, ſecundùm ipſam étiã reſúrgeret, per quam noſtra quoque córpora ſuſcitáret. Magnum myſtérium, dilectíſſimi fratres, magnum divínæ dilectiónis indícium. Homo Deũ contemnens, à Deo diſceſſit: Deus hómines díligens, ad hómines venit. Dilexit ímpium, ut fáceret juſtum: dilexit infirmum, ut fáceret ſanum.

exit perverſum, ut fá- cet rectum: dilexit [illegible]rtuum, ut fáceret vivū.

CANON.

Concílio Tridentíno. [Se]ſ. 14. *de Reform.* c. 6.

[E]Tſi hábitus non facit [M]ónachum, oportet tamen Clericos, veſtes próprio congruentes órdini ſemper deferre; ut per decéntia hábitûs extrínſeci, morum honeſtátem intrínſecam oſtendant.

VESPERÆ habentur de Feſto ſequenti infrà.

DIE I. JANUARII.

IN FESTO CIRCUMCISIONIS DOMINI, ET OCTAVA NATALIS EJUS.

SOLEMNE-MINUS.

IN I. VESPERIS.
Pſalmi de Feriâ.

Ant. O admirábile commércium! *ut in II. Veſp.*

Capitul. Hebr. 2. 16. 17.

NUſquam Angelos apprehendit, ſed ſemen Abrahæ apprehendit. Unde debuit per ómnia frátribus ſimilári, ut miſéricors fieret, & fidélis Póntifex ad Deum.

℟. Deus glóriæ appáruit patri noſtro Abrahæ, * Et dedit illi teſtamentum Circumciſiónis. *Act.* 7. v. 2. 8. ℣. In carne ejus ſtare fecit teſtamentum. *Eccli.* 44. v. 21.* Et dedit. ℣. Glória.* Et dedit.

Hymnus, Umbrâ ſepultis, *ut in II. Veſperis Natalis Domini, p. 295.*

℣. Holocauſtum pro peccáto non poſtulaſti; ℟. Tunc dixi, Ecce vénio. *Pſal.* 39. v. 7. 8.

Ad Magníficat. *Ant.* 8. G. Lex per Móyſen data eſt; grátia & véritas per Jeſum Chriſtum facta eſt, allelúia. *Joan.* 1. 17.

Orat. ut infr. ad Laudes.

Nulla fit commemoratio.

Hâc die poſt Veſperas cantantur in Eccleſiâ Cathedrali Preces dicendæ cras in aliis Eccleſiis. Ant. Confirmáta eſt, *&c. ut infrà, p. 344.*

AD COMPLETOR.
Omnia ut in Pſalterio.

AD OFFIC. NOCT.

Invitatorium. Factum ſub lege Chriſtum, * Veníte, adorémus. *Gal.* 4. 4.

Pſ. Veníte, 2.

Hymnus.

FELIX dies, quam próprio
Jeſus cruóre cónſecrat!
Felix dies, quâ géſtiit
Opus ſalútis ággredi!

VIx natus, ecce lácteum
Profundit Infans ſánguinem;

Libámen

Libámen eſt hoc fúneris,
Amóris hoc prælúdium.
INGRESSUS orbem, jam Patris
Mandáta promptus éxequi,
Statum præóccupat diem;
Et quâ poteſt, fit víctima.
AMORE ſe facit reum,
Pœnaſque ſolvit ínnocens;
Sub lege factus légifer,
A lege nos ut éximat.
QUO Chriſtus ictu læditur,
Lex abrogáta cóncidit;
Et íncipit lex sánctior,
Manſúra ſemper cáritas.
TU, Chriſte, quod non eſt tuum,
Noſtro recíde péctore:
Inſcríbe nomen, íntimis
Inſcríbe legem córdibus.
QUI natus es de Vírgine,
Jeſu, tibi ſit glória;
Summo Patri laus máxima;
Sit par tibi laus, Spíritus.
Amen.

Antiph. Pſal. & Verſus ut in die Natalis Domini.

IN I. NOCTURNO.

De libro Géneſis.

LECTIO I. c. 17. v. 1.

Abrahæ iterantur promiſſiones.

POſtquam verò nonaginta & novem annórum eſſe cœperat Abram, appáruit ei Dóminus; dixitque ad eum: Ego Deus omnípotens; ámbula coram me, & eſto perféctus. Ponamque fœdus meum inter me & te, & multiplicábo te vehementer nimis. Cécidit Abram pronus in fáciem. Dixitque ei Deus: Ego ſum, & pactum meū tecum, eriſque pater multárum géntium. Nec ultrà vocábitur nomen tuum Abram; ſed appelláberis Abraham, quia patrem multárum géntium conſtítui te. Faciamque te creſcere vehementiſſimè, & ponam te in géntibus; regeſque ex te egredientur.

℟. In Chriſto Jeſu circumcíſi ſumus, circumciſióne non manufactâ, * Sed in circumciſióne Chriſti. *Coloſſ.* 2. v. 11. ℣. Memor fuit Dóminus teſtamenti ſui, quód diſpóſuit ad Abraham. *Pſ.* 104. v. 9. * Sed.

LECTIO II. v. 7.

Pactum Dei.

STátuā pactum meum inter me & te, & inter ſemen tuum poſt te in generatiónibus ſuis, fœdere ſempiterno: ut ſim Deus tuus, & ſéminis tui poſt te. Dabóque tibi & ſémini tuo terram peregrinatiónis tuæ, omnem terram Chánaan in poſſeſſiónem æternam, eróque Deus eórum. Dixit íterùm Deus ad Abraham;

Et tu ergo cuſtódies pactum meum, & ſemen tuum poſt te in generatiónibus ſuis. Hoc eſt pactum meum quod obſervábitis inter me & vos, & ſemen tuum poſt te: circumcidétur ex vobis omne maſculínum; & circumcidétis carnē præpútii veſtri, ut ſit in ſignum fœderis inter me & vos.

℟. Novus homo renovátur in agnitiónem ſecundùm imáginem ejus qui creávit illum: * Ubi non eſt Gentílis & Judæus, circumcíſio & præpútium; ſed ómnia & in ómnibus Chriſtus. *Coloſſ.* 3. 10. 11. ℣. Dicit Dn̄s Deus: Quæ prima fuérunt, ecce venérunt; nova quoque ego annúntio. *Iſ.* 42. 9. * Ubi.

LECTIO III. v. 12.

Imperata Circumciſio.

INfans octo diérum circumcidétur in vobis, omne maſculínum in generatiónibus veſtris: tam vernáculus, quàm emptítius circumcidétur; & quicumque non fúerit de ſtirpe veſtra: eritque pactum meum in carne veſtra in fœdus ætérnum. Máſculus, cujus præpútii caro circumciſa non fúerit, delébitur ánima illa de pópulo ſuo: quia pactum meum írritum fecit.

℟. Nos ſumus circumcíſio, * Qui ſpíritu ſervímus Deo, & gloriámur † In Chriſto Jeſu. *Philip.* 3. 3. ℣. Non cum pátribus noſtris iniit pactum, ſed nobiſcum. *Deut.* 5. 3. * Qui. ℣. Glória. † In.

IN II. NOCTURNO.

Sermo ſancti Bernardi Abbátis.

Serm. 1. in Circumciſ. n. 2.

LECTIO IV.

MAgnum & mirábile ſacramentum! Circūcíditur Puer, & vocátur Jeſus. Quid ſibi vult iſta connéxio? Circumcíſio nempe ſalvandi pótiùs quàm Salvatóris eſſe vidétur; & Salvatórem circumcídere decet, quàm circumcídi. Sed agnoſce Mediatórem Dei & hóminum, qui ab ipſo Nativitátis ſuæ exórdio, divínis humána ſóciat, ima ſummis. Náſcitur ex muliére, ſed cui fœcunditátis fructus ſic accédat, ut non décidat flos virginitátis: pannis invólvitur, ſed panni ipſi angélicis láudibus honorantur: abſcónditur in præſépio, ſed próditur radiante ſtellâ de cœlo. Sic & circumcíſio veritátem ſuſceptæ probat humanitátis: & nomen, quod eſt ſuper omne nomen, glóriam índicat majeſtátis.

℟. Deus noviſſimè diébus iſtis locútus eſt nobis

io ; * Qui cùm ſit
lor glóriæ Patris,
uſque ómnia verbo
is ſuæ, tantò mélior
s eſt effectus, quantò
ſntius præ illis no-
ereditávit. ℣. Qui
lávit in ténebris, &
ſt lumen ei, ſperet in
ne Dñi. * Qui cùm
br. 1. 1. 4. *Iſ.* 50. 10.

. E C T I O V.

rcumcíditur, tam-
quam verus Abrahæ
; Jeſus vocátur, tam-
verus Fílius Dei.
e enim ad inſtar
um meus iſte Jeſus
n vácuum aut iná-
rtat. Non eſt in eo
i nóminis umbra,
itas. Cœlitùs ſiqui-
ſitum nomen E-
liſta teſtátur; Quod
um eſt ab Angelo,
uàm in útero con-
tur. Et attende ver-
ofunditátē. Poſtquā
eſt Jeſus, Jeſus vocá-
hominibus, quo nó-
vocátus eſt ab Ange-
iuſquā in útero con-
ſtur. Idem quippe &
li ſalvátor & hómi-
ſed hóminis ab in-
tióne, Angeli ab
creatúræ.
Chriſtus Jeſus ſemet-
exinanívit, formam
accípiens; * Propter
& Deus exaltávit
, & donávit illi no-
quod eſt ſuper om-
ne nomen. *Philip.* 2. 7. 9.
℣. Dedit ſe ut liberáret pópulum ſuum, & acquíreret ſibi nomen ætern ū. 1. *Mach.* 6. 44. * Propter.

LECTIO VI.

ET nos, fratres, circumcídi neceſſe eſt, & ſic nomen ſalútis accípere: circumcídi ſanè non litterâ, ſed ſpíritu & veritáte. Salvátor noſter & circumcídi octávo die, & poſt annum tricéſimum dignátus eſt crucifigi: cujus ſimilitúdini mortis complantámur & nos, ut ſcribit Apóſtolus, nimírùm quod noviſſimè tráditum eſt, obſervantes. Quæ eſt ergo morális circumcíſio noſtra, niſi quam commendat idem Apóſtolus? Victum, ínquiens, & veſtitum habentes, his contenti ſimus. Optimè prorsùs circumcídit nos, & ſupérflua réſecat univerſa, hæc paupertas, pœniténtiæ labor, obſervátio diſciplínæ.

℟. Salvos nos fac, Dómine Deus noſter, * Ut confiteámur nómini ſancto tuo, & gloriémur in laude tua. *Pſal.* 105. 47. ℣. Gloriámur in Chriſto Jeſu, & non in carne fidúciam habentes. *Philip.* 3. 3. * Ut confiteámur nómini ſancto tuo. ℣. Glória. * Ut confiteámur nómini ſancto tuo.

IN III. NOCTURNO.

De Epíſtola beáti Pauli Apóſtoli ad Gálatas.

LECTIO VII. c. 3. v. 7.

Fide ſumus Abrahæ filii.

COgnóſcite ergo, quia qui ex fide ſunt, ii ſunt filii Abrahæ. Próvidens autem Scriptúra, quia ex fide juſtíficat gentes Deus, prænuntiávit Abrahæ; Quia benedicentur in te omnes gentes. Igitur qui ex fide ſunt, benedicentur cum fidéli Abraham. Quicumque enim ex opéribus legis ſunt, ſub maledícto ſunt. Scriptum eſt enim: Maledíctus omnis qui non permánſerit in ómnibus quæ ſcripta ſunt in libro legis, ut fáciat ea. Quóniam autem in lege nemo juſtificátur apud Deum, manifeſtum eſt; quia juſtus ex fide vivit.

℟. In nómine Jeſu omne genu flectátur cœléſtium, terréſtrium & infernórum: * Et omnis lingua confiteátur. *Philip.* 2. 10. 11. ℣. Propter glóriā nóminis tui, Dómine, líbera nos, & propítius eſto peccátis noſtris. *Pſ.* 78. 9. * Et omnis.

LECTIO VIII. v. 21.

Fides Jeſu Chriſti juſtificat.

SI enim data eſſet lex, quæ poſſet vivificáre, verè ex lege eſſet juſtítia. Sed conclúſit Scriptúra ómnia ſub peccáto, ut promíſſio ex fide Jeſu Chriſti darétur credéntibus. Priùs autem quàm veníret fides, ſub lege cuſtodiebámur conclúſi in eam fidem quæ revelanda erat. Itaque lex pædagógus noſter fuit in Chriſto, ut ex fide juſtificémur. At ubi venit fides, jam non ſumus ſub pædagógo. Omnes enim filii Dei eſtis per fidem, quæ eſt in Chriſto Jeſu.

℟. Sit nomen ejus benedíctum in ſécula; * Benedicentur in ipſo omnes tribus terræ. *Pſ.* 71. 17. ℣. Péperit filium ſuum primogénitum, & vocávit nomen ejus Jeſum. *Matth.* 1. 25. * Benedicentur.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Lucam.

LECTIO IX. c. 2. v. 21.

Chriſti circumciſio.

IN illo témpore: Poſtquam conſummáti ſunt dies octo ut circumciderétur Puer, vocátū eſt nomen ejus Jeſus. Et réliqua.

Homília ſancti Cyrilli Alexandríni Epíſcopi.

Homil. in Occ. Domini inter diverſas.

VIdeámus Moſáïcis cedentem légibus; quin pótiùs eum qui divínâ legem majeſtáte ſanxit, ſuis ipſum légibus ſubjectum. Subjécit ita-

nobiſcum legi cerví-
atque id, prudenti
lio benignâque ac-
nodatióne : decébat
eum implére omnẽ
iam. Nam & cùm
formam aſſumpſiſ-
am ob cauſam, ve-
n ſervórum núme-
adſcriptus ratióne
initátis, tributórum
óribus unà cum áliis
chma ſolvit, quam-
ırâ liber eſſet, ac
vectigális ut filius.
ergo illum víderis
re legem, cave of-
ſris; nec inter ſer-
íberum cólloca, ſed
ii consílii altitúdinẽ
s mente réputa. Igi-
ùm octáva dies ad-
ſet, quâ die carnis
mcíſio ex legis præ-
o fieri ſolébat, no-
áccipit, nimírum Je-
quod expónitur, Sa-
ópuli. Sic enim Deus
ter nomināri Fílium
vóluit ex mulíere
dùm carnem géni-
Tunc enim certè fa-
eſt ſalus pópuli; nec
tantùm, ſed mul-
n; quin & ómnium
um, ac univerſæ ter-
ódem ígitur témpo-
cumcíſus eſt, & no-
accépit.
Non eſt in álio áli-
ſalus; * Nec enim
nomen eſt ſub cœ-
tum homínibus, in
quo opórteat nos ſalvos fieri. ℣. Omnis qui invocáverit nomen Dómini, ſalvus erit; * Nec. ℣. Glória. * Nec. *Act.* 4. 12. *Joël.* 2. 32. *Repetit.* Non eſt *uſque ad Verſum.*

Te Deum.

AD LAUDES.

℣. *Sacerd.* Laudábo nomen Dei cum cántico, ℟. Et magnificábo eum in laude. *Pſ.* 68. 31.

Pſal. & Cant. de Nativ. cum Antiph. ſequentibus.

Ant. 8. G. POſtquam conſummáti ſunt dies octo, ut circumciderétur puer: vocátum eſt nomen ejus Jeſus. *Luc.* 2. 21.

Ant. 4. E. Tu, Dómine, pater noſter, redemptor noſter; à ſéculo nomen tuum. *Iſ.* 63. 16.

Ant. 3. à. Tantò mélior Angelis effectus, quantò differéntius præ illis nomen hæreditávit. *Hebr.* 1. 4.

Ant. 5. C. Stabit in fortitúdine Dómini, in ſublimitáte nóminis ſui. *Mich.* 5. 4.

Ant. 7. ç. Redemptor noſter, Dóminus exercítuum nomen illíus, Sanctus Iſraël. *Iſ.* 47. 4.

Capitul. Eccli. 39. 19. 20.

BEnedícite Dñm in opéribus ſuis: date nómini ejus magnificéntiã, & confitémini illi in voce labiórum veſtrórum.

Hymnus, Adeſte vos, *ut ſuprà, p.* 328.

℣. A ſolis ortu uſque ad occáſum, ℟. Laudábile nomen Dómini. *Pſ.* 112. 3.

Ad Benedictus, *Ant.* 6. F. Vocátum eſt ab Angelo nomen ejus Jeſus, priuſquàm in útero conciperétur, allelúia. *Luc.* 2. 21.

Orémus.

DEus, qui pro nobis homo factus, hodiernâ die circumcídi, & Salvatóris nomen accípere voluiſti: concéde propítius, ut carnis renuntiantes opéribus, ſalútis æternæ præmium, per invocatiónem ſancti tui nóminis conſequámur; Qui cum Patre & ſancto Spíritu vivis & regnas, per ómnia ſécula ſeculórum. Amen.

Nulla ſit commemoratio.

AD HORAS.

Pſalmi de Dominica.

AD PRIMAM.

Ant. 8. G. Poſtquàm.

In ℟. *br.* ℣. Qui natus es de María Vírgine.

CANON.

Ex Concílio Florentíno.

An. 1439. *in decret.*

Eugen. IV.

NE in ſolemnitátibus diſpar ſit Chriſtianórum ritus, decérnimus, ut feſta Nativitátis Salvatóris noſtri vigéſimâ quintâ Decembris: Circumciſiónis ejuſdem, primâ Januárii; Epiphániæ, ſextâ ejuſdem Januárii; Præſentatiónis Dómini in templo, ſecundâ Februárii, débeant ſolémniter celebrári.

AD TERTIAM.

Ant. 4. E. Tu, Dómine.

Capitul. 2. Tim. 2. 19.

FIrmum fundamentum Dei ſtat, habens ſignáculum hoc: Cognóvit Dóminus, qui ſunt ejus; & diſcédat ab iniquitáte, omnis qui nóminat nomen Dómini.

℟. *br.* Sic benedícam te in vita mea, * Allelúia, allelúia. *Repet.* Sic. ℣. Et in nómine tuo levábo manus meas. * Allelúia, allelúia. ℣. Glória. *Repetit.* Sic benedícam. *Pſal.* 62. 5.

℣. In Deo laudábimur totâ die, ℟. Et in nómine tuo confitébimur in ſéculum. *Pſ.* 43. 9.

AD SEXTAM.

Ant. 3. à. Tantò mélior.

Capitulum. Act. 4. 12.

NOn eſt in álio áliquo ſalus; nec áliud nomen eſt ſub cœlo datum homínibus, in quo opórteat nos ſalvos fíeri.

℟. *br.* Sanctum & terríbile nomen ejus, * Allelúia, allelúia. *Repet.* Sanctum. ℣. Inítium ſapiéntiæ timor Dómini. * Al-

lelúia, allelúia. ℣. Glória. *Repet.* Sanctum. *Pſ.* 110. 9. 10.

℣. Exaltátum eſt nomen ejus ſolíus; ℟. Conféſſio ejus ſuper cœlum & terram. *Pſ.* 148. 13. 14.

AD NONAM.

Ant. 7. c. Redemptor.

Capitulum. Hebr. 13. 15.

PEr Jeſum offerámus hóſtiam laudis ſemper Deo, id eſt, fructum labiórum confiténtium nómini ejus.

℟. *br.* In eo lætábitur cor noſtrum, * Allelúia, allelúia. *Repet.* In eo. ℣. Et in nómine ſancto ejus ſperávimus, * Allelúia, allelúia. ℣. Glória. *Repet.* In eo. *Pſ.* 32. 21.

℣. Lætábimur in ſalutári tuo, ℟. Et in nómine Dei noſtri magnificábimur. *Pſ.* 19. 6.

AD II. VESPERAS.

Pſal. Dixit, *p.* 30. Laudáte, púeri, *p.* 31. Lætátus ſum, *p.* 77. Niſi Dóminus, *p.* 99. Lauda, Jeruſalem, *p.* 111. *cum Antiph. ſequentibus.*

Ant. 6. F. O Admirábile commércium: Creátor géneris humáni, animátum corpus ſumens, de vírgine naſci dignátus eſt; & procédens homo ſine sémine, largítus eſt nobis ſuam deitátem.

Ant. 3. a. Quando natus es ineffabíliter ex vírgine, tunc implétæ ſunt Scriptúræ; ſicut plúvia in vellus deſcendiſti, ut ſalvum fáceres genus humánum: te laudámus, Deus noſter.

Ant. 4. f. Rubum quem víderat Móyſes incombuſtum, conſervátam agnóvimus tuam laudábilem virginitátem: Dei génitrix, intercéde pro nobis.

Ant. 1. f. Germinávit radix Jeſſe; orta eſt ſtella ex Jacob; virgo péperit Salvatórem: te laudámus, Deus noſter.

Ant. 5. a. Ecce María génuit nobis Salvatórem, quem Joannes videns exclamávit, dicens: Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccáta mundi, allelúia.

Capitulum. Tit. 2.

APpáruit grátia Dei ſalvatóris noſtri ómnibus homínibus, erúdiens nos, ut abnegantes impietátem & ſeculária deſidéria, ſóbriè, & juſtè, & piè vivámus in hoc ſéculo.

Hymnus & Verſus ut in die Nat. Dom. p. 295.

Ad Magníficat, *Ant.* 2. D. In Chriſto habémus redemptiónem per ſánguinem ejus, remiſſiónem peccatórum, qui eſt imágo Dei inviſíbilis, primogénitus omnis creatúræ. *Coloſſ.* 1. 14. 15.

Orat. ut ſup. ad Laudes.

Commem. S. Baſilii, Epiſcopi & Eccleſiæ Doctoris, ut in Proprio Sanctorum.

Hac die POST VESP.

Ad grates Deo referendas pro beneficiis receptis, & per annum inchoantem nova poſtulanda, dicuntur ſequentia.

Ant. 5. C. Confirmáta eſt.

PSALMUS 116.

LAudáte Dóminum, omnes gentes; * laudáte eum, omnes pópuli:

Quóniam confirmáta eſt ſuper nos miſericórdia ejus; * & véritas Dómini manet in æternum.

Glória Patri, &c.

Ant. Confirmáta eſt ſuper nos miſericórdia ejus.

Capitulum. Gal. 6. 9.

BOnum facientes non deficiámus; témpore enim ſuo metémus non deficientes: ergo dum tempus habémus, operémur bonum.

Hymnus.

LApsus eſt annus; redit annus alter:
Vita ſic mutis fugit acta pennis:
Tu, Deus, curſum moderáris unus
Arbiter ævi!

Gens tuis plaudit cumuláta donis,
Et tibi ſupplex nova dona poſcit;
Rex quibus vivat, quibus & perennes
Regnet in annos.

Te rogant cives alimenta ſana,
Fínibus morbos pátriis repellas,
Longa ſecúræ réferas benignus
Cómmoda pacis.

Postulant culpas véniâ relaxes,
Límites arctos vítiis repónas,
Poſt graves pugnas tua det ſalúbrem
Déxtera palmam.

Ad ſacras aras, quibus obligémur,
Cum Deo fas ſit renováre fœdus;
Tu, Dei nati Génitrix, adeſto
Fœderis obſes.

¶ *Ad Strophen ſequentem vertitur Chorus ad altare.*

Noxiæ vitæ máculas peróſi,
Cor, Deus, noſtrum tibi devovémus;
Da bonos annos, facilemque patris
Indue vultum.

Dum dies currunt, redeunt & anni,
Et gradu certo ſibi ſecla cedunt;
Débitas laudes Tríadi ſupremæ
Cóncinat orbis.
Amen.

℣. Propítius eſto, Dómine, peccátis noſtris, ℟. Propter nomen tuum.

℣. Ora pro nobis, ſancta Dei Génitrix, ℟. Ut

digni efficiámur promiſſiónibus Chriſti.

℣. Dñe, ſalvum fac Regẽ; ℟. Et exaudi nos in die quâ invocavérimus te.

℣. Dómine, exaudi oratiónem meam, ℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobiſcum, ℟. Et cum ſpíritu tuo.

Oremus.

DEus, qui vitæ humánæ díſpares vices moderáris ſapiéntiâ, & benignitáte ſanctíficas: dum exit & redit annus, déxteram ſuper Regẽ noſtrum & ſuper nos extende propítiam; ut qui pro acceptis donis grátias ágimus, te miſerante, & beátâ Fílii tui genitríce intercedente Maríâ, cum uberióribus auxíliis pacẽ aſſequámur æternam; Per Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum Fílium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitáte Spíritûs ſancti Deus.

℣. Dóminus vobiſcum, ℟. Et cum ſpíritu tuo.

℣. Benedicámus Dómino, ℟. Deo grátias.

Deinde ſubmiſſâ voce, Benedícat & cuſtódiat nos omnípotens & miſéricors Dóminus, Pater, & Fílius, & Spíritus ſanctus. ℟. Amen.

Et Fidélium ánimæ per miſericórdiã Dei requieſcant in pace. ℟. Amen.

Deinde dicitur Completorium ut in die Natalis Domini.

DOMINICIS A Circumciſione ad Præſentationem Dómini.

(*Niſi priùs occurrat Septuag.*)

PRIDIE AD VESPERAS. Ant. & Pſalmi de pſalt. niſi aliter notetur.

Capitulum. Iſai. 32. 18.

SEdebit pópulus meus in pulchritúdine pacis, & in tabernáculo fidúciæ, & in réquie opulentâ, dicit Dóminus.

Hymnus. S. V.

FAc, Chriſte, noſtrî grátiâ
Defuncte tot labóribus,
Ut mente purâ, ſic piis
Hos prædicári cántibus.

CASTÆ parentis in ſinu
Inclúſus ardébas pati;
Æternus ut diſcas mori,
Mortále corpus índuis.

VIX natus, imbellis puer,
Acúta ſentis frígora;
En vile pro molli thoro,
Fœnum tibi ſuppónitur.

AMORE te facis reum;
Fers ſponte pœnas innocens;
Nec éximis te légibus,
Suprémus ipſe légifer.

QUI primus excíſâ cruor
E parte ſtillat córporis,
Membris micans ex ómnibus
Torrentis inſtar próruet.

Qui mucro lactentes necat,
Idem tuum pectus fodit;
Et quo cadébant párvuli,
Hoc tu cadébas vúlnere.

Exul Deus promptâ fugâ,
Tuæ ſalúti cónſulis;
Intras Pharon verax Deus,
Mixtus diis mendácibus.

Sit laus Patri; laus Fílio,
Qui natus eſt de Vírgine:
Quo Virgo fit puérpera,
Sit par tibi laus, Spíritus.
Amen.

℣. Tibi dixit cor meum; exquisívit te fácies mea:
℟. Fáciem tuam, Dómine, requíram. *Pſ.* 26. 8.

Ad Magníficat. *niſi aliter notetur. Ant.* 7. d. Regnábit in domo Jacob in æternum, & regni ejus non erit finis. *Luc.* 1. 32.

Oratio Dominicæ ſeq.

Fit Comm. Beatæ Mariæ, Beátus venter. *ut in Pſalterio, pag.* 176.

AD COMPLETOR.

Ut in Pſalterio.

AD OFFIC. NOCT.

Invit. Jeſum de Maríâ natum, * Veníte, adorémus. *Matth.* 1. 16.

Pſalm. Veníte. 2.

Hymnus.

Verbum quod ante ſécula
Sinu paterno náſceris,
Recens homo ſub témpore
E Vírginis prodis ſinu.

Fatale rumpis vínculum,
Quo nos Adámus néxuit:
Reddes quod ille pérdidit:
Spes illa tecum náſcitur.

Jam dura diſcis pérpeti,
Quæ ferre par ſontes fuit;
Orbis ſalúti, flétibus
Prælúdis in cunis puer.

Fis pauper, indigéntiâ
Et nos tuâ ditéſcimus:
Luges, tuis & láchrymis
Totum lavas mundi ſcelus.

Pannis opertus vílibus
Lates, recumbens in ſpecu:
Homo ſuperbis! & Deum
Panni, ſpecus non dédecent.

Sit laus Patri; laus Fílio,
Qui natus eſt de Vírgine:
Quo Virgo fit puérpera,
Sit par tibi laus, Spíritus.
Amen.

Pſalm. Ant. & Verſus, ut in Pſalterio. Lectiones, & ℟. ℟. ℟. ut in qualibet Dominicâ.

AD LAUDES.

℣. *Sacerd.* Benedictus qui venit in nómine Dómini; ℟. Deus Dóminus, & illuxit nobis. *Pſ.* 117. 26.

1. a. *Ant.* PEperit María fílium ſuum primogénitum, & pannis eum involvit. *Luc.* 2. 7.

Ant. 2. D. Paſtóres invenérunt Maríam & Joſeph, & infantem póſitum in præſépio. *Luc.* 2. 16.

Ant. 3. a. Videntes cognovérunt de verbo quod

dictum erat illis de púero hoc. *Luc.* 2. 17.

Ant. 5. C. Erat pater Jeſu & mater ejus, mirantes ſuper his quæ dicebantur de illo. *Luc.* 2. 33.

Ant. 7. c. Puer creſcébat & confortabátur, plenus ſapiéntiâ; & grátia Dei erat in illo. *Luc.* 2. 40.

Capitul. Tit. 2. 11. 12.

APpáruit grátia Dei Salvatóris noſtri ómnibus homínibus, erúdiens nos, ut abnegantes impietátem & ſeculária deſidéria, ſóbriè & juſtè & piè vivámus in hoc ſéculo.

Hymnus.

ADeste, vos ô Cœlites;
Adeſte, mortáles ſimul:
Dat ecce vobis párvulus
Magnum puer ſpectáculum.

O dulcis! O lactens puer!
Quo priſtinus ceſſit decor?
Ingens tibi cœlum, domus;
Viliſque ſub tecto lates.

Qui lætus in ſinu Patris
Æterna guſtas gáudia;
Nunc mœſtus in terris doles,
Nec flere te pudet Deum.

Quæ fulmen horrendum tenens
Cœlos trementes cóncutit,
Circumvolúta fáſciis
Captíva ſtríngitur manus.

Hanc ſponte vinclis ílligas,
Ut noſtra ſolvas víncula;
Et ſponte fundis lácrymas,
Quæ noſtra delent crímina.

Sit laus Patri: laus Fílio,
Qui natus eſt de Vírgine:
Quo Virgo fit puérpera,
Sit par tibi laus, Spíritus.
Amen.

℣. Exultábo manè miſericórdiam tuam;
℟. Quia factus es ſuſceptor meus. *Pſ.* 58. 17.

Ad Benedictus. *Ant. & Oratio ut in quâlibet Dominica.*

Fit commemor. de Beata Maria, ut in Pſalterio.

AD PRIMAM.

Doxologia. Qui natus es de Vírgine &c. *Et ſic ad alias horas.*

Ant. 1. a. Péperit.

Capitul. ut in Pſalterio.

In ℟. *br.* ℣. Qui natus es de María Vírgine.

Canon ut in quâlibet Dominicâ.

AD TERTIAM.

Ant. 2. D. Paſtóres.

Capit. 1. Joan. 5. 9. 10.

DEus teſtificátus eſt de Fílio ſuo: qui credit in Fílium Dei, habet teſtimónium Dei in ſe.

℟. *br.* Ecce cognóvi quóniam Deus meus es. *Rep.* Ecce. ℣. In Deo lau-

dábo verbum.* Quóniam. ℣. Glória. *Rep.* Ecce. *Pſ.* 55. 10. 11.

℣. Tu es Deus ſalvátor meus; ℟. Et te ſuſtínui totâ die. *Pſ.* 24. 5.

AD SEXTAM.

Ant. 3. a. Videntes.

Capitulum. 1. Joan. 4. 2.

OMnis Spíritus qui confitétur Jeſum Chriſtum in carne veniſſe, ex Deo eſt.

℟. *br.* Tu es ipſe * Rex meus & Deus meus. *Rep.* Tu es. ℣. Qui mandas ſalútes Jacob. * Rex. ℣. Glória. *Rep.* Tu es. *Pſ.* 43. 5.

℣. Deus ſuſceptor meus; ℟. Deus meus, miſericórdia mea. *Pſ.* 58. 18.

AD NONAM.

Ant. 7. c. Puer.

Capitulum. 1. Joan. 5. 20.

SCimus quóniam Fílius Dei venit, & dedit nobis ſenſum, ut cognoſcámus verum Deũ, & ſimus in vero Fílio ejus.

℟. *br.* Exultábit cor meum, * In ſalutári tuo, Dómine. *Rep.* Exultábit. ℣. Cantábo Dómino, qui bona tríbuit mihi: * In ſalutári. ℣. Glória. *Rep.* Exultábit. *Pſ.* 12. 6.

℣. Ipſe Deus meus, ℟. Et ſalutáris meus. *Pſ.* 61. 3.

AD VESPERAS.

Ant. de Laudibus. Pſal. de Pſalterio.

Capitul. 2. Tim. 1. 9. 10.

SEcundùm propóſitum Dei, grátia data eſt nobis in Chriſto Jeſu ante témpora ſeculária: maniſeſtáta eſt autem nunc, per illuminatiónem Salvatóris noſtri Jeſu Chriſti.

Hymnus. Fac, Chriſte. *ut ſuprà*, 345.

℣. Tibi dixit cor meum; exquiſívit te fácies mea: ℟. Fáciem tuam, Dómine, requíram. *Pſ.* 26. 8.

Ad Magníficat. *Ant. & Or. ut in quâlibet Dominicâ.*

Fit Commemor. beatæ Mariæ, ut in Pſalterio.

AD COMPLETOR.

Ut in Pſalterio.

IN FERIIS.

A Circumciſione ad Præſentationem Domini.

(*Niſi priùs occurrat Sept.*)

AD OFFIC. NOCT.

Invitat. & Hymnus, ut ſuprà in Dominicis. p. 346.

Ant. Pſalm. & Verſus de Pſalterio. Lectiones de Script. occurrente. ℟. ℟. ℟. *ut indicantur in qualibet Feria.*

AD LAUDES.

℣. *Sacerd.* Benedictus qui venit in nómine Dómini; ℟. Deus Dóminus, & illuxit nobis. *Pſ.* 117. 26.

Ant. & Pſalm. de Pſalterio. Capitulum, Hymn. & ℣. ut in Dominicis, pag. 347.

Ad Benedictus. *Ant.*

℣. 2. Vitam æternam dedit nobis Deus, & hæc vita in Fílio ejus eſt. 1. *Joan.* 5. 11.

Oratio Dominicæ præcedentis.

Com. de Virg. Deipara.

AD HORAS, Pſalm. & Antiph. de Pſalterio. Capitul. ℟. ℟. ℟. *br. & verſ. ut ſuprà in Dominicis. p.* 347. *&* 348. *Canon ut in qualibet Feria.*

AD VESPERAS.

Pſalm. & Ant. de Pſalterio. Capit. Hymn. & ℣. *ut ſuprà in Dominicis. pag.* 348.

Ad Magníficat. *Ant.* J. Jeſus proficiébat ſapiéntiâ & ætáte & grátiâ apud Deum, & apud hómines. *Luc.* 2. 52.

Oratio Dominicæ præcedentis.

Com. de Virg. Deiparâ.

AD COMPLETOR.

Ut in Pſalterio.

DOMINICA

Inter Circumciſionem & Epiphaniam.

Omnia ut ſuprà in Dominicis à Circumciſione ad Præſentationem Domini, pag. 345. *exceptis quæ ſequuntur.*

IN I. NOCTURNO.

De Iſaía Prophéta.

LECTIO I. c. 65. v. 13.

Servorum Dei lætitia.

HÆc dicit Dóminus Deus: Ecce ſervi mei cómedent, & vos eſuriétis; ecce ſervi mei bibent, & vos ſitiétis: ecce ſervi mei lætábuntur, & vos confundémini: ecce ſervi mei laudábunt præ exultatióne cordis; & vos clamábitis præ dolóre cordis, & præ contritióne ſpíritûs ululábitis. Et dimittétis nomen veſtrum in juramentum electis meis: & interfíciet te Dóminus Deus, & ſervos ſuos vocábit nómine álio: in quo qui benedictus eſt ſuper terram, benedicétur in Deo amen; & qui jurat in terra, jurábit in Deo amen: quia oblivióni tráditæ ſunt angúſtiæ prióres, & quia abſcónditæ ſunt ab óculis meis.

℟. Miſericórdia & véritas obviavérunt ſibi; juſtítia & pax oſculátæ ſunt: * Véritas de terra orta eſt, & juſtítia de cœlo proſpexit. *Pſal.* 84. 11. 12. ℣. Vita manifeſtáta eſt quæ erat apud Patrem, & appáruit nobis. 1. *Joan.* 1. 2. * Véritas.

LECTIO II. v. 17.

Vox fletûs & clamoris procul.

ECce enim ego creo cœlos novos & terram novam: & non erunt in memória prióra, & non aſcendent ſuper cor. Sed gaudébitis & exultábitis uſque in ſempiter-

IN III. NOCTURNO.

De Epiſtola ſecunda beáti Joannis Apóſtoli.

Lectio vii. v. 1.

In charitate ambulandum.

SEnior Electæ dóminæ, & natis ejus, quos ego díligo in veritáte; & non ego ſolus, ſed & omnes qui cognovérunt veritátem; propter veritátem, quæ pérmanet in nobis, & nobiſcum erit in æternum. Sit vobiſcum grátia, misericórdia, pax à Deo Patre & à Chriſto Jeſu Fílio Patris, in veritáte & charitáte. Gavíſus ſum valdè, quóniam invéni de fíliis tuis ambulantes in veritáte, ſicut mandátum accépimus à Patre. Et nunc rogo te, dómina, non tamquam mandátum novum ſcribens tibi, ſed quod habúimus ab inítio: ut diligámus altérutrum.

℟. Hic eſt Deus, Deus noſter in æternum, & in ſéculum ſéculi; * Ipſe reget nos in ſécula. *Pſal.* 47. 15. ℣. Prophéta magnus ſurrexit in nobis. *Luc.* 7. 16. * Ipſe.

Lectio viii. v. 6.

In doctrina Chriſti ambulandum.

HÆc eſt cháritas, ut ambulémus ſecundùm mandáta ejus. Hoc eſt enim mandátum, ut quemádmodum audiſtis ab inítio, in eo ambulétis; quóniam multi ſeductóres exiérunt in mundum, qui non confitentur Jeſum Chriſtum veniſſe in carnem: hic eſt ſedúctor & antichriſtus. Vidéte voſmetipſos, ne perdátis quæ operáti eſtis, ſed ut mercédem plenam accipiátis. Omnis qui recédit, & non pérmanet in doctrína Chriſti, Deum non habet: qui pérmanet in doctrína, hic & Patrem & Fílium habet. Si quis venit ad vos, & hanc doctrínam non affert, nolíte recípere eum in domum, nec Ave ei dixéritis. Qui enim dicit illi Ave, commúnicat opéribus ejus malignis.

℟. Dómine, ad quem íbimus? verba vitæ ætérnæ habes: * Et nos crédidimus & cognóvimus quia tu es Chriſtus Fílius Dei. *Joan.* 6. 69. ℣. Nos cognóvimus, quóniam non eſt Deus præter te Dñs. *Eccli.* 36. 15. * Et nos.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Matthæum.

Lectio ix. *cap.* 2. 13.

Fuga in Ægyptum.

IN illo témpore: Ecce Angelus Dómini appáruit in ſomnis Joſeph, dicens: Surge, & áccipe púerum, & matrem ejus, & fuge in Ægyptum. Et réliqua.

ilia ſancti PetriChri-
ilogi. *Serm.* 150.
:llicóſus quòd in bel-
ɔ fugit, artis eſt,
imóris. Deus quan-
git hóminem, ſacra-
i eſt, non pavóris.
ns, quando ſe ſub-
infirmo, inſequen-
non pavet, ſed foris
ícit: vult enim in
o víncere, qui públi-
:upit ex hoſte referre
riam; occultum ſe
pátitur iníre confli-
, qui mandáre ſuum
is vult triumphum.
ſta victória, vir-
ie latens, exemplum
ris non relinquunt.
eſt quòd Chriſtus
, ut cedat témpori,
Heródi: neque enim
em fugit, qui vénerat
ſte reportáre victó-
. Non humánas insí-
expaveſcit, qui totas
rat diabólicæ fraudis
re verſútias: neque
tunc tímuit, quando
ıs, & ſecundùm hó-
:m timére neſcívit,
:cundùm Deum non
it timére.

ix. Tantùm in te
)eus, & non eſt abſ-
:e Deus: * Verè tu
Deus abſcónditus,
eus Iſraël Salvátor.
5. 14. 15. ℣. Tu es
ſtus Filius Dei vivi,
in hunc mundum ve-
, *Joan.* 11. 27. * Ve-
rè. ℣. Glória. † Deus.

AD LAUDES.

Omnia ut ſuprà in Dominicis, pag. 346.

℣. Exultábo manè miſericórdiam tuam, ℟. Quia factus es ſuſceptor meus. *Pſal.* 58. 17.

Ad Benedictus, *Ant.* 3. a. Ecce Angelus Dómini appáruit in ſomnis Joſeph, dicens: Surge, & áccipe púerum, & matrem ejus: & fuge in Ægyptum. *Matt.* 2. 13.

Orémus.

DEus, qui in Unigénito tuo novam creatúram nos tibi eſſe feciſti: cuſtódi ópera miſericórdiæ tuæ, & ab ómnibus nos máculis vetuſtátis emunda; ut per auxílium grátiæ tuæ, in illíus inveniámur forma, in quo tecum eſt noſtra ſubſtántia; Qui tecum vivit, &c.

Fit commem. de Beatâ; ut in Pſalterio, pag. 16.

AD HORAS, omnia ut in Dominicis à Circumciſione ſuprà p. 347. *&* 348. *Canon ut notatur in die, quâ fit Officium de Dominica.*

AD VESPERAS.

Pſalm. de Pſalt. Ant. & Hymnus ut ſuprà, p. 348.

℣. Tibi dixit cor meũ; exquisívit te fácies mea: ℟. Fáciem tuam, Dómine, requíram. *Pſal.* 26. 8.

Ad Magníficat. *Ant.* 5. C. Seceſſit in Ægyptum, ut adimplerétur quod dictum eſt à Dómino per Prophétam dicentem: Ex Ægypto vocávi Fílium meum. *Matth.* 2. v. 14. 15.

Oratio ut ſuprà ad Laudes.

DIE II. JANUARII.

Incipit Epíſtola beáti Pauli Apóſtoli ad Gálatas.

LECTIO I. c. 1. v. 1.

Chriſtus ſe dedit pro peccatis.

PAulus Apóſtolus non ab homínibus, neque per hóminem, ſed per Jeſum Chriſtum, & Deum Patrem, qui ſuſcitávit eum à mórtuis; & qui mecum ſunt omnes fratres, Eccléſiis Galátiæ: Grátia vobis & pax à Deo Patre, & Dómino noſtro Jeſu Chriſto, qui dedit ſemetipſum pro peccátis noſtris, ut eríperet nos de præſenti ſéculo nequam, ſecundùm voluntátem Dei & Patris noſtri, cui eſt glória in ſécula ſeculórum: Amen. Miror quòd ſic tam citò transferímini ab eo qui vos vocávit in grátiam Chriſti, in áliud Evangélium: quod non eſt áliud, niſi ſunt áliqui, qui vos conturbant, & volunt convértere Evangélium Chriſti. Sed licèt nos, aut Angelus de cœlo evangelízet vobis præterquàm quod evangelizávimus vobis, anathéma ſit.

Reſponſoria Dominicæ inter Circumciſionem & Epiphaniam juxta Feriam.

LECTIO II. v. 10.

Verus Chriſti ſervus.

MOdò enim homínibus ſuádeo, an Deo? An quæro homínibus placére? Si adhuc homínibus placérem, Chriſti ſervus non eſſem. Notum enim vobis fácio, fratres, Evangélium, quod evangelizátum eſt à me, quia non eſt ſecundùm hóminem. Neque enim ego ab hómine accépi illud neque dídici, ſed per revelatiónem Jeſu Chriſti. Audiſtis enim converſatiónem meam aliquando in Judaïſmo: quóniam ſupra modum perſequébar Eccléſiam Dei, & expugnábam illam, & proficiébam in Judaïſmo ſupra multos coetáneos meos in génere meo, abundántiùs æmulátor exiſtens paternárum meárum traditiónum. Cùm autem plácuit ei qui me ſegregávit ex útero matris meæ, & vocávit per grátiam ſuam, ut reveláret Fílium ſuum in me, ut evangelizárem illum in Géntibus: continuò non acquiévi carni & sánguini.

'IO III. c. 2. v. 16.
catio per Chriſtum.
:ientes autem quòd
on juſtificátur homo
éribus legis, niſi per
ı Jeſu Chriſti: & nos
ıriſto Jeſu crédimus,
ıſtificémur ex fide
ti, & non ex opéri-
egis: propter quòd
éribus legis non ju-
ibitur omnis caro.
l ſi quærentes juſti-
in Chriſto, inventi
s & ipſi peccatóres,
uid Chriſtus peccá-
niſter eſt? Abſit. Si
quæ deſtruxi, íterùm
edífico: prævarica-
ı me conſtítuo. Ego
per legem legi mór-
ſum, ut Deo vivam:
to confixus ſum cru-
ivo autem, jam non
vivit verò in me
tus. Quòd autem
vivo in carne, in fide
Fílii Dei qui dilexit
& trádidit ſemetip-
ro me. Non abjício
m Dei. Si enim per
ı juſtítia, ergo gratìs
tus mórtuus eſt.

C A N O N.

tatútis ſynodálibus
:eſis Carcaſſonenſis.
nno 1272. *cap.* 1.
Lérici tonſúram &
corónam hábeant
uenté....clauſa défe-
déſuper indumenta,
i brevitáte aut lon-
ine non notanda.

DIE III. JANUARII.

Incipit Epíſtola beáti Pauli Apóſtoli ad Ephéſios.

LECTIO I. c. 1. v. 1.

Per Chriſtum collata beneficia.

PAulus Apóſtolus Jeſu Chriſti per voluntátem Dei, ómnibus ſanctis qui ſunt Epheſi, & fidélibus in Chriſto Jeſu: Grátia vobis & pax à Deo Patre noſtro, & Dómino Jeſu Chriſto. Benedictus Deus & pater Dómini noſtri Jeſu Chriſti, qui benedixit nos in omni benedictióne ſpirituáli in cœléſtibus in Chriſto, ſicut elégit nos in ipſo ante mundi conſtitutiónem, ut eſſémus ſancti & immaculáti in conſpectu ejus in charitáte: qui prædeſtinávit nos in adoptióné filiórum per Jeſum Chriſtum in ipſum, ſecundùm propóſitum voluntátis ſuæ, in laudem glóriæ grátiæ ſuæ, in qua gratificávit nos in dilecto Fílio ſuo. In quo habémus redemptiónem per ſánguinem ejus, remiſſiónem peccatórum ſecundùm divítias grátiæ ejus, quæ ſuperabundávit in nobis in omni ſapiéntia & prudéntia: ut notum fáceret nobis ſacramentum voluntátis ſuæ, ſecundùm beneplácitum ejus quod propóſuit in

eo, in diſpenſatióne plenitúdinis témporum, inſtauráre ómnia in Chriſto, quæ in cœlis & quæ in terra ſunt, in ipſo.

LECTIO II. v. 11.

In Chriſto ſumus prædeſtinati.

IN quo étiam & nos ſorte vocáti ſumus, prædeſtináti ſecundùm propóſitum ejus qui operátur ómnia ſecundùm conſílium voluntátis ſuæ; ut ſimus in laudem glóriæ ejus, nos qui antè ſperávimus in Chriſto: in quo & vos, cùm audiſſétis verbum veritátis (Evangélium ſalútis veſtræ) in quo & credentes ſignáti eſtis Spíritu promiſſiónis ſancto, qui eſt pignus hæreditátis noſtræ, in redemptiónem acquiſitiónis, in laudem glóriæ ipsíus. Proptérea & ego áudiens fidē veſtram quæ eſt in Dómino Jeſu, & dilectiónem in omnes ſanctos: non ceſſo grátias agens pro vobis, memóriam veſtrî fáciens in oratiónibus meis; ut Deus, Dómini noſtri Jeſu Chriſti pater glóriæ, det vobis ſpíritum ſapiéntiæ & revelatiónis in agnitióne ejus.

LECTIO III. v. 22.

In Chriſto juſtificamur.

OMnia ſubjécit ſub pédibus ejus: & ipſum dedit caput ſupra omnem Eccléſiam, quæ eſt corpus ipsíus & plenitúdo ejus, qui ómnia in ómnibus adimplétur. Et vos, cùm eſſétis mórtui delíctis & peccátis veſtris, in quibus aliquando ambulaſtis ſecundùm ſéculum mundi hujus, ſecundùm príncipem poteſtátis áëris hujus, ſpíritûs qui nunc operátur in filios diffidéntiæ: in quibus & nos omnes aliquando converſáti ſumus in deſidériis carnis noſtræ, facientes voluntátem carnis & cogitatiónum, & erámus natúrâ filii iræ, ſicut & céteri: Deus autem, qui dives eſt in miſericórdia, propter nímiam charitátem ſuam, quâ diléxit nos, & cùm eſſémus mórtui peccátis, convivificávit nos in Chriſto, (cujus grátiâ eſtis ſalváti,) & conreſuſcitávit, & conſedére fecit in cœléſtibus in Chriſto Jeſu; ut oſténderet in ſéculis ſuperveniéntibus abundantes divítias grátiæ ſuæ in bonitáte ſuper nos in Chriſto Jeſu.

CANON.

Ex Concílio Mediolanenſi primo.

An. 1565. part. 2. c. 23.

NE in hábitu clericáli, aut ſtudióſiùs exquiſíta cultûs elegántia, aut nimis abjecta negligéntia & affectátæ ſordes appá-

reant. In omni hábitu color tantùm niger adhibeátur.

DIE IV. JANUARII.

De Epíſtola beáti Pauli Apóſtoli ad Ephéſios.

LECTIO I. c. 2. v. 13.

Chriſtus pax noſtra.

NUnc autē in Chriſto Jeſu, vos, qui aliquando erátis longè, facti eſtis propè in sánguine Chriſti. Ipſe enim eſt pax noſtra, qui fecit útraque unum, & médium paríetem macériæ ſolvens, inimicítias in carne ſua: legem mandatórum decrétis evácuans, ut duos condat in ſemetipſo in unum novum hóminem, fáciens pacem; & reconcíliet ambos in uno córpore Deo per crucem, interficiens inimicítias in ſemetipſo. Et véniens evangelizávit pacem vobis, qui longè fuiſtis; & pacē iis qui propè. Quóniam per ipſum habémus acceſſum ambo in uno Spíritu ad Patrem. Ergo jam non eſtis hóſpites & ádvenæ; ſed eſtis cives ſanctórum & doméſtici Dei: ſuperædificáti ſuper fundamentum Apoſtolórum & Prophetárū, ipſo ſummo angulári lápide Chriſto Jeſu.

LECTIO II. c. 3. v. 14.

Chriſtus habitans in cordibus.

FLecto génua mea ad Patrem Dómini noſtri Jeſu Chriſti, ex quo omnis patérnitas in cœlis & in terra nominátur, ut det vobis ſecundùm divítias glóriæ ſuæ, virtúte corroborári per Spíritum ejus in interiórem hóminem, Chriſtum habitáre per fidem in córdibus veſtris: in charitáte radicáti & fundáti, ut poſsítis comprehéndere cum ómnibus ſanctis quæ ſit latitúdo, & longitúdo, & ſublímitas, & profundum: ſcire étiam ſupereminentem ſciéntiæ charitátem Chriſti, ut impleámini in omnem plenitúdinem Dei. Ei autem qui potens eſt ómnia fácere ſuperabundanter quàm pétimus, aut intellígimus, ſecundùm virtútem quæ operátur in nobis: ipſi glória in Eccléſia & in Chriſto Jeſu, in omnes generatiónes ſéculi ſeculórum: Amen.

LECTIO III. c. 4. v. 32.

Chriſtus imitandus.

EStóte autem ínvicem benigni, miſericordes, donantes ínvicem, ſicut & Deus in Chriſto donávit vobis. Eſtóte ergo imitatóres Dei, ſicut fílii charíſſimi; & ambuláte in dilectióne, ſicut & Chriſtus diléxit nos, & trádidit ſemetipſum pro nobis oblatiónem & hóſtiam Deo in odórē ſuavitátis. Fornicátio autem

& omnis immundítia, aut avarítia, nec nominétur in vobis, ſicut decet ſanctos; aut turpitúdo, aut ſtultilóquium, aut ſcurrílitas, quæ ad rem non pértinet; ſed magis gratiárũ áctio. Hoc enim ſcitóte intelligentes, quòd omnis fornicátor, aut immundus, aut avárus, quod eſt idolórum ſérvitus, non habet hæreditátem in regno Chriſti & Dei.

CANON.

Ex Concílio Aquiſgranenſi.

An. 816. *lib.* 1. *cap.* 124.

Sunt quidam, quibus omnis cura eſt de véſtibus; ſi bene óleant; ſi pes laxâ pelle non fólleat: crines calamiſtri veſtígio rotantur. . . . Tales cùm víderis, ſponſos magis æſtimáto, quàm Cléricos.

DIE V. JANUARII.

IN VIGILIA EPIPHANIÆ.

AD OFFICIUM NOCT.

Invit. Veníte, * Jubilémus Deo ſalutári noſtro. *Pſ.* 94. 1.

Pſal. Veníte. 2.

Hymn. Verbum quod, *ut in Domin. præced. p.* 346.

Pſalmi de Feria ſub tribus Antiph. ſequentibus.

Si Dominica fuerit, Pſalmi de Dominica cum I. & II. Nocturno Dominicæ occurrentis inter Circumciſionem & Epiph. & ſuis Reſp. III. verò Noct. de Vigilia prout ſequitur.

Ant. 1. g. Decanta laudem, quæ non pariébas; quóniam multi filii deſertæ. *Iſ.* 54. 1.

Ant. 4. A. Erunt reges nutrítii tui, & regínæ nutríces tuæ. *Iſ.* 49. 23.

Ant. 8. c. Vultu in terram demiſſo adorábunt te, & púlverem pedum tuórum lingent. *Ibid.*

℣. Converténtur ad Dóminum univerſi fines terræ, ℟. Et adorábunt in conſpéctu ejus. *Pſ.* 21. 28.

De libro Numerórum.

LECTIO I. c. 24. v. 1.

Vaticinium de vocatione Gentium:

Cumque vidiſſet Báलaam, quòd placéret Dómino ut benedíceret Iſraéli, nequáquam ábiit ut antè perréxerat, ut augúrium quæreret: ſed dírigens contra deſertum vultum ſuum, & élevans óculos, vidit Iſraël in tentóriis commorantem per tribus ſuas: & irruente in ſe Spíritu Dei, aſſumptâ parábolâ, ait: Quàm pulchra tabernácula tua, Jacob, & tentória tua, Iſraël! Fluet aqua de sítula ejus, & ſemen illíus erit in aquas multas. Sumptâ parábolâ, rursùm ait: Dixit Bálaam fílius Beor: Vidébo eum, ſed non modò: in-

tuébor illum, ſed non propè. Oriétur ſtella ex Jacob, & conſurget virga de Iſraël: & percútiet duces Moab, vaſtabitque omnes filios Seth: & erit Idumæa poſſéſſio ejus; hæréditas Seïr cedet inimícis ſuis: Iſraël verò fórtiter aget. De Jacob erit qui dominétur, & perdat relíquias civitátis. Vénient in triéribus de Itália, ſuperábunt Aſſyrios, vaſtabuntque Hebræos, & ad extrémum étiam ipſi períbunt.

℟. Dómine, ad te gentes vénient ab extrémis terræ, & dicent: * Verè mendácium poſſedérunt patres noſtri. *Jerem.* 16. 19. ℣. Commutavérunt veritátem Dei in mendácium, & ſerviérunt creatúræ pótiùs quàm Creatóri. *Rom.* 1. 25. * Verè.

Sermo ſancti Auguſtíni Epíſcopi.

LECTIO II. *Serm.* 202.

EPiphánia græcè, latínè manifeſtátio dici poteſt. Hoc enim die Magi Dóminum adoraſſe perhibentur. Eo quippe die quo natus eſt, illi ſtellam in Oriente vidérunt; & quem natum indicáverat, cognovérunt. Suſcépit ergo devotíſſimè iſtum diem celebrandum univérſa Eccléſia géntium: quia illi Magi, quid jam fuérunt, niſi primítiæ géntium? Iſraelítæ paſtóres, Magi gentíles; illi propè, iſti longè. Méritò iſtum diem numquam nobiſcum hærétici Donatiſtæ celebráre voluérunt; quia nec unitátem amant, nec orientáli Eccléſiæ, ubi appáruit illa ſtella, commúnicant. Nos autem manifeſtatiónem Dñi & Salvatóris noſtri Jeſu Chriſti, quæ primítias géntium delibávit, in unitáte géntium celebrémus.

℟. Omnes gentes quaſcumque feciſti, vénient, & adorábunt coram te, Dómine, * Et glorificábunt nomen tuum. *Pſal.* 85. 9. ℣. Dómine Rex ſeculórum, omnes gentes vénient, & adorábunt in conſpectu tuo. *Apoc.* 15. 3. 4. * Et glorificábunt.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Matthæum.

LECTIO III. c. 2. v. 19.

Reditus ex Ægypto.

IN illo témpore: Defuncto Heróde, ecce Angelus Dómini appáruit in ſomnis Joſeph in Ægypto, dicens: Surge, & áccipe púerum, & matrem ejus; & vade in terram Iſraël. Et réliqua.

Homília ſancti Hierónymi Preſbyteri.

Lib. 1. Comment. in Matth.

EX hoc loco intellígitur non ſolùm Heró-

dem, ſed & Sacerdótes & Scribas eódem témpore necem Dómini fuiſſe meditátos. Qui ſurgens accépit púerum, & matrem ejus. Non dixit: Accépit fílium ſuum & uxórem ſuam: ſed púerum, & matrem ejus, quaſi nutrítius, non maritus. Audiens autem quòd Archeláus regnáret in Judæa pro Heróde patre ſuo, tímuit illò ire. Multi labuntur erróre propter ignorántiam hiſtóriæ, putantes eumdem eſſe Heródem, à quo in paſſióne ſua Dóminus irridétur, & qui nunc mórtuus eſſe referátur. Ergo Heródes ille, qui cum Piláto póſteà amicítias fecit, hujus Heródis fílius eſt, frater Archeláï. Quóniam Nazaræus vocábitur. Si fixum de Scriptúris poſuiſſet exemplum, numquam díceret: Quod dictum eſt per Prophétas; ſed ſimplíciter: Quod dictum eſt per Prophétam. Nunc autem pluráliter Prophétas vocans, oſtendit ſe non verba de Scriptúris ſumpſiſſe, ſed ſenſum. Nazaræus, Sanctus interpretátur. Sanctum autē Dóminum futúrum omnis Scriptúra commémorat.

℞. Conſurgens Joſeph accépit púerum, & matrē ejus: * Véniens habitávit in civitáte quæ vocátur Názareth. *Matth.* 2. 21. 23. ℣. Erit Nazaræus Dei ab infántia ſua, & ipſe incípiet liberáre Iſraël. *Judic.* 13. 5. * Véniens. ℣. Glória. * Véniens.

Te Deum.

Si occurrat Dominica, ejus Homilia non legitur.

AD LAUDES.

℣. *Sacer.* Regnábit Deus ſuper gentes; ℞. Deus ſedet ſuper ſedem ſanctam ſuam. *Pſ.* 46. 9.

Pſal. de Feria cum Antiph. ſequentibus; ſi verò Dominica fuerit, Pſalmi ejuſdem Dominicæ cum iiſdem Antiphonis.

Ant. 1. g. Civitas Dei, luce ſpléndidâ fulgébis, & omnes fines terræ adorábunt te. *Tob.* 13. 11. 13.

Ant. 5. a. Natiónes ex longinquo ad te vénient: & múnera deferentes adorábunt in te Dóminū. *Ibid.* 14.

Ant. 6. F. Terram tuam in ſanctificatiónem habébunt; nomen enim magnum invocábunt in te. *Ibid.* 14. 15.

Ant. 7. a. Relinquent gentes idóla ſua, & vénient in Jerúſalem, & inhabitábunt in ea. *Tob.* 14. 8.

Ant. 8. c. Gaudébunt omnes reges terræ, adorantes Regem Iſraël. *Ibid.* 9.

Capitulum.

Capitul. Iſ. 45. 22. 23. 24.

CONvertímini ad me, & ſalvi éritis, omnes fines terræ: quia ego Deus, & non eſt álius. In memetipſo jurávi; egrediétur de ore meo juſtítiæ verbum, & non revertétur; quia mihi curvábitur omne genu.

Hymnus, Adeſte, vos ô Cœlites, *p.* 347.

℣. Benedícite, gentes, Deum noſtrum; ℟. Et audítam fácite vocem laudis ejus. *Pſ.* 65. 8.

Ad Benedictus, *Ant.* 3. E. De Saba vénient aurum & thus deferentes, & laudem Dómino annuntiantes. *Iſ.* 60. 6.

Non dicuntur Preces.

Orémus.

COrda noſtra, quæſumus, Dñe, ſplendor ventúræ feſtivitátis illuſtret, quo mundi hujus ténebris carére valeámus, & perveniámus ad pátriã claritátis æternæ; Per Dóminum.

Si occurrat Dominica, de ea non fit commemoratio; nec de Beata, uſque ad diem 14. Januarii.

AD HORAS, Pſalmi de Feria, Antiphonæ de Laudibus, quartâ prætermiſsâ.

AD PRIMAM.

Ant. 1. g. Cívitas.

Capitul. & ℟. *brev: ut in die Epiphan. p.* 372.

C A N O N.

Ex Concílio Pariſienſi. *An.* 1528. *in decret. morum, cap.* 28.

CLericórum veſtes ſint taláres, nec nímiã amplitúdine ſupérfluæ, nec plus æquo conſtrictæ, in quibus clericális órdinis honeſtas & modéſtia, non faſtûs jactántia, vel elatiónis vítiũ deprehendátur.

AD TERTIAM.

Ant. 5. a. Natiónes.

Capitulum. Soph. 2. 11.

ATtenuábit Dóminus omnes deos terræ: & adorábunt eum viri de loco ſuo, omnes ínſulæ géntium.

℟. *br.* Adorábunt eum * Omnes reges terræ. *Repetit.* Adorábunt. ℣. Omnes gentes ſérvient ei. * Omnes. ℣. Glória. *Repet.* Adorábunt. *Pſ.* 71. 11.

℣. Timébunt gentes nomen tuum, Dómine: ℟. Et omnes reges terræ glóriam tuam. *Pſ.* 101. 16.

AD SEXTAM.

Ant. 6. F. Terram tuam.

Capitulum. Iſ. 61. 11.

SIcut terra profert germen ſuum, & ſicut hortus germen ſuum gérminat; ſic Dóminus Deus germinábit juſtítiam & laudem coram univerſis géntibus.

℟. *br.* Omnes gentes, * Pláudite mánibus. *Repet.* Omnes gentes. ℣. Ju-

bilate Deo in voce exultatiónis. * Plaudite. ℣. Glória. *Repet.* Omnes. *Pſal.* 46. 2.

℣. Confitébor tibi in pópulis, Dómine : ℟. Et pſalmum dicam tibi in géntibus. *Pſ.* 56. 10.

AD NONAM.

Ant. 8. c. Gaudébunt.

Capitul. Ezech. 38. 23.

MAgnificábor, & ſanctificábor ; & notus ero in óculis multárum géntium, & ſcient quia ego Dóminus.

℟. *br.* Benedicéntur in ipſo * Omnes tribus terræ. *Repet.* Benedicéntur.
℣. Omnes gentes magnificábunt eum. * Omnes.
℣. Glória. *Repet.* Benedicéntur. *Pſal.* 71. 17.
℣. Ipſe eſt Dóminus Deus, ℟. Et adorábunt eum. *Pſ.* 44. 12.

IN EPIPHANIA,

SEU

MANIFESTATIONE DOMINI.

SOLEMNE-MAJUS.

IN I. VESPERIS.

Pſalmi de Feria cum Antiphonis ſequentibus.

Ant. 7. *d.* LAuda, ſtérilis, quæ non paris ; quóniam multi filii deſertæ magis quàm ejus quæ habet virum. *Iſ.* 54. 1.

Ant. 8. G. Ad déxteram & ad lævam penetrábis, & ſemen tuum gentes hæreditábit. *Ib.* 3.

Ant. 3. a. Ecce gentes quæ te non cognovérunt, ad te current propter Dñm Deum tuum. *Iſ.* 55. 5.

Ant. 6. F. Portæ tuæ die ac nocte non claudentur ; ut afferátur ad te fortitúdo géntium, & reges eárum adducantur. *Iſ.* 60. 11.

Ant. 5. C. Vidébis & áfflues, & mirábitur, & dilatábitur cor tuum, quando fortitúdo géntium vénerit tibi. *Ibid.* 5.

Capitulum. Iſ. 65. 1.

QUæſiérunt me, qui antè non interrogábant : invenérunt, qui non quæſiérunt me ; dixi : Ecce ego, ecce ego ; ad gentem quæ non invocábat nomen meum.

ırge, illumináre,
:m; quia venit lu-
ıum, * Et glória
i ſuper te orta eſt:
mbulábunt gentes
ne tuo. *Iſ.* 60. 1. 3.
. timére, filia Sion:
c tuus venit. *Joan.*
* Et glória. ℣. Gló-
t ambulábunt.

Hymnus.

Æ ſtella ſole púl-
chrior
at? hæc regis novi
t ortus? hæc Dei
ıat ad cunas iter.
r vátibus priſcis
fides:
a ſurgit ex Jacob:
ıs ad ſpectáculum,
ɔrbis émicat.
t ſidus ádmonet
foris,
lget intùs clárior,
que vi blandâ Ma-
gos
latórem quærere.
ıES amor neſcit
moras:
perícla, nil mo-
vent;
n, parentes, pá-
triam,
ɔcante, déſerunt.
ANTE dum nos ál-
licis,
riſte, ſtellâ grá-
tiæ:
la cœleſti ſinas
e corda lúmini.
te revélas génti-
bus,
ibi ſit glória;
Summo Patri laus má-
xima;
Sit par tibi laus, Spíritus.
Amen.

℣. Dábitur ei de auro Arábiæ, ℟. Et adorábunt de ipſo ſemper. *Pſ.* 71. 15.

Ad Magníficat, *Ant.* 4. E. Vocábunt Jerúſalem ſólium Dómini, & congregabuntur ad eam omnes gentes. *Jerem.* 3. 17.

Orémus.

DEus, qui hodiernâ die Unigénitum tuũ géntibus, ſtellâ duce, revelaſti; concéde propítius, ut, qui jam te ex fide cognóvimus, uſque ad contemplandam ſpéciem tuæ celſitúdinis perducámur; Per eumdem.

AD COMPLETOR.

Pſalmi & Ant. de Dominica; & ita per octavam. Hymnus, Mundi ſalus; *cum Doxologia ſequenti.*

QUI te revélas géntibus,
Jeſu, tibi ſit glória;
Summo Patri laus máxima;
Sit par tibi laus, Spíritus.
Amen.

Cætera ut in Pſalterio.

AD OFFIC. NOCT.

Hodie omittuntur Invitatorium, Pſalmus Veníte, *& Hymnus; & dictis ſecretò* Pater, Ave, Credo, *incipitur abſolutè ab Antiph.* Afferte.

¶ *Per octavam autem dicuntur :*

Invit. Verbum vitæ appáruit nobis : * Veníte, adorémus. *Joan.* 1. 2.

Hymnus, Quæ ſtella, *ut in I. Veſperis, ſuprà.*]

IN I. NOCTURNO.

Ant. 7. d. Afferte.

Pſ. Afferte, 156.

Ant. Afferte Dómino, filii Dei ; adoráte Dóminum in átrio ſancto ejus. *Pſ.* 28. 1. 2.

Ant. 1. g. Ego ſum.

Pſ. Deus noſter, 158.

Ant. Ego ſum Deus ; exaltábor in géntibus, & exaltábor in terra. *Pſal.* 45. 11.

Ant. 5. C. Psállite.

Pſ. Omnes gentes, 52.

Ant. Psállite Deo noſtro, psállite ; psállite Regi noſtro, psállite : quóniam rex omnis terræ Deus ; regnábit ſuper gentes. *Pſ.* 46. 6. 7.

℣. Timébunt gentes nomen tuum, Dómine, ℟. Et omnes reges terræ glóriam tuam. *Pſ.* 101. 16.

De Iſaía Prophéta.

LECTIO I. c. 55. v. 1.

Omnes ad fidem vocati.

OMnes ſitientes, veníte ad aquas : & qui non habétis argentum, properáte, émite & comédite : veníte, émite abſque argento, & abſque ulla commutatióne, vinum & lac. Inclináte aurem veſtram, & veníte ad me : audíte, & vivet ánima veſtra, & fériam vobiſcum pactum ſempitérnum, miſericórdias David fidéles. Ecce teſtē pópulis dedi eum, ducem ac præceptórem géntibus. Ecce gentem, quam neſciébas, vocábis, & gentes, quæ te non cognovérunt, ad te current, propter Dóminum Deum tuum & ſanctum Iſraël, quia glorificávit te.

℟. Congregabuntur omnes gentes in nómine Dómini in Jeruſalem : * Et non ambulábunt poſt pravitátem cordis ſui péſſimi. *Jerem.* 3. 17. ℣. Quis non magnificábit nomen tuum, Dómine ? quóniã omnes gentes vénient, & adorábunt in conſpectu tuo. *Apoc.* 15. 4. * Et non.

LECTIO II. c. 60. v. 1.

Gentes in lumine ambulabunt.

SUrge, illumináre, Jeruſalem : quia venit lumen tuum, & glória Dómini ſuper te orta eſt. Quia ecce ténebræ opérient terram, & caligo pópulos : ſuper te autem oriétur Dóminus, & glória ejus in te vidébitur. Et ambulábunt gentes in lúmine tuo, & reges in ſplendóre ortûs tui. Leva in circúitu óculos tuos, & vide ; omnes iſti congre-

ſunt, venérunt tibi :
ui de longè vénient;
iæ tuæ de látere ſur-
Tunc vidébis, &
:s, & mirábitur, &
íbitur cor tuũ, quan-
›nverſa fúerit ad te
.túdo maris, fortitú-
éntium vénerit tibi.
dátio camelórum o-
t te, dromedárii Má-
& Epha : omnes de
vénient, aurum &
deferentes, & laudẽ
ino annuntiantes.
Reges Tharſis & ín-
múnera ófferent; re-
ırabum & Saba dona
:ent : * Et adorábunt
omnes reges terræ;
:s gentes ſérvient ei.
t. 10. 11. ℣. Vénient
riente & Occidente
quilóne & Auſtro.
3. 29. * Et adorábunt.
:II. c. 61. v. 10. & 62. 1.
ſiæ lætitia & decor.
Audens gaudébo in
Dómino, & exultá-
nima mea in Deo
quia índuit me ve-
ntis ſalútis, & in-
nto juſtítiæ circúm-
me, quaſi ſponſum
átum corónâ, & qua-
nſam ornátam mo-
:s ſuis. Propter Sion
acébo, & propter
ılem non quieſcam;
: egrediátur ut ſplen-
ıſtus ejus, & ſalvá-
ıs ut lampas accen-
. Et vidébunt gentes
juſtum tuum, & cuncti reges ínclytum tuum : & vocábitur tibi nomen novum, quod os Dómini nominábit. Et eris coróna glóriæ in manu Dómini, & diadéma regni in manu Dei tui.

℟. Pópulus qui ambulábat in ténebris, vidit lucem magnam : * Habitántibus in regióne umbræ mortis, † Lux orta eſt eis. *Iſ.* 9. 2. ℣. Ténebræ tranſiérunt, & verum lumen jam lucet. 1. *Joan.* 2. 8. * Habitántibus. ℣. Glória. † Lux orta.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 4. f. Omnis terra.

Pſ. Jubiláte .... pſalmum, *p.* 9.

Ant. Omnis terra adóret te, Dómine, & pſallat tibi : pſalmum dicat nómini tuo. *Pſ.* 65. 3.

Ant. 7. *d.* Dominábitur.

Pſ. Deus, judícium, *cum ſua diviſione*, *p.* 61.

Ant. Dominábitur à mari uſque ad mare, & à flúmine uſque ad términos orbis terrárum. *Pſ.* 71. 8.

Ant. 3. à. Omnes gentes.

Pſ. Inclína, *cum ſua diviſione*, *p.* 165.

Ant. Omnes gentes quaſcumque feciſti, vénient & adorábunt coram te, Dómine, & glorificábunt nomen tuum. *Pſal.* 85. 9.

℣. Cóngrega nos de natiónibus, Dómine Deus noſter, ℟. Ut confiteámur nómini ſancto tuo. *Pſ.* 105. 47.

Sermo ſancti Leónis Papæ.

LECTIO IV.

Serm. 3. *de Epiph. cap.* 1.

PRovidentia miſericórdiæ Dei, diſpóſitum habens pereunti mundo in noviſſimis tempóribus ſubveníre; ſalvatiónem ómnium géntiũ præfinívit in Chriſto, ut quia & cunctas natiónes à veri Dei cultu ímpius dudum error avérterat, & ipſe peculiáris Dei pópulus Iſraël ab inſtitútis legálibus penè totus excíderat, conclúſis ómnibus ſub peccáto, ómniũ miſererétur. Quondam beatíſſimo patriarchæ Abrahæ innumerábilis fúerat promiſſa ſuccéſſio, non carnis sémine, ſed fidei fecunditáte generanda: & ídeo ſtellárum multitúdini comparáta, ut ab omni géntium patre, non terréna, ſed cœleſtis progénies ſperarétur. Ad creandam ergo promiſſam poſteritátem, hærédes in ſidéribus deſignáti, ortu novi síderis excitantur: ut in quo cœli adhíbitum fúerat teſtimónium, cœli famularétur obſéquium. Cómmovet Magos remotióris Orientis habitatóres ſtellis cæteris ſtella fulgéntior; officium ſuum cum religióne diſpónunt, & his ſe inſtruunt donis, ut adoratúri unum, tria ſe ſimul credidiſſe demonſtrent: auro honorantes perſónam régiam, myrrhâ humánam, thure divínam.

℟. Cùm natus eſſet Jeſus in Béthleem Juda, ecce Magi ab Oriente venérunt Jeroſólymam, * Dicentes: Ubi eſt qui natus eſt rex Judæórum? *Matth.* 2. 1. 2. ℣. Vénient pópuli multi, & gentes robuſtæ ad quærendum Dóminum exercítuum in Jeruſalem. *Zach.* 8. 22. * Dicentes.

LECTIO V.

INgrediuntur Judáici regni præcípuam civitátem, & in urbe régia oſtendi ſibi póſtulant, quẽ ad regnandum didícerant procreátum. Conturbátur Heródes, timet ſalúti ſuæ, métuit poteſtáti, requírit à ſacerdótibus & doctóribus legis, quid de ortu Chriſti Scriptúra prædíxerit; in notítiam venit quod fúerat prophetátum: véritas illúminat Magos, infidélitas obcæcat magiſtros: carnális Iſraël non intélligit quod legit: útitur páginis, quarum non credit elóquiis. Ubi eſt, Judæe, gloriátio tua? Ec-

ce major ſervis minóri, & alienígenis in ſortem hæreditátis tuæ intrántibus, ejus teſtamenti, quod in ſola líttera tenes, recitatióne famuláris. Intret, intret in Patriarchárum famíliam géntium plenitúdo, & benedictiónem in sémine Abrahæ, quâ ſe fílii carnis ábdicant, fílii promiſſiónis accípiant. Adórent in tribus Magis omnes pópuli univerſitátis autórem:& non in Judæa tantùm Deus, ſed in toto orbe ſit notus. Adoráto autem Dómino Magi, & omni devotióne complétâ, ſecundùm admonitiónem sómnii non eódem, quo vénerant, itínere revertuntur. Oportébat enim, ut jam in Chriſtum credentes, non per antíquæ converſatiónis ſémitas ambulárent; ſed novam ingreſſi viam,à relictis erróribus abſtinérent.

℟. Heródes clam vocátis Magis, diligenter dídicit ab eis tempus ſtellæ, * Quæ appáruit eis. *Matth.* 2. 7. ℣. Dixit audítor ſermónũ Dei: Oriétur ſtella ex Jacob. *Num.* 24. 16. 17. * Quæ.

LECTIO VI.

Serm. 2. *de Epiph. c.* 3.

AGnoſcámus, dilectíſſimi, in Magis adoratóribus Chriſti, vocatiónis noſtræ,fideíque primítias: & exultántibus ánimis beátæ ſpei inítia celebrémus. Exinde enim in æternam hæreditátem cœpimus introíre: exinde nobis Chriſtũ loquéntia Scripturárum arcána patuérunt; & véritas, quã Judæórum obcæcátio non récipit, ómnibus natiónibus lumen ſuum invexit. Honorétur ítaque à nobis ſacratíſſimus dies, in quo ſalútis noſtræ autor appáruit: & quem Magi infantem veneráti ſunt in cunábulis, nos omnipotentem adorémus in cœlis. At ſicut illi de theſauris ſuis myſticas Dómino múnerum ſpécies obtulérunt; ita & nos de córdibus noſtris, quæ Deo ſunt digna, promámus. Unde cohortámur dilectiónem veſtram, ut abſtinentes vos ab omni ópere malo, quæ ſunt caſta & juſta ſectémini. Fílii enim lucis abjícere debent ópera tenebrárum; decet enim ut cápiti ſuo membra convéniant; ut promiſſárum beatitúdinũ mereámur eſſe conſortes.

℟. Stella quam víderant in Oriente, antecedébat eos, uſquedum véniens ſtaret ſuprà ubi erat puer: * Videntes autem ſtellam, gavíſi ſunt † Gáudio magno valde: *Matth.* 2. 9.

10. ℣. Ecce véniunt collecti ab Oriente uſque ad Occidentem gaudentes in honórem Dei. *Baruch.* 4. 37. * Videntes. ℣. Glória. † Gáudio. *Repet.* Stella, *uſque ad Verſum.*

IN III. NOCTURNO.

Ant. 2. D. Ecce alienígenæ.

Pſ. Fundamenta, *p.* 159.

Ant. Ecce alienígenæ, & Tyrus, & pópulus Æthíopum: hi fuérunt illic. *Pſ.* 86. 4.

Ant. 6. F. Afferte Dño.

Pſ. Cantáte ... omnis terra. *p.* 51.

Ant. Afferte Dómino, pátriæ géntium, afferte Dómino glóriam & honórem: tóllite hóſtias, & introíte in átria ejus. *Pſ.* 95. 7. 8.

Ant. 8. G. Annuntiavérunt.

Pſ. Dñs regnávit, *p.* 66.

Ant. Annuntiavérunt cœli juſtítiam ejus: & vidérunt omnes pópuli glóriam ejus. *Pſ.* 96. 6.

℣. Omnis terra adóret te, & pſallat tibi; ℟. Pſalmum dicat nómini tuo. *Pſ.* 65. 4.

De Epíſtola beáti Pauli Apóſtoli ad Romános.

LECTIO VII. C. 11. V. 13.

Gentes in locum Judæorum aſſumptæ.

Vobis dico Géntibus: Quámdiu quidem ego ſum Géntium Apóſtolus, miniſtérium meum honorificábo, ſi quómodo ad æmulandum próvocem carnem meam, & ſalvos fáciam áliquos ex illis. Si enim amíſſio eórum, reconciliátio eſt mundi: quæ aſſúmptio, niſi vita ex mórtuis? Quòd ſi delibátio ſancta eſt, & maſſa: & ſi radix ſancta, & rami. Quòd ſi áliqui ex ramis fracti ſunt, tu autem cùm oleaſter eſſes, inſertus es in illis, & ſócius radícis & pinguédinis olívæ factus es; noli gloriári adversùs ramos. Quòd ſi gloriáris, non tu radícem portas, ſed radix te. Dices ergo: Fracti ſunt rami ut ego ínſerar. Benè: propter incredulitátem fracti ſunt; tu autem fide ſtas: noli altum ſápere, ſed time. Si enim Deus naturálibus ramis non pepercit: ne fortè nec tibi parcat.

℟. Qui dixit de ténebris lucem ſplendéſcere, * Ipſe illuxit in córdibus noſtris, ad illuminatiónem ſciéntiæ claritátis Dei. 2. *Cor.* 4. 6. ℣. Benedictus qui venit in nómine Dómini; Deus Dóminus, & illuxit nobis. *Pſ.* 117. 26. * Ipſe illuxit.

LECTIO VIII. V. 22.

Bonitas Dei in Gentes.

Vide ergo bonitátem, & ſeveritátem Dei:

In eos quidem qui cecidérunt, ſeveritátem; in te autem bonitátem Dei, ſi permánſeris in bonitáte, alióquin & tu excidéris. Sed & illi, ſi non permánſerint in incredulitáte, inſerentur: potens eſt enim Deus íterùm inſérere illos. Nam ſi tu ex naturáli excíſus es oleaſtro, & contra natúram inſertus es in bonam olívam: quantò magis ii qui ſecundùm natúram inſerentur ſuæ olívæ? Nolo enim vos ignoráre, fratres, myſtérium hoc, (ut non ſitis vobis ipſis ſapientes,) quia cæcitas ex parte cóntigit in Iſraël, donec plenitúdo Géntium intráret; & ſic omnis Iſraël ſalvus fíeret, ſicut ſcriptum eſt: Véniet ex Sion, qui erípiat, & avertat impietátem à Jacob; & hoc illis à me teſtamentum, cùm abſtúlero peccáta eórum. Secundùm Evangélium quidem, inimíci propter vos: ſecundùm electiónem autem, chariſſimi propter patres.

℟. Immitte, Deus, timórem tuum ſuper Gentes, quæ non exquiſiérunt te; * Ut cognoſcant, quia non eſt Deus niſi tu, & enarrent magnália tua. *Eccli.* 36. 2. ℣. Omnes Gentes vénient, & adorábunt in conſpectu tuo. *Apoc.* 15. 4. * Ut cognoſcant.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Matthæum.

LECTIO IX. c. 1.

Magi cum muneribus.

CUm natus eſſet Jeſus in Béthleem Juda, in diébus Heródis regis, ecce Magi ab Oriente venérunt Jeroſólymam dicentes: Ubi eſt qui natus eſt rex Judæórum? Et réliqua.

Homília ſancti Gregórii Papæ.

Homilia 10. *in Evangelium.*

IN ómnibus ſignis, quæ vel naſcente vel moriente Dómino, monſtráta ſunt, conſiderandum nobis eſt quanta fúerit in quorumdam Judæórum corde durítia, qui hunc nec per prophetíæ donum, nec per miracula agnovérunt. Omnia quippe elementa autórem ſuum veniſſe teſtáta ſunt. Ut enim de eis quiddam uſu humáno loquar: Deum hunc cœli eſſe cognovérunt, quia prótinùs ſtellam miſérunt. Mare cognóvit, quia ſub plantis ejus ſe calcábile præbuit. Terra cognóvit, quia eo moriente contrémuit. Sol cognóvit, quia lucis ſuæ rádios abſcondit. Saxa & paríetes cognovérunt; quia témpore mortis ejus

ſciſſa ſunt. Infernus agnóvit, quia hos quos tenébat mórtuos, réddidit. Et tamen hunc quem Dóminum ómnia inſenſibília elementa ſenſérunt, adhuc infidélium Judæórum corda Deum eſſe mínimè cognoſcunt; & duriόra ſaxis, ſcindi ad pœnitendum nolunt. Nativitáte Regis noſtri cógnitâ, Heródes ad cállida argumenta convértitur, ne terréno regno privarétur. Renuntiári ſibi ubi puer inveniretur, póſtulat: adoráre eum velle ſe símulat, ut hunc ſi inveníre poſſit, extinguat. Sed quanta eſt humána malítia contra consílium divinitátis? Scriptum quippe eſt: Non eſt ſapiéntia, non eſt prudéntia, non eſt consílium contra Dóminum.

℟. Benedícimus te, Dómine Deus Iſraël; * Feciſti enim nobiſcum miſericórdiam tuam. Fac ut cognoſcat univérſitas Géntium, † Quia tu es Deus ſolus in univerſa terra. *Tob.* 8. v. 17. 18. 19. ℣. Magna & mirabília ſunt ópera tua, Dómine Deus omnípotens. *Apoc.* 15. 3. * Feciſti. ℣. Glória. † Quia tu es. *Repetitur* Benedícimus, *uſque ad verſum.*

Te Deum.

AD LAUDES.

℣. *Sacerd.* Confiteantur tibi pópuli, Deus; ℟. Confiteantur tibi pópuli omnes. *Pſ.* 66. 4.

Pſalmi de Dominica, excepto Cantico cum Antiph. ſequentibus.

Ant. 3. a. Intrantes domum, invenérunt púerum cum María matre ejus; & procidentes, adoravérunt eum. *Matt.* 2. 11.

Ant. 1. g. Apertis theſauris ſuis, obtulérunt ei múnera, aurum, thus, & myrrham. *Ibid.*

Ant. 6. F. Vox de cœlo facta eſt: Tu es Fílius meus dilectus; in te complácui mihi. *Luc.* 3. 22.

Ant. 5. C. Jubiláte, montes.

Cantic. Iſai. 49. 13.

Laudáte, cœli, & exulta, terra; * jubiláte, montes, laudem:

Quia conſolátus eſt Dóminus pópulum ſuum; * & páuperum ſuórum miſerébitur.

Et dixit Sion: Derelíquit me Dóminus, * & Dóminus oblítus eſt meî.

Numquid oblíviſci poteſt múlier infantem ſuum, * ut non miſereátur fílio uteri ſui?

Et ſi illa oblíta fúerit, * ego tamen non oblíviſcar tuî.

Ecce in mánibus meis deſcripſi te: * muri tui coram óculis meis ſemper.

ıt ſtructóres
ruentes te, &
à te exíbunt.
circúitu óculos
ide: * omnes
gáti ſunt, ve-
..
o, dicit Dómi-
a ómnibus his
mento veſtié-
cúmdabis tibi
ponſa.
eſerta tua, &
; tuæ, & terra
, nunc anguſta
ıabitatóribus;*
ugabuntur qui
at te.
dicent in áuri-
filii ſterilitátis
ıguſtus eſt mihi
: ſpátium mihi
ı.
s in corde tuo:
it mihi iſtos? *
is & non pá-
ranſmigráta &

quis enutrívit?
ita & ſola: * &
ant?
per totam Oct.
oiláte, montes,
quia conſolátus
inus pópulum
. 49. 13.
d. Fecit inítium
Jeſus in Cana
& manifeſtávit
ıam. *Joan.* 2. 11.
ı. 1. Joan. 1. 2.
nanifeſtáta eſt,
ídimus & teſtá-

mur, & annuntiámus vobis vitam æternam, quæ erat apud Patrem, & appáruit nobis.

Hymnus.

LINQUUNT tecta Magi principis urbis,
Et parvæ cúpidis mœnia Béthlem
Votis præripiunt: jamque ſub imo
Spe ſubnixa fides corde triumphat.
O qui lætítiæ ſenſus! ut illis
Signans rursùs iter ſtella refulſit;
Incumbenſque domo lámpade pronâ,
Infantem exhíbuit matris in ulnis!

NON hîc ſplendet ebur, non micat aurum;
Non velat rútilans púrpura corpus:
Horrens hîc ſtábulum régia; nudum
Hîc præſépe thronus; púrpura panni.

REGES pompa álios díves adornet;
Regnantem méliùs ſe probat ipſe
In vili páleâ, páupere cultu,
Flectens império corda potenti.

AD cunas húmiles póplite curvo
Præſens in púero numen adórant:
Et nos ad púerum, digna propágo,

Patrum plena fide corda
ferámus.
Regi caſtus amor pór-
rigat aurum;
Caſtigáta hómini córpo-
ra, myrrham:
Inſtar thuris erunt vota
precesque;
Illo thure Deum ritè faté-
mur.
Qui fons lúminis eſt,
glória Patri;
Qui miro récreas lúmine
Gentes,
Æquális tibi ſit glória,
Nate;
Ambórum símilis laus ſit
Amóri.
Amen.

℣. Notum fecit Dóminus ſalutáre ſuum; ℟. In conſpectu géntium revelávit juſtítiam ſuam. *Pſ.* 97. 2.

Ad Benedictus, *Ant.* 1. D. Myſtérium quod áliis generatiónibus non eſt ágnitum, nunc revelátum eſt: Gentes eſſe cohærédes, & concorporáles, & compartícipes promiſſiónis in Chriſto Jeſu, allelúia. *Eph.* 3. v. 4. 5. 6.

Orémus.

Deus, qui hodiernâ die Unigénitum tuum Géntibus, ſtellâ duce, revelaſti: concéde propítius, ut, qui jam te ex fide cognóvimus, uſque ad contemplandam ſpéciem tuæ celſitúdinis perducámur; Per eumdem.

AD HORAS, in fine Hymnorum doxologia:

Qui te revélas Génti-
bus,
Jeſu, tibi ſit glória;
Summo Patri laus má-
xima;
Sit par tibi laus, Spíri-
tus.

Pſalmi de Dominica; Ant. de Laudibus, quartâ prætermiſſâ.

AD PRIMAM.

Ant. 3. 2. Intrantes.

Capitulum. Rom. 14. 11.

Scriptum eſt: Vivo ego, dicit Dóminus, quóniam mihi flectétur omne genu, & omnis lingua confitébitur Deo.

Dicitur per octavam.

℟. *br.* Chriſte, Fili Dei vivi, * Miserére nobis. *Matth.* 16. 16. *Tob.* 8. 10. *Repet.* Chriſte. ℣. Qui à Magis adorátus es. * Miserére. *Matth.* 2. 11. ℣. Glória. *Repet.* Chriſte. ℣. Exurge.

CANON.

Ex Concílio Epheſíno. *Part.* 2. *An.* 431.

Quóniam Chriſtus Rex & Deus eſt, & mortem ob paſſiónis diſpenſatiónem guſtávit, múnera myſteriórum ſunt indícia. Offerunt Magi aurum, cognoſcentes ipſum eſſe Regem: ófferunt thus; nôrunt enim ſe Deo offerre: ófferunt myrrham, propter

mortem in myſtério paſſiónis.

AD TERTIAM.

Ant. 1. *g.* Apertis.

Cap. 1. Par. 16. v. 28. 29.

FAmíliæ populórum, afferte Dómino glóriam & impérium; date Dómino glóriam nómini ejus: leváte ſacrifícium, & veníte in conſpectu ejus; & adoráte Dóminum in decóre ſancto.

℟. *br.* Afferte Dómino, pátriæ géntium, * Allelúia, allelúia. *Repet.* Afferte. ℣. Afferte Dómino glóriam & honórem. * Allelúia, allelúia. ℣. Glória. *Repet.* Afferte.

℣. Tóllite hoſtias, & introíte in átria ejus: ℟. Adoráte Dóminum in átrio ſancto ejus. *Pſ.* 95. v. 7. 8. 9.

AD SEXTAM.

Ant. 6. F. Vox de cœlo.

Capitulum. Iſaiæ. 42. 1.

ECce ſervus meus, ſuſcípiam eum; electus meus, complácuit ſibi in illo ánima mea: dedi ſpíritum meum ſuper eum; judícium géntibus próferet, dicit Dóminus.

℟. *br.* Vox Dómini ſuper aquas, * Allelúia, allelúia. *Repet.* Vox. ℣. Deus majeſtátis intónuit. * Allelúia, allelúia. *Pſal.* 28. 3. ℣. Glória. *Repet.* Vox.

℣. Dominábitur à mari uſque ad mare; ℟. Et à flúmine uſque ad términos orbis terrárum. *Pſ.* 71. 8.

AD NONAM.

Ant. 7. d. Fecit inítium.

Capitulum. Eccli. 11. 4.

MIrabília ópera Altíſſimi ſolíus; & glorióſa, & abſconſa, & inviſa ópera illíus.

℟. *br.* Non eſt ſímilis tuî in diis, Dómine, * Allelúia, allelúia. *Repet.* Non eſt. ℣. Et non eſt ſecundùm ópera tua. * Allelúia, allelúia. *Pſ.* 85. 8. ℣. Glória. *Repet.* Non eſt.

℣. Generátio & generátio laudábit ópera tua; ℟. Et poténtiam tuam pronuntiábunt. *Pſ.* 144. 4.

IN II. VESPERIS.

Ant. 4. E. Ante lucíferum.

Pſ. Dixit Dñus. *p.* 30.

Ant. Ante lucíferum génitus, virgam virtútis ſuæ emíſit ex Sion; judicábit in natiónibus. *Pſalm.* 109. v. 2. 4. 6.

Ant. 3. a. Excelſus.

Pſ. Laudáte, púeri. *p.* 31.

Ant. Excelſus ſuper omnes gentes Dóminus, facit Eccléſiam matrem filiórum lætantem. v. 4. 9.

Ant. 7. G. Confirmáta eſt.

Pſ. Laudáte Dóminum, omnes gentes. *pag.* 153.

Ant. Confirmáta eſt ſuper nos miſericórdia

ejus. *Pſalm.* 116. v. 2.

Ant. 6. F. Magnificávit.

Pſal. In convertendo. *pag.* 57.

Ant. Magnificávit Dóminus fácere nobiſcum; facti ſumus lætantes. *Pſ.* 125. 3.

Ant. 5. C. Confiteantur.

Pſ. Confitébor... quóniam audiſti. *pag.* 118.

Ant. Confiteántur tibi, Dómine, omnes reges terræ; quia audiérunt verba oris tui. *Pſ.* 137. v. 4.

Capitul. Eph. 2. v. 17. 18.

CHriſtus véniens evangelizávit pacem vobis, qui longè fuiſtis; & pacem iis, qui propè: quóniam per ipſum habémus acceſſum ambo in uno Spíritu ad Patrem.

Hymnus.

HUc vos, ô míſeri: ſurda relínquite,
Quæ cæci cólitis, mútaque númina:
Se vobis áperit ſpléndida cívitas,
Veri núminis hóſpita.

EN veſtræ præeunt primítiæ Magi:
Vatûm dicta patent: exitiálibus
Errórum ténebris óbſita gens diu,
Miro lúmine ſpárgitur.

AMBO ſic pópuli, diſſociábilis
Quos dudum páries ſéparat, únicum
In corpus cóeunt: hoc próprium modò
Ambóbus máneat decus!

O arcána Dei consília! ô tuo
Deturbáta gradu, primus amor Dei,
Plebs Judæa, tuis glória Géntium
Damnis, vitaque náſcitur.

JAM natíva óleæ bráchia décidunt,
Rami degéneres, germen adúlterum;
Miraturque novos, fémine non ſuo,
Arbor créſcere ſúrculos.

Nos radix óleæ ſúſtinet: ah! cave,
Qui ſtas, ne ſtérili defícias fide!
Tu ramos véteres ínſere dénuò;
Tu ſerva, Deus, ínſitos.

QUI nos membra ſacri córporis éfficit,
Sit laus ſumma Patri; laus quoque Fílio,
Cujus membra ſumus; à quo vigor ínfluit
Membris, laus tibi, Spíritus.
Amen.

℣. Laudáte Dóminum, omnes gentes; ℟. Laudáte eum, omnes pópuli. *Pſ.* 116. 1.

Ad Magníficat, *Ant.* J. Manifeſtè magnum eſt pietátis ſacramentū quod manifeſtátum eſt in carne, prædicátum eſt géntibus, créditum eſt in mundo, allelúia. 1. *Tim.* 3. 16.

Orémus.

DEus, qui hoderná díe Unigénitum tuum Géntibus, ſtellâ duce, revelaſti; concéde propítius, ut qui jam te ex fide cognóvimus, uſque ad contemplandam ſpéciem tuæ celſitúdinis perducámur; Per eumdem Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum.

Fit commem. SS. Juliani, & Baſiliſſæ Mart.

Ant. Exultábitis lætítiâ inenarrábili & glorificátâ, reportantes finem fídei veſtræ ſalútem animárum 1. *Petr.* 1. 8. 9.

℣. Cuſtódit Dóminus ánimas ſanctórum ſuórum; ℟. De manu peccatóris liberábit eos. *Pſ.* 96. 10.

Orémus.

PIetátem tuam, Dómine, ſúpplices deprecámur; ut, dum ſanctórum tuórum Juliáni & Baſilíſſæ natalítia cólimus, peccatórum noſtrórum véniam conſequámur. Per Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum Fílium tuum.

DIEBUS

intra Octavam.

Semiduplex.

AD NOCTURNUM Invitatorium, ut ſuprà, 364. *Hymnus,* Quæ ſtella. *Dicuntur novem Pſalmi de die, tres I. Nocturni ſub unâ è tribus Antiphonis ejuſdem Nocturni, juxta Feriam occurrente, & ſic in II. & III. Noct.*

Lectiones tres ut aſſignantur infrà pro unoquoque die; Verſus & Reſponſoria de uno Noct. diei, juxta Feriam occurrente.

AD LAUDES.

Pſalmi de Dominicâ, & Canticum diei Epiphaniæ, ſub hac unicâ Antiphonâ: 3. à. Vóluit Deus notas fácere divítias glóriæ ſacramenti hujus in géntibus, quod eſt Chriſtus, allelúia. *Col.* 1. 27.

Capitulum, Hymnus, Verſus ut in die.

Ad Benedictus *habetur Antiph. pro unoquoque die.*

Oratio ut in die.

AD HORAS, Pſalmi de Dominicâ; reliqua ut in die, excepto Canone.

AD VESPERAS.

Pſalmi de die ſub hac Antiph. 1. f. Myſtérium quod abſcónditum fuit à ſéculis & generatiónibus, nunc manifeſtátum eſt, allelúia. *Col.* 1. 26.

Capitulum, ut in die; Hymnus, Huc vos.

Ad Magníficat. *Antiph. habetur pro unoquoque die.*

Oratio ut in die.

AD COMPLETOR.

Pſalmi de Dominica, Hymnus Mundi ſalus, *cum doxologia,* Qui te revélas; *cætera ut in Pſalt.*

DIE SECUNDA intra Octavam.

De Jeremía Prophéta.

LECTIO I. c. 16. v. 16.

Convertuntur ad Deum Gentes ab extremis terræ.

ECce ego mittam piſcatóres multos, dicit Dóminus, & piſcabuntur eos: & poſt hæc mittam eis multos venatóres, & venabuntur eos de omni monte, & de omni colle, & de cavernis petrárum. Quia óculi mei ſuper omnes vias eórum: non ſunt abſcónditæ à fácie mea, & non fuit occultáta iníquitas eórum ab óculis meis. Et reddam primùm dúplices iniquitátes & peccáta eórum; quia contaminavérunt terram meam in morticínis idolórum ſuórum, & abominatiónibus ſuis implevérunt hæreditátem meã. Dómine, fortitúdo mea, & robur meum, & refúgium meum in die tribulatiónis: ad te gentes vénient ab extrémis terræ, & dicent: Verè mendácium poſſedérunt patres noſtri, vanitátem quæ eis non prófuit. Numquid fáciet ſibi homo deos, & ipſi non ſunt dii? Idcircò ecce ego oſtendam eis per vicem hanc, oſtendam eis manum meam & virtútem meam: & ſcient quia nomen mihi Dóminus.

De Epíſtola beáti Pauli Apóſtoli ad Romános.

LECTIO II. c. 10. v. 13.

Fides ex auditu.

OMnis enim, quicumque invocáverit nomen Dómini, ſalvus erit. Quómodo ergo invocábunt, in quem non credidérunt? Aut quómodo credent ei, quem non audiérunt? Quómodo autem áudient ſine prædicante? Quómodo verò prædicábunt niſi mittantur? ſicut ſcriptum eſt: Quàm ſpecióſi pedes evangelizántium pacem, evangelizántium bona! Sed non omnes obédiunt Evangélio. Iſaías enim dicit: Dómine, quis crédidit audítui noſtro? Ergo fides ex audítu; audítus autem per verbum Chriſti.

Sermo ſancti Hierónymi Preſbyteri.

LECTIO III.

In Matth. cap. 2.

AD confuſiónem Judæórum, ut nativi-

Chriſti à Génti-
:erent, óritur in
: ſtella; quam fu-
3álaam, cujus ſuc-
erant, vaticínio
. Lege Numeró-
orum. Deferuntur
Magi ſtellæ indício
:am; ut Sacerdó-
lagis interrogáti,
riſtus naſcerétur,
ábiles fierent de
1 ejus. At illi di-
In Béthleem Ju-
dæ idcircò ſcríbi-
ia eſt & ália Béth-
Galilæa. Et aper-
uris ſuis, obtulé-
múnera, aurum,
& myrrham. Pul-
è múnerum ſacra-
ta Juvencus Préſ-
10 versículo com-
lit: Thus, aurum,
m, regíque, homi-
Deóque, dona fe-

3enedictus, *Ant.*
Dóminum Deum
uærent: in Sion
gábunt viam: huc
:órum. *Jerem.* 50.

Comm. SS. Juliani
iſſæ.
Lætítia ſempiter-
:r caput eórum;
n & lætítiam ob-
it, & fúgiet dolor
tus. *Iſa.* 35. 10.
te, Dómine, ſpe-
t, ℟. Et liberaſti
31. 5.

Oratio. Pietátem *ut ſu-prà.*

CANON.

Ex Statútis Synodálibus Diœceſis Carcaſſo-nenſis.

An. 1272. *cap.* 9.

SOlemnitátes nuptiárum tàm ſacri Cánones, quàm conſuetúdo Eccleſiáſtica, fieri non permittunt, ab Adventu Dómini, uſque ad Octávas Epiphániæ.

Ad Magníficat, *Ant.* 6. F. Quicumque invocáverit nomen Dómini, ſalvus erit. *Rom.* 10. 13.

Fit Commemoratio ſancti Luciani Epiſcopi & Martyris.

Ant. Pro certo. ℣. Juſtus. *pag. vij.*

Orémus.

MAjeſtátem tuam, Dómine, ſúpplices deprecámur: ut ſicut agnitiónem Unigéniti tui, per beáti Mártyris tui Luciáni prædicatiónem, populórum córdibus infudiſti; ita & nos, ipsíus opitulántibus méritis, fidei ſtabilitáte firmémur; Per eumdem, &c.

DIE III.
INTRA OCTAVAM.

De Daniéle Prophéta.

LECTIO I. c. 7. v. 13.

Omnes populi & tribus ſervient Filio Hominis.

ASpiciébam ergo in viſióne noctis, &

ecce cum núbibus cœli quaſi Filius Hóminis veniébat, & uſque ad antíquum diérum pervénit, & in conſpectu ejus obtulérunt eum. Et dedit ei poteſtátem, & honórem, & regnum; & omnes pópuli, tribus, & linguæ ipſi ſérvient: poteſtas ejus, poteſtas æterna, quæ non auferétur; & regnum ejus, quod non corrumpétur. Hórruit ſpíritus meus, ego Dániel térritus ſum in his, & viſiónes cápitis mei conturbavérunt me. Acceſſi ad unum de aſſiſténtibus, & veritátem quærébam ab eo de ómnibus his. Qui dixit mihi interpretatiónem ſermónum, & dócuit me: Hæ quátuor béſtiæ magnæ, quátuor ſunt regna, quæ conſurgent de terra. Suſcípient autem regnum ſancti Dei altíſſimi: & obtinébunt regnum uſque in ſéculum, & ſéculum ſeculórum.

De Epíſtola beáti Pauli ad Ephéſios.

LECTIO II. c. 2. v. 11.

Gentes per fidem Deo proximæ.

MEmores eſtóte, quòd aliquando vos Gentes in carne, qui dicímini præpútium, ab ea quæ dícitur circumcíſio in carne, manu facta: quia erátis illo in témpore ſine Chriſto, alienáti à converſatióne Iſraël, & hóſpites teſtamentórum, promiſſiónis ſpem non habentes, & ſine Deo in hoc mundo. Nunc autem in Chriſto Jeſu, vos, qui aliquando erátis longè, facti eſtis propè in ſánguine Chriſti. Ipſe enim eſt pax noſtra, qui fecit útraque unum, & médium paríetem macériæ ſolvens, inimicítias in carne ſua: legem mandatórum decrétis evácuans, ut duos condat in ſemetipſo in unum novum hóminem, fáciens pacem; & reconcíliet ambos in uno córpore Deo per crucem, interficiens inimicítias in ſemetipſo. Et véniens, evangelizávit pacem vobis, qui longè fuiſtis; & pacem iis qui propè: quóniam per ipſum habémus acceſſum ambo in uno Spíritu ad Patrem.

LECTIO III.

De Sermóne ſancti Auguſtíni Epíſcopi.

Sermo 200. in Epiphania Domini. §. 12.

MAgnum Sacramentum! in præſépio Chriſtus jacébat, & Magos ab Oriente ducébat. Abſcondebátur in ſtábulo, & agnoſcebátur in cœlo: ut ágnitus in cœlo, manifeſtarétur in ſtábulo;

& appellarétur Epiphánia dies iſte, quod latinè manifeſtátio dici poteſt: ſimul ejus & celſitúdinem, humilitátemque commendans, ut qui in aperto cœlo ſignis ſidéreis monſtrabátur, in anguſto diverſório quæſítus inveniretur; inválidus infantílibus membris, involútus infantílibus pannis, adorarétur à Magis, timerétur à malis. Tímuit enim eum rex Heródes eiſdem ſibi Magis nuntiántibus, cùm adhuc quærerent párvulum, quem cognóverant, cœlo teſte, jam natum. Quid erit tribúnal judicantis, quando ſuperbos reges cunæ terrébant infantis?

Ad Benedictus, *Ant.* 1. a. Ergo & Géntibus pœniténtiam dedit Deus ad vitam. *Act.* 11. 18.

Fit Commemoratio ſancti Luciani.

Ant. Vita deceſſit. ℣. Juſtus, *pag. x.*

Oratio. Majeſtátem, *ut ſuprà.*

CANON.

Ex Concílio Tridentíno. *Seſſ.* 24. *de Sacramento matrimonii. Can.* 1.

SI quis díxerit Matrimónium non eſſe verè & própriè unum ex ſeptem Legis Evangélicæ Sacramentis, à Chriſto Dómino inſtitútum, ſed ab homínibus in Eccléſia invectum, neque grátiam conferre; anathéma ſit.

Ad Magníficat, *Ant.* 7. d. Poteſtas ejus, poteſtas æterna, quæ non auferétur; & regnum ejus, quod non corrumpétur. *Daniel.* 7. v. 14.

DIE IV.
INTRA OCTAVAM.

De Oſée Prophétâ.

LECTIO I. c. 2. v. 18.

Vocatio Gentium.

PErcútiam cum eis fœdus in die illa, cum béſtia agri, & cum vólucre cœli, & cum reptíli terræ: & arcum, & gládium, & bellum cónteram de terra: & dormíre eos fáciam fiduciáliter. Et ſponsábo te mihi in ſempiternum: & ſponsábo te mihi in juſtítia & judício, & in miſericórdia & in miſeratiónibus. Et ſponsábo te mihi in fide: & ſcies quia ego Dóminus. Et erit in die illa: Exáudiam, dicit Dóminus, exáudiam cœlos, & illi exáudient terram. Et terra exáudiet tríticum, & vinum, & óleum: & hæc exáudient Jézrahel. Et ſeminábo eam mihi in terra, & miſerébor ejus, quæ fuit abſque miſericórdia. Et dicā non pópulo meo: Populus meus es tu: & ipſe dicet: Deus meus es tu.

De Epiſtola beáti Pauli Apóſtoli ad Gálatas.

Lectio II. c. 3. v. 5.

Gentes fide juſtificatæ.

QUi tribuit vobis Spíritum, & operátur virtútes in vobis: ex opéribus legis, an ex auditu fidei? ſicut ſcriptum eſt: Abraham crédidit Deo,& reputátum eſt illi ad juſtítia. Cognóſcite ergo, quia qui ex fide ſunt,ii ſunt filii Abrahæ. Prövidens autem Scriptúra, quia ex fide juſtíficat gentes Deus, prænuntiávit Abrahæ: Quia benedicentur in te omnes gentes. Igitur qui ex fide ſunt, benedicentur cum fidéli Abraham.

De Sermóne ſancti Fulgéntii Epíſcopi.

Lectio III.

Ser. de Epip. & Innoc. nece.

QUis eſt iſte rex Judæórum, pauper & dives, húmilis & ſublímis? quis eſt iſte rex Judæórum, qui portátur ut párvulus, adorátur ut Deus? párvulus in præsépio, immenſus in cœlo; vilis in pannis, pretióſus in ſtellis: cujus nativitáte compertâ, Heródes turbátus eſt, & omnis Jeroſólyma cum illo. Quid eſt quòd ſic turbáris, Heródes? Quóniam natum regẽ Judæórum audiſti, turbáris, ſuſpiciónibus agitáris, invídiæ ſtímulis inflammáris, & ob hoc natum regẽ occídere conáris. Inánis eſt iſta turbátio tua, & vana prorsùs cogitátio tua. Rex iſte qui natus eſt, non venit reges pugnando ſuperáre, ſed moriendo mirabíliter ſubjugáre: nec ídeo natus eſt ut tibi ſuccédat, ſed ut in eum mundus fidéliter credat. Venit ergo, non ut pugnet vivus, ſed ut triumphet occíſus: nec ut ſibi de áliis géntibus auro exércitum quærat, ſed ut pro ſalvandis géntibus pretióſum ſánguinem fundat.

Ad Benedictus, *Ant.* 1. f. A finibus terræ laudes audívimus, glóriã juſti. *Iſ.* 24. 16.

CANON.

Ex Concílio Tridentíno.

Seſſ. 24. de Reform. c. 10.

EPíſcopi, ut núptiæ eâ quâ debent modéſtiã & honeſtáte fiant, curábunt: ſancta enim res eſt matrimónium, & ſanctè tractandum.

Ad Magníficat, *Ant.* 8. c. Géntibus miſſum eſt ſalutáre Dei, & ipſi áudient. *Act.* 28. 28.

Die V. intra Octav.

De Michæa Prophéta.

Lectio I. c. 4. v. 1.

Nationes ad Eccleſiam acceſſuræ.

ET erit: In noviſſimo diérũ erit mons domûs Dómini præparátus in vértice món-

tium, & ſublímis ſuper colles: & fluent ad eum pópuli. Et properábunt gentes multæ, & dicent: Veníte, aſcendámus ad montem Dómini, & ad domum Dei Jacob: & docébit nos de viis ſuis, & íbimus in ſémitis ejus; quia de Sion egrediétur lex, & verbum Dómini de Jerúſalem. Et judicábit inter pópulos multos, & corrípiet gentes fortes uſque in longinquum; & concídent gládios ſuos in vómeres, & haſtas ſuas in ligónes: & non ſumet gens adversùs gentem gládium; & non diſcent ultrà belligeráre. Et ſedébit vir ſubtus vitem ſuam, & ſubtus ficum ſuam, & non erit qui detérreat: quia os Dómini exercítuum locútum eſt. Quia omnes pópuli ambulábunt unuſquiſque in nómine Dei ſui: nos autem ambulábimus in nómine Dómini Dei noſtri in æternum & ultrà. In die illa, dicit Dóminus, congregábo claudicantem; & eam, quam ejéceram, cólligã, & quam afflíxeram: & ponam claudicantem in relíquias; & eam quæ laboráverat, in gentem robuſtam: & regnábit Dóminus ſuper eos in monte Sion, ex hoc nunc & uſque in æternum.

De Epíſtola beáti Pauli Apóſtoli ad Epheſios.

LECTIO II. c. 3. v. 1.

Gentes per fidem cohæredes promiſſionum.

EGo Paulus vinctus Chriſti Jeſu, pro vobis géntibus, ſi tamen audiſtis diſpenſatiónem grátiæ Dei, quæ data eſt mihi in vobis: quóniam ſecundùm revelatiónem notum mihi factum eſt ſacramentum, ſicut ſuprà ſcripſi in brevi: prout poteſtis legentes intellígere prudéntiam meam in myſtério Chriſti: quod áliis generatiónibus non eſt ágnitum filiis hóminum, ſicuti nunc revelátum eſt ſanctis Apóſtolis ejus & Prophétis in Spíritu: Gentes eſſe cohærédes, & concorporáles, & compartícipes promiſſiónis ejus in Chriſto Jeſu per Evangélium: cujus factus ſum miniſter, ſecundùm donum grátiæ Dei, quæ data eſt mihi ſecundùm operatiónem virtútis ejus.

Sermo ſancti Ignátii Antiochéni Epíſcopi & Mártyris.

LECTIO III.

Epiſt. ad Magneſ. 1. ſæc.

DEus noſter Jeſus Chriſtus in útero geſtátus eſt à María, juxta diſpenſatiónem Dei, ex ſémine Dávidis, Spíritu autem ſancto. Et princi-

pem huius mundi látuit Maríæ virgínitas, & partus ipsíus. Quómodo ígitur manifeſtátus eſt ſéculis? Stella in cœlo fulſit, ſplendóre exsúperans omnes ſtellas, & lux illíus ineffábilis erat; & ſtupórem incuſſit ipsíus nóvitas. Ipſa verò lumen ſuum extendébat ſuper ómnia; & perturbátio erat, unde prodíret illis nóvitas diſsímilis: quare ignorántia deſtructa eſt; vetus regnum eſt labefactátum; Deo humánitùs manifeſtáto in novitátem vitæ ætérnæ.

Ad Benedictus, *Ant.* 1. g. O rex géntium, inter cunctos ſapientes, & in univerſis regnis, nullus eſt símilis tuî. *Jerem.* 10. 7.

CANON.

Ex Concílio Tridentíno.

Seſſ. 24. *de Reform. cap.* 1.

SAcri Lateranenſis concílii veſtígiis inhærendo, ſancta ſynodus præcipit, ut in póſterum, ántequã matrimónium contrahátur, ter à próprio Párocho, tribus contínuis diébus feſtívis, in Eccléſia inter miſſárum ſolémnia, públicè denuntiétur, inter quos matrimónium ſit contrahendum: quibus denunciatiónibus factis, ſi nullum legítimum opponátur impedimentum, ad celebratiónem matrimónii in fácie Eccléſiæ procedátur.

Ad Magníficat, *Ant.* 6. F. Non eſt diſtínctio Judæi & Græci: nam idẽ Dóminus ómnium, dives in omnes qui ínvocant illum. *Rom.* 10. 12.

DIE VI.

INTRA OCTAVAM.

De Zacharía Prophéta.

LECTIO I. c. 8. v. 20.

Alienigenæ gentes populo Dei adjungendæ.

HÆc dicit Dóminus exercítuum: Uſquequo véniant pópuli, & hábitent in civitátibus multis: & vadant habitatóres, unus ad álterum dicentes: Eámus, & deprecémur fáciẽ Dómini, & quærámus Dóminum exercítuum: vadam étiam ego. Et vénient pópuli multi & gentes robuſtæ ad quærendum Dóminum exercítuum in Jerúſalem, & deprecandam fáciem Dómini. Hæc dicit Dóminus exercítuum: In diébus illis, in quibus apprehendent decem hómines ex ómnibus linguis géntium, & apprehendent fímbriã viri Judæi dicentes: Ibimus vobiſcum; audívimus enim quóniam Deus vobiſcum eſt.

ſtola beáti Pauli
toli ad Coloſ-
ſenſes.
II. c. 1. v. 25.
us manifeſtatus
Gentibus.
éſiæ factus ſum e-
niniſter ſecundùm
atiónem Dei, quæ
t mihi in vos, ut
verbum Dei: my-
quod abſcónditū
culis & generatió-
nunc autem ma-
um eſt ſanctis e-
ibus vóluit Deus
ácere divítias gló-
ramenti hujus in
is, quod eſt Chri-
n vobis ſpes gló-
em nos annuntiá-
orripientes omnē
m, & docentes
hóminem in om-
ntia, ut exhibeá-
nnem hóminē per-
in Chriſto Jeſu:
& labóro, certan-
undùm operatiónē
quam operátur in
virtúte.
oro ſancti Irenæi
copi & Mártyris
ontra hæreſes.
o III. l. 3. c. 10.
Atthæus Magos ab
Oriente venientes
iſſe: Vídimus enim
a ejus in Oriente,
imus adoráre eum;
toſque à ſtella in
m Jacob ad Emmá-
per ea quæ obtulé-
runt múnera, oſtendiſſe
qui erat qui adorabátur:
myrrha quidem, quòd ip-
ſe erat qui pro mortáli
humáno génere moreré-
tur & ſepelirétur; aurum
verò, quóniam Rex, cujus
regni finis non eſt; thus
verò, quóniam Deus, qui
& notus in Judæa factus
eſt, & manifeſtus eis qui
non quærébant eum.

Ad Benedictus, *Ant.* 8. G. Vénient ad te, & adorábunt veſtígia pedū tuórum omnes qui detrahébant tibi. *Iſ.* 60. 14.

CANON.

Ex Concílio Tridentíno.
Seſſ. 24. *de Reform. matrim. can.* 4.

SI quis díxerit Eccléſiam non potuiſſe conſtitúere impedimenta matrimónium diriméntia, vel in iis conſtituendis, erraſſe; anathéma ſit.

Ad Magníficat, *Ant.* 2. D. Gens & regnum quod non ſervíerit tibi, (Jerúſalem,) períbit. *Iſ.* 60. 12.

DIE VII.
INTRA OCTAVAM.
De Malachía Prophéta.

LECTIO I. c. 1. v. 10.
Oblatio munda in Gentibus.

QUis eſt in vobis qui claudat óſtia, & incendat altáre meum gratúitò? Non eſt mihi volúntas in vobis, dicit Dóminus exercítuū;

& munus non ſuſcípiam de manu veſtra. Ab ortu enim ſolis uſque ad occáſum, magnum eſt nomen meum in géntibus: & in omni loco ſacrificátur, & offertur nómini meo oblátio munda; quia magnum eſt nomen meum in géntibus, dicit Dóminus exercítuum. Et vos polluiſtis illud in eo quòd dícitis: Menſa Dómini contamináta eſt: & quod ſuperpónitur, contemptíbile eſt cum igne qui illud dévorat. Et dixiſtis: Ecce de labóre; & exſufflaſtis illud, dicit Dóminus exercítuum, & intuliſtis de rapínis claudum & lánguidum, & intuliſtis munus: numquid ſuſcípiam illud de manu veſtra, dicit Dóminus? Maledictus dolóſus, qui habet in grege ſuo máſculum, & votum fáciens ímmolat débile Dómino; quia rex magnus ego, dicit Dóminus exercítuum, & nomen meum horríbile in géntibus.

De Epíſtola beáti Pauli Apóſtoli ad Coloſſenſes.

LECTIO II. c. 2. v. 4.

In fide Chriſti ſtandum.

NEmo vos decípiat in ſublimitáte ſermónum. Nam etſi córpore abſens ſum, ſed ſpíritu vobiſcum ſum: gaudens, & videns órdinem veſtrum, & firmamentum ejus, quæ in Chriſto eſt, fídei veſtræ. Sicut ergo accepiſtis Jeſum Chriſtum Dóminum, in ipſo ambuláte, radicáti & ſuperædificáti in ipſo, & confirmáti fide, ſicut & didiciſtis, abundantes in illo in gratiárum actióne. Vidéte ne quis vos decípiat per philoſóphiam, & inánem falláciam, ſecundùm traditiónem hóminum, ſecundùm eleménta mundi, & non ſecundùm Chriſtum: quia in ipſo inhábitat omnis plenitúdo divinitátis corporáliter; & eſtis in illo repléti, qui eſt caput omnis principátûs & poteſtátis.

Sermo ſancti Cæſárii Arelatenſis Epíſcopi.

LECTIO III.

Sermo de Epiphania.

DIes iſta & feſtívitas quam hódie, fratres, celebrátis, ídeò Epiphánia, id eſt apparítio ſive manifeſtátio appellátur, quia in eá Chriſtus, ſtellâ duce, Géntibus eſt manifeſtátus, & à Joanne hódie dícitur baptizátus, & aquam in vinum poteſtáte divínâ eum convertiſſe narrátur. Utinam, ſicut per ſtellam novam hódie Chriſtus redemptor noſter oſtenſus eſt Géntibus;

bus; ita per cœleſte deſiderium veſtris ipſe ſemper manifeſtum ſe fáciat córdibus: & qui à ſervo ſuo hódie baptizári vóluit, donet vobis, ut, quod in baptiſmo promiſiſtis, per humilitátis virtútem ſerváre poſsítis; & qui aquas hódie convertit in vinum, quidquid in vobis inſípidum eſt, in ſpiritálem commútet intellectum.

Ad Benedictus, *Ant.* 3. a. Resíduum Iſraël innitétur ſuper Dóminum in veritáte: relíquiæ convertentur; relíquiæ, inquam, Jacob ad Deum fortem. *Iſa.* 10. 20.

CANON.

Ex Concílio Tridentíno.

Seſſ. 24. *de Reform. matrim. cap.* 1.

QUi áliter quàm præſente Párocho, vel álio Sacerdóte de ipsíus Párochi, vel Ordinárii licéntia, & duóbus vel tribus téſtibus matrimónium contráhere attentábunt, eos ſancta Synodus ad ſic contrahendum inhábiles reddit, & hujúſmodi contractus írritos & nullos eſſe decernit.

SABBATO

Ante Dominicam I. poſt Epiphaniam.

Antiphonæ & Pſalmi ut in die Epiphaniæ.

Capitulum. Iſa. 32. 18.

SEdébit pópulus meus in pulchritúdine pacis, & in tabernáculo fidúciæ, & in réquie opulentâ, dicit Dóminus.

Hymnus. Huc vos ô míſeri. *ſuprà.* 374.

℣. Laudáte Dóminum, omnes gentes; ℟. Laudáte eum, omnes pópuli. *Pſ.* 116. 1.

Ad Magníficat, *Ant.* 8. G. Reſponſo accepto in ſomnis ne redírent ad Heródem, per áliam viam reverſi ſunt in regiónem ſuam. *Matt.* 2. 12.

Oratio ut infrà ad Laudes.

Non fit commemoratio de Epiphaniâ.

DOMINICA PRIMA

poſt Epiphaniam.

Quæ eſt intra Octavam.

AD OFFIC. NOCT.

Omnia ut in die Epiphaniæ, exceptis quæ ſequuntur.

IN I. NOCTURNO.

De Iſaía Prophéta.

LECTIO I. c. 60. v. 9.

Gentes quæ non venerint ad Eccleſiam, peribunt.

ME ínſulæ expectant, & naves maris in princípio, ut addúcam fílios tuos de longè: argentum eórum & aurum eórum cum eis, nómini Dómini Dei tui, & Sancto Iſraël, quia glorificávit te, Et ædificábunt filii pe-

regrinórum muros tuos, & reges eórum miniſtrábunt tibi: in indignatióne enim mea percuſſi te, & in reconciliatióne mea miſertus ſum tuî. Et aperientur portæ tuæ júgiter; die ac nocte non claudentur: ut afferátur ad te fortitúdo géntium, & reges eárum adducantur. Gens enim & regnum, quod non ſervíerit tibi, períbit: & gentes ſolitúdine vaſtabuntur.

℟. Cùm in forma Dei eſſet, ſemetipſum exinanívit, formam ſervi accípiens, * In ſimilitúdinem hóminum factus, & hábitu inventus ut homo. *Philip.* 2. v. 6. 7. ℣. Verè tu es Deus abſcónditus, Deus Iſraël Salvátor. *Iſa.* 45. 15. * In ſimilitúdinem.

LECTIO II. v. 13.
Gloria Gentium in Eccleſia.

GLória Libani ad te véniet, ábies & buxus, & pinus ſimul, ad ornandum locum ſanctificatiónis meæ, & locum pedum meórum glorificábo. Et vénient ad te curvi filii eórum qui humiliavérunt te, & adorábunt veſtígia pedum tuórum omnes qui detrahébant tibi; & vocábunt te civitátem Dómini, Sion Sancti Iſraël. Pro eo quòd fuiſti derelicta, & ódio hábita, & non erat qui per te transíret; ponam te in ſupérbiam ſeculórum, gáudium in generatiónem & generatiónem: & ſuges lac géntium, & mamillâ regum lactáberis; & ſcies quia ego Dóminus ſalvans te, & redemptor tuus fortis Jacob.

℟. Factus eſt nobis ſapiéntia à Deo, & juſtítia, & ſanctificátio & redémptio; * Ut, quemádmodum ſcriptum eſt: Qui gloriátur, in Dómino gloriétur. 1. *Cor.* 1. v. 30. 31. ℣. In Dómino gaudébo, & exultábo in Deo Jeſu meo. *Habac.* 3. 18. * Ut, quemádmodum.

LECTIO III. v. 17.
Pax, juſtitia & laus Dei in Eccleſia.

PRo ære áfferam aurum, & pro ferro áfferam argentum; & pro lignis æs, & pro lapídibus ferrum: & ponam viſitatiónem tuam pacem, & præpóſitos tuos juſtítiam. Non audiétur ultrà iníquitas in terra tua, váſtitas & contrítio in términis tuis; & occupábit ſalus muros tuos, & portas tuas laudátio. Non erit tibi ámpliùs ſol ad lucendum per diem, nec ſplendor lunæ illuminábit te: ſed erit tibi Dóminus in lucem ſempiternam, &

Deus tuus in glóriam tua. Non óccidet ultrà ſol tuus, & luna tua non minuétur: quia erit tibi Dóminus in lucem ſempiternam, & complebuntur dies luctûs tui.

℞. In Chriſto habémus redemptiónem, remiſſiónem peccatórum, * Secundùm divítias grátiæ ejus, quæ ſuperabundávit in nobis. *Eph.* 1. v. 7. 8. ℣. Derelicti ſumus, qui ſalvarémur ſicut die hac. 1. *Eſdr.* 9. 15. * Secundùm. ℣. Glória. * Secundùm.

IN II. NOCTURNO.

Sermo ſancti Máximi Epíſcopi.

Homil. 1. *in Epiph.*

LECTIO IV.

IN hac, dilectíſſimi, celebritáte, ſicut relátu paternæ traditiónis inſtrúimur, multíplici nobis eſt feſtivitáte lætandum. Ferunt enim hódie Chriſtum Dóminum noſtrum, vel ſtellâ duce, à géntibus adorátum; vel invitátum ad núptias, aquas in vina vertiſſe; vel ſuſcepto à Joanne baptíſmate, conſecraſſe fluenta Jordánis, ſuúmque ſimul purificaſſe Baptiſtam. Sed quid potíſſimum præſenti hoc factum ſit die, nóverit ipſe qui fecit; nos tamen crédere, nec dubitáre debémus, quidquid illud eſt, factum eſſe pro nobis.

℞. Ubi venit plenitúdo témporis, miſit Deus Fílium ſuum, factum ex muliére, factum ſub lege, * Ut eos, qui ſub lege erant, redímeret. *Gal.* 4. 4. 5. ℣. Vocávit eum Salvatórem mundi. *Gen.* 41. 45. * Ut eos.

LECTIO V.

NAm quòd eum fulgentióris ſtellæ rádiis invitáti adoravére Chaldæi, Deum verum géntibus ſpes data eſt adorandi. Quòd aquæ novo ſunt órdine in vina mutátæ, novi nobis póculi prælibátum eſt ſacramentum. Quòd autem baptizátus eſt Agnus Dei, regenerantis baptiſmi ſalutáre nobis munus eſt dedicátum. Et quàm rectè tria hæc nobis uno acta in die myſtéria prædicantur, qui ineffábilis Trinitátis arcánum uno Dei ſub nómine confitémur? Per hæc ergo miràcula Chriſtus Dóminus Redemptorque noſter, óculis ſe vóluit reveláre mortálium, quátenùs inviſíbilis ejus divínitas quæ latébat in hómine, in ópere non latéret.

℞. Pacem habémus ad Deum, * Per Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum; per quem & habémus ac-

ceſſum in grátiam iſtam, & gloriámur in ſpe glóriæ filiórum Dei. *Rom.* 5. 1. 2. ℣. Beáti ſumus; quia quæ Deo placent, manifeſta ſunt nobis. *Baruch.* 4. 4. * Per Dóminum.

LECTIO VI. *Hom.* 6.

QUid ígitur, fratres, hoc lætius die? quid hac ſolemnitáte ſacrátius, in qua partum vírginis, qui latébat in cunis, ſtella fulgéntior coruſcávit; in qua Unigénitum Dei, in ſanctificatiónem ſuî, Jordánis unda ſuſcépit, homo Spíritum ſanctum vidit, Patrem mundus audívit; in qua étiam ſóbrio illo vini mirábilis póculo, peccátis ébrium mortále genus viſitaſſe ſe Chriſtus oſtendit? Ideo, chariſſimi, in ſpirituálibus donis, lúbricæ carnis voluptáte depóſitâ, ſpirituáliter gaudeámus, ut ténebras cordis noſtri lumen ſtellæ cœleſtis irrádiet, benedíctio paternæ vocis illuſtret, & ſalutáre nos vinum, Chriſto propinante, lætíficet.

℟. Qualem charitátem dedit nobis Pater, * Ut filii Dei nominémur & ſimus. 1. *Joan.* 3. 1. ℣. Multæ ſunt miſeratiónes ejus. 1. *Paralip.* 21. 13. * Ut filii Dei nominémur. ℣. Glória Patri. * Ut filii.

IN III. NOCTURNO.

De Epiſtola beáti Pauli Apóſtoli ad Romános.

LECTIO VII. c. 15. v. 8.

Gentibus prædicatum eſt ex miſericordia.

DIco Chriſtum Jeſum miniſtrũ fuiſſe circumciſiónis propter veritátem Dei, ad confirmandas promiſſiónes patrum: gentes autem ſuper miſericórdia honoráre Deum, ſicut ſcriptum eſt: Proptérea confitébor tibi in géntibus, Dómine, & nómini tuo cantábo. Et íterùm dixit: Lætámini, gentes, cum plebe ejus. Et íterùm: Laudáte, omnes gentes, Dñm; & magnificáte eũ, omnes pópuli. Et rurſus Iſaías ait: Erit radix Jeſſe, & qui exurget régere gentes; in eũ gentes ſperábunt. Deus autẽ ſpei répleat vos omni gáudio & pace in credendo: ut abundétis in ſpe, & virtúte Spíritûs ſancti.

℟. Máxima & pretióſa nobis promiſſa donávit Deus, * Ut efficiámini divínæ conſortes natúræ. 2. *Petr.* 1. 4. ℣. Ergone putandum eſt, quòd verè Deus hábitet ſuper terrã? 3. *Reg.* 8. 27. * Ut efficiámini.

LECTIO VIII. v. 15.

Paulus miniſter Chriſti in Gentibus.

GRátia data eſt mihi à Deo, ut ſim mi-

niſter Chriſti Jeſu in géntibus, ſanctíficans Evangélium Dei, ut fiat oblátio géntium accepta, & ſanctificáta in Spíritu ſancto. Hábeo ígitur glóriā in Chriſto Jeſu ad Deum. Non enim áudeo áliquid loqui eórum, quæ per me non éfficit Chriſtus in obediéntiam géntium verbo & factis, in virtúte ſignórum & prodigiórum, in virtúte Spíritûs ſancti: ita ut ab Jerúſalem per circúitum uſque ad Illyricum repléverim Evangélium Chriſti. Sic autem prædicávi Evangéliū hoc, non ubi nominátus eſt Chriſtus, ne ſuper aliénum fundamentum ædificárem: ſed ſicut ſcriptum eſt: Quibus non eſt annuntiátum de eo, vidébunt; & qui non audiérunt, intélligent.

℟. Non eſt ſanctus ut eſt Dóminus: neque enim eſt álius extra te, * Et non eſt fortis ſicut Deus noſter. 1. *Reg.* 2. 2. ℣. In hoc appáruit Fílius Dei, ut diſſolvat ópera diáboli. 1. *Joan.* 3. 8. * Et non eſt.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Lucam.

LECTIO IX. c. 2. v. 40.

IN illo témpore; Puer creſcébat, & confortabátur, plenus ſapiéntiâ; & grátia Dei erat in illo. Et réliqua.

Homília ſancti Ambróſii Epíſcopi.

Expoſ. Evang. ſecundùm Luc. lib. 2. §. 63. & 64.

A Duodécimo anno, ut légimus, Domínicæ ſúmitur diſputatiónis exórdium; hic enim prædicandæ fidei evangelizántium númerus debebátur. Nec otióſè ímmemor ſuórum ſecundùm carnem parentum, qui ſecundùm carnem útique ſapiéntiâ Dei implebátur & grátiâ, poſt tríduum repéritur in templo; ut eſſet indício quia poſt tríduum triumphális illíus paſſiónis in ſede cœleſti & honóre divíno fídei noſtræ ſe reſurrectúrus offerret, qui mórtuus credebátur. Quid eſt quòd me quærebátis? Neſciebátis quia in própria Patris mei oportet me eſſe? Duæ ſunt in Chriſto generatiónes: una eſt paterna, materna áltera: paterna illa divínior; materna verò quæ in noſtrum labórem uſumque deſcendit. Et ídeo quæ ſupra natúram, ſupra ætátem, ſupra conſuetúdinem fiunt; non humánis aſſignanda virtútibus, ſed divínis referenda ſunt poteſtátibus. Alibi eum ad myſtérium mater impellit: hîc mater argúitur; quia adhuc quæ humána ſunt exigat. Sed cùm hîc

duódecim deſcribátur annórum, illic diſcípulos habúre doceátur; vides matrem didiciſſe de filio, ut exígeret à validióre myſtérium, quæ ſtupébat in junióre miráculum.

℟. Sic Deus diléxit mundum, ut Fílium ſuum unigénitum daret; * Ut omnis qui credit in eum non péreat, ſed hábeat vitam ætérnam. *Joan.* 3. 16. ℣. Egreſſus es, Dómine, in ſalútem pópuli tui, in ſalútem cum Chriſto tuo. *Hab.* 3. 13. * Ut omnis. ℣. Glória. * Ut omnis.

Te Deum.

AD LAUDES.

℣. *Sacerd.* Benedíctus qui venit in nómine Dómini; ℟. Deus Dóminus, & illuxit nobis. *Pſ.* 117. 26. 27.

Ant. 1. f. IN Chriſto inhábitat omnis plenitúdo divinitátis corporáliter. *Coloſſ.* 2. 9.

Ant. 2. D. De plenitúdine ejus nos omnes accépimus. *Joan.* 1. 16.

Ant. 4. E. Pater díligit Fílium, & ómnia dedit in manu ejus. *Joan.* 3. 35.

Loco Cant. Benedícite, *dicitur Cant.* Laudáte, cœli, *ut in die Epiph. p.* 370.

Ant. 3. g. Benedíctus Deus, qui benedixit nos in omni benedictióne ſpirituáli in cœléſtibus in Chriſto. *Epheſ.* 1. 3.

Ant. 5. a. Non miſit Deus Fílium ſuum in mundum, ut júdicet mundum; ſed ut ſalvétur mundus per ipſum. *Joan.* 3. 17.

Capitul. Rom. 11. 34. 35.

QUis cognóvit ſenſum Dómini? aut quis conſiliárius ejus fuit? aut quis prior dedit illi, & retribuétur ei? quóniam ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt ómnia; ipſi glória in ſécula ſeculórum: Amen.

Hymnus & Verſus ut in die Epiphaniæ.

Ad Benedíctus, *Ant.* 8. G. Stupébant omnes qui Jeſum audiébant ſuper prudéntia & reſponſis ejus; & videntes admiráti ſunt. *Luc.* 2. 47.

Orémus.

DEus, qui húmilè Fílii tui pueritiam cœleſti claráre ſapiéntiâ voluiſti; præſta, ut ſpíritu prudéntiæ replèti, ſincérâ tibi humilitáte placeámus; Per eumdem.

Non fit commemoratio Epiphaniæ.

AD PRIMAM.

Ant. 1. f. In Chriſto.

Cætera ut in die Epiph. excepto Canone.

CANON.

Ex Concilio Remenſi. *An.* 1583. *Tit. de Matrim. n.* 6.

CUm matrimónium non fáciat contra-

ctus ſed conſenſus, ac proinde contrahéntium lib rtas nullâ vi premi débeat, qui ad illud áliquem compúlerint, ipſo facto excommunicatióne incúrrere moneantur.

AD TERTIAM.

Ant. 2. D. De plenitúdine.

Capitulum. Jer. 15. 16.

FActum eſt mihi verbum tuum in gáudium & in lætítiam cordis mei; quóniam invocátum eſt nomen tuum ſuper me.

℟. *br.* Ecce cognóvi, quóniam Deus meus es, * Allelúia, allelúia. *Repetit.* Ecce. ℣. In Deo laudábo verbum, * Allelúia, allelúia. ℣. Glória. *Repet.* Ecce. *Pſal.* 55. 10. 11.

℣. Tu es ſalvátor meus, ℟. Et te ſuſtínui totâ die. *Pſ.* 24. 5.

AD SEXTAM.

Ant. 4. E. Pater díligit.

Capitulum. 2. Cor. 8. 9.

SCitis grátiam Dómini noſtri Jeſu Chriſti, quóniam propter vos egénus factus eſt, cùm eſſet dives, ut illíus inópiâ vos dívites eſſétis.

℟. *br.* Tu es ipſe Rex meus & Deus meus, * Allelúia, allelúia. *Repet.* Tu es. ℣. Qui mandas ſalútes Jacob. * Allelúia, allelúia. ℣. Glória. *Repet.* Tu es. *Pſ.* 43. 5.

℣. Deus ſuſceptor meus es, ℟. Deus meus miſericórdia mea. *Pſ.* 58. 18.

AD NONAM.

Ant. 5. a. Non miſit.

Capitulum. 1. Joan. 5. 9.

DEus teſtificátus eſt de Fílio ſuo; qui credit in Fílium Dei, habet teſtimónium Dei in ſe.

℟. *br.* Ad Deum clamávi, &c. Dóminus ſalvábit me, * Allelúia, allelúia. *Repet.* Ad Deum. ℣. Véſpere, & mane, & merídie narrábo. * Allelúia, allelúia. ℣. Glória. *Repet.* Ad Deum. *Pſ.* 54. 17. 18.

℣. Fiat manus tua ut ſalvet me; ℟. Quóniam mandáta tua elégi. *Pſal.* 118. 173.

AD VESPERAS.

Pſalmi, Antiphonæ, Capitulum, Hymnus, Verſus, ut in die Epiphaniæ.

Ad Magníficat, *Ant.* J. Jeſus proficiébat ſapiéntiâ, & ætáte, & grátiâ apud Deum & homínes. *Luc.* 2. 52.

Oratio ut ſuprà ad Laudes.

Non fit commemoratio Octavæ.

DIE XIII. JANUARII.

IN BAPT. DOMINI & Octava Epiphaniæ.

Duplex-majus.

IN I. VESPERIS.

Pſalmi de Feria cum Antiphonis ſequentibus.

Ant. 3. a. SPíritus Dei ferébátur ſuper aquas. *Gen.* 1. 2.

Ant. 4. E. Fons aſcendébat è terra írrigans univérſam ſuperfíciem terræ. *Gen.* 2. 6.

Ant. 5. a. Flúvius egrediebátur de loco voluptátis ad irrigandum paradíſum. *Ibid.* 10.

Ant. 7. a. Erit fons patens dómui David & habitántibus Jerúſalem, in ablutiónem peccatóris. *Zach.* 13. 1.

Ant. 1. D. Benedícite, mária & flúmina, Dómino; laudáte & ſuperexaltáte eum in ſécula. *Dan.* 3. 78.

Capitulum. Joël. 3. 17.

IN die illa ſtillábunt montes dulcédinem, & colles fluent lacte, & per omnes rivos Juda ibunt aquæ; & fons de domo Dómini egrediétur, & irrigábit torrentē ſpinárum.

℟. Exíbunt aquæ vivæ de Jerúſalem, in æſtáte & in híeme erunt; * Et erit Dóminus rex. † Super omnem terram. *Zach.* 14. 8. 9. ℣. Ipſe baptizábit in Spíritu ſancto & igne. *Matth.* 3. 11. * Et erit. ℣. Glória. † Super.

Hymnus ut in die Epiphaniæ.

℣. Dóminus ſuper aquas multas; ℟. Vox Dñi in virtúte. *Pſ.* 28. 3.

Ad Magníficat, Ant. 4. D. Venit Jeſus à Galilæa in Jordánem ad Joannem, ut baptizarétur ab eo. *Matth.* 3. 13.

Oratio, Deus, cujus Unigénitus, *inf. ad Laud.*

Si ſit Sabbatum, non ſit commemoratio Dominicæ neque Epiphaniæ.

AD COMPLETOR.

Ut ſuprà, p. 363.

AD OFFIC. NOCT.

Invit. Jeſum qui baptízat in Spíritu ſancto, * Veníte, adorémus. *Joan.* 1. 33.

Pſ. 94. Veníte. 2.

Hymnus ut in die Epiphaniæ.

IN I. NOCTURNO.

Antiphonæ, Pſalmi & Verſus ut in die; & ſic in II. & III. Nocturno.

De Ezechiéle Prophéta.

LECTIO I. c. 36. v. 22.

Deus ſanctificandus in Gentibus.

HÆc dicit Dóminus Deus: Non propter vos ego fáciam, domus Iſraël, ſed propter nomen ſanctum meum, quod polluiſtis in géntibus, ad quas intraſtis. Et ſanctificábo nomen meũ magnum quod pollútum eſt inter gentes, quod polluiſtis in médio eárum: ut ſciant gentes quia ego Dóminus, ait Dóminus exercítuum, cùm ſanctificátus fúero in vo-

bis coram eis. Tolla quippe vos de géntibus, & congregábo vos de univerſis terris, & addúcam vos in terram veſtram.

℟. Patres noſtri omnes ſub nube fuérunt, & omnes mare tranſiérunt, & omnes in Móyſe baptizáti ſunt, in nube & in mari; * Hæc autem in figúra facta ſunt noſtrî. 1. *Cor.* 10. 1. 2. 6. ℣. Deduxit eos Dóminus in ſpe, & inimícos eórum opéruit mare. *Pſ.* 77. 53. * Hæc autẽ.

LECTIO II. c. 24.

Aqua munda effundenda.

ET effundam ſuper vos aquam mundam, & mundabímini ab ómnibus inquinamentis veſtris, & ab univerſis idólis veſtris mundábo vos. Et dabo vobis cor novum, & ſpíritum novum ponam in médio veſtrî: & fáciam ut in præceptis meis ambulétis, & judícia mea cuſtodiátis & operémini.

℟. Fuit Joannes in déſerto baptízans, & prædicans baptiſmum pœniténtiæ * In remiſſiónem peccatórum. *Marc.* 1. 4. ℣. Sanabuntur & vivent ómnia ad quæ vénerit torrens. *Eze.* 37. 9. * In remiſſiónẽ.

LECTIO III. v. 26.

Adoptio Dei.

ET habitábitis in terra quam dedi pátribus veſtris: & éritis mihi in pópulum, & ego ero vobis in Deum. Et ſalvábo vos ex univerſis inquinamentis veſtris: & vocábo frumentum, & multiplicábo illud, & non impónam vobis famem. Et multiplicábo fructum ligni & genímina agri, ut non portétis ultrà oppróbrium in géntibus. Et recordabímini viárum veſtrárum, ſtudiorũque non bonórum; & diſplicébunt vobis iniquitátes veſtræ & ſcélera veſtra.

℟. Exíbat ad Joannem Jeroſólyma, & omnis Judæa, & omnis régio circa Jordánem; * Et baptizabantur ab eo in Jordáne confitentes peccáta ſua. ℣. Ipſe autem Joannes habébat veſtiméntum de pilis camelórum. * Et baptizabantur. *Matth.* 3. 4. 5. 6.

IN II. NOCTURNO.

Sermo ſancti Gregórii Nazianzéni.

LECTIO IV.

In S. Lumina. Orat. 39.

CHriſti nativitátem priùs aptâ ſolemnitáte celebrávimus, cum ſtella cucúrrimus, cum Magis adorávimus, cum Paſtóribus luce circumfúſi ſumus, cum Angelis divínam glóriam prædicávimus. Nunc verò ália Chriſti áctio, áliud

myſtérium ſéquitur. Non poſſum cohibére ánimi voluptátem; divíni afflátûs ímpetu agor: ac propémodum Joannis inſtar ſaultum núntium prófero, non quidem ut ille, præcurſor; céterùm à ſolitúdine véniens. Chriſtus illuminátur; ſimul & nos illuminémur. Chriſtus baptizátur; ſimul & nos deſcendámus; ut cum ipſo páriter aſcendámus.

℟. Factum eſt, in diébus illis venit Jeſus à Názareth Galilææ;* Et baptizátus eſt à Joanne in Jordáne. *Marc.* 1. 9. ℣. In terris viſus eſt, & cum homínibus converſátus eſt. *Bar.* 3. 38. Et baptizátus.

LECTIO V.

JOannes baptízat; accédit Jeſus: non admíttit Baptiſta; Jeſus certat. Ego à te débeo baptizári, dicit lucerna Soli, vox Verbo, amícus Sponſo; inter natos mulíerum major, Primogénito omnis creatúræ; is qui à materno ventre præſultáverat, ei qui in ventre adorátus fúerat; præcurſor & præcurſúrus, ei qui apparúerat & apparitúrus erat. Quid autem Jeſus? Sine modò; hoc enim certo consílio & diſpensatióne fit. Aſcendit Jeſus ex aqua: mundum enim ſecum in altum effert; ad cœlos quos Adam clauſerat & ſibi & pósteris, quemádmodù & flámmeo gládio paradíſum, ſindi atque aperíri cernit. Ac Spíritus teſtimónium pérhibet divinitátis; ad ſímilem enim accurrit. Et vox cœlitùs míttitur: illinc enim erat is de quo teſtimónium perhibebátur. Et ut columba Spíritus appáreat à multis enim ſéculis columba dilúvii finem nuntiáre conſuévit.

℟. Jeſu baptizáto, & orante, apértum eſt cœlum; & * Deſcendit Spíritus ſanctus corporáli ſpécie ſicut columba in ipſum. ℣. Flos de radíce Jeſſe aſcendet: & requieſcet ſuper eum Spíritus Dómini. * Deſcendit. *Luc.* 3. 22. *Iſ.* 11. 1. 2.

LECTIO VI.

NOs ígitur hódie Chriſti baptiſmum venerémur, ac feſtum honeſtè celebrémus, non ventris delíciis óperam dantes, ſed ſpirituáliter nos obleċtantes. Lavámini, mundi eſtóte. Si peccáto rubri eſtis, ac propè ſanguínei, quaſi nix dealbámini. Si coccínei eſtis, ac omníno viri ſánguinum, ad candórem lanæ pervenitóte. Purgámini, inquam; nullâ enim re Deus perinde deleċtátur, ut hóminis reſipiſcéntiâ ac ſalúte.

pro quo omnis ſermo & ómnia myſtéria. Sic fiet ut ſicut lumināria in mundo, ita & vos áliis homínibus ſitis vis quædam vivífica, & velut lúmina perfúſa, magno illi lúmini aſtantes, & à Trinitáte illumináti, cujus nunc rádium à divinitáte, quæ una eſt, emanentem, accepiſtis in Chriſto Jeſu Dómino noſtro, cui glória in ſécula ſeculórum: Amen.

℟. Ecce vox de cœlis * dicens: Hic eſt Fílius meus diléctus, † In quo mihi complácui. *Matth.* 3. 17. ℣. Intónuit de cœlo Dóminus, & Altíſſimus dedit vocem ſuam. *Pſ.* 17. 14. * Dicens. ℣. Glória. † In quo.

IN III. NOCTURNO.

De Sermóne ſancti Petri Apóſtoli.

LECTIO VII. *Actuum,* c. 10. v. 34.

Verbum incipit à Baptiſmo Joannis.

IN veritáte cómperi, quia non eſt perſonárum acceptor Deus: ſed in omni gente, qui timet eum, & operátur juſtítiam, acceptus eſt illi. Verbum miſit Deus fíliis Iſraël, annúntians pacem per Jeſum Chriſtum: (hic eſt ómnium Dóminus.) Vos ſcitis quod factum eſt verbum per univerſam Judæam; incípiens enim à Galilæa, poſt baptiſmum quod prædicávit Joannes: Jeſum à Nazareth, quómodo unxit eum Deus Spíritu ſancto, & virtúte; qui pertránſiit benefaciendo, & ſanando omnes oppreſſos à diábolo, quóniam Deus erat cum illo.

℟. Vidit Joannes Jeſum veniéntem ad ſe, & ait: Ecce Agnus Dei; * Ecce qui tollit peccátum mundi. *Joan.* 1. 29. ℣. Juſtificábit ipſe juſtus multos, & iniquitátes eórum ipſe portábit. *Iſai.* 53. 11. * Ecce.

LECTIO VIII. Act. 11. 16.

Baptiſmus Spiritûs ſancti.

RECordátus ſum verbi Dómini, ſicut dicébat: Joannes quidem baptizávit aquâ, vos autem baptizabímini Spíritu ſancto. Si ergo eamdem grátiam dedit illis Deus, ſicut & nobis, qui credídimus in Dóminum Jeſum Chriſtum: ego quis eram, qui poſſem prohibére Deum? His audítis, tacuérunt: & glorificavérunt Deum, dicentes: Ergo & Géntibus pœniténtiam dedit Deus ad vitam.

℟. Hic eſt qui venit per aquam & ſánguinem Jeſus Chriſtus: * Et Spíritus eſt, qui teſtificátur, quóniam Chriſtus eſt véritas.

1. *Joan.* 5. 6. ℣. Joannes teſtimónium pérhibet de ipſo. *Joan.* 1. 15.* Et Spíritus.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Joannem.

LECTIO IX. c. 1. 29.

Spiritus Dei ſuper Jeſum baptizatum deſcendens.

IN illo témpore: Vidit Joannes Jeſum veniéntem ad ſe, & ait: Ecce Agnus Dei; ecce qui tollit peccátum mundi. Et réliqua.

Homília ſancti Auguſtíni Epíſcopi.

In Joan. Evang. Tract. 5.

QUare oportébat baptizári Chriſtum? quare opórtuit naſci Chriſtum? quare opórtuit crucifigi Chriſtum? Si enim viam humilitátis demonſtratúrus advénerat, & ſeipſum factúrus ipſam humilitátis viam: in ómnibus ab eo implenda erat humílitas. Auctoritátem dare baptiſmo ſuo hinc dignátus eſt, ut cognóſcerent ſervi quantâ alacritáte debérent cúrrere ad baptiſmum Dómini; quando ipſe non dedignátus eſt ſuſcípere baptiſmum ſervi. Donátum enim erat hoc Joanni, ut ipſius baptiſmus dicerétur. Ergo ut darétur nobis à Dómino exemplum humilitátis ad percipiendam ſalútem baptiſmatis, Chriſtus ſuſcépit quod ei opus non erat; ſed propter nos opus erat. Et rurſus, ne hoc ipſum quod accépit à Joanne Chriſtus, præponerétur baptiſmati Chriſti; permiſſi ſunt & álii baptizári à Joanne. Sed qui baptizáti ſunt à Joanne; non eis ſuffécit: baptizáti ſunt enim baptiſmo Chriſti.

℟. Teſtimónium perhíbuit Joannes, dicens: Qui miſit me baptizáre in aqua, ille mihi dixit: Super quem víderis Spíritum deſcendentem, & manentem ſuper eum, * Hic eſt qui baptízat † In Spíritu ſancto. *Joan.* 1. 32. 33. ℣. Spíritum ſanctum effúdit in nos Deus abundè per Jeſum Chriſtum. *Tit.* 3. 5. * Hic eſt. ℣. Glória. † In Spíritu.

Te Deum.

AD LAUDES.

℣. *Sacerd. Pſalmi & Antiphonæ de die Epiphaniæ.*

Capit. 1. Pet. 3. v. 20. 21.

IN diebus Noë octo ánimæ ſalvæ factæ ſunt per aquam; & vos nunc ſímilis formæ ſalvos facit baptiſma: non carnis depoſítio ſórdium, ſed conſciéntiæ bonæ interrogátio in Deum.

Hymnus & ℣. ut in die Epiphaniæ.

Ad Benedictus, *Ant.* 8.G. Baptizátus autem Jeſus conſeſtim aſcendit de aqua; & ecce aperti ſunt ei cœli. *Matth.* 3. 16.

Orémus.

DEus, cujus Unigénitus in ſubſtántia noſtræ carnis appáruit; præſta, quæſumus, ut per eum, quem ſímilem nobis foris agnóvimus, intùs reformári mereámur; Qui tecum.

AD HORAS, ut in die Epiphan. excepto Canone.

CANON.

Ex Concílio Bituricenſi. *An.* 1584. *tit.* 27. *de matr. Can.* 5.

FIat benedíctio nuptiális à próprio Párocho in fácie Eccléſiæ, in Miſſa, ab auróra uſque ad merídiem: non poſt prándium, neque noctu, neque in privátis dómibus.

AD VESPERAS.

Pſalmi & Antiphonæ de die Epiphaniæ.

Capitulum. 1. Petr. 1. 22.

ANimas veſtras caſtificantes in obediéntia charitátis, in fraternitátis amóre, símplici ex corde ínvicem dilígite atténtiùs, renáti non ex sémine corruptíbili, ſed incorruptíbili per verbum Dei vivi.

Hymnus, ut in die Epiphaniæ.

℣. Viſitaſti terram, Dómine, & inebriaſti eam, ℟. Flumen Dei replétum eſt aquis. *Pſ.* 64. 10.

Ad Magníficat, *Ant.* 1. D. Jeſus plenus Spíritu ſancto regreſſus eſt à Jordáne; & agebátur à Spíritu in deſertum. *Luc.* 4. 1.

Oratio ut ſuprà ad Laudes.

Fit commemoratio ſancti Hilarii Epiſcopi & Eccleſiæ Doctoris; deinde ſancti Felicis Preſbyteri, ut in Proprio Sanctorum.

DIE XIV. JANUARII.

Legitur liber Tobiæ diſtributus per Ferias, & incipitur à Feria in quam incidit dies 14. omiſſis præcedentibus Lectionibus: ſi verò dies Dominicâ occurrat die 14. fiet Officium ut infrà, in Dominica ſecunda poſt Epiphaniam.

FERIA SECUNDA.

Incipit liber Tobíæ.

LECTIO I. c. 1. v. 1.

Tobias ex tribu & civitate Nephtali.

TObías ex tribu & civitáte Néphtali (quæ eſt in ſuperióribus Galilææ ſupra Naaſſon, poſt viam quæ ducit ad occidentem, in ſiniſtro habens civitátem Sephet,) cùm captus eſſet in diébus Salmánaſar regis Aſſyriórum, in captivitáte tamen póſitus, viam veritátis

non deſéruit: ita ut ómnia quæ habére póterat, quotídie concaptívis frátribus, qui erant ex ejus génere, impertíret. Cùm verò factus eſſet vir, accépit uxórem Annam de tribu ſua, genuítque ex ea fílium, nomen ſuum impónens ei; quem ab infántia timére Deum dócuit, & abſtinére ab omni peccáto. Poſt multum verò tempóris, mórtuo Salmánaſar rege, cùm regnáret Sennácherib fílius ejus pro eo, & fílios Iſraël exóſos habéret in conſpectu ſuo: Tobías quotídie pergébat per omnem cognatiónem ſuam, & conſolabátur eos, dividebátque unicuíque, prout póterat, de facultátibus ſuis.

℟. Cùm in formâ. *p.* 386.

LECTIO II. v. 21.

Tobiæ pietas erga mortuos.

CUm reverſus eſſet rex Sennácherib, fúgiens à Judæa plagam quam circa eum fécerat Deus propter blaſphémiam ſuã, & irátus multos occíderet ex fíliis Iſraël, Tobías ſepeliébat córpora eórum. At ubi nuntiátum eſt regi, juſſit eum occídi, & tulit omnem ſubſtántiam ejus. Tobías verò cum fílio ſuo & cum uxóre fúgiens, nudus látuit, quia multi diligébant eum. Poſt dies verò quadragínta quinque occidérunt regem fílii ipſíus; & reverſus eſt Tobías in domum ſuam, omníſque facúltas ejus reſtitúta eſt ei. Poſt hæc verò cùm eſſet dies feſtus Dómini, & factum eſſet prándium bonum in domo Tobíæ, dixit fílio ſuo: Vade, & adduc áliquos de tribu noſtra, timentes Deum, ut epuléntur nobíſcum. Cumque abiiſſet, reverſus nuntiávit ei, unum ex fíliis Iſraël jugulátum jacére in platéa: ſtatímque exíliens de accúbitu ſuo, relinquens prándium, jejúnus pervénit ad corpus.

℟. Factus eſt. *p.* 386.

LECTIO III. c. 2. 8.

Tobias cæcus efficitur.

ARguébant autem eũ omnes próximi ejus, dicentes: Jam hujus rei causâ interfíci juſſus es; & vix effugiſti mortis impérium, & iterùm ſepelis mórtuos? Sed Tobías plùs timens Deum, quàm regem, rapiébat córpora occiſórum: & occultábat in domo ſua, & médiis nóctibus ſepeliébat ea. Cóntigit autem, ut quâdam die fatigátus à ſepultúra, véniens in domum ſuam, jactaſſet ſe juxta paríetem, & obdormiſſet; & ex nido hirúndinum dormienti illi cálida ſtércora incíderent

ſuper óculos ejus, fieretque cæcus. Parentes & cognáti ejus irridébant vitam ejus, dicentes: Ubi eſt ſpes tua, pro qua eleemóſynas & ſepultúras faciébas? Tobías verò increpábat eos, dicens: Nolíte ita loqui: quóniam filii ſanctórum ſumus, & vitam illam expectámus, quam Deus datúrus eſt his qui fidem ſuam numquam mutant ab eo.

℟. In Chriſto. *p.* 387.

CANON.

Ex Concílio Mediolanenſi quinto.

An. 1579. *part.* 3. *tit.* 15.

PArochus quos ſponſos experiundo víderit doctrínæ chriſtiánæ rudimenta planè ignoráre, ne matrimónio illos antè jungat, quam eâ item ratióne cognórit didiciſſe quæ eo de génere illos planè ſcire oportet.

FERIA TERTIA.

De libro Tobíæ.

LECTIO I. c. 2. v. 19.

Uxor Tobiæ.

ANna verò uxor Tobíæ ibat ad opus textrínũ quotídie, & de labóre mánuum ſuárum victum quem cónſequi póterat, deferébat. Unde factum eſt, ut hœdũ caprárum accípiens detuliſſet domi: cujus cùm vocem balantis vir ejus audiſſet, dixit: Vidéte, ne fortè furtívus ſit: réddite eum dóminis ſuis, quia non licet nobis aut édere ex furto áliquid, aut contíngere. Ad hæc uxor ejus iráta reſpondit: Manifeſtè vana facta eſt ſpes tua, & eleemóſynæ tuæ modò apparuérunt. Atque his & áliis hujuſcémodi verbis exprobrábat ei.

℟. Ubi venit. *p.* 387.

LECTIO II. c. 3. v. 1.

Oratio Tobiæ.

TUnc Tobías ingémuit, & cœpit oráre cum lácrymis, dicens: Juſtus es, Dómine, & ómnia judícia tua juſta ſunt; & omnes viæ tuæ, miſericórdia, & véritas, & judícium. Et nunc, Dómine, memor eſto meî, & ne vindictam ſumas de peccátis meis, neque reminiſcáris delicta mea, vel parentum meórum. Quóniam non obedívimus præceptis tuis, ídeò tráditi ſumus in direptiónem, & captivitátem, & mortem, & in fábulam, & in impropérium ómnibus natiónibus, in quibus diſperſiſti nos. Et nunc, Dómine, magna judícia tua, quia non égimus ſecundùm præcepta tua, & non ambulávimus ſincériter corã te. Et nunc, Dómine, ſecundùm voluntátem tuã

fac mecum, & præcipe in pace récipi ſpíritum meũ: éxpedit enim mihi mori magis quàm vívere.

℟. Pacem habémus. *pag.* 387.

LECTIO III. *v.* 7.

Opprobrium Saræ filiæ Raguelis.

Fâdem itaque die cóntigit, ut Sara filia Raguélis in Rages civitáte Medórum, & ipſa audíret impropérium ab una ex ancillis patris ſui. Quóniam trádita fúerat ſeptem viris, & dæmónium nómine Aſmodæus occíderat eos, mox ut ingreſſi fuiſſent ad eam. Ergo cùm pro culpa ſua increpáret puellam, reſpondit ei, dicens: Ampliùs ex te non videámus filium aut filiam ſuper terram, interfectrix virórum tuórum. Numquid & occídere me vis, ſicut jam occidiſti ſeptem viros? Ad hanc vocem perrexit in ſupérius cubículum domûs ſuæ: & tribus diébus & tribus nóctibus non manducávit, neque bibit; ſed in oratióne perſiſtens, cum lácrymis deprecabátur Deum, ut ab iſto impropério liberáret eam. In illo témpore exaudítæ ſunt preces ambórum in conſpectu glóriæ ſummi Dei: & miſſus eſt Angelus Dómini ſanctus Ráphaël, ut curáret eos ambos, quorum uno témpore ſunt oratiónes in conſpectu Dómini recitátæ.

℟. Qualem. *pag.* 388.

C A N O N.

Ex Concílio Tridentíno. *Seſſ.* 24. *de reform. matr. cap.* 1.

SAncta Synodus hortátur, ut cónjuges, ante benedictiónem ſacerdotálem in templo ſuſcipiendam, in eádem domo non cohábitent.

FERIA QUARTA.

De Libro Tobíæ.

LECTIO I. C. 4. II.

Tobias filio commendat pietatem erga matrem.

CUm Tobías putáret oratiónem ſuam exaudíri, ut mori potuiſſet, vocávit ad ſe Tobíam fílium ſuum, dixítque ei: Audi, fili mi, verba oris mei; & ea in corde tuo, quaſi fundaméntum cónſtrue. Cùm accéperit Deus ánimam meam, corpus meum ſépeli: & honórem habébis matri tuæ ómnibus diébus vitæ ejus; memor enim eſſe debes, quæ & quanta perícula paſſa ſit propter te in útero ſuo. Cùm autem & ipſa compléverit tempus vitæ ſuæ, ſepélias eam circa me.

℟. Máxima & pretióſa. *pag.* 388.

LECTIO II. v. 6.

Alias commendat virtutes.

OMnibus autem diébus vitæ tuæ in mente habéto Deum: & cave ne aliquando peccáto conſéntias, & prætermittas præcepta Dómini Dei noſtri. Ex ſubſtántia tua fac eleemóſynam, & noli avértere fáciem tuam ab ullo páupere: ita enim fiet, ut nec à te avertátur fácies Dómini. Attende tibi, fili mi, ab omni fornicatióne; & præter uxórem tuam, numquam patiáris crimen ſcire. Supérbiam numquam in tuo ſenſu, aut in tuo verbo, dominári permittas: in ipſa enim inítium ſumpſit omnis perdítio. Quod ab álio óderis fieri tibi, vide ne tu aliquando álteri fácias. Consílium ſemper à ſapiente perquíre. Omni témpore bénedic Deum: & pete ab eo, ut vias tuas dírigat, & ómnia consília tua in ipſo permáneant.

℟. Non eſt ſanctus. *pag.* 389.

LECTIO III. v. 21.

De pecunia Gabelo commodata.

INdico étiam tibi, fili mi, dediſſe me decem talenta argenti, dùm adhuc infántulus eſſes, Gabélo, in Rages civitáte Medórum, & chirógraphum ejus apud me hábeo: & ídeò perquíre quómodò ad eum pervénias, & recípias ab eo ſuprà memorátum pondus argenti, & reſtítuas ei chirógraphum ſuum. Noli timére, fili mi: páuperem quidem vitam gérimus; ſed multa bona habébimus, ſi timuérimus Deum, & receſſérimus ab omni peccáto, & fecérimus bene.

℟. Sic Deus. *pag.* 390.

CANON.

Ex Concílio Tridentíno. *Seſſ.* 24. *de reform. matr. Cap.* 1.

COnjuges hortátur (ſancta Synodus) ut ántequàm cóntrahant, vel ſaltem tríduo ante matrimónii conſummatiónem, ſua peccáta diligenter confiteantur, & ad ſacratíſſimum Euchariſtiæ Sacramentum piè accédant.

FERIA QUINTA,

De Libro Tobiæ.

LECTIO. I. c. 5. v. 1.

Tobiam filius conſulit de via in Rages.

TUnc reſpondit Tobías patri ſuo, & dixit: Omnia quæcumque præcepiſti mihi, fáciam, pater. Quo modo autem pecúniam hanc requíram, ignóro. Ille me neſcit, & ego eum ignóro: quod ſignum dabo ei? Sed neque viam, per quam pergátur illuc, aliquando

cognóvi. Tunc pater ſuus reſpondit illi, & dixit: Chirógraphum quidem illíus penes me hábeo: quod dum illi oſténderis, ſtatim reſtítuet. Sed perge nunc, & inquíre tibi áliquem fidélem virum, qui eat tecum ſalvâ mercéde ſuâ: ut, dum adhuc vivo, recípias eam.

℟. Cùm in forma. *p.* 386.

LECTIO II. v. 5.

Tobiæ filio Angelus occurrit.

TUnc egreſſus Tobías, invénit júvenem ſpléndidum, ſtántem præcinctum, & quaſi parátum ad ambulandum. Et ignórans quòd Angelus Dei eſſet, salutávit eum, & dixit: Unde te habémus, bone júvenis? At ille reſpondit: Ex filiis Iſraël. Et Tobías dixit ei: Noſti viam, quæ ducit in regiónem Medórum? Cui reſpondit: Novi; & ómnia itínera ejus frequenter ambulávi, & manſi apud Gabélum fratrem noſtrum, qui morátur in Rages civitáte Medórum, quæ pósita eſt in monte Ecbátanis. Cui Tobías ait: Súſtine me, óbſecro, donec hæc ipſa núntiem patri meo. Tunc ingreſſus Tobías, indicávit univerſa hæc patri ſuo. Super quæ admirátus pater, rogávit ut introíret ad eum.

℟. Factus eſt. *pag.* 386.

LECTIO III. v. 11.

Angelus Tobiam patrem ſalutat.

INgreſſus itaque ſalutávit eum, & dixit: Gáudium tibi ſit ſemper. Et ait Tobías: Quale gáudium mihi erit, qui in ténebris ſédeo, & lumen cœli non vídeo? Cui ait júvenis: Forti ánimo eſto; in próximo eſt, ut à Deo curéris. Dixit ítaque illi Tobías: Numquid póteris perdúcere filium meum ad Gabélum, in Rages civitátem Medórum? & cùm redíeris, reſtítuam tibi mercédem tuam. Dixit autem illi Angelus: Ego ſanum ducam, & ſanum tibi redúcam filium tuum. Reſpondens autem Tobías ait: Benè ambulétis, & ſit Deus in itínere veſtro, & Angelus ejus comitétur vobíſcum.

℟. In Chriſto. *pag.* 387.

C A N O N.

Ex Concílio Senonenſi. *An.* 1528. *decr. morum.* 35.

PRohibémus ne in ſponſálibus aut nuptiáli benedictióne fiant riſus, cachinnatiónes, vel ália ridícula verba enunciéntur: quin imò moneantur affidáti quáteǹus jejúni, contríti, & confeſſi, ac cum multa reveréntia ad hoc Sacraméntum accédant.

FERIA SEXTA.

De libro Tobíæ.

LECTIO I. c. 5. v. 22.

Anna flens ſuper filium ſuum.

TUnc parátis ómnibus quæ erant in via portanda, fecit Tobías vale patri ſuo & matri ſuæ, & ambulavérunt ambo ſimul. Cumque profecti eſſent, cœpit mater ejus flere, & dícere: Báculum ſenectútis noſtræ tuliſti, & transmiſiſti à nobis. Numquá fuiſſet ipſa pecúnia, pro qua miſiſti eum. Sufficiébat enim nobis paupertas noſtra, ut divítias computarémus hoc, quòd videbámus fílium noſtrum. Dixitque ei Tobías: Noli flere; ſalvus pervéniet fílius noſter, & ſalvus revertétur ad nos, & óculi tui vidébunt illum. Credo enim quòd Angelus Dei bonus comitétur ei, & bene diſpónat ómnia, quæ circa eum geruntur, ita ut cum gáudio revertátur ad nos. Ad hanc vocem ceſſávit mater ejus flere, & tácuit.

℟. Ubi venit, *p.* 387.

LECTIO II. c. 6. v. 1.

Tobias jubente Angelo apprehendit piſcem.

PRofectus eſt autem Tobías, & canis ſecútus eſt eum, & manſit primâ manſióne juxta flúvium Tigris. Et exívit ut laváret pedes ſuos; & ecce piſcis immánis exívit ad devorandum eum. Quē expáveſcens Tobías clamávit voce magnâ, dicens: Dómine, invádit me. Et dixit ei Angelus: Apprehende bránchiam ejus, & trahe eum ad te. Quod cùm feciſſet, attraxit eum in ſiccū, & palpitáre cœpit ante pedes ejus.

℟. Pacē habémus, *p.* 387.

LECTIO III. v. 5.

Proprietates viſcerum piſcis.

TUnc dixit ei Angelus: Exéntera hunc piſcem; & cor ejus, & fel, & jecur repóne tibi: ſunt enim hæc neceſſária ad medicamenta utíliter. Quod cùm feciſſet, aſſávit carnes ejus, & ſecum tulérunt in via: cétera ſaliérunt quæ ſufficerent eis quouſque pervenírent in Rages civitátem Medórum. Tunc interrogávit Tobías Angelum, & dixit ei: Obſecro te, Azária frater, ut dicas mihi, quod remédium habébunt iſta quæ de piſce ſerváre juſſiſti? Et reſpondens Angelus dixit ei: Cordis ejus partículam ſi ſuper carbónes ponas, fumus éxtricat omne genus dæmoniórum, ſive à viro, ſive à muliére, ita ut ultrà non accédat ad eos. Et fel

valet ad ungendos óculos in quibus fúerit albúgo, & ſanabuntur.

℟. Qualem, *p.* 388.

CANON.

Ex Concílio Remenſi. *An.* 1583. *de Reform. matrim. can.* 11.

NUptiis ritè complétis, ita ſe compónant cónjuges, ut putent ſe non à ſacerdóte, ſed per eum à Chriſto conjunctos, in quem peccátur quóties fides promíſſa sólvitur; neutri ergo líceat ab áltero diſcédere, étiam quoad thorum, niſi causâ legítimâ, priùs à ſuperióre approbátâ.

SABBATO.

Si Sabbatum iſtud evenerit in vigilia Septuageſimæ, ſi ſit Feſtum duplex aut ſuprà, poſt Evangelium Feſti legitur Homilia Dominicæ II. poſt Epiph. Si verò ſit Feria, Feſtum ſimplex, aut ſemiduplex, de Sancto fiet tantùm commem. in Laud. & Miſſa, quæ celebrabitur de Dom. ex tribus Lect. Sabb. fient duæ, tertia erit de Homil. Dom. cum Reſp. infrà notatis.

De libro Tobíæ.

LECTIO I. c. 6. v. 10.

Angelus & Tobias divertunt ad Raguelem.

DIxit Angelo Tobías: Ubi vis ut maneámus? Reſpondenſque Angelus, ait: Eſt hic Ráguel nómine, vir propinquus de tribu tua, & hic habet fíliam nómine Saram, ſed neque máſculum, neque féminam ullam habet áliam præter eam. Tibi debétur omnis ſubſtántia ejus, & oportet eam te accípere cónjugem. Pete ergo eam à patre ejus, & dabit tibi eam in uxórem. Tunc reſpondit Tobías, & dixit: Audio quia trádita eſt ſeptem viris, & mórtui ſunt: ſed & hoc audívi, quia dæmónium occídit illos. Tímeo ergo ne fortè & mihi hæc evéniant: & cùm ſim únicus paréntibus meis, depónam ſenectútem illórum cum triſtítia ad ínferos.

℟. Máxima, *p.* 388.

LECTIO II. v. 16.

Diſpoſitiones ſanctæ ad matrimonium.

TUnc Angelus Ráphaël dixit ei: Audi me, & oſtendam tibi qui ſunt quibus prævalére poteſt dæmónium. Hi namque qui conjúgium ita ſuſcípiunt, ut Deum à ſe & à ſua mente exclúdant, & ſuæ libídini ita vacent, ſicut equus & mulus quibus non eſt intelléctus: habet poteſtátem dæmónium ſuper eos. Tu autem cùm accéperis eam, ingreſſus cubículum, per tres dies cóntinens eſto ab ea,

& nihil áliud, niſi oratiónibus vacábis cum ea. Ipsâ autem nocte, incenſo jécore piſcis, fugábitur dæmóniū. Tranſactâ autem tértiâ nocte, accípies vírginem cum timóre Dñi, amóre filiórum magis quā libídine ductus, ut in sémine Abrahæ benedictiónē in filiis conſequáris.

℟. Non eſt. p. 389.

Lectio III. c. 7. v. 1.

Angelus & Tobias benignè à Raguele excipiuntur.

INgreſſi ſunt autem ad Raguélem, & ſuſcépit eos Ráguël cum gáudio. Intuenſque Tobíam Ráguël, dixit Annæ uxóri ſuæ: Quàm símilis eſt júvenis iſte conſobríno meo! Et cùm hæc dixiſſet, ait: Unde eſtis, júvenes fratres noſtri? At illi dixérunt: Ex tribu Néphtali ſumus, ex captivitáte Nínive. Dixitque illis Ráguël: Noſtis Tobíam fratrem meum? Qui dixérunt: Nóvimus. Cumque multa bona loquerétur de eo, dixit Angelus ad Raguélem: Tobías, de quo intérrogas, pater iſtíus eſt. Et miſit ſe Ráguël, & cum lácrymis oſculátus eſt eum, & plorans ſupra collum ejus, dixit: Benedíctio ſit tibi, fili mi, quia boni & óptimi viri filius es. Et Anna uxor ejus, & Sara ipsórum filia, lacrymátæ ſunt.

℟. Sic Deus. p. 390.

CANON.

Ex Concílio Tridentíno. *Seſſ. 24. de Reform. matrim. can. 9.*

SI quis díxerit Clércos in ſacris Ordínibus conſtitútos, vel Regulátes caſtitátem ſolémniter profeſſos, poſſe matrimónium contráhere, contractumque válidum eſſe nonobſtante lege eccleſiáſticâ, vel voto: . . . poſſeque omnes contráhere matrimónium, quî non ſéntiunt ſe caſtitátis, etiamſi eam vóverint, habére donum; anathéma ſit: cùm Deus id rectè peténtibus non déneget, nec patiátur nos ſupra id quod póſſumus tentári.

AD VESPERAS.

Sabb. ante Dom. II. poſt Epiph. ſi Dom. ſequens ſit Septuageſima, omnia ut in Sabbato ante Septuageſimam. Et deinceps nihil fit de Officio de Dominicis intra Circumciſionem & Purificationem, niſi commemoratio de Beata ad Veſperas & Laudes ut in Pſalterio; & ita ſi in Dominicis ſequentibus ſuperveniat Septuageſima ante Purificationem: ſi non inciderit, Officium fit ut notatur in Sabb. & Dom. inter Circ. & Purific. p. 353.

Orat. infrà ad Laudes.

DOMINICA II.
Poſt Epiphaniam.
Omnia ut in Dominicis à Circumciſ. ad Purific. exceptis quæ ſequuntur.
IN I. NOCTURNO.
De libro Tobíæ.
LECTIO I. c. 7. v. 9.
Tobias Saram petit in uxorem.

POſtquam autem locúti ſunt, præcépit Ráguël occídi aríetem & parári convívium. Cúmque hortarétur eos diſcúmbere ad prándium, Tobías dixit: Hîc ego hódie non manducábo neque bibam, niſi priùs petitiónem meã confírmes, & promíttas mihi dare Saram fíliam tuam. Quo audíto verbo, Ráguël expávit, ſciens quid evénerit illis ſeptem viris qui ingreſſi ſunt ad eam: & timére cœpit ne fortè & huic ſimíliter contíngeret; & cùm nutáret, & non daret petenti ullum reſponſum, dixit ei Angelus: Noli timére dare eã iſti; quóniam huic timenti Deum debétur conjux fília tua: proptérea álius non pótuit habére illam.

℟. I. Miſericórdia & véritas obviavérunt ſibi; juſtítia & pax oſculátæ ſunt: * Véritas de terra orta eſt, & juſtítia de cœlo proſpexit. *Pſ.* 84. 11. 12. ℣. Vita manifeſtáta eſt, quæ erat apud Patrẽ, & appáruit nobis. 1. *Joan.* 1. 2. * Véritas.

LECTIO II. v. 13.
Tobias Saram ducit uxorem.

TUnc dixit Ráguël: Nõ dúbito quòd Deus preces & lácrymas meas in conſpectu ſuo admíſerit; & credo quóniã ídeo fecit vos veníre ad me, ut iſta conjungerétur cognatióni ſuæ ſecundùm legem Móyſi; & nunc noli dúbium gérere quòd tibi eã tradam. Et apprehendens déxteram fíliæ ſuæ, déxteræ Tobíæ trádidit, dicens: Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Jacob vobiſcum ſit; & ipſe conjungat vos, impleátque benedictiónem ſuam in vobis. Et acceptâ chartâ, fecérunt conſcriptiónem conjúgii. Et poſt hæc epuláti ſunt benedicentes Deum, vocavítque Ráguël ad ſe Annam uxórẽ ſuam, & præcépit ei ut præparáret álterum cubículum. Et introduxit illuc Saram fíliam ſuam, & lacrymáta eſt. Dixítque ei: Forti ánimo eſto, fília mea: Dóminus cœli det tibi gáudium pro tædio quod perpeſſa es.

℟. II. Non habémus hîc manentem civitátem, ſed futúram inquírimus; * Per Jeſum ergo offerámus

hóſtiã laudis ſemper Deo. *Hebr.* 13. 14. ℣. Fílius datus eſt nobis, & vocábitur nomen ejus Admirábilis. *Iſ.* 9. 6. * Per Jeſum.

LECTIO III. c. 8. v. 1.

Raphaël alligat dæmonium.

POſtquam verò cœnavérunt, introduxérunt júvenem ad eam. Recordátus itaque Tobías ſermónum Angeli, prótulit de caſſídili ſuo partem jécoris, poſuitque eã ſuper carbónes vivos. Tunc Ráphaël Angelus apprehendit dæmónium, & religávit illud in deſerto ſuperióris Ægypti. Tunc hortátus eſt vírginem Tobías, dixitque ei: Sara, exurge, & deprecémur Deũ hódie, & cras, & ſecundum cras; quia his tribus nóctibus Deo júngimur: tértiâ autem tranſactâ nocte, in noſtro érimus conjúgio. Fílii quippe ſanctórum ſumus, & non póſſumus ita conjungi ſicut gentes quæ ignórant Deũ. Surgentes autem páriter, inſtanter orábant ambo ſimul ut ſánitas darétur is.

℟. III. Ego autẽ in Dómino gaudébo, & exultábo * In Deo Jeſu meo; Deus Dóminus fortitudo mea. *Hab.* 3. 18. 19. Scio & confido in Dómino Jeſu. *Rom.* 14. 14. * In Deo. ℣. Glória. † Deus Dóminus.

IN II. NOCTURNO.

De libro Proverbiórum.

LECTIO IV. c. 31. v. 10.

Mulier fortis.

MUlíerem fortem quis invéniet? procul & de últimis fínibus prétium ejus. Confidit in ea cor viri ſui, & ſpóliis non indigébit. Reddet ei bonum & non malũ, ómnibus diébus vitæ ſuæ. Quæſívit lanam & linum, & operáta eſt consílio mánuum ſuárum. Facta eſt quaſi navis inſtitóris, de longè portans panẽ ſuum. Et de nocte ſurrexit, deditque prædam domeſticis ſuis, & cibária ancillis ſuis. Conſiderávit agrum, & emit eum: de fructu mánuum ſuárum plantávit víneam.

℟. IV. Sit nomen Dómini benedictum in ſécula: * Ante ſolem pérmanet nomen ejus; & benedicentur in ipſo omnes tribus terræ. *Pſ.* 71. 17. ℣. Ipſe eſt imágo Dei inviſíbilis, primogénitus omnis creatúræ. *Coloſſ.* 1. 15. * Ante.

LECTIO V. v. 17.

Opera mulieris bonæ.

ACcinxit fortitúdine lumbos ſuos, & roborávit bráchium ſuum. Guſtávit, & vidit, quia bona eſt negotiátio ejus;

non extinguétur in nocte lucerna ejus. Manum ſuã miſit ad fórtia, & dígiti ejus apprehendérunt fuſum. Manum ſuam apéruit ínopi, & palmas ſuas extendit ad páuperem. Non timébit dómui ſuæ à frigóribus nivis: omnes enim doméſtici ejus veſtíti ſunt duplícibus. Stragulátam veſtem fecit ſibi: byſſus & púrpura indumentum ejus. Nóbilis in portis vir ejus, quando séderit cũ ſenatóribus terræ.

℟. V. Exaltábo te, Deus meus rex, & benedícam nómini tuo in ſéculum & in ſéculum ſéculi: * Per ſíngulos dies benedícam tibi. *Pſ.* 144. 1. 2. ℣. Tu es Chriſtus Fílius Dei vivi. *Matth.* 16. 16. * Per.

LECTIO VI. v. 24.

Laudes mulieris bonæ.

SIndonem fecit & véndidit, & cíngulum trádidit Chananæo. Fortitúdo & decor indumentum ejus, & ridébit in die noviſſimo. Os ſuum apéruit ſapiéntiæ, & lex cleméntiæ in lingua ejus. Conſiderávit ſémitas domûs ſuæ, & panem otióſa non comédit. Surrexérunt fílii ejus, & beatíſſimam prædicavérunt; vir ejus, & laudávit eã. Multæ fíliæ congregavérunt divítias: tu ſupergreſſa es univerſas. Fallax grátia, & vana eſt pulchritúdo: múlier timens Dóminum ipſa laudábitur. Date ei de fructu mánuum ſuárum: & laudent eam in portis ópera ejus.

℟. VI. Ecce Deus meus ſalvátor meus; * Fiduciáliter agam, & non timébo: † Quia fortitúdo mea & laus mea Dñs, & factus eſt mihi in ſalútẽ. *Iſ.* 12. 2. ℣. Credo Fílium Dei eſſe Jeſum Chriſtum. *Act.* 8. 37. * Fiduciáliter. ℣. Glória. † Quia.

IN III. NOCTURNO.

De Epíſtola beáti Pauli Apóſtoli ad Ephéſios.

LECTIO VII. c. 5. v. 22.

Chriſtus caput Eccleſiæ.

MUlíeres viris ſuis ſúbditæ ſint, ſicut Dómino: quóniã vir caput eſt mulíeris, ſicut Chriſtus caput eſt Eccléſiæ; ipſe ſalvátor córporis ejus. Sed ſicut Eccléſia ſubjecta eſt Chriſto, ita & mulíeres viris ſuis in ómnibus. Viri, dilígite uxóres veſtras, ſicut & Chriſtus diléxit Eccléſiam, & ſeipſum trádidit pro ea, ut illam ſanctificáret, mundans lavácro aquæ in verbo vitæ: ut exhibéret ipſe ſibi glorióſam Eccléſiam, non habentem máculam, aut rugam, aut áliquid hujuſmodi, ſed ut ſit ſancta & immaculáta.

℟. VII.

℟. VII. Hic eſt Deus, Deus noſter in æternum & in ſéculum ſéculi; * Ipſe reget nos in ſécula. *Pſ.* 47. 15. ℣. Prophéta magnus ſurrexit in nobis. *Luc.* 7. 16. * Ipſe reget nos in ſécula.

LECTIO VIII. v. 28.

Matrimonium magnum eſt ſacramentum.

ITa & viri debent dílígere uxóres ſuas ut córpora ſua. Qui ſuam uxórem díligit, ſeipſum díligit. Nemo enim umquã carnem ſuam ódio hábuit; ſed nutrit & fovet eã, ſicut & Chriſtus Eccléſiam: quia membra ſumus córporis ejus, de carne ejus, & de óſſibus ejus. Propter hoc relinquet homo patrem & matrem ſuam, & adhærébit uxóri ſuæ; & erunt duo in carne una. Sacramentum hoc magnum eſt; ego autem dico in Chriſto & in Eccléſia. Verúmtamen & vos ſinguli unuſquiſque uxórem ſuam ſicut ſeipſum díligat: uxor autem tímeat virum ſuum.

℟. VIII. Dñe, ad quem íbimus? verba vitæ æternæ habes; * Et nos crédídimus & cognóvimus quia tu es Chriſtus Fílius Dei. *Joan.* 6. 69. ℣. Nos cognóvimus quóniam non eſt Deus præter te, Dómine. *Eccli.* 36. 15. * Et nos.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Joannem.

LECTIO IX. c. 2. v. 1.

Nuptiæ in Cana.

IN illo témpore: Núptiæ factæ ſunt in Cana Galilææ; & erat Mater Jeſu ibi. Vocátus eſt autẽ & Jeſus, & diſcípuli ejus ad núptias. Et réliqua.

Homília ſancti Auguſtíni Epíſcopi.

Tract. 8. *in Joan.*

QUis eſt qui consíderat ópera Dei, quibus régitur & adminiſtrátur totus hic mundus, & non obſtupeſcit obruiturque miráculis? Sed quia hómines in áliud intenti, perdidérunt conſideratiónẽ óperum Dei, in qua darent quotídie laudẽ creatóri: ſervávit ſibi Deus inuſitáta quædam quæ fáceret, ut tamquam dormientes hómines ad ſe colendum mirabílibus excitáret. Prióra miracula fecit per Verbum ſuum Deum apud ſe; poſterióra fecit per ipſum Verbum ſuum incarnátum. Cùm ergo tanta videámus facta per Deum Jeſum, quid mirámur aquã in vinum converſam per hóminem Jeſum? Ipſe fecit hoc, qui illa ómnia. Excepto miráculo, áliquid in ipſo facto myſtérii & ſacramenti latet. Quid mirum ſi in illam domum

ad núptias venit, qui in hunc mundum ad núptias venit? Verbũ enim ſponſus; & ſponſa, caro humána: & utrúque unus Fílius Dei, & idẽ filius hóminis. Uterus Maríæ Vírginis, thálamus ejus; inde proceſſit tamquã ſponſus de thálamo ſuo. Certi ſacramenti grátiâ, vidétur matrem, de qua ſponſus proceſſit, non agnóſcere, & dícere illi: Quid mihi & tibi eſt, múlier? Miráculum exigébat Mater: at ille non agnoſcit víſcera humána, operatúrus facta divína; tamquam dicens: Quod de me facit miráculum, non tu genuiſti; divinitátem meam non tu genuiſti: ſed quia genuiſti infirmitátem meam, tunc te cognoſcam, cùm ipſa infirmitas pendébit in cruce: hoc eſt enim, Nondum venit hora mea. Excéptâ myſticâ ſignificatióne, confirmáre vóluit Dóminus quòd ipſe fecit núptias: futúri enim erant, de quibus dixit Apóſtolus, prohibentes nubére, & dicentes quòd malum eſſent núptiæ, & quòd diábolus eas feciſſet. Nec illæ quæ virginitátem Deo vovent, quamquam amplióre m gradum honóris & ſanctitátis in Eccléſia téneant, ſine núptiis ſunt: nam & ipſæ pértinent ad núptias cum tota Eccléſia; in quibus núptiis ſponſus eſt Chriſtus. Ac per hoc ergo Dóminus invitátus venit ad núptias; ut conjugális caſtitas firmarétur, & oſtenderétur ſacramentum nuptiárum: quia & illárum nuptiárum ſponſus perſónam Dómini figurábat.

℟. IX. Tantùm in te eſt Deus, & non eſt abſque te. Deus: * Verè tu es Deus abſcónditus, † Deus Iſraël ſalvátor. *Iſ.* 45. 14. 15. ℣. Tu es Chriſtus Fílius Dei vivi, qui in hunc mundum veniſti. *Joan.* 11. 27. * Verè. ℣. Glória. † Deus. Te Deum.

Ad Benedictus, *Ant.* 3. à. Ut guſtávit architriclínus aquam vinum factam, vocat ſponſum, & dicit ei: Servaſti bonum vinum uſque adhuc. *Joan.* 2. 9. 10.

Orémus.

OMnípotens ſempitérne Deus, qui cœléſtia ſimul & terréna moderáris; ſupplicatiónes pópuli tui cleménter exáudi, & pacem tuam noſtris concéde tempóribus; Per Dóminum.

CANON.

Ex Concílio Tridentíno.

Seſſ. 23. *de Ord. cap.* 2.

CUm divína res ſit ſancti Sacerdótii miniſtérium; conſeatáneum

fuit, quo dígniùs & majóri cum veneratióne exercéri poſſet, ut in Eccléſiæ ordinatíſſima diſpoſitióne plures & diverſi eſſent miniſtrórum órdines, qui Sacerdótio ex offício deſervírent; ita diſtribúti, ut qui jam Clericáli Tonsúrâ inſigníti eſſent, per minóres ad majóres aſcénderent.

Ad Magníficat. *Ant.* 1. D. Fecit inítium ſignórum Jeſus in Cana Galilææ, & manifeſtávit glóriam ſuam, & credidérunt in eū diſcípuli ejus. *Joan.* 2. 11.

FERIA SECUNDA.

De libro Tobíæ.

LECTIO I. c. 8. v. 11.

Raguël jubet parari foveam.

FActum eſt circa pullórum cantum, accersíri juſſit Ráguël ſervos ſuos, & abiérunt cum eo páriter, ut føderent ſepulchrum. Dicébat enim: Ne fortè símili modo evénerit ei, quo & céteris illis ſeptem viris qui ſunt ingreſſi ad eā. Cumque paraſſent foſſam, reverſus Ráguël ad uxórem ſuam, dixit ei: Mitte unā ex ancillis tuis, & vídeat ſi mórtuus eſt, ut ſepéliam eum, ántequam illuceſcat dies.

℞. Miſericórdia & véritas. *p.* 406.

LECTIO II. v. 15.

Tobias ſanus invenitur.

AT illa miſit unam ex ancillis ſuis; quæ ingreſſa cubículum réperit eos ſalvos & incólumes, ſecum páriter dormientes. Et reverſa nuntiávit bonum núntium: & benedixérunt Dóminum, Ráguël vidélicet & Anna uxor ejus, & dixérunt: Benedícimus te, Dómine Deus Iſraël, quia non cóntigit quemádmodum putabámus. Feciſti enim nobiſcum miſericórdiam tuam, & excluſiſti à nobis inimícum perſequentem nos. Miſertus es autem duóbus únicis. Fac eos, Dómine, pléniùs benedícere te, & ſacrifícium tibi laudis tuæ & ſuæ ſanitátis offerre, ut cognoſcat univérſitas géntium, quia tu es Deus ſolus in univerſa terra.

℞. Non habémus. *p.* 406.

LECTIO III. v. 20.

Repletur fovea, & paratur convivium.

STatimque præcépit ſervis ſuis Ráguël, ut replérent foſſam quam fécerant, priuſquam eluceſceret. Uxóri autem ſuæ dixit ut inſtrúeret convívium, & præparáret ómnia quæ in cibos erant iter agéntibus neceſſária. Duas quoque pingues vaccas & quátuor aríetes occídi fe-

cit, & parári épulas ómnibus vicínis ſuis cunctiſque amícis. Et adjurávit Ráguël Tobíam ut duas hebdómadas morarétur apud ſe. De ómnibus autem quæ poſſidébat Ráguël, dimídiam partem dedit Tobíæ, & fecit ſcriptúram ut pars dimídia, quæ ſupérerat, poſt óbitum eórum, Tobíæ domínio deveníret.

℟. Ego autem, p. 407.

CANON.

Ex Concílio Carthaginenſi quarto.

Anno 398. *cap.* 9.

OStiárius cùm ordinátur, poſtquàm ab Archidiácono inſtructus fúerit quáliter in domo Dei débeat conversári; ad ſuggeſtiónem Archidiáconi tradat ei Epíſcopus Claves Eccléſiæ de altário, dicens: Sic age, quaſi redditúrus Deo ratiónem pro his rebus quæ his Clávibus recluduntur.

FERIA TERTIA.

De libro Tobíæ.

LECTIO I. c. 9. v. 1.

Invitatur Gabelus ad nuptias.

TUnc vocávit Tobías Angelum ad ſe, quem quidem hóminem exiſtimábat, dixitque ei: Azária frater, peto ut auſcultes verba mea. Si me ipſum tradam tibi ſervum, non ero condignus providéntiæ tuæ. Tamen óbſecro te, ut aſſúmas tibi animália ſive ſervítia, & vadas ad Gabélum in Rages civitátem Medórum, reddaſque ei chirógraphum ſuum, & recípias ab eo pecúniam, & roges eum veníre ad núptias meas. Scis enim ipſe quóniam númerat pater meus dies: & ſi tardávero unâ die plus, contriſtátur ánima ejus. Et certè vides quómodò adjurávit me Ráguël, cujus adjuramentũ ſpérnere non poſſum. Tunc Ráphaël aſſúmens quátuor ex ſervis Raguélis, & duos camélos, in Rages civitátem Medórum perrexit: & invéniens Gabélum, réddidit ei chirógraphum ſuum, & recépit ab eo omnẽ pecúniam. Indicavitque ei de Tobía filio Tobíæ ómnia quæ geſta ſunt: fecitque eum ſecum veníre ad núptias.

℟. Sit nomen, p. 407.

LECTIO II. v. 8.

Venit Gabelus in domum Raguelis.

CUmque ingreſſus eſſet domum Raguélis, invénit Tobíam diſcumbentem: & exíliens oſculáti ſunt ſe ínvicem; & flevit Gabélus, benedixitque Deum, & dixit: Benedícat te Deus Iſraël; quia fílius es óptimi viri, & juſti, & timentis Deum,

nóſynas facientis:
ur benedíctio ſu-
rem tuam & ſuper
s veſtros : & vi-
ilios veſtros, &
iórum veſtrórum
a tértiam & quar-
ieratiónem : & ſit
eſtrum benedíctũ
Iſraël qui regnat
a ſeculórũ. Cùm-
nes dixiſſent, A-
ceſſérunt ad con-
: ſed & cum timó-
nuptiárum convi-
xercébant.
altábo te, *p.* 408.
III. c. 10. v. 1.
um Sara uxore re-
ad patrem.
n verò moras fá-
ret Tobías causâ
m, ſollícitus erat
jus Tobías, di-
utas quare mora-
s meus, aut quare
s eſt ibi ? Putas-
élus mórtuus eſt,
reddet illi pecú-
At verò Ráguël
ad génerum ſuũ :
ic, & ego mittam
n ſalútis de te ad
patrem tuum.
e verbis multis ro-
obíam, & ille eum
tióne vellet audí-
lidit ei Saram &
m partem omnis
tiæ ſuæ in púeris,
is, in pecúdibus,
lis, & in vaccis,
ecúnia multa : &
ſalvum atque gaudentem dimíſit eum à ſe, dicens : Angelus Dómini ſanctus ſit in itínere veſtro, perducatque vos incólumes, & inveniátis ómnia rectè circa parentes veſtros, & vídeant óculi mei fílios veſtros priuſquàm móriar. Et apprehendentes parentes fíliam ſuam oſculáti ſunt eam, & dimiſérunt ire: monentes eã honoráre ſóceros, dilígere marítum, régere famíliam, gubernáre domum, & ſeipſam irreprehensíbilem exhibére.

℟. Ecce Deus, *p.* 408.

C A N O N.

Ex Concílio Carthaginenſi quarto.

Anno 398. cap. 8.

LEctor, cùm ordinátur, fáciat de illo verbum Epíſcopus ad plebem, índicans ejus fidẽ, ac vitã, atque ingénium : poſt hæc ſpectante plebe tradat ei Códicẽ de quo lectúrus eſt, dicens ad eũ : Accipe, & eſto Lector verbi Dei, habitúrus, ſi fidéliter & utíliter impléveris officiũ, partem cum eis qui verbum Dei miniſtráverint.

FERIA QUARTA.

De libro Tobíæ.

LECTIO I. c. 11. v. 1.

Angelus & Tobias ceteros præcedunt.

CUmque reverterentur, pervenérunt ad Charan, quæ eſt

in médio itínere contra Níniven, undécimo die. Dixitque Angelus: Tobía frater, ſcis quemádmodū reliquiſti patrem tuum: ſi placet ítaque tibi, præcedámus; & lento gradu ſequantur iter noſtrum famíliæ, ſimul cum cónjuge tua & cum animálibus. Cumque hoc placuiſſet ut irent, dixit Ráphaël ad Tobíam: Tolle tecum ex felle piſcis; erit enim neceſſárium. Tulit ítaque Tobías ex felle illo, & abiérunt. Anna autem ſedébat ſecùs viam quotídie in ſupercílio montis, unde reſpícere póterat de longínquo. Et dum ex eódem loco ſpecularétur adventum ejus, vidit à longè, & íllicò agnóvit veniéntem fílium ſuum: curréenſque nuntiávit viro ſuo, dicens: Ecce venit fílius tuus.

℟. Hic eſt, *p.* 409.

LECTIO II. V. 7.

Tobiam pater & mater oſculantur.

DIxitque Ráphaël ad Tobíam: At ubi introíeris domum tuam, ſtatim adóra Dóminum Deū tuum: & grátias agens ei, accéde ad patrem tuum, & osculáre eum. Statímque lini ſuper óculos ejus ex felle iſto piſcis, quod portas tecum; ſcias enim quóniam mox aperiéntur óculi ejus, & vidébit pater tuus lumen cœli, & in aſpectu tuo gaudébit. Tunc præcucurrit canis qui ſimul fúerat in via, & quaſi núntius advéniens, blandimento ſuæ caudæ gaudébat. Et conſurgens cæcus pater ejus cœpit offendens pédibus cúrrere: & datâ manu púero, occurrit óbviam fílio ſuo. Et ſuſcípiens oſculátus eſt eum cum uxóre ſua, & cœpérunt ambo flere præ gáudio. Cumque adoraſſent Deum & grátias egiſſent, conſedérunt.

℟. Dñe, ad quem, *p.* 409.

LECTIO III. V. 13.

Tobias pater viſum recuperat.

TUnc ſumens Tobías de felle piſcis, linívit óculos patris ſui. Et ſuſtinuit quaſi dimídiam ferè horam: & cœpit albúgo ex óculis ejus, quaſi membrána ovi, égredi. Quam apprehendens Tobías traxit ab óculis ejus, ſtatímque viſum recépit. Et glorificábant Deum, ipſe vidélicet; & uxor ejus, & omnes qui ſciébant eum. Dicebatque Tobías: Benedíco te, Dómine Deus Iſraël, quia tu caſtigaſti me, & tu ſalvaſti me: & ecce ego vídeo Tobíam fílium meum.

℟. Tantùm, *p.* 410.

[C] A N O N.
[C]oncílio Carthagi-
[Carthagi]nenſi quarto.
[An]no 398. *cap.* 7.
[Ex]orciſta cùm ordi-
[n]átur, accípiat de
Epíſcopi Libellum
[in quo] ſcripti ſunt Exor-
[ciſmi], dicente ſibi Epíſ-
[copo]: Accipe, & com-
[menda] memóriæ, & ha-
[be] poteſtátem impo-
[nendi] manus ſuper ener-
[gume]num, ſive baptizá-
[tum, ſ]ive catechúmenum.

[FER]IA QUINTA.
[D]e libro Tobíæ.

[LECTI]O I. C. II. V. 18.
[Sara] *ad domum Tobiæ pervenit.*

[In]greſſa eſt étiam poſt
[sep]tem dies Sara uxor
[fili]i ejus, & omnis fa-
[mil]ia, & pécora, &
[cameli], & pecúnia multa
[uxoris]; ſed & illa pecúnia
[quam] recéperat à Gabélo:
[et narr]ávit paréntibus ſuis
[omnia] beneficia Dei, quæ
[feciſſe]t circa eum per hó-
[minem q]ui eũ dúxerat. Ve-
[neruntq]ue Achior & Na-
[bath] conſobríni Tobíæ
[gaude]ntes ad Tobíam, &
[congra]tulantes ei de óm-
[nibus] bonis quæ circa il-
[lum o]ſténderat Deus.

[℞. M]iſericórdia. *p.* 406.

[LECTI]O II. C. 12. V. 1.
[Tobias] *cum filio agit de mer-*
[cede] *Azariæ tribuenda.*

[Tu]nc vocávit ad ſe
[T]obías filium ſuum,
dixitque ei: Quid póſſumus dare viro iſti ſancto qui venit tecum? Reſpondens Tobías dixit patri ſuo: Pater, quam mercédem dábimus ei? aut quid dignum póterit eſſe benefíciis ejus? Me duxit & reduxit ſanum; pecúniam à Gabélo ipſe recépit; uxórem ipſe me habére fecit, & dæmónium ab ea ipſe compéſcuit; gáudium paréntibus ejus fecit; meipſum à devoratióne piſcis erípuit, te quoque vidére fecit lumen cœli, & bonis ómnibus per eum replétí ſumus. Quid illi ad hæc potérimus dignum dare? Sed peto te, pater mî, ut roges eum, ſi fortè dignábitur medietátem de ómnibus quæ alláta ſunt, ſibi aſſúmere.

℞. Non habémus, *p.* 406.

LECTIO III. V. 5.
Raphaël ſeipſum manifeſtat, & evaneſcit.

ET vocantes eum, pater ſcílicet & fílius, tulérunt eum in partem; & rogáre cœpérunt ut dignarétur dimídiam partem ómnium quæ attúlerant, acceptam habére. Tunc dixit eis occultè: Benedícite Deum cœli, & coram ómnibus vivéntibus confitémini ei; quia fecit vobiſcum miſericórdiam ſuam. Ego enim ſum Ráphaël Angelus, unus

ex ſeptem qui aſtámus ante Dóminum. Cumque hæc audiſſent, turbáti ſunt, & trementes cecidérunt ſuper terram in fáciem ſuam. Dixitque eis Angelus : Pax vobis ; nolíte timére. Etenim cùm eſſem vobiſcum, per voluntátẽ Dei eram : ipſum benedícite, & cantáte illi. Et cùm hæc dixiſſet, ab aſpectu eórum ablátus eſt, & ultrà eum vidére non potuérunt. Tunc proſtráti per horas tres in fáciem, benedixérunt Deum : & exurgentes narravérunt ómnia mirabília ejus.

℟. Ego autem, *p.* 407.

CANON.

Ex Concílio Carthaginenſi quarto.

Anno 398. *cap.* 6.

ACólythus cùm ordinátur, ab Epíſcopo quidem doceátur quáliter in offício ſuo ágere débeat ; ſed ab Archidiácono accípiat Ceroferárium cum céreo, ut ſciat ſe ad accendenda Eccléſiæ lumināria mancipári. Accípiat & Urcéolum vácuum ad ſuggerendũ vinũ in Euchariſtia ſánguinis Dñi.

FERIA SEXTA.

De libro Tobiæ.

LECTIO I. c. 13. v. 1.

Canticum Tobiæ.

APériens autem Tobías ſénior os ſuũ, benedixit Dóminum, & dixit : Magnus es, Dómine, in æternum ; & in ómnia ſǽcula regnum tuum : quóniam tu flagellas & ſalvas ; dedúcis ad ínferos & redúcis : & non eſt qui effúgiat manum tuam. Confitémini Dómino, filii Iſraël, & in conſpectu géntium laudáte eum. Ipſe caſtigávit nos propter iniquitátes noſtras : & ipſe ſalvábit nos propter miſericórdiã ſuã. Ego autem in terra captivitátis meæ confitébor illi ; quóniam oſtendit majeſtátem ſuam in gentem peccatrícem. Benedícite Dóminum, omnes electi ejus : ágite dies lætítiæ, & confitémini illi.

℟. Sit nomen. *p.* 407.

LECTIO II. v. 19.

Gloriam Jeruſalem prædicit.

ANima mea, bénedic Dóminum ; quóniã liberávit Jeruſalem civitátem ſuam à cunctis tribulatiónibus ejus Dóminus Deus noſter. Beátus ero ſi fúerint relíquiæ ſéminis mei ad videndam claritátem Jerúſalem. Portæ Jerúſalẽ ex ſapphíro & ſmaragdo ædificabuntur : & ex lápide pretióſo omnis circúitus murórũ ejus. Ex lápide cándido & mundo omnes platéæ ejus ſternentur ; & per vicos ejus allelúia cantábitur. Bene-

dictus Dóminus, qui exaltávit eam; & ſit regnum ejus in ſécula ſeculórum ſuper eam: Amen.

℟. Exaltábo, *p.* 408.

LECTIO III. c. 14. v. 1.

Dies Tobiæ patris.

ET conſummáti ſunt ſermónes Tobíæ. Et poſtquàm illuminátus eſt Tobias, vixit annis quadraginta duóbus, & vidit filios nepótum ſuórum. Complétis ítaque annis centum duóbus, ſepultus eſt honorificè in Nínive. Quinquaginta namque & ſex annórum, lumen oculórum amíſit; ſexagenárius verò recépit. Réliquum verò vitæ ſuæ in gáudio fuit, & cum bono profectu timóris Dei perrexit in pace.

℟. Ecce Deus, *p.* 408.

CANON.

Ex Concílio Tridentíno.

Seſſ. 23. *de Reform. c.* 17.

UT ſanctórum Ordinum à Diaconátu ad Oſtiárium functiónes ... in uſum juxta cánones revocentur ... ſancta Synodus ... omnes & ſíngulos Prælátos Eccleſiárum hortátur in Dómino, & illis præcipit, ut, quantùm fieri cómmodè póterit... hujúſmodi functiónes curent reſtituendas.

SABBATO.

Si Sab. iſtud ſit immediatè ante Septuag, nec inciderit in diem Januar. 20, aut 21. Lectio iij. erit de Evangelio Dominicæ ſequentis. Vide Rubricam appoſitam in Sabbato ante Domin. ſecundam poſt Epiphaniam de Feſtis occurrent. p. 404.

De libro Tobíæ.

LECTIO I. c. 14. v. 15.

Tobias Ninives ruinam prædicit.

IN hora autem mortis ſuæ vocávit ad ſe Tobíam filium ſuum, & ſeptem júvenes filios ejus nepótes ſuos, dixitque eis: Propè erit intéritus Nínive; non enim excidit verbum Dómini: & fratres noſtri, qui diſperſi ſunt à terra Iſraël, revertentur ad eam. Omnis autem deſerta terra ejus replébitur; & domus Dei, quæ in ea incenſa eſt, iterùm reædificábitur: ibique revertentur omnes timentes Deum, & relinquent gentes idóla ſua, & vénient in Jerúſalem, & inhabitábunt in ea, & gaudébunt in ea omnes reges terræ adorantes regem Iſraël.

℟. Hic eſt, *p.* 409.

LECTIO II. v. 10.

Tobias filium & nepotes ad juſtitiam & eleemoſynas hortatur.

AUdíte ergo, filii mei, patrem veſtrum: ſervíte Dómino in veritáte, & inquírite ut faciátis

quæ placíta ſunt illi : & fíliis veſtris mandáte ut fáciant juſtítias & eleemóſynas, ut ſint mémores Dei, & benedícant eum in omni témpore in veritáte, & in tota virtúte ſua. Nunc ergo, filii, audíte me, & nolíte manére hic : ſed quacumque die ſepeliéritis matrem veſtrã circa me in uno ſepulchro, ex eo dirígite greſſus veſtros ut exeátis hinc : vídeo enim quia iníquitas ejus finem dabit ei.

℟. Dñe, ad quem, *p.* 409.

LECTIO III. V. 14.

Mortuis parentibus ſuis Tobias ad uxoris parentes revertitur.

FActum eſt autẽ poſt óbitum matris ſuæ Tobías abſceſſit ex Nínive cum uxóre ſua, & fíliis, & filiórum fíliis, & reverſus eſt ad ſóceros ſuos. Invenítque eos incólumes in ſenectúte bona : & curam eórum geſſit, & ipſe clauſit óculos eórum : & omnem hæreditátem domûs Raguélis ipſe percépit, viditque quintam generatiónem, fílios filiórum ſuórum. Et complétis annis nonaginta novem in timóre Dómini, cum gáudio ſepeliérunt eum. Omnis autem cognátio ejus & omnis generátio ejus in bona vita & in ſancta converſatióne permanſit, ita ut accepti eſſent tã Deò, quàm homínibus & cunctis habitántibus in terra.

℟. Tantùm, *p.* 110.

CANON.

Ex Concílio Rothomagenſi.

An. 1445. *cap.* 16.

AD ſacros Ordines promovendi hábeant benefícium ſeu patrimónium, vel títulum verum & non fictum, à ſuis paréntibus & propínquis ſine fraude : in quo ſi qui ſuos datóres aut promotóres circumvénerint, ſuórum ſint Ordínum executióne ſuſpenſi.

¶ *Vid. Rubr. ante Dom. II. p.* 404. *Si intra heb. Dom. III. ſupervenerit Purific. in Feriis ſeq. omnia erunt ut in Pſalt. Reſp. ut infrà poſt Dominicam IV. Si nondum ſupervenerit Septuageſima,*

AD VESPERAS.

Ut in Sabbatis intra Circumciſ. & Puriſ. p. 345. *Orat. ut inf. ad Laudes.*

DOMINICA III. poſt Epiphaniam.

Fit ut in Dom. à Circumciſ. ad Puriſic. p. 346.

IN I. NOCTURNO.

De Actibus Apoſtolórũ.

LECTIO I. C. 9. V. 19.

Saulus converſus confundit Judæos.

FUit autem Saulus cum diſcípulis qui erant Damaſci, per

dies áliquot. Et contínuò in ſynagógis prædicábat Jeſum, quóniam hic eſt Fílius Dei. Stupébant autem omnes qui audiébant, & dicébant: Nonne hic eſt qui expugnábat in Jerúſalem eos qui invocábant nomen iſtud; & huc ad hoc venit, ut vinctos illos dúceret ad príncipes ſacerdótum? Saulus autem multò magis convaleſcébat, & confundébat Judæos qui habitábant Damaſci, affirmans, quóniam hic eſt Chriſtus. Cùm autem implerentur dies multi, consílium fecérunt in unum Judæi ut eum interfícerent. Notæ autem factæ ſunt Saulo inſídiæ eórum. Cuſtodiébant autem & portas die ac nocte, ut eum interfícerent. Accipientes autem eum diſcípuli nocte, per murum dimiſérunt eum, ſubmittentes in ſporta.

℟. I. Cùm in forma Dei eſſet, ſemetipſum exinanívit, formam ſervi accípiens, * In ſimilitúdinem hóminum factus, & hábitu inventus ut homo. *Phil.* 2. *v.* 6. 7. ℣. Verè tu es Deus abſcónditus, Deus Iſraël Salvátor. *Iſa.* 45. 15. * In ſimilitúdinem.

LECTIO II. c. 9. v. 26.

Ducitur ad Apoſtolos.

Cum autem veniſſet in Jerúſalem, tentábat ſe júngere diſcípulis, & omnes timébant eum, non credentes quòd eſſet diſcípulus. Barnabas autem apprehenſum illum duxit ad Apóſtolos: & narrávit illis quómodò in via vidiſſet Dóminum, & quia locútus eſt ei, & quómodò in Damaſco fiduciáliter égerit in nómine Jeſu. Et erat cum illis intrans & éxiens in Jerúſalem, & fiduciáliter agens in nómine Dómini. Loquebátur quoque géntibus, & diſputábat cum Græcis: illi autem quærébant occídere eum. Quod cùm cognoviſſent fratres, deduxérunt eum Cæſaréam, & dimiſérunt Tarſum. Eccléſia quidem per totam Judæam, & Galilæam & Samaríam, habébat pacem, & ædificabátur ámbulans in timóre Dómini, & conſolatióne ſancti Spíritûs replebátur.

℟. II. Factus eſt nobis ſapiéntia à Deo, & juſtítia, & ſanctificátio, & redémptio; * Ut, quemádmodum ſcriptum eſt: Qui gloriátur, in Dómino gloriétur. 1. *Cor.* 1. *v.* 30. 31. ℣. In Dómino gaudébo, & exultábo in Deo Jeſu meo. *Habac.* 3. 18. * Ut, quemádmodum.

LECTIO III. c. 11. v. 25.
Fert eleemoſynas Jeroſolymam.

PRofectus eſt autem Bárnabas Tarſum, ut quæreret Saulum; quem cùm inveniſſet, perduxit Antiochíam. Et annum totum converſáti ſunt ibi in Eccléſia: & docuérunt turbam multam, ita ut cognominarentur primùm Antiochíæ diſcípuli, Chriſtiáni. In his autem diébus ſupervenérunt ab Jeroſólymis prophétæ Antiochíam. Et ſurgens unus ex eis nómine Agabus, ſignificábat per Spíritum famem magnam futúram in univerſo orbe terrárum, quæ facta eſt ſub Cláudio. Diſcípuli autem, prout quis habébat, propoſuérunt ſínguli in miniſtérium míttere habitántibus in Judæa frátribus: quod & fecérunt, mittentes ad ſenióres per manus Bárnabæ & Sauli.

℟. III. In Chriſto habémus redemptiónem, remiſſiónem peccatórum, * Secundùm divítias grátiæ ejus, quæ ſuperabundávit in nobis. *Eph.* 1. *v.* 7. 8. ℣. Derelicti ſumus, qui ſalvarémur ſicut die hac. 1. *Eſdr.* 9. 15. * Secundùm. ℣. Glória. * Secundùm.

IN II. NOCTURNO.
De Libro Eccleſiáſtici.
LECTIO IV. c. 14. v. 20.
Beatus converſus ad Deum.

OMne opus corruptíbile in fine defíciet: & qui illud operátur, ibit cum illo. Et omne opus electum juſtificábitur: & qui operátur illud, honorábitur in illo. Beátus vir qui in ſapiéntia morábitur, & qui in juſtítia ſua meditábitur, & in ſenſu cogitábit circumſpectiónem Dei: qui excógitat vias illíus in corde ſuo & in abſcónditis ſuis intélligens, vadens poſt illam quaſi inveſtigátor, & in viis illíus conſiſtens: qui réſpicit per feneſtras illíus, & in jánuis illíus áudiens: qui requiéſcit juxta domum illíus; & in pariétibus illíus figens palum, ſtátuet cáſulam ſuam ad manus illíus, & requieſcent in cáſula illíus bona per ævum. Státuet fílios ſuos ſub tégmine illíus, & ſub ramis ejus morábitur. Protegátur ſub tégmine illíus à fervóre, & in glória ejus requieſcet.

℟. IV. Ubi venit plenitúdo tempóris, miſit Deus Fílium ſuum, factum ex mulíere, factum ſub lege, * Ut eos qui ſub lege erant, redímeret. *Gal.* 4. *v.* 4. 5. * Vocávit

tum Salvatórem mundi. *Gen.* 41. 45. * Ut eos.

LECTIO V. c. 15. v. 1.

Sapientia os aperit timentis Deum.

Qui timet Deum, fáciet bona: & qui continens eſt juſtítiæ, apprehendet illam. Et obviábit illi quaſi mater honorificáta, & quaſi múlier à virginitáte ſuſcípiet illum. Cibábit illum pane vitæ & intellectûs; & aquâ ſapiéntiæ ſalutáris potábit illum: & firmábitur in illo, & non flectétur. Et continébit illum, & non confundétur; & exaltábit illum apud próximos ſuos. Et in médio Eccléſiæ apériet os ejus, & adimplébit illum ſpíritu ſapiéntiæ & intellectûs, & ſtolâ glóriæ véſtiet illū. Jucunditátem & exultatiónem theſaurizábit ſuper illum, & nómine ætérno hæreditábit illum. Hómines ſtulti non apprehendent illam, & hómines ſenſáti obviábunt illi: hómines ſtulti non vidébunt eam; longè enim abeſt à ſupérbia & dolo. Viri mendáces non erunt illíus mémores: & viri veráces inveniéntur in illa, & ſucceſſum habébunt uſque ad inſpectiónem Dei.

℟. v. Pacem habémus ad Deum, * Per Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum; per quem & habémus acceſſum in grátiam iſtam, & gloriámur in ſpe glóriæ filiórum Dei. *Rom.* 5. *v.* 1. 2. ℣. Beáti ſumus; quia quæ Deo placent, manifeſta ſunt nobis. *Baruch.* 4. 4. * Per Dóminum.

LECTIO VI. c. 18. v. 7.

Miſeratio Dei: proximo miſerendum.

Quid eſt homo, & quæ eſt grátia illíus? & quid eſt bonum, aut quid nequam illíus? Númerus diérum hóminum ut multùm centum anni: quaſi gutta aquæ maris deputáti ſunt; & ſicut cálculus arénæ, ſic exígui anni in die ævi. Propter hoc pátiens eſt Deus in illis, & effundit ſuper eos miſericórdiam ſuam. Vidit præſumptiónem cordis eórum, quóniam mala eſt; & cognóvit ſubverſiónem illórum, quóniam nequam eſt. Ideò adimplévit propitiatiónem ſuā in illis, & oſtendit eis viam æquitátis. Miſerátio hóminis circa próximum ſuum: miſericórdia autem Dei ſuper omnem carnem. Qui miſericórdiam habet, docet, & érudit quaſi paſtor gregem ſuum. Miſerétur excipiéntis doctrínam miſeratiónis, & qui feſtínat in judíciis ejus.

℟. VI. Qualem charitátem dedit nobis Pater, * Ut filii Dei nominémur & ſimus. 1. *Joan.* 3. 1. ℣. Multæ ſunt miſeratiónes ejus. 1. *Paral.* 21. 13. * Ut filii. ℣. Glória. * Ut filii.

IN III. NOCTURNO.

De Epíſtola beáti Pauli Apóſtoli ad Philippenſes.

Lectio VII c. 3. v. 4.

Paulus propter Chriſtum omnia detrimentum fecit.

SI quis álius vidétur confídere in carne, ego magis, circumcíſus octávo die, ex génere Iſraël, de tribu Bénjamin, Hebræus ex Hebræis, ſecundùm legem Phariſæus, ſecundùm æmulatiónem pérſequens Eccléſiam Dei, ſecundùm juſtítiam quæ in lege eſt, converſátus ſine queréla. Sed quæ mihi fuérunt lucra, hæc arbitrátus ſum propter Chriſtum detrimenta. Verúmtamen exíſtimo ómnia detrimentum eſſe, propter eminentem ſciéntiam Jeſu Chriſti Dómini mei: propter quem ómnia detrimentum feci, & árbitror ut ſtércora, ut Chriſtum lucrifáciam, & invéniar in illo, non habens meam juſtítiam, quæ ex lege eſt, ſed illam, quæ ex fide eſt Chriſti Jeſu, quæ ex Deo eſt juſtítia in fide, ad cognoſcendum illum, & virtútem reſurrectiónis ejus, & ſocietátem paſſiónum illíus, configurátus morti ejus.

℟. VII. Máxima & pretióſa nobis promiſſa donávit Deus, * Ut efficiámini divínæ conſortes natúræ. 2. *Petr.* 1. 4. ℣. Ergone putandum eſt, quòd verè Deus hábitet ſuper terram? 3. *Reg.* 8. 27. * Ut efficiámini.

Lectio VIII. c. 3. v. 13.

Semper proficit.

FRatres, ego me non árbitror comprehendiſſe. Unum autem, quæ quidem retrò ſunt oblivíſcens, ad ea verò quæ ſunt prióra extendens meípſum, ad deſtinátum pérſequor, ad bravíum ſupernæ vocatiónis Dei in Chriſto Jeſu. Quicumque ergo perfecti ſumus, hoc ſentiámus: & ſi quid áliter ſápitis, & hoc vobis Deus revelábit. Verúmtamen ad quod pervénimus, ut idem ſapiámus, & in eâdem permaneámus régula. Imitatóres mei eſtóte, fratres, & obſerváte eos qui ita ámbulant, ſicut habétis formam noſtram. Multi enim ámbulant, quos ſæpè dicébam vobis (nunc autem & flens dico) inimícos crucis Chriſti: quo-

rum finis intéritus, quorum Deus venter eſt: & glória in confuſióne ipſórum, qui terréna ſápiunt. Noſtra autem converſátio in cœlis eſt, unde étiam Salvatórem expectámus Dóminum noſtrum Jeſum Chríſtum.

℟. VIII. Non eſt ſanctus ut eſt Dóminus; neque enim eſt álius extra te: * Et non eſt fortis ſicut Deus noſter. 1. *Reg.* 2. 2. ℣. In hoc appáruit Fílius Dei, ut diſſolvat ópera diáboli. 1. *Joan.* 3. 8. * Et non eſt.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Matthæum.

LECTIO IX. c. 8. v. 1.

Leproſus mundatus.

IN illo témpore: Cùm deſcendíſſet Jeſus de monte, ſecútæ ſunt eum turbæ multæ: & ecce leprósus véniens, adorábat eum. Et réliqua.

Homília ſancti Hierónimi Preſbyteri.

Lib. 1. *Comment. in Mat.*

DE monte Dómino deſcendenti occurrunt turbæ; quia ad altióra aſcéndere non valuérunt. Et primus occurrit ei leprósus: necdum enim póterat cum lepra tam multíplicem in monte Salvatóris audíre ſermónem. Et notandum, quòd hic primus ſpeciáliter curátus eſt: ſecundò, puer centuriónis: tértiò, ſocrus Petri fébriens in Caphárnaüm: quarto loco, qui obláti ſunt à dæmónio vexáti, quorum ſpíritus verbo ejiciébat, quando omnes malè habentes curávit. Et ecce leprósus véniens adorábat eum, dicens. Rectè poſt prædicatiónem atque doctrínam, ſigni offertur occáſio; ut per virtútem miráculi, prætéritus apud audientes ſermo firmétur. Dómine, ſi vis, potes me mundáre. Qui voluntátem rogat, de virtúte non dúbitat. Et extendens manum Jeſus, tétigit eum. Extendente manum Dómino, ſtatim lepra fugit. Simulque consídera, quàm húmilis, & ſine jactántia reſpónſio. Ille díxerat: Si vis; Dóminus reſpondit: Volo. Ille præmíſerat: Potes me mundáre; Dóminus jungit, & dicit: Mundáre. Non ergo, ut pleríque Latinórum putant, jungendum eſt, & legendum: Volo mundáre; ſed ſeparátim: ut primùm dicat, Volo: deinde ímperet, Mundáre.

℟. IX. Sic Deus diléxit mundum, ut Fílium ſuum Unigénitum daret; * Ut omnis qui credit in eum, non péreat, ſed hábeat vitam ætérnam. *Joan.* 3. 16. ℣. Egreſſus

es, Dómine, in ſalútem pópuli tui, in ſalútem cum Chriſto tuo. *Hab.* 3. 13. * Ut omnis. ℣. Glória. * Ut omnis.

AD LAUDES.

℣. *Sacerd.* Benedíctus qui venit in nómine Dómini; ℟. Deus Dóminus, & illuxit nobis. *Pſ.* 117. 26. 27.

Ant. 1. f. IN Chriſto inhábitat omnis plenitúdo divinitátis corporáliter. *Col.* 2. 9.

Ant. 2. D. De plenitúdine ejus nos omnes accépimus. *Joan.* 1. 16.

Ant. 4. E. Pater díligit Fílium, & ómnia dedit in manus ejus. *Joan* 3. 35.

Ant. 3. g. Benedíctus Deus qui benedixit nos in omni benedictióne ſpirituáli in cœléſtibus in Chriſto. *Eph.* 1, 3.

Ant. 5. a. Non miſit Deus Fílium ſuum in mundum, ut júdicet mundum, ſed ut ſalvétur mundus per ipſum. *Joan.* 3. 17.

Capitulum, Hymnus & ℣. *ut in Dominicis à Circumciſione. p.* 347.

Ad Benedíctus, *Ant.* 7. c. Ecce leprόſus véniens adorábat eum, dicens: Dómine, ſi vis, potes me mundáre.

Orémus.

OMnipotens ſempiterne Deus, infirmitátem noſtram propítius réſpice; atque ad protegendum nos, déxteram tuæ majeſtátis extende; Per Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum, Fílium tuum.

AD HORAS, ut in Domínicis à Circumciſ. &c. p. 347.

CANON.

Ex Concílio Aquiſgranenſi.

An. 816. *lib.* 1. *cap.* 6.

SUbdiáconi oblatiónes in templo Dómini ſuſcípiunt à pópulis. Iſti obédiunt offíciis Levitárum: iſti quoque vaſa Córporis & Sánguinis Chriſti Diacónibus ad altária Dómini ófferunt. De quibus quidem plácuit Pátribus, ut quia ſacra Myſtéria contrectant, caſti & continentes ſint ab uxóribus, & ab omni carnáli immundítia líberi, juxta quod illis, Prophétâ dicente, jubétur: Mundámini, qui fertis vaſa Dómini.

AD VESPERAS.

Ant. Péperit María, *&c. ut in Domínicis à Circumciſione. p.* 348.

Ad Magníficat, *Ant.* 8. G. Extendens Jeſus manum, tétigit eum, dicens: Volo, mundáre; & confeſtim mundáta eſt lepra ejus. *Matth.* 8. 3.

Oratio ut ſuprà ad Laudes.

FERIA SECUNDA.

De Actibus Apoſtolórũ.

LECTIO I. c. 13. v. 1.

Saulus & Barnabas miſſi ad Gentes.

ERant autem in Eccléſia quæ erat Antiochíæ, prophétæ & doctóres, in quibus Bárnabas, & Simon, qui vocabátur Niger, & Lúcius Cyrenenſis, & Mánahen, qui erat Heródis Tetrarchæ collactáneus, & Saulus. Miniſtrántibus autem illis Dómino, & jejunántibus, dixit illis Spíritus ſanctus: Segregáte mihi Saulum & Bárnabam, in opus ad quod aſſumpſi eos. Tunc jejunantes & orantes, imponentesque eis manus, dimiſérunt illos. Et ipſi quidem miſſi à Spíritu ſancto abiérunt Seleucíam; & inde navigavérunt Cyprum. Et cùm veniſſent Salamínam, prædicábant verbum Dei in ſynagógis Judæórum. Habébant autem & Joannem in miniſtério. Et cùm perambulaſſent univerſam ínſulam uſque Paphum, invenérunt quemdam virum magnum pſeudoprophétam, Judæum, cui nomen erat Barjéſu, qui erat cum Procónſule Sérgio Paulo viro prudente. Hic, accersítis Bárnabâ & Saulo, deſiderábat audíre verbum Dei.

℟. Cùm in forma. *pag.* 419.

LECTIO II. c. 13. v. 8.

Convertitur Sergius Paulus.

REſiſtébat autem illis Elymas magus, (ſic enim interpretátur nomen ejus,) quærens avértere Procónſulem à fide. Saulus autem, qui & Paulus, replétus Spíritu ſancto, íntuens in eum, dixit: O plene omni dolo & omni fallácia filî diáboli, inimíce omnis juſtítiæ, non déſinis ſubvértere vias Dómini rectas. Et nunc ecce manus Dómini ſuper te, & eris cæcus, non videns ſolem uſque ad tempus. Et confeſtim cécidit in eum calígo & ténebræ, & circúiens quærébat qui ei manum daret. Tunc Proconſul cùm vidiſſet factum, crédidit admírans ſuper doctrína Dómini. Et cùm à Papho navigaſſent Paulus & qui cum eo erant, venérunt Pergen Pamphyliæ. Joannes autem diſcédens ab eis, reverſus eſt Jeroſólymam. Illi verò pertranſeuntes Pergen, venérunt Antiochíam Piſídiæ; & ingreſſi ſynagógam die ſabbatórum, ſedérunt.

℟. Factus eſt nobis. *pag.* 419.

LECTIO III. c. 13. v. 44.
Gentes evangelizantur.

SEquenti verò ſábbato penè univerſa cívitas convénit audíre verbum Dei. Videntes autem turbas Judæi, repléti ſunt zelo, & contradicébant his quæ à Paulo dicebantur, blaſphemantes. Tunc conſtanter Paulus & Bárnabas dixérunt: Vobis oportébat primùm loqui verbum Dei: ſed quóniam repéllitis illud, & indignos vos judicátis æternæ vitæ, ecce convértimur ad Gentes. Sic enim præcépit nobis Dóminus: Póſui te in lucem Géntium, ut ſis in salútem uſque ad extrémum terræ. Audientes autem Gentes gavíſæ ſunt, & glorificábant verbumDómini: & credidérunt quotquot erant præordináti ad vitam æternam. Diſſeminabátur autem verbum Dómini per univerſam regiónem. Judæi autem concitavérunt mulíeres religióſas & honeſtas, & primos civitátis, & excitavérunt perſecutiónem in Paulum & Bárnabam: & ejecérunt eos de fínibus ſuis. At illi, excuſſo púlvere pedum in eos, venérunt Icónium. Diſcípuli quoque replebantur gáudio, & Spíritu ſancto.

℟. In Chriſto habémus, pag. 420.

CANON.
Ex Conc. Aquiſgranenſi. *An.* 816. *lib.* 1. *cap.* 7.

DIaconórum ordo à tribu Levi accépit exórdium... In Evangélio autem primórdia eórum & in Actibus Apoſtolórum leguntur... Ipſi evangelízant: ſine ipſis Sacerdos nomen habet, offícium non habet. Nam ſicut in Sacerdóte conſecrátio, ita & in Miniſtro diſpenſátio Sacramenti eſt. Ille oráre; hic pſállere mandat: ille obláta ſanctíficat; hic ſanctificáta diſpenſat.

FERIA TERTIA.
De Actibus Apoſtolórũ.
LECTIO I. c. 14. v. 1.
Apoſtoli Lyſtram fugiunt.

FActum eſt autem Icónii, ut ſimul introírent in ſynagógam Judæórum, & loquerentur; ita ut créderet Judæórum & Græcórum copióſa multitúdo. Qui verò incréduli fuérunt Judæi, ſuſcitavérunt, & ad iracúndiam concitavérunt ánimas géntium adversùs fratres. Multo ígitur témpore demoráti ſunt, fiduciáliter agentes in Dómino teſtimónium perhibente verbo grátiæ ſuæ, dante ſigna & prodígia fieri per manus eórum,

Divíſa eſt autem multitúdo civitátis: & quidam quidem erant cum Judæis, quidam verò cum Apóſtolis. Cùm autem factus eſſet ímpetus Gentílium & Judæórum cum princípibus ſuis, ut contuméliis afficerent, & lapidárent eos; intelligentes confugérunt ad civitátes Lycaóniæ, Lyſtram & Derben, & univerſam in circúitu regiónem, & ibi evangelizantes erant.

℟. Ubi venit. *pag.* 420.

LECTIO II. c. 14. v. 7.

Vix compeſcunt volentes ſacrificare.

ET quidam vir Lyſtris infirmus pédibus ſedébat, claudus ex útero matris ſuæ, qui numquam ambuláverat. Hic audívit Paulum loquentem. Qui intúitus eum, & videns quia fidem habéret ut ſalvus fieret, dixit magnâ voce: Surge ſuper pedes tuos rectus. Et exilívit, & ambulábat. Turbæ autem cùm vidiſſent quod fécerat Paulus, levavérunt vocem ſuam, Lycaónicè dicentes: Dii símiles facti homínibus, deſcendérunt ad nos. Et vocábant Bárnabam Jovem, Paulum verò Mercúrium: quóniam ipſe erat dux verbi. Sacerdos quoque Jovis, qui erat ante civitátem, tauros & corónas ante jánuas ófferens, cum pópulis volébat ſacrificáre. Quod ubi audiérunt Apóſtoli Bárnabas & Paulus, conſciſſis túnicis ſuis, exiliérunt in turbas, clamantes, & dicentes: Viri, quid hæc fácitis? & nos mortáles ſumus, símiles vobis hómines, annuntiantes vobis ab his vanis converti ad Deum vivum, qui fecit cœlum & terram, & mare, & ómnia quæ in eis ſunt.

℟. Pacē habémus. *p.* 421.

LECTIO III. c. 14. v. 22.

Ordinant Preſbyteros.

ET cùm conſtituiſſent illis per síngulas Eccléſias preſbýteros, & oraſſent cum jejunatiónibus, commendavérunt eos Dómino, in quem credidérunt. Tranſeuntéſque Pisídiam, venérunt in Pamphyliam. Et loquentes verbum Dómini in Perge, deſcendérunt in Attáliam: & inde navigavérunt Antiochíam, unde erant tráditi grátiæ Dei in opus quod complevérunt. Cùm autem veniſſent, & congregaſſent Eccléſiam, retulérunt quanta feciſſet Deus cum illis, & quia aperuiſſet géntibus óſtium fidei. Moráti ſunt autem tempus non módicum cum discípulis.

℟. Qualem charitátem, *pag.* 422.

C A N O N.

Ex Concílio Tridentíno.

Seſſ. 23. *de reform. c.* 13.

SUbdiáconi & Diáconi ordinentur habentes bonum teſtimónium, & minóribus Ordínibus jam probáti, ac lítteris, & iis quæ ad Ordinem exercendum pértinent, inſtructi; qui ſperent, Deo autóre, ſe continére poſſe: Ecclésiis quibus aſcribentur, inſérviant.

FERIA QUARTA.

De Actibus Apoſtolórũ.

Lectio I. c. 15. v. 1.

Paulus & Barnabas pergunt Jeroſolymam.

ET quidam deſcendentes de Judæa, docébant fratres: Quia niſi circumcidámini ſecundùm morem Móyſi, non poteſtis ſalvári. Factâ ergo ſeditióne non mínimâ Paulo & Bárnabæ adversùs illos, ſtatuérunt ut aſcénderent Paulus & Bárnabas, & quidam álii ex áliis, ad Apóſtolos & preſbyteros in Jerúſalem, ſuper hac quæſtióne. Illi ergo deducti ab Ecclésia, pertransíbant Phœnícen & Samaríam, narrantes converſiónem géntium: & faciébant gáudium magnum ómnibus frátribus. Cùm autem veniſſent Jeroſólymam, ſuſcepti ſunt ab Ecclésia & ab Apóſtolis & ſeniόribus, annuntiantes quanta Deus feciſſet cum illis. Surrexérunt autem quidam de hæreſi Phariſæórum, qui credidérunt, dicentes: Quia oportet circumcídi eos, præcípere quoque ſerváre legẽ Móyſi. Convenerúntque Apóſtoli & ſeniόres vidére de verbo hoc.

℟. Máxima. *p.* 422.

Lectio II. c. 15. v. 22.

Decretum Apoſtolorum.

TUnc plácuit Apóſtolis & ſeniόribus cum omni Ecclésia, elígere viros ex eis, & míttere Antiochíam cum Paulo & Bárnaba, Judam, qui cognominabátur Bárſabas, & Silam, viros primos in frátribus, ſcribentes per manus eórum: Apóſtoli & ſeniόres fratres, his qui ſunt Antiochíæ, & Syriæ, & Cilíciæ, frátribus ex géntibus, ſalútẽ. Quóniam audívimus quia quidam ex nobis exeuntes, turbavérunt vos verbis, evertentes ánimas veſtras, quibus non mandávimus: plácuit nobis collectis in unum elígere viros, & míttere ad vos, cum chariſſimis noſtris Bárnaba & Paulo, homínibus qui tradidérunt ánimas ſuas pro nómine Dómini noſtri Jeſu Chriſti. Miſimus ergo Judam & Silam, qui & ipſi vobis verbis réfe-

rent éadẽ. Viſum eſt enim Spiritui ſancto, & nobis, nihil ultrà impónere vobis óneris quàm hæc neceſſária: ut abſtineátis vos ab immolátis ſimulachrórum, & ſánguine, & ſuffocáto, & fornicatióne: à quibus cuſtodientes vos, benè agétis. Valéte. Illi ergo dimiſſi, deſcendérunt Antiochíam: & congregátâ multitúdine, tradidérunt epíſtolam.

℟. Non eſt ſanctus, *p.* 423.

LECTIO III. c. 15. v. 36.

Paulus dividitur à Barnaba.

POſt áliquot autẽ dies, dixit ad Bárnabam Paulus: Revertentes viſitémus fratres per univerſas civitátes in quibus prædicávimus verbũ Dómini, quómodò ſe hábeant. Bárnabas autem volébat ſecum aſſúmere & Joannem, qui cognominabátur Marcus. Paulus autem rogábat eum, (ut qui diſceſſiſſet ab eis de Pamphylia, & non iſſet cum eis in opus) non debére récipi. Facta eſt autem diſſénſio, ita ut diſcéderent ab ínvicem, & Bárnabas quidem aſſumpto Marco navigáret Cyprum: Paulus verò electo Silâ profectus eſt, tráditus grátiæ Dei à frátribus. Perambulábat autem Syriam & Cilíciam confirmans Eccléſias: præcípiens cuſtodíre præcepta Apoſtolórum & ſeniórũ.

℟. Sic Deus dilexit mundum. *p.* 423.

CANON.

Ex Concílio Tridentíno.

Seſſ. 23. *de Ordin. c.* 1.

NOvum, viſíbile & externum Sacerdótium, in quod vetus translátum eſt, à Dómino Salvatóre noſtro inſtitútum eſſe; atque Apóſtolis, eorumque ſucceſſóribus in Sacerdótio, poteſtátem tráditam conſecrandi, offerendi & miniſtrandi corpus & ſánguinem ejus, necnon & peccáta dimittendi & retinendi, ſacræ Lítteræ oſtendunt, & Cathólicæ Eccléſiæ tradítio ſemper dócuit.

FERIA QUINTA.

De Actibus Apoſtolórum.

LECTIO I. c. 16. v. 9.

Viſio Pauli.

VIſio per noctẽ Paulo oſtenſa eſt: vir Mácedo quidã erat ſtans, & déprecans eum, & dicens: Tránſiens in Macedóniam, ádjuva nos. Ut autem viſum vidit, ſtatim quæſívimus proficiſci in Macedóniam, certi facti quòd vocaſſet nos Deus evangelizáre eis. Navigantès autem à Tróade, recto curſu vénimus Samóthráciam, & ſequenti

die Neápolim : & inde Philippos, quæ eſt prima partis Macedóniæ civitas, colónia. Erámus autem in hac urbe diébus áliquot, conferentes. Die autem ſabbatórum egreſſi ſumus foras portam juxta flumen, ubi videbátur orátio eſſe : & ſedentes loquebámur mulieríbus quæ convénerant. Et quædam múlier nómine Lydia, purpurária civitátis Thyatirenórum, colens Deum, audívit : cujus Dóminus apéruit cor inténdere his quæ dicebantur à Paulo. Cùm autem baptizáta eſſet, & domus ejus, deprecáta eſt dicens : Si judicaſtis me fidélem Dómino eſſe, introíte in domum meam, & manéte. Et coëgit nos.

℟. Cùm in forma. *pag.* 419.

LECTIO II. c. 16. v. 16.
Paulus in carcere.

FActum eſt autem eúntibus nobis ad oratiónem, puellam quamdam habentem ſpíritum pythónem obviáre nobis, quæ quæſtum magnum præſtábat dóminis ſuis divinando. Hæc ſubſecúta Paulum & nos, clamábat dicens : Iſti hómines ſervi Dei excelſi ſunt, qui annúntiant vobis viam ſalútis. Hoc autem faciébat multis diébus. Dolens autem Paulus, & converſus, ſpirítui dixit : Præcípio tibi in nómine Jeſu Chriſti exíre ab ea. Et éxiit eâdem horâ. Videntes autem dómini ejus quia exívit ſpes quæſtûs eórum, apprehendentes Paulum & Silam perduxérunt in forum ad príncipes : & offerentes eos magiſtrátibus, dixérunt : Hi hómines conturbant civitátem noſtram, cùm ſint Judæi : & annúntiant morem quem non licet nobis ſuſcípere, neque fácere, cùm ſimus Románi. Et cucurrit plebs adversùs eos : & magiſtrátus, ſciſſis túnicis eórum, juſſérunt eos virgis cædi. Et cùm multas plagas eis impoſuiſſent, miſérunt eos in cárcerem, præcipientes cuſtódi ut diligenter cuſtodíret eos.

℟. Factus eſt nobis, *pag.* 419.

LECTIO III. c. 16. v. 35.
Exit de civitate.

ET cùm dies factus eſſet, miſérunt magiſtrátus lictóres, dicentes : Dimitte hómines illos. Nuntiávit autem cuſtos cárceris verba hæc Paulo: Quia miſérunt magiſtrátus ut dimittámini : nunc ígitur exeuntes, ite in pace. Paulus autem dixit eis : Cæſos nos públi-

cè indemnátos, hómines Romános, miſérunt in cárcerem; & nunc occultè nos ejíciunt? Non ita; ſed véniant, & ipſi nos ejíciant. Nuntiavérunt autem magiſtrátibus lictóres verba hæc. Timuerúntque audíto quòd Románi eſſent: & venientes deprecáti ſunt eos, & educentes rogábant ut egrederentur de urbe. Exeuntes autem de cárcere, introiérunt ad Lydiam: & viſis frátribus, conſoláti ſunt eos, & profecti ſunt.

℟. In Chriſto habémus. *pag.* 420.

C A N O N.

Ex Concílio Tridentíno. *Seſſ.* 23. *de ord. Can.* 4.

SI quis díxerit per ſacram Ordinatiónem non dari Spíritum ſanctum, ac proinde fruſtrà Epíſcopos dicere: Accipe Spíritum ſánctum; aut per eam non imprími caractérem; vel eum qui Sacerdos ſemel fuit, láicum rursùs fíeri poſſe: anathéma ſit.

FERIA SEXTA.

De Actibus Apoſtolórū.

LECTIO I. c. 17. v. 15.

Paulus Athenis.

QUi autem deducébant Paulum, perduxérunt eum uſque Athénas, & accepto mandáto ab eo ad Silam & Timótheum, ut quàm celériter venírent ad illum, profecti ſunt. Paulus autem, cùm Athénis eos expectáret, incitabátur ſpíritus ejus in ipſo, videns idololátriæ déditam civitátem. Diſputábat ígitur in ſynagóga cum Judæis & coléntibus, & in foro, per omnes dies, ad eos qui áderant. Quidam autem Epicurèi & Stóici philóſophi diſſerébant cum eo, & quidam dicébant: Quid vult ſeminivérbius hic dícere? Alii verò: Novórum dæmoniórum vidétur annuntiátor eſſe; quia Jeſum, & reſurrectiónem annuntiábat eis. Et apprehenſum eum ad Areópagum duxérunt, dicentes: Póſſumus ſcire quæ eſt hæc nova, quæ à te dícitur, quædam doctrína? Nova enim quædam infers áuribus noſtris: vólumus ergo ſcire quidnam velint hæc eſſe. (Athenienſes autem omnes, & ádvenæ hóſpites, ad nihil áliud vacábant, niſi aut dícere, aut audíre áliquid novi.)

℟. Ubi venit. *pag.* 420.

LECTIO II. c. 17. v. 33.

Corinthi ſuum exercet artificium.

PAulus exívit de médio eórum. Quidam verò viri adhærentes ei, crediderunt: in quibus &

Dionyſius Areopagíta, & múlier nómine Dámaris, & álii cum eis. Poſt hæc egreſſus ab Athénis, venit Corinthum: & invéniens quemdam Judæum nómine Aquilam, Pónticum génere, qui nuper vénerat ab Itália, & Priſcillam uxórem ejus, (eo quód præcepiſſet Cláudius diſcédere omnes Judæos à Roma,) acceſſit ad eos. Et quia ejuſdem erat artis, manébat apud eos, & operabátur: (erant autem ſcenofactóriæ artis.) Et diſputábat in ſynagóga per omne ſábbatum, interpónens nomen Dómini Jeſu, ſuadebatque Judæis & Græcis. Cùm veniſſent autem de Macedónia Silas & Timótheus, inſtábat verbo Paulus, teſtíficans Judæis eſſe Chriſtum Jeſum. Contradicéntibus autem eis, & blaſphemántibus, excútiens veſtimenta ſua, dixit ad eos: Sanguis veſter ſuper caput veſtrum: mundus ego, ex hoc ad gentes vadam.

℟. Pacem habémus. *pag.* 421.

LECTIO III. c. 18. v. 12.

Inſurgunt Judæi in Paulum.

GAllióne autem Procónſule Acháiæ, inſurrexérunt uno ánimo Judæi in Paulum, & adduxérunt eum ad tribúnal, dicentes: Quia contra legem hic perſuádet homínibus cólere Deum. Incipiente autem Paulo aperire os, dixit Géllio ad Judæos: Si quidem eſſet iníquum áliquid, aut fácinus péſſimum, ò viri Judæi, rectè vos ſuſtinérem. Si verò quæſtiónes ſunt de verbo, & nomínibus, & lege veſtra, vos ipſi vidéritis: judex ego horum nolo eſſe. Et minávit eos à tribunáli. Apprehendentes autem omnes Sóſthenem príncipem ſynagógæ, percutiébant eum ante tribúnal: & nihil eórum Gallióni curæ erat.

℟. Qualem charitátem. *pag.* 422.

CANON.

Ex Concil. Carthaginenſi quarto.

An. 398. *Cap.* 1.

QUi Epíſcopus ordinandus eſt, ántea examinétur, ſi naturâ ſit prudens, ſi docíbilis, ſi móribus temperátus, ſi vitâ caſtus, ſi ſóbrius, ſi húmilis, ſi affábilis, ſi miséricors, ſi litterátus, ſi in lege Dómini inſtructus, ſi in Scripturárum ſénſibus cautus, ſi in dogmátibus eccleſiáſticis exercitátus.

SABBATO.

Si ſit Vigilia Septuageſimæ.

ſimæ, nec ſit dies Januarii 27. aut 28. tertia Lectio erit Homilia Dominicæ ſequentis cum Oratione & Miſſâ. De Feſtis hoc Sabbato occurrentibus vide rubricam ante Dominicam ſecundam poſt Epiphaniam.

De Actibus Apoſtolórũ.

LECTIO I. c. 18. v. 18.

Paulus varias luſtrat regiones.

PAulus verò cùm adhuc ſuſtinuiſſet dies multos, fratribus valefáciens, navigávit in Syriam, (& cum eo Priſcilla & Aquila,) qui ſibi totónderat in Cenchris caput: habébat enim votum. Devenitque Epheſum, & illos ibi relíquit. Ipſe verò ingreſſus ſynagógam, diſputábat cum Judæis. Rogántibus autem eis ut amplióri témpore manéret, non conſenſit; ſed valefáciens, & dicens: Iterùm revertar ad vos, Deo volente; profectus eſt ab Epheſo. Et deſcendens Cæſaréam, aſcendit & ſalutávit Eccléſiam, & deſcendit Antiochíam. Et facto ibi aliquanto témpore profectus eſt, perámbulans ex órdine Galáticam regiónem, & Phrygiam, confirmans omnes diſcípulos.

℟. Máxima. *pag.* 422. *Hiemalis Carc.*

LECTIO II. c. 18. v. 24.

Apollo prædicat Chriſtum.

JUdæus autem quidam, Apollo nómine, Alexandrínus génere, vir éloquens, devénit Epheſum, potens in ſcriptúris. Hic erat edoctus viam Dómini: & fervens ſpíritu loquebátur, & docébat diligenter ea quæ ſunt Jeſu, ſciens tantùm baptiſma Joannis. Hic ergo cœpit fiduciáliter ágere in ſynagóga. Quem cùm audiſſent Priſcilla & Aquila, aſſumpſérunt eum, & diligéntiùs expoſuérunt ei viam Dómini. Cùm autem vellet ire Acháiam, exhortáti fratres, ſcripſérunt diſcípulis, ut ſuſcíperent eum. Qui cùm veniſſet, cóntulit multum his qui credíderant. Vehementer enim Judæos revincébat públicè, oſtendens per Scriptúras, eſſe Chriſtum Jeſum.

℟. Non eſt ſanctus. *pag.* 423.

LECTIO III. c. 19. v. 13.

Tentant Judæi dæmonia ejicere.

TEntavérunt autem quidam & de circumeúntibus Judæis exorciſtis, invocáre ſuper eos qui habébant ſpíritus malos, nomen Dómini Jeſu, dicentes: Adjúro vos per Jeſum, quem Paulus prædicat. Erant autem

quidam Judæi Scevæ príncipis ſacerdótum ſeptem filii, qui hoc faciébant. Reſpondens autem ſpíritus nequam, dixit eis: Jeſum novi, & Paulum ſcio: vos autem qui eſtis? Et insíliens in eos homo, in quo erat dæmónium péſſimum, & dominátus ambórum, inváluit contra eos, ita ut nudi & vulneráti effúgerent de domo illa. Hoc autem notum factum eſt ómnibus Judæis, atque Gentílibus, qui habitábant Epheſi, & cécidit timor ſuper omnes illos.

℟. Sic Deus diléxit mundum. *pag.* 423.

CANON.

Ex Concílio Tridentíno. *Seſſ.* 24. *de Ord. Can.* 7.

SI quis díxerit Epíſcopos non eſſe Preſbyteris ſuperióres; vel non habére poteſtátem confirmandi & ordinandi; vel eam quam habent, illis eſſe cum Preſbyteris commúnem . . . anathéma ſit.

Si Dominica IV. celebretur ante Purificationem, omnia ut in Dominicis à Circ. ad Purific.

Si verò celebretur poſt Purificationem, omnia ut in Pſalterio, & novem Reſponſoria ſumuntur de Dominica V. poſt Epiphaniam. Tunc Sabbato ad Veſperas dicitur Ant. ſeq.

Ad Magníficat, Ant. 3.a. Qui amat perículum, in illo períbit. *Eccli.* 3. 27.

Oratio ut infrà ad Laudes.

DOMINICA IV. poſt Epiphaniam.

IN I. NOCTURNO.

De Actibus Apoſtolórũ.

Lectio i. c. 19. v. 17.

Curioſa ſectati comburunt libros.

MAgnificabátur nomen Dómini Jeſu. Multíque credéntium veniébant, confiténtes & annuntiántes actus ſuos. Multi autem ex eis qui fúerant curióſa ſectáti, contulérunt libros, & combuſſérunt coram ómnibus: & computátis prétiis illórum, invenérunt pecúniam denariórum quinquaginta míllium. Ita fórtiter creſcébat verbum Dei, & confirmabátur. His autem explétis, propóſuit Paulus in ſpíritu, tránſitâ Macedóniâ & Acháiâ ire Jeroſólymam, dicens: Quóniam poſtquam fúero ibi, opórtet me & Romam vidére. Mittens autem in Macedóniam duos ex miniſtrántibus ſibi, Timótheum & Eraſtum, ipſe remanſit ad tempus in Aſia. Facta eſt autem illo témpore turbátio non mínima de via Dómini.

℟. 1. Miſericórdia &

véritas obviavérunt ſibi ; juſtítia & pax oſculátæ ſunt : * Véritas de terra orta eſt, & juſtítia de cœlo proſpexit. *Pſal.* 84. 11. 12. ℣. Vita manifeſtáta eſt, quæ erat apud Patrem, & appáruit nobis. 1. *Joan.* 1. 2. * Véritas.

Vel ℟. In te, Dómine. *pag.* 450.

LECTIO II. c. 19. v. 24.

Avaritiâ Demetrii excitantur in Paulum contumeliæ.

DEmétrius enim quidam nómine, argentárius, fáciens ædes argénteas Diánæ, præſtábat artificibus non módicum quæſtum : quos cónvocans, & eos qui hujúſmodi erant opífices, dixit : Viri, ſcitis quia de hoc artificio eſt nobis acquisítio : & vidétis, & audítis, quia non ſolùm Epheſi, ſed penè totíus Aſiæ, Paulus hic ſuádens avertit multam turbam, dicens : Quóniam non ſunt dii, qui mánibus fiunt. Non ſolùm autem hæc periclitábitur nobis pars in redargutiónem veníre, ſed & magnæ Diánæ templum in níhilum reputábitur, ſed & déſtrui incípiet majeſtas ejus, quam tota Aſia & orbis colit. His audítis, repléti ſunt irâ, & exclamavérunt dicentes : Magna Diána Epheſiórum. Et impléta eſt cívitas confuſióne, & ímpetum fecérunt uno ánimo in theátrum, rapto Gaio & Ariſtarcho Macedónibus, comítibus Pauli. Paulo autem volente intráre in pópulum, non permiſérunt diſcípuli.

℟. II. Non habémus hîc manentem civitátem, ſed futúram inquírimus ; * Per Jeſum ergò offerámus hóſtiam laudis ſemper Deo. *Hebr.* 13. 14. ℣. Fílius datus eſt nobis, & vocábitur nomen ejus Admirábilis. *Iſai.* 9. 6. * Per Jeſum.

Vel ℟. Secundùm. *pag.* 451.

LECTIO III. c. 20. v. 1.

Paulus ſervatus exit.

POſtquam autem ceſſávit tumultus, vocátis Paulus diſcípulis, & exhortátus eos, vale dixit : & profectus eſt ut iret in Macedóniam. Cùm autem perambulaſſet partes illas, & exhortátus eos fuiſſet multo ſermóne, venit ad Græciam : ubi cùm feciſſet menſes tres, factæ ſunt illi insídiæ à Judæis navigatúro in Syriam ; habuitque consílium ut reverterétur per Macedóniam. Comitátus eſt autem eum Sopáter Pyrrhi Berœenſis, Theſſalonicénſium verò Ari-

ſtarchus, & Secundus, & Gajus Derbéus, & Timótheus; Aſiáni verò Tychicus & Tróphimus. Hi cùm præceſſiſſent, ſuſtinuérunt nos Tróade; nos verò navigávimus poſt dies azymórum à Philippis, & vénimus ad eos Tróadem in diébus quinque, ubi demoráti ſumus diébus ſeptem.

℟. III. Ego autem in Dómino gaudébo, & exultábo * In Deo Jeſu meo; † Deus Dóminus fortitúdo mea. *Hab.* 3. 13. ℣. Scio & confido in Dómino Jeſu. *Rom.* 14. 14. * In Deo. ℣. Glória. † Deus Dóminus.

Vel ℟. Suávis. *pag.* 452.

IN II. NOCTURNO.

De libro Eccleſiáſtici.

LECTIO IV. c. 3. v. 22.

Damnata curioſitas.

ALtióra te ne quæſíeris, & fortióra te ne ſcrutátus fúeris: ſed quæ præcépit tibi Deus, illa cógita ſemper, & in plúribus opéribus ejus ne fúeris curióſus. Non eſt enim tibi neceſſárium, ea quæ abſcóndita ſunt vidére óculis tuis. In ſupervácuis rebus noli ſcrutári multiplíciter, & in plúribus opéribus ejus non eris curióſus. Plúrima enim ſuper ſenſum hóminum oſtenſa ſunt tibi. Multos quoque ſupplantávit ſuſpício illórum, & in vanitáte detínuit ſenſus illórum. Cor durum habébit malè in noviſſimo, & qui amat perículum, in illo períbit. Cor ingrédiens duas vias, non habébit ſucceſſus; & pravus corde in illis ſcandalizábitur. Cor nequam gravábitur in dolóribus, & peccátor adjíciet ad peccandum. Synagógæ ſuperbórum non erit ſánitas: frutex enim peccáti radicábitur in illis, & non intelligétur.

℟. IV. Sit nomen Dómini benedíctum in ſécula; * Ante ſolem pérmanet nomen ejus; & benedicéntur in ipſo omnes tribus terræ. *Pſ.* 71. 17. ℣. Ipſe eſt imágo Dei inviſíbilis, primogénitus omnis creatúræ. *Coloſſ.* 1. 15. * Ante.

Vel ℟. Dicat. *pag.* 452.

LECTIO V. c. 10. v. 7.

Deteſtatio contumeliæ & avaritiæ.

ODíbilis coram Deo eſt & homínibus ſupérbia: & execrábilis omnis iníquitas géntium. Regnum à gente in gentem transfertur propter injuſtítias, & injúrias, & contumélias, & diverſos dolos. Aváro autem nihil eſt ſceléſtius. Quid ſuperbit terra & cinis? Nihil eſt iníquius quàm amáre pe-

cúniam: hic enim & ánimam ſuam venálem habet, quóniam in vita ſua projécit íntima ſua. Omnis potentátûs brevis vita. Languor prolíxior gravat médicum. Brevem languórem præcídit médicus: ſic & rex hódie eſt, & cras moriétur. Cùm enim morriétur homo, hæreditábit ſerpentes, & béſtias, & vermes. Inítium ſupérbiæ hóminis apoſtatáre à Deo. Quóniam ab eo qui fecit illum, receſſit cor ejus; quóniam inítium omnis peccáti eſt ſupérbia: qui tenúerit illam, adimplébitur maledictis, & ſubvertet eum in finem.

℟. v. Exaltábo te, Deus meus Rex, & benedícam nómini tuo in ſéculum, & in ſéculum ſéculi; * Per ſíngulos dies benedícam tibi. *Pſ.* 144. 1. 2. ℣. Tu es Chriſtus Fílius Dei vivi. *Matth.* 16. 16. * Per ſíngulos.

Vel ℟. Ad te. *p.* 452.

LECTIO VI. c. 10. v. 16.

Superbi everſi, ſervati humiles.

PRoptérea exhonorávit Dóminus conventus malórum, & deſtruxit eos uſque in finẽ. Sedes ducum ſuperbórum deſtruxit Deus, & ſedére fecit mites pro eis. Radíces géntium ſuperbárum areféecit Deus, & plantávit húmiles ex ipſis géntibus. Terras géntium evertit Dóminus, & pérdidit eas uſque ad fundamentum. Areféecit ex ipſis, & diſpérdidit eos, & ceſſáre fecit memóriam eórum à terra. Memóriam superbórum pérdidit Deus, & reliquit memóriam humílium ſenſu. Non eſt creáta homínibus ſupérbia, neque iracúndia natióni mulíerum. Semen hóminum honorábitur hoc quod timet Deum: ſemen autem hoc exhonorábitur, quod prætérit mandáta Dómini. In médio fratrũ rector illórum in honóre: & qui timent Dñm, erunt in óculis illíus.

℟. VI. Ecce Deus meus ſalvátor meus; * Fiduciáliter agam, & non timébo: † Quia fortitúdo & laus mea Dóminus, & factus eſt mihi in ſalútem. *Iſ.* 12. 2. ℣. Credo Fílium Dei eſſe Jeſum Chriſtum. *Act.* 8. 37. * Fiduciáliter. ℣. Glória. † Quia.

Vel ℟. Apud me. *p.* 453.

IN III. NOCTURNO.

De Epíſtolâ primâ beáti Pauli Apóſtoli ad Corínthios.

LECTIO VII. c. 4. v. 9.

Pauli labores.

PUto enim quòd Deus nos Apóſtolos noviſſimos oſtendit,

tamquam morti deſtinátos: quia ſpectáculum facti ſumus mundo, & Angelis, & homínibus. Nos ſtulti propter Chriſtum, vos autem prudentes in Chriſto: nos infirmi, vos autem fortes: vos nóbiles, nos autem ignóbiles. Uſque in hanc horā & eſurímus, & ſitímus, & nudi ſumus, & cólaphis cædimur, & inſtábiles ſumus, & laborámus operantes mánibus noſtris: maledícimur, & benedícimus: perſecutiónem pátimur,& ſuſtinémus: blaſphemámur, & obſecrámus: tamquam purgamenta hujus mundi facti ſumus, ómnium perípſema uſque adhuc. Non ut confundam vos, hæc ſcribo; ſed ut filios meos charíſſimos móneo. Nam ſi decem míllia pædagogórum habeátis in Chriſto, ſed non multos patres. Nam in Chriſto Jeſu per Evangélium ego vos génui. Rogo ergo vos, imitatóres meî eſtóte, ſicut & ego Chriſti.

℟. VII. Hic eſt Deus, Deus noſter in æternum & in ſéculum ſéculi; * Ipſe reget nos in ſécula. *Pſal.* 47. 15. ℣. Prophéta magnus ſurrexit in nobis. *Luc.* 7. 16. * Ipſe reget.

Vel ℟. Magnus. *p.* 453.

LECTIO VIII. c. 9. v. 19.

Omnibus fit omnia.

CUm liber eſſem ex ómnibus, ómnium me ſervum feci, ut plures lucrifácerem. Et factus ſum Judæis tamquā Judæus, ut Judæos lucrifácer: iis qui ſub lege ſunt, quaſi ſub lege eſſem, (cùm ipſe non eſſem ſub lege,) ut eos qui ſub lege erant, lucrifácerem: iis qui ſine lege erant, tamquam ſine lege eſſem, (cùm ſine lege Dei non eſſem, ſed in lege eſſem Chríſti,) ut lucrifácerem eos qui ſine lege erant. Factus ſum infirmis infirmus, ut infirmos lucrifácerem. Omnibus ómnia factus ſum, ut omnes fácerē ſalvos. Omnia autem fácio propter Evangélium, ut párticeps ejus efficiar.

℟. VIII. Dómine, ad quem íbimus? verba vitæ æternæ habes; * Et nos credídimus, & cognóvimus quia tu es Chriſtus Fílius Dei. *Joan.* 6. 69. ℣. Nos cognóvimus quóniam non eſt Deus præter te, Dómine. *Eccli.* 36. 15. * Et nos.

Vel ℟. Tibi dixit. *p.* 453.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Matthæum.

LECTIO IX. c. 8. v. 23.

IN illo témpore: Aſcendente Jeſu in navículam, ſecúti ſunt eum

diſcípuli ejus:& ecce motus magnus factus eſt in mari, ita ut navícula operirétur flúctibus; ipſe verò dormiébat. Et réliqua.

Homília ſancti Auguſtíni Epíſcopi.

Enar. 2. *in Pſal.* 25.

AUdiſtis in Evangélio: Periclitabátur navígium in ſtagno, & dormiébat Jeſus. Navigámus per quoddam ſtagnum, & ventus & procellæ non deſunt; tentatiónibus quotidiánis hujus ſéculi propè opplétur noſtrum navígium. Unde autem fit, niſi quia dormit Jeſus? Si nón dormíret in te Jeſus, tempeſtátes iſtas non pateréris; ſed tranquillitátem habéres intériùs, convigilante tecum Jeſu. Quid eſt autem, Dormit Jeſus? Fides tua, quæ eſt de Jeſu, obdormívit. Surgunt procellæ ſtagni hujus; vides malos floréreʼ, bonos laboráre: tentátio eſt, fluctus eſt. Et dicit ánima tua: O Deus, ipſa eſt juſtítia tua, ut mali flóreant, boni labórent? Dicis Deo, Ipſa eſt juſtítia tua? & Deus tibi, Ipſa eſt fides tua? hæc enim tibi promíſi? ad hoc chriſtiánus factus es, ut in ſéculo iſto floréres? Unde hoc dicis? unde flúctibus ſtagni & tempeſtáte turbáris? quia dormit Jeſus: id eſt, quia fides tua, quæ eſt de Jeſu, sópita eſt in corde tuo. Quid facis ut liberéris? éxcita Jeſum, & dic: Magiſter, perímus; movent enim incerta ſtagni, perímus. Evigilábit ille; id eſt, rédiet ad te fides tua; &, adjuvante illo, conſiderábis in ánima tua, quia quæ dantur modò malis, non cum illis perſeverábunt; tibi autem quod promíttitur, manébit in æternum. Evigilante Chriſto, jam tempeſtas illa non quátiet cor tuum; non opplébunt fluctus navim tuam: quia fides tua ímperat ventis & flúctibus, & tránſiet perículum.

℟. IX. Tantùm in te eſt Deus, & non eſt abſque te Deus; * Verè tu es Deus abſcónditus, † Deus Iſraël ſalvátor. *Iſ.* 45. 14. 15. ℣. Tu es Chriſtus Fílius Dei vivi, qui in hunc mundum veniſti. *Joann.* 11. 27. * Verè. ℣. Glória. † Deus.

Vel ℟. Súſcipe. *p.* 454.

Ad Benedictus, *Ant.* 1. g. Surgens Jeſus imperávit ventis & mari; & facta eſt tranquíllitas magna. *Matth.* 8. 26.

Orémus.

DEus, qui nos in tantis perículis conſtitútos, pro humána ſcis fragilitáte non poſſe ſubsi-

ſtere; da nobis ſalútem mentis & córporis, ut ea quæ pro peccátis noſtris pátimur, te adjuvante vincámus; Per Dóminum.

CANON.

Ex Concílio Rhemenſi. *An.* 1564. *ſtat.* 6.

NE cuiquam moleſti ſimus, hortámur in Dño Párochos noſtros, ut in ómnibus ſe præbeant exemplum bonórum óperum in caſtitáte, ſobrietáte, morum gravitáte, atque omni honeſtáte: ut erubeſcant qui nobis inſidiantur adversárii, non habentes unde Eccléſiæ Chriſti inſultent.

Ad Magníficat, *Ant.* 8. G. Hómines miráti ſunt, dicentes: Qualis eſt hic, quia venti & mare obédiunt ei? *Matth.* 8. 27.

Oratio ut ſuprà ad Laud.

FERIA SECUNDA.

De Actibus Apoſtolórũ.

LECTIO I. c. 20. v. 17.

Pauli exhortatio.

A Miléto autem mittens Epheſum, vocávit majóres natu Eccléſiæ. Qui cùm veniſſent ad eum, & ſimul eſſent, dixit eis: Vos ſcitis à prima die quâ ingreſſus ſum in Aſiam, quáliter vobiſcum per omne tempus fúerim, ſérviens Dómino cum omni humilitáte & lácrymis, & tentatiónibus, quæ mihi accidérunt ex inſídiis Judæórum: quómodò nihil ſubtráxerim utílium, quóminùs annuntiárem vobis & docérem vos públicè & per domos, teſtíficans Judæis atque Gentílibus in Deum pœniténtiam, & fidem in Dñm noſtrum Jeſum Chriſtum.

℟. Miſericórdia & véritas. *p.* 434.

Vel ℟. In te, Dómine, ſperávi. *p.* 450.

LECTIO II. c. 20. v. 36.

Paulus in Jeruſalem.

ET cùm hæc dixiſſet, póſitis génibus ſuis orávit cum ómnibus illis. Magnus autem fletus factus eſt ómnium: & procumbentes ſuper collum Pauli, oſculabantur eum, dolentes máximè in verbo quod díxerat, quóniam ámpliùs fáciem ejus non eſſent viſúri. Et deducébant eum ad navem. Cùm autem factum eſſet ut navigarémus abſtracti ab eis, recto curſu vénimus Coum, & ſequenti die Rhodum, & inde Pátaram. Et cùm inveniſſémus navem tranſfretantem in Phœnícen, aſcendentes navigávimus. Cùm apparuiſſémus autem Cypro, relinquentes eam ad ſiniſtram, navigávimus in Syriã, & vénimus Tyrum: ibi enim navis expoſitúra erat onus. Inventis autem

diſcípulis, mánſimus ibi diebus ſeptem: qui Paulo dicébant per Spíritum ne aſcénderet Jeroſólymam. Et explétis diébus profecti ibámus, deducéntibus nos ómnibus cum uxóribus & fíliis uſque foras civitátem: & pósitis génibus in líttore, orávimus.

℟. Non habémus. *p.* 435.

Vel ℟. Secundùm miſericórdiam. *p.* 451.

LECTIO III. c. 21. v. 17.

Paulus in Jeruſalem.

ET cùm veniſſémus Jeroſólymam, libenter excepérunt nos fratres. Sequenti autem die introíbat Paulus nobiſcum ad Jacóbum, omneſque collecti ſunt ſenióres. Quos cùm ſalutaſſet, narrábat per ſíngula quæ Deus feciſſet in géntibus per miniſtérium ipsíus. At illi cùm audiſſent, magnificábant Deum, dixeruntque ei: Vides, frater, quot míllia ſunt in Judæis, qui credidérunt, & omnes æmulatóres ſunt legis. Audiérunt autem de te, quia diſceſſiónem dóceas à Móyſe eórum, qui per gentes ſunt, Judæórum: dícens non debére eos circumcídere fílios ſuos, neque ſecundùm conſuetúdinem íngredi. Quid ergo eſt? útique oportet convenire multitúdinem: áudient enim te ſuperveniſſe. Hoc ergo fac quod tibi dícimus: Sunt nobis viri quátuor votum habentes ſuper ſe. His aſſumptis, ſanctífica te cum illis, & impende in illis ut radant cápita: & ſcient omnes quia quæ de te audiérunt, falſa ſunt, ſed ámbulas & ipſe cuſtódiens legem. De his autem qui credidérunt ex géntibus nos ſcripſimus, judicantes ut abſtíneant ſe ab idólis immoláto, & ſánguine, & ſuffocáto, & fornicatióne.

℟. Ego autem in Dómino. *p.* 436.

Vel ℟. Suávis Dóminus. *p.* 452.

CANON.

Ex Concílio Tridentíno.

Seſſ. 22. de Reform. c. 1.

NIhil eſt quod álios magis ad pietátem & Dei cultum aſsíduè ínſtruat, quàm eórum vita & exemplum, qui ſe divíno miniſtério dedicárunt. ... In eos enim tamquam in ſpéculum réliqui óculos conjíciunt, ex iiſque ſumunt quod imitentur.

FERIA TERTIA.

De Actibus Apoſtolórũ.

LECTIO I. c. 21. v. 26.

Paulus in templo.

TUnc Paulus, aſſumptis viris, póſterâ die purificátus cũ illis intrávit in templum, annúntians expletiónem

diérum purificatiónis, donec offerrétur pro unoquóque eórum oblátio. Dum autem ſeptem dies conſummarentur, hi qui de Aſia erant Judæi, cùm vidiſſent eum in templo, concitavérunt omnem pópulum, & injecérunt ei manus, clamantes: Viri Iſraelítæ, adjuváte: hic eſt homo qui adversùs pópulum, & legem, & locum hunc, omnes ubíque docens, ínſuper & Gentíles induxit in templum, & violávit ſanctum locum iſtum. Víderant enim Tróphimum Ephéſium in civitáte cum ipſo, quem æſtimavérunt quóniam in templum introduxiſſet Paulus. Commotaque eſt cívitas tota, & facta eſt concúrſio pópuli. Et apprehendentes Paulum, trahébant eum extra templum: & ſtatim clauſæ ſunt jánuæ.

℟. Sit nomen Dómini. *p.* 436.

Vel ℟. Dicat nunc Iſraël. 452.

LECTIO II. *c.* 21. *v.* 31.

Paulus ligatus.

Quæréntibus autem eum occídere, nuntiátum eſt tribúno cohortis: Quia tota confúnditur Jerúſalem. Qui ſtatim aſſumptis milítibus & centuriónibus, decurrit ad illos. Qui cùm vidiſſent tribúnum & mílites, ceſſavérunt percútere Paulum. Tunc accédens tribúnus apprehendit eum, & juſſit eum alligári caténis duábus: & interrogábat quis eſſet & quid feciſſet. Alii autem áliud clamábant in turba. Et cùm non poſſet certum cognóſcere præ tumultu, juſſit duci eum in caſtra. Et cùm veniſſet ad gradus, cóntigit ut portarétur à milítibus propter vim pópuli. Sequebátur enim multitúdo pópuli, clamans: Tolle eum. Et cùm cœpiſſet indúci in caſtra Paulus, dicit tribúno: Si licet mihi loqui áliquid ad te? Qui dixit: Græcè noſti? Nonne tu es Ægyptius qui ante hos dies tumultum concitaſti, & eduxiſti in deſertum quátuor míllia virórum ſicariórum? Et dixit ad eum Paulus: Ego homo ſum quidem Judæus à Tarſo Cilíciæ, non ignótæ civitátis múniceps.

℟. Exaltábo te. *p.* 437.

Vel ℟. Ad te, Dómine, levávi. *p.* 452.

LECTIO III. *c.* 22. *v.* 23.

Paulus civis Romanus.

Vociferántibus autem eis, & projiciéntibus veſtimenta ſua, & púlverem jactántibus in áërem, juſſit tribúnus indúci eum in caſtra, & fla-

gellis cædi, & torquéri eum, ut ſciret propter quã cauſam ſic acclamárent ei. Et cùm aſtrinxiſſent eum loris, dixit aſtanti ſibi centurióni Paulus: Si hóminem Románum & indemnátum licet vobis flagelláre? Quo audíto, centúrio acceſſit ad tribúnum, & nuntiávit ei, dicens: Quid actúrus es? hic enim homo civis Románus eſt. Accédens autem tribúnus dixit illi: Dic mihi ſi tu Románus es? At ille dixit: Etiam. Et reſpondit tribúnus: Ego multâ ſummâ civilitátem hanc conſecútus ſum. Et Paulus ait: Ego autem & natus ſum. Prótinùs ergo diſceſſérunt ab illo, qui eum tortúri erant. Tribúnus quoque tímuit poſtquam reſcívit, quia civis Románus eſſet, & quia alligaſſet eum.

℟. Ecce Deus meus. *p.* 437.

Vel ℟. Apud me orátio. *p.* 453.

CANON.

Ex ConcílioBurdigalenſi. *An.* 1583. *Tit.* 21.

CLérici, qui in ſortẽ Dómini vocáti ſunt, omni virtútum génere ornári debent, ſpectáculum facti, ut ait Apóſtolus, mundo, Angelis & homínibus: némini dantes ullam offenſiónem, ne vituperétur ipsórum miniſtérium, ſed in ómnibus exhibentes ſemetipſos ſicut Dei miniſtros.

FERIA QUARTA.

De Actibus Apoſtolórũ.

LECTIO I. c. 23. v. 11.

Conjuratio detecta.

SEquenti autem nocte aſſiſtens ei Dóminus ait: Conſtans eſto: ſicut enim teſtificátus es de me in Jerúſalẽ, ſic te oportet & Romæ teſtificári. Factâ autem die collegérunt ſe quidam ex Judæis, & devovérunt ſe dicentes, neque manducatúros, neque bibitúros, donec occíderent Paulum. Erant autem plus quàm quadraginta viri, qui hanc conjuratiónem fécerant: qui acceſſérunt ad príncipes ſacerdótum & ſeniores, & dixérunt: Devotióne devóvimus nos nihil guſtatúros donec occidámus Paulum. Nunc ergo vos notum fácite tribúno cum concílio, ut prodúcat illum ad vos, tamquam áliquid cértius cognitúri de eo. Nos verò priùs quàm apprópiet, paráti ſumus interficere illum. Quod cùm audiſſet filius ſoróris Pauli insídias, venit & intrávit in caſtra, nuntiavítque Paulo. Vocans autem Paulus ad ſe unum ex centuriónibus ait: Adoleſ-

centem hunc perduc ad tribúnum ; habet enim áliquid indicáre illi. Et ille quidem aſſúmens eum, duxit ad tribúnum, & ait : Vinctus Paulus rogávit me hunc adoleſcentē perdúcere ad te, habentem áliquid loqui tibi.

℟. Hic eſt Deus. *p.* 438.
Vel ℟. Magnus Dóminus. *p.* 453.

LECTIO II. c. 23. v. 19.
Paulus miſſus Cæſaream.

APprehendens autem tribúnus manum illius, ſeceſſit cum eo ſeorſum, & interrogávit illum: Quid eſt quod habes indicáre mihi ? Ille autem dixit : Judæis convénit rogáre te, ut cráſtinâ die prodúcas Paulum in concílium, quaſi áliquid cértius inquiſitúri ſint de illo : tu verò ne credíderis illis ; inſidiantur enim ei ex eis viri ámpliùs quàm quadraginta, qui ſe devovérunt non manducáre neque bíbere donec interfíciant eum : & nunc paráti ſunt expectantes promiſſum tuum. Tribúnus ígitur dimíſit adoleſcentem, præcípiens ne cui loquerétur quóniam hæc nota ſibi feciſſet. Et vocátis duóbus centuriónibus, dixit illis : Paráte mílites ducentos, ut eant uſque Cæſaréam, & équites ſeptuaginta, & lanceários ducentos, à tértia hora noctis : & jumenta præparáte, ut imponentes Paulum, ſalvum perdúcerent ad Felícem præſidem. (Tímuit enim ne fortè ráperent eum Judæi & occíderent, & ipſe póſteà calúmniam ſuſtinéret tamquam acceptúrus pecúniam.)

℟. Dñe, ad quem. 438.
Vel ℟. Tibi dixit. 453.

LECTIO III. c. 24. v. 27.
Paulus coram Feſto.

BIénnio autem expléto, accépit ſucceſſórem Felix Pórcium Feſtum. Volens autem grátiam præſtáre Judæis Felix, relíquit Paulum vinctum. Feſtus ergo cùm veniſſet in provínciã, poſt tríduum aſcendit Jeroſólymam à Cæſaréa. Adieruntque eum príncipes ſacerdótum & primi Judæórum adversùs Paulum, & rogábant eum, poſtulantes grátiã adversùs eum, ut jubéret perdúci eum in Jerúſalem, insídias tendentes ut interfícerent eũ in via. Feſtus autem reſpondit ſervári Paulum in Cæſaréa : ſe autem matúriùs profectúrum. Qui ergo in vobis, ait, potentes ſunt, deſcendentes ſimul, ſi quod eſt in viro crimen, accúſent eum. Demorátus autem inter eos dies non ámpliùs quã

octo aut decem, deſcendit Cæſaréam, & álterâ die ſedit pro tribunáli, & juſſit Paulum addúci. Qui cùm perductus eſſet, circumſtetérunt eum, qui ab Jeroſólyma deſcénderant Judæi, multas & graves cauſas objicientes, quas non póterant probáre; Paulo ratiónem reddente: Quóniam neque in legem Judæórum, neque in templum, neque in Cæſarem quidquam peccávi. Feſtus autem volens grátiam præſtáre Judæis, reſpondens Paulo, dixit: Vis Jeroſólymam aſcéndere, & ibi de his judicári apud me? Dixit autem Paulus: Ad tribúnal Cæſaris ſto, ibi me oportet judicári: Judæis non nócui, ſicut tu méliùs noſti. Si enim nócui, aut dignum morte áliquid feci, non recúſo mori; ſi verò nihil eſt eórum quæ hi accúſant me, nemo poteſt me illis donáre: Cæſarem appello. Tunc Feſtus cum concílio locútus, reſpondit: Cæſarem appellaſti? ad Cæſarem ibis.

℟. Tantùm in te eſt. 439.
Vel ℟. Súſcipe me. 454.

CANON.

Ex Concílio Toletáno quarto.

An. 633. *cap.* 22.

QUamvis conſciéntiam puram apud Deum nos habére opórteat, tamen apud hómines famam óptimam cuſtodíre cónvenit, ut, juxta præceptum Apoſtólicum, non tantùm coram Deo, ſed étiam coram homínibus, vitæ ſanctæ teſtimónium habeámus.

FERIA QUINTA.

De Actibus Apoſtolórū.

LECTIO I. c. 27. v. 1.

Pauli navigatio.

UT autem judicátum eſt navigáre eum in Itáliam, & tradi Paulum cum réliquis cuſtódiis centurióni nómine Júlio, cohortis Auguſtæ, aſcendentes navem Adrumetínam, incipientes navigáre circa Aſiæ loca, ſuſtúlimus, perſeverante nobiſcum Ariſtarcho Macédone Theſſalonicenſi. Sequenti autem die devénimus Sidónem. Humánè autem tractans Július Paulum, permíſit ad amícos ire & curam ſuî ágere. Et inde cùm ſuſtuliſſémus, ſubnavigávimus Cyprum, proptérea quòd eſſent venti contrárii. Et pélagus Cilíciæ & Pamphyliæ navigantes, vénimus Lyſtram quæ eſt Lyciæ: & ibi invéniens centúrio navem Alexandrínam navigantem in Itáliam, tranſpóſuit nos in eam. Et cùm multis diébus tardè navi-

garémus, & vix deveniſſémus contra Gnidum, prohibente nos vento, adnavigávimus Cretæ juxta Salmónem: & vix juxtà navigantes, vénimus in locum quemdam qui vocátur Boniportus, cui juxtà erat cívitas Thalaſſa.

℟. Miſericórdia & véritas. *p.* 434.

Vel ℟. In te, Dómine, ſperávi. *p.* 450.

Lectio II. c. 27. v. 9.

Periculoſa navigatio.

Multo autem témpore peracto, & cùm jam non eſſet tuta navigátio, eò quòd & jejúnium jam præteriiſſet, conſolabátur eos Paulus, dicens eis: Viri, vídeo quóniam cũ injúria & multo damno, non ſolùm óneris & navis, ſed étiam animárum noſtrárum, íncipit eſſe navigátio. Centúrio autẽ gubernatóri & naucléro magis credébat, quã his quæ à Paulo dicebantur. Et cùm aptus portus non eſſet ad hiemandum, plúrimi ſtatuérunt consílium navigáre inde; ſi quómodò poſſent, devenientes Phœnícen, hiemáre, portum Cretæ reſpiciéntem ad Africum & ad Corum. Aſpirante autem auſtro, æſtimantes propóſitum ſe tenére, cùm ſuſtuliſſent de Aſſon, legébant Cretam. Non poſt multum autem miſit ſe contra ipſam ventus Typhónicus, qui vocátur Euroáquilo. Cumque arrepta eſſet navis, & non poſſet conári in ventum, datâ nave flátibus, ferebámur.

℟. Non habémus. 435.

Vel ℟. Secundùm miſericórdiam. *p.* 451.

Lectio III. c. 27. v. 16.

Ingens tempeſtas.

In inſulam autẽ quamdam decurrentes, quæ vocátur Cauda, potúimus vix obtinére ſcapham. Quâ ſublátâ, adjutóriis utebantur, accingentes navem, timentes ne in Syrtim incíderent, ſummiſſo vaſe ſic ferebantur. Válidâ autem nobis tempeſtáte jactátis, ſequenti die jactum fecérunt: & tértiâ die ſuis mánibus armamenta navis projecérunt. Neque autem ſole, neque sidéribus apparéntibus per plures dies, & tempeſtáte non exíguâ imminente, jam abláta erat ſpes omnis salútis noſtræ. Et cùm multa jejunátio fuiſſet, tunc ſtans Paulus in médio eórum, dixit: Oportébat quidem, ô viri, audíto me, non tóllere à Creta, lucríque fácere injúriam hanc & jactúram. Et nunc ſuádeo vobis bono ánimo eſſe; amiſſio enim nullíus ánimæ erit ex vobis, præ-

terquàm navis. Aſtitit enim mihi hac nocte Angelus Dei, cujus ſum ego & cui deſérvio, dicens: Ne tímeas, Paule; Cæſari te oportet aſsíſtere: & ecce donávit tibi Deus omnes qui návigant tecũ.

℟. Ego autem in Dómino. *p.* 436.

Vel ℟. Suávis Dóminus. *p.* 452.

CANON.

Ex Statútis ſynodálibus diœceſis Carcaſſonenſis. *An.* 1272. *cap.* 1.

CLérici non vagi óculis, non effrénes linguâ, aut ſpeculanti, fluidóque geſtu incédant: ſed pudórem & vereeúndiam mentis in inceſſu oſtendant.... caſtimoniamque invioláti córporis perpétuò conſerváre ſtúdeant.

FERIA SEXTA.

De Actibus Apoſtolórũ.

LECTIO I. c. 27. v. 33.

Hortatur ad ſumendum cibum.

ET cùm lux incíperet fieri, rogábat Paulus omnes súmere cibum, dicens: Quartadécimâ die hódie expectantes jejúni permanétis, nihil accipientes. Propter quòd rogo vos accípere cibum pro ſalúte veſtra: quia nullíus veſtrûm capillus de cápite peribit. Et cùm hæc dixiſſet, ſumens panem, grátias egit Deo in conſpectu ómnium: & cùm fregiſſet, cœpit manducáre. Animæquióres autem facti omnes, & ipſi ſumpsérunt cibum. Erámus verò univerſæ ánimæ in navi ducentæ ſeptuaginta ſex. Et ſatiáti cibo alleviábant navem, jactantes tríticum in mare.

℟. Sit nomen Dómini. *p.* 436.

Vel ℟. Dicat nunc Iſraël. *p.* 452.

LECTIO II. c. 27. v. 39.

Omnes ſalvantur.

CUm autem dies factus eſſet, terram non agnoſcébant: ſinum verò quemdam conſiderábant habentem littus, in quem cogitábant, ſi poſſent, ejícere navem. Et cùm ánchoras ſuſtuliſſent, committébant ſe mari, ſimul laxantes junctúras gubernaculórum; & leváto artémone, ſecundùm auræ flatum tendébant ad littus. Et cùm incidiſſémus in locum dithalaſſum, impegérunt navem: & prora quidem fixa manébat immóbilis, puppis verò ſolvebátur à vi maris. Mílitum autem consílium fuit ut cuſtódias occíderent: ne quis cùm enataſſet, effúgeret. Centúrio autem volens ſerváre Paulum, prohíbuit fieri: juſſitque eos qui

poſſent natáre, emíttere ſe primos, & evádere, & ad terram exíre: & cételos álios in tábulis ferébant; quoſdam ſuper ea, quæ de navi erant. Et ſic factum eſt, ut omnes ánimæ eváderent ad terram.

℟. Exaltábo te, p. 437.

Vel ℟. Ad te, Dómine, levávi. *pag.* 452.

Lectio III. c. 28. v. 1.

Percuſſus à viperâ Paulus.

Et cùm evaſiſſémus, tunc cognóvimus quia Mélita ínſula vocabátur. Bárbari verò præſtábant non módicam humanitátem nobis. Accensâ enim pyrâ, reficiébant nos omnes, propter imbrem, qui imminébat, & frigus. Cùm congregaſſet autem Paulus ſarmentórum aliquantam multitúdinem, & impoſuiſſet ſuper ignem, vipéra à calóre cùm proceſſiſſet, inváſit manum ejus. Ut verò vidérunt Bárbari pendentem béſtiam de manu ejus, ad ínvicem dicébant: Utique homicída eſt homo hic, qui cùm eváſerit de mari, última non ſinit eum vívere. Et ille quidem excútiens béſtiam in ignem, nihil mali paſſus eſt. At illi exiſtimábant eum in tumórem convertendum & ſúbitò caſúrum, & mori. Diu autem illis expectántibus, & vidéntibus nihil mali in eo fieri, converténtes ſe, dicébant eum eſſe Deum.

℟. Ecce Deus meus, *pag.* 437.

Vel. ℟. Apud me orátio, p. 453.

CANON.

Ex Concílio Valentino, *An.* 855. c. 15.

Sacerdos maturitáte morum, & repudiatióne ómnium levitátum ac vanitátum, ómnibus ſibi adhæréntibus & intuéntibus formam diſciplínæ, & verecúndiæ, ac modéſtiæ infundat.

SABBATO.

Si venerit Vigilia Septuageſimæ & non incidat in diem 3. aut 4. Februarii, tertia Lectio erit de Homilia Dominicæ ſequentis.

De Actibus Apoſtolórum.

Lectio I. c. 28. v. 7.

Paulus ſanat infirmos.

In locis autem illis erant prædia príncipis ínſulæ, nómine Públii, qui nos ſuſcípiens, tríduo benignè exhíbuit. Cóntigit autem, patrem Públii fébribus & dyſentériâ vexátum jacére. Ad quem Paulus intrávit: & cùm oraſſet, & impoſuiſſet ei manus, ſalvavit eum. Quo facto, omnes qui in ínſula habébant infirmitátes, accedébant, & curabantur: qui étiam multis honóribus nos ho-

moravérunt, & navigántibus impoſuérunt quæ neceſſária erant. Poſt menſes autem tres, navigávimus in navi Alexandrína, quæ in ínſula hiemáverat, cui erat inſigne Cáſtorum. Et cùm veniſſémus Syracúſam, mánſimus ibi tríduo. Inde circumlegentes devénimus Rhégium: & poſt unum diem flante Auſtro, ſecundâ die vénimus Putéolos; ubi inventis frátribus, rogáti ſumus manére apud eos dies ſeptem: & ſic vénimus Romam. Et inde cùm audíſſent fratres, occurrérunt nobis uſque ad Appii forum, ac tres Tabernas. Quos cùm vidiſſet Paulus, grátias agens Deo, accépit fidúciam.

℟. Hic eſt Deus. *p.* 438.

Vel. ℟. Magnus Dóminus. *pag.* 453.

LECTIO II. c. 28. v. 16.

Romæ convocat Judæos.

CUm autem veniſſémus Romam, permiſſum eſt Paulo manére ſibimet cum cuſtodiente ſe mílite. Poſt tértium autem diem convocávit primos Judæórum. Cumque conveniſſent, dicébat eis: Ego, viri fratres, nihil adversùs plebem fáciens, aut morem paternum, vinctus ab Jeroſólymis tráditus ſum in manus Romanórum: qui cùm interrogatiónem de me habuiſſent, voluérunt me dimíttere, eò quòd nulla eſſet cauſa mortis in me. Contradicéntibus autem Judæis, coactus ſum appelláre Cæſarem, non quaſi gentem meam habens áliquid accuſáre. Propter hanc ígitur cauſam rogávi vos vidére, & álloqui. Propter ſpem enim Iſraël caténâ hac circúmdatus ſum. At illi dixérunt ad eum: Nos neque lítteras accépimus de te à Judæa, neque advéniens áliquis fratrum nuntiávit, aut locútus eſt quid de te malum. Rogámus autem à te audíre quæ ſentis; nam de ſecta hac notum eſt nobis, quia ubíque ei contradícitur.

℟. Dómine, ad quem íbimus. *pag.* 438.

Vel. ℟. Tibi dixit cor meum. *pag.* 453.

LECTIO III. c. 28. v. 23.

Chriſtum annuntiat.

CUm conſtituiſſent autem illi diem, venérunt ad eum in hoſpítium plúrimi, quibus exponébat teſtíficans regnũ Dei, ſuadenſque eis de Jeſu ex lege Móyſi & Prophétis, à manè uſque ad véſperam. Et quidam credébant his quæ dicebantur: quidam verò non credébant. Cumque invi-

cem non eſſent conſentientes, diſcedébant, dicente Paulo unum verbum: Quia bene Spíritus ſanctus locútus eſt per Iſaíam prophétam ad patres noſtros, dicens: Vade ad pópulum iſtum, & dic ad eos: Aure audiétis & non intelligétis; & videntes vidébitis, & non perſpiciétis: incraſſátum eſt enim cor pópuli hujus, & áuribus gráviter audiérunt, & óculos ſuos compreſſérunt: ne forté vídeant óculis, & áuribus áudiant, & corde intélligant, & convertantur, & ſanem eos. Notum ergo ſit vobis, quóniam Géntibus miſſum eſt hoc ſalutáre Dei, & ipſi áudient. Et cùm hæc dixiſſet, exiérunt ab eo Judæi, multam habentes inter ſe quæſtiónem. Manſit autem biénnio toto in ſuo conducto: & ſuſcipiébat omnes, qui ingrediebantur ad eum, prædicans regnum Dei, & docens quæ ſunt de Dómino Jeſu Chriſto, cum omni fidúcia, ſine prohibitióne.

℟. Tantùm in te eſt. *pag.* 439.

Vel. ℟. Súſcipe me, Dómine. *pag.* 454.

CANON.

Ex Concílio Toletáno.

An. 633. *cap.* 21.

INoffenſos & immaculátos decet Dei Sacerdótes exíſtere, nec ullo eos fornicatiónis contágio póllui: ſed caſtè viventes, mundos ſemetipſos celebrandis exhíbeant Sacramentis.

Ad Magníficat, Ant. 1. D. Dóminus dedit; Dóminus abſtulit: ſicut Dómino plácuit, ita factum eſt: ſit nomen Dómini benedictum. *Job.* 1. 21.

Oratio, Famíliam. *infrà ad Laudes.*

DOMINICA V. poſt Epiphaniam.

IN I. NOCTURNO.

Incipit liber Job.

LECTIO I. c. 1. v. 1.

Divitiæ Job.

VIr erat in terra Hus, nómine Job; & erat vir ille ſimplex & rectus, ac timens Deum & recédens à malo: natíque ſunt ei ſeptem filii, & tres filiæ. Et fuit poſséſſio ejus, ſeptem míllia óvium, & tria míllia camelórum, quingenta quoque juga boum, & quingentæ áſinæ, ac família multa nimis: eratque vir ille magnus inter omnes Orientáles. Et ibant filii ejus, & faciébant convívium per domos, unuſquiſque in die ſuo. Et mittentes vocábant tres ſorores ſuas, ut comé derent & bíberent cum eis.

℟. 1. In te, Dómine, ſperávi; non confundar

in æternum: * In juſtítia tua líbera me. *Pſal.* 30. 2. ℣. Nunc in ſpe quæ ad patres noſtros facta eſt, ſto. *Act.* 26. 6. * In,

LECTIO II. c. 1. v. 5.

Pia ſolicitudo pro filiis.

CUmque in orbem tranſiſſent dies convívii, mittébat ad eos Job, & ſanctificábat illos, conſurgenſque dilúculo offerébat holocauſta pro ſíngulis. Dicébat enim: Ne fortè peccáverint filii mei, & benedíxerint Deo in córdibus ſuis. Sic faciébat Job cunctis diébus. Quadam autem die, cùm veniſſent filii Dei ut aſsíſterent coram Dómino, ádfuit inter eos étiamSatan. Cui dixit Dóminus: Unde venis? Qui reſpondens ait: Circuívi terram, & perambulávi eam. Dixitque Dóminus ad eum: Numquid conſideraſti ſervum meum Job, quòd non ſit ei símilis in terra, homo ſimplex & rectus, ac timens Deum & recédens à malo? Cui reſpondens Satan, ait: Numquid Job fruſtrà timet Deum? Nonne tu vallaſti eum, ac domum ejus, univerſamque ſubſtántiam per circúitum, opéribus mánuum ejus benedixiſti, & poſſéſſio ejus crevit in terra? Sed extende páululùm manum tuam, & tange cuncta quæ póſſidet, niſi in fáciem benedíxerit tibi.

℟. II. Secundùm miſericórdiam tuam vivífica me, Dómine; * Et cuſtódiam teſtimónia oris tui. *Pſal.* 118. 8. ℣. Miſerére meî, Dómine, Fili David; Dómine, ádjuva me. *Matth.* 15. *v.* 20. 25. * Et cuſtódiam.

LECTIO III. v. 12.

Affligitur Job in bonis.

DIxit ergo Dóminus ad Satan: Ecce univerſa quæ habet, in manu tua ſunt: tantùm in eum ne extendas manum tua. Egreſſuſque eſt Satan à fácie Dómini. Cùm autem quadam die filii & filiæ ejus coméderent & bíberent vinum in domo fratris ſui primogéniti, núntius venit ad Job, qui díceret: Boves arábant, & áſinæ paſcebantur juxta eos: & irruérunt Sabæi, tuleruntque ómnia, & púeros percuſſérunt gládio, & evási ego ſolus ut nuntiárem tibi. Cumque adhuc ille loquerétur, venit alter, & dixit: Ignis Dei cécidit è cœlo, & tactas oves puerоſque conſumpſit, & effúgi ego ſolus, ut nuntiárem tibi. Sed & illo adhuc loquente, venit álius, & dixit: Chaldæi fecérunt tres turmas, & invaſérunt camé-

los, & tulérunt eos, necnon & púeros percuſſérunt gládio, & ego fugi ſolus, ut nuntiárem tibi. Adhuc loquebátur ille, & ecce álius intrávit, & dixit: Fíliis tuis & filiábus veſcéntibus & bibéntibus vinum in domo fratris ſui primogéniti, repentè ventus vehemens írruit à regióne deſerti, & concuſſit quátuor ángulos domûs, quæ córruens oppreſſit líberos tuos, & mórtui ſunt, & effúgi ego ſolus, ut nuntiárem tibi.

℟. III. Suávis Dóminus univerſis, * Et miſeratiónes ejus † Super ómnia ópera ejus. *Pſ.* 144. v. 9. ℣. Miſéricors Dóminus eſt, & miſerátor. *Jac.* 5. 11. * Et miſeratiónes. ℣. Glória. † Super.

IN II. NOCTURNO.

De libro Proverbiórum.

LECTIO IV. c. 3. 1.

Sapientia vitam prolongat.

FIli mi, ne oblivíſcáris legis meæ, & præcepta mea cor tuum cuſtódiat: longitúdinem enim diérum, & annos vitæ, & pacem appónent tibi. Miſericórdia & véritas te non déſerant; circumda eas gútturi túo, & deſcríbe in tábulis cordis tui: & invénies grátiam, & diſciplínam bonam coram Deo & homínibus. Habe fidúciam in Dómino ex toto corde tuo, & ne innitáris prudéntiæ tuæ. In ómnibus viis tuis cógita illum, & ipſe díriget greſſus tuos.

℟. IV. Dicat nunc Iſraël, quóniam bonus Dóminus, * Quóniam in ſéculum miſericórdia ejus. *Pſ.* 117. 2. ℣. Conſolátur nos in omni tribulatióne noſtrâ. 2. *Cor.* 1. 4. * Quóniam.

LECTIO V. v. 7.

Correctio Dei ferenda.

NE ſis ſápiens apud temetipſum; time Deum, & recéde à malo: ſánitas quippe erit umbílico tuo, & irrigátio óſſium tuórum. Honóra Dóminum de tua ſubſtántia, & de primítiis ómnium frugum tuárum da ei: & implebuntur hórrea tua ſaturitáte, & vino torculária tua redundábunt. Diſciplínam Dómini, fili mi, ne abjícias; nec defícias, cùm ab eo corríperis: quem enim díligit Dóminus, córripit; & quaſi pater in filio cómplacet ſibi.

℟. V. Ad te, Dómine, levávi ánimam meam: * Deus meus, in te confído; non erubeſcam. *Pſ.* 24. 2. ℣. Secundùm expectatiónem & ſpem meam, *Phil.* 1. 20. * Deus

LECTIO VI. v. 13.
Sapientiam ſequentibus, omnia proſpera.

BEátus homo qui invénit ſapiéntiam, & qui áffluit prudéntiâ. Mélior eſt acquíſitio ejus negotiatióne argenti, & auri primi & puríſſimi fructus ejus. Pretióſior eſt cunctis ópibus: & ómnia quæ deſiderantur, huic non valent comparári. Longitúdo diérum in déxtera ejus; & in ſiníſtra illíus, divítiæ & glória. Viæ ejus viæ pulchræ, & omnes ſémitæ illíus pacíficæ. Lignum vitæ eſt his qui apprehénderint eam; & qui tenúerit eam beátus.

℟. VI. Apud me orátio Deo vitæ meæ; * Dicam Deo: Suſceptor meus es. *Pſ.* 41. 10. ℣. In nullo confundar; ſed in omni fidúcia. *Phil.* 1. 20 * Dicam. ℣. Glória. * Dicam.

IN III. NOCTURNO.
De Epíſtola Cathólica beáti Jacóbi Apóſtoli.

LECTIO VII. c. 5. v. 7.
Exhortatio ad longanimitatem.

PAtientes eſtóte, fratres, uſque ad adventum Dómini. Ecce agrícola expectat pretióſum fructum terræ, patiénter ferens donec accípiat temporáneum & ſerótinum. Patientes ígitur eſtóte & vos, & confirmáte corda veſtra: quóniam adventus Dómini appropinquávit. Nolíte ingemíſcere, fratres, in altérutrum, ut non judicémini. Ecce judex ante jánuam aſſiſtit. Exemplum accípite, fratres, éxitûs mali, labóris, & patiéntiæ, Prophétas, qui locúti ſunt in nómine Dómini.

℟. VII. Magnus Dóminus noſter, & magna virtus ejus; * Et ſapiéntiæ ejus non eſt númerus. *Pſ.* 146. 5. ℣. Major eſt Deus corde noſtro, & novit ómnia. 1. *Joan.* 3. 20. * Et ſapiéntiæ.

LECTIO VIII. v. 11.
Exemplum Job.

ECce beatificámus eos qui ſuſtinuérunt. Sufferéntiam Job audíſtis, & finem Dómini vidíſtis; quóniam miséricors Dóminus eſt, & miſerátor. Ante ómnia autem, fratres mei, nolíte juráre, neque per cœlum, neque per terram, neque áliud quodcumque juramentū. Sit autem ſermo veſter: Eſt, eſt; non, non: ut non ſub judício decidátis.

℟. VIII. Tibi dixit cor meum; exquiſívit te fácies mea: * Fáciem tuam,

huc rétinens innocéntiâ? Tu autem commoviſti me adverſus eum, ut afflígerem eum fruſtrà. Cui reſpondens ſatan, ait: Pellem pro pelle, & cuncta quæ habet homo, dabit pro ánima ſua; alióquin mitte manum tuam, & tange os ejus & carnem, & tunc vidébis quòd in fáciem benedícat tibi. Dixit ergo Dñs ad ſatan: Ecce in manu tua eſt, verúmtamen ánimam illíus ſerva.

℟. Secundùm. *p.* 451.

LECTIO III. v. 7.

Percutitur Job ulcere peſſimo.

EGreſſus ígitur ſatan à fácie Dómini, percuſſit Job úlcere péſſimo, à planta pedis uſque ad vérticem ejus: qui teſtâ ſániem radébat ſedens in ſterquilínio. Dixit autem illi uxor ſua: Adhuc tu pérmanes in ſimplicitáte tua? Bénedic Deo, & mórere. Qui ait ad illam: Quaſi una de ſtultis muliéribus locúta es: ſi bona ſuſcépimus de manu Dei, mala quare non ſuſcipiámus? In ómnibus his non peccávit Job lábiis ſuis.

℟. Suávis Dñs. *p.* 452.

CANON.

Ex Concílio Toletáno quarto.

An. 633. *cap.* 21.

ABſtineámus nos ab omni ópere malo, & ab omni inquinamento carnis líberi maneámus; ut mundi córpore, purgáti mente, poſſímus ad ſacrificium Chriſti digni accédere, & Deum pro delíctis ómnium deprecári.

FERIA TERTIA.

De libro Job.

LECTIO I. c. 2. v. 11.

Tres amici Job viſitant.

IGitur audientes tres amíci Job omne malum quod accidíſſet ei, venérunt ſinguli de loco ſuo, Elíphaz Themanítes, & Baldad Suhítes, & Sophar Naamathítes. Condíxerant enim ut páriter venientes viſitárent eum & conſolarentur. Cumque elevaſſent procul óculos ſuos, non cognovérunt eum; & exclamantes ploravérunt, ſciſſiſque véſtibus ſparſérunt púlverem ſuper caput ſuum in cœlum. Et ſedérunt cum eo in terra ſeptem diébus & ſeptem nóctibus, & nemo loquebátur ei verbum: vidébant enim dolórem eſſe vehementem.

℟. Dicat nunc Iſraël. *p.* 452.

LECTIO II. c. 3. v. 1.

Job maledicit diei nativitatis ſuæ.

POſt hæc apéruit Job os ſuum, & maledíxit diéi ſuo, & locútus

eſt:

eſt : Péreat dies in qua natus ſum , & nox in qua dictum eſt:Conceptus eſt homo. Dies ille vertátur in ténebras ; non requírat eum Deus déſuper, & non illuſtrétur lúmine. Obſcú- rent eum ténebræ & umbra mortis , óccupet eum calígo , & involvátur amaritúdine. Noctem illá tenebróſus turbo poſsídeat, non computétur in diébus anni , nec numerétur in ménſibus. Sit nox illa ſolitária , nec laude digna.

℞. Ad te , Dñe. *p.* 452.

LECTIO III. c. 4. v. 1.

Eliphaz arguit Job impatientiæ.

RESpondens autẽ Eliphaz Themanítes,dixit:Si cœpérimus loqui tibi, fórſitan moleſtè accípies ; ſed conceptum ſermónẽ tenére quis póterit? Ecce docuiſti multos , & manus laſſas roboraſti:vacillantes confirmavérunt ſermónes tui,& génua treméntia confortaſti : nunc autẽ venit ſuper te plaga, & defeciſti ; tétigit te , & conturbátus es.Ubi eſt timor tuus , fortitúdo tua , patiéntia tua, & perféctio viárum tuárum ?

℞. Apud me. *p.* 453.

CANON.

Ex Concílio Tridentíno.

*Seſſ.*25.*de Reform.* c. 14.

PRóhibet ſancta ſynodus quibuſcumque Clericis , ne mulíeres de quibus poſſit habéri ſuſpício , in domo vel extrà detinére , aut cum iis ullam conſuetúdinem habére áudeant : alióquin pœnis à ſacris Canónibus , vel ſtatútis Eccleſiárum impóſitis , puniantur.

FERIA QUARTA.

De libro Job.

LECTIO I. c. 6. v. 1.

Oſtendit Job ſe longè graviora pati.

RESpondens autem Job, dixit : Utinam appenderentur peccáta mea quibus iram mérui , & calámitas quam pátior, in ſtatéra ; quaſi aréna maris hæc grávior apparéret : unde & verba mea dolóre ſunt plena ; quia ſagittæ Dómini in me ſunt , quarum indignátio ébibit ſpíritum meum , & terróres Dómini mílitant contra me. Numquid rúgiet ónager , cùm habúerit herbam?aut múgiet bos,cùm ante præſépe plenum ſtéterit ? aut póterit cómedi inſulſum, quod non eſt ſale condítum ? aut poteſt áliquis guſtáre quod guſtátum affert mortem ? Quæ priùs nolébat tángere ánima mea nunc , præ angúſtia , cibi mei ſunt.

℞. Magnus Dóminus, *p.* 453.

LECTIO II. v. 15.

Conqueritur ſe ab amicis deſeri.

FRatres mei præteriérunt me ſicut torrens qui raptim tranſit in convállibus. Qui timent pruínam, írruet ſuper eos nix. Témpore, quo fúerint diſſipáti, períbunt: & ut incalúerit, ſolventur de loco ſuo. Involútæ ſunt ſémitæ greſſuum eórum: ambulábunt in vácuum & períbunt. Conſideráte ſémitas Thema, itínera Saba; & expectáte pauliſper. Confúſi ſunt quia ſperávi: venérunt quoque uſque ad me, & pudóre coopérti ſunt. Nunc veniſtis: & modò videntes plagam meam, timétis. Numquid dixi: Afferte mihi, & de ſubſtántia veſtra donáte mihi? vel liberáte me de manu hoſtis, & de manu robuſtórum erúite me.

℟. Tibi dixit cor meum. p. 453.

LECTIO III. v. 24.

Patienter ſe audiri poſtulat.

DOcéte me, & ego tacébo: & ſi quid fortè ignorávi, inſtrúite me. Quare detraxiſtis ſermónibus veritátis, cùm è vobis nullus ſit qui poſſit argúere me? Ad increpandum tantùm elóquia concinnátis, & in ventum verba profertis. Super pupillum irrúitis, & ſubvértere nitímini amícum veſtrum. Verúmtamen quod cœpiſtis, expléte: præbéte aurem, & vidéte an méntiar. Reſpondéte, obſecro, abſque contentióne: & loquentes id quod juſtum eſt, judicáte. Et non inveniétis in lingua mea iniquitátem, nec in fáucibus meis ſtultítia perſonábit.

℟. Súſcipe me, Dómine. p. 454.

C A N O N.

Ex Statútis ſynodálibus diœceſis Carcaſſonenſis.

An. 1272, *cap.* 1.

DIſtrictè inhibémus ut Clérici mulíeres ſecum téneant, de quibus contra eos ſiniſtra ſuſpício fuit, aut in ánteà eſſe pótuit: ſed nec ſorores nútriant, nec álias conſanguíneas júvenes ſecum in dómibus hábeant: ſed álibi, ſi páuperes fúerint, eis victum, ſi volúerint, ſubminiſtrent.

FERIA QUINTA.

De libro Job.

LECTIO I. c. 9. v. 1.

Homo comparatus Deo non poteſt juſtificari.

REſpondens Job, ait: Verè ſcio quòd ita ſit, & quòd non juſtificétur homo compoſitus Deo. Si volúerit conténdere cum eo, non póterit ei reſpondére unum

pro mille. Sápiens corde eſt & fortis róbore: quis réſtitit ei, & pacem hábuit? qui tránſtulit montes, & neſciérunt hi quos ſubvertit in furóre ſuo: qui cómmovet terram de loco ſuo, & columnæ ejus concutiuntur: qui præcipit ſoli, & non óritur; & ſtellas claudit quaſi ſub ſignáculo.

℟. In te, Dómine. p. 450.

LECTIO II. v. 8.

Divinæ ſapientiæ magnitudo.

QUi extendit cœlos ſolus, & gráditur ſuper fluctus maris: qui facit Arctúrum, & Orióna, & Hyadas, & interióra Auſtri: qui facit magna & incomprehenſibília, & mirabília quorum non eſt númerus. Si vénerit ad me, non vidébo eum: ſi abíerit, non intélligam. Si repentè intérroget, quis reſpondébit ei? vel quis dícere poteſt: Cur ita facis? Deus, cujus iræ nemo reſíſtere poteſt, & ſub quo curvantur qui portant orbem. Quantus ergo ſum ego ut reſpóndeam ei, & loquar verbis meis cum eo? Qui étiã ſi habúero quíppiam juſtum, non reſpondébo, ſed meũ júdicem deprecábor.

℟. Secundùm miſericórdiam. p. 451.

LECTIO III. v. 18.

Deus impium percutit & innocentem.

NOn concédit requiéſcere ſpíritum meum, & implet me amaritudínibus. Si fortitúdo quæritur, robuſtíſſimus eſt: ſi æquitas judícii, nemo audet pro me teſtimóniũ dícere. Si juſtificáre me volúero, os meum condemnábit me: ſi innocentem oſténdero, pravum me comprobábit. Etiam ſi ſimplex fúero, hoc ipſum ignorábit ánima mea, & tædébit me vitæ meæ. Unum eſt quod locútus ſum, & innocentem & ímpium ipſe conſúmit.

℟. Suávis Dñs. p. 451.

CANON.

Ex Concílio Aquiſgranenſi.

An. 816. *lib.* 1. *c.* 94.

OFfícii tui ſit, chariſſime, non ſolùm óculos caſtos ſerváre, ſed & linguam. Numquam de mulíerum formis díſputes, nec quid in cujuſquã domo agátur, ália domus per te nóverit.

FERIA SEXTA.

De libro Job.

LECTIO I. c. 11. v. 1.

Sophar iniquè aſſerit propter peccata Job percuſſum.

REſpondens autem Sophar Naamathíthes, dixit: Num-

quid qui multa lóquitur, non & áudiet? aut vir verbóſus juſtificábitur? Tibi ſoli tacébunt hómines? & cùm céteros irríſeris, à nullo confutáberis? Dixiſti enim: Purus eſt ſermo meus, & mundus ſum in conſpectu tuo. Atque útinam Deus loquerétur tecúm, & aperíret lábia ſua tibi: ut oſténderet tibi ſecréta ſapiéntiæ, & quòd múltiplex leſſet ejus, & intelligeres quòd multò minóra exigáris ab eo, quàm merétur iníquitas tua.

℟. Dicat nunc Iſraël. *p.* 452.

LECTIO II. v. 7.

Deus incomprehenſibilis.

FOrſitan veſtígia Dei comprehendes, & uſque ad perfectum Omnipoténtem repéries? Excélſior cœlo eſt, & quid fácies? profúndior inferno, & unde cognoſces? lóngior terrâ mensúra ejus, & látior mari. Si ſubvérterit ómnia, vel in unum coarctáverit, quis contradícet ei? Ipſe enim novit hóminum vanitátem; & videns iniquitátem, nonne consíderat? Vir vanus in ſupérbiam érigitur, & tamquam pullum ónagri ſe líberum natum putat. Tu autem firmaſti cor tuum, & expandiſti ad eum manus tuas,

℟. Ad te, Dómine, levávi. *p.* 452.

LECTIO III. v. 14.

Job feliciſſima pollicetur.

SI iniquitátem quæ eſt in manu tua, abſtúleris à te, & non mánſerit in tabernáculo tuo injuſtítia: tunc leváre póteris fáciem tuam abſque mácula, & eris ſtábilis & non timébis. Miſériæ quoque oblivíſcéris, & quaſi aquárum quæ præteriérunt, recordáberis. Et quaſi meridiánus fulgor conſurget tibi ad véſperam: & cùm te conſumptum putáveris, oriéris ut lúcifer. Et habébis fidúciam propóſitâ tibi ſpe, & defoſſus ſecúrus dórmies. Requieſces, & non erit qui te extérreat: & deprecabuntur fáciem tuam plúrimi. Oculi autem impiórum deficient, & effúgium períbit ab eis, & ſpes illórum abominátio ánimæ.

℟. Apud me. *p.* 451.

CANON.

Ex Statútis ſynodálibus diœceſis Carcaſſonenſis.

An. 1272. *cap.* 1.

CUm ebríetas & mentis indúcat exítium, & libídinis próvocet incentívum, Clérici ebrietáte diligenter abſtíneant. Tabernas omnínò vitent, niſi neceſſitátis causâ in itínere conſtitúti.

SABBATO.

Si Sabbatum iſtud evenerit in vigilia Septuageſimæ, nec inciderit in diem Februarii 16. vel 11. tertia Lectio erit Homilia Dominicæ ſextæ. Vide Rubricam Sabbato ante Dominicam ſecundam. 404.

De libro Job.

LECTIO I. c. 42. v. 1.

Agnoſcit ſe Job inſipienter locutum.

RESpondens autem Job Dómino, dixit: Scio quia ómnia potes, & nulla te latet cogitátio. Quis eſt iſte qui celat consílium abſque ſciéntia? Ideo inſipienter locútus ſum, & quæ ultra modum excéderent ſciéntiam meam. Audi, & ego loquar: interrogábo te, & reſponde mihi. Audítu auris audívi te; nunc autem óculus meus videt te. Idcirco ipſe me reprehendo, & ago pœniténtiam in favilla & cínere.

℟. Magnus Dñs. 453.

LECTIO II. v. 7.

Job præfertur amicis.

POſtquàm locútus eſt Dóminus verba hæc ad Job, dixit ad Eliphaz Themanítem: Irátus eſt furor meus in te, & in duos amícos tuos; quóniam non eſtis locúti corã me rectum ſicut ſervus meus Job. Súmite ergo vobis ſeptem tauros & ſeptem aríetes, & ite ad ſervum meum Job, & offerte holocauſtum pro vobis: Job autem ſervus meus orábit pro vobis; fáciem ejus ſuſcípiam ut non vobis imputétur ſtultítia: neque enim locúti eſtis ad me recta ſicut ſervus meus Job. Abiérunt ergo Eliphaz Themanítes, & Baldad Suhítes, & Sophar Naamathítes, & fecérunt ſicut locútus fúerat Dóminus ad eos; & ſuſcépit Dóminus fáciem Job. Dóminus quoque converſus eſt ad pœniténtiam Job, cùm oráret ille pro amícis ſuis. Et áddidit Dóminus ómnia quæcumque fúerant Job, duplícia. Venérunt autem ad eum omnes fratres ſui, & univerſæ ſoróres ſuæ, & cuncti qui nóverant eum priùs, & comedérunt cum eo panem in domo ejus: & movérunt ſuper eum caput, & conſoláti ſunt eum ſuper omni malo quod intúlerat Dóminus ſuper eum: & dedérunt ei unuſquiſque ovem unam, & inaurem áuream unam.

℟. Tibi dixit cor. 453.

LECTIO III. v. 12.

Dominus benedicit noviſſimis Job.

DOminus autem benedixit noviſſimis Job magis quàm princi-

pio ejus. Et facta ſunt ei quatuórdecim míllia óvium, & ſex míllia camelórum, & mille juga boű, & mille áſinæ. Et fuérunt ei ſeptem filii & tres filiæ; & vocávit nomen uníus Diem, & nomen ſecundæ Cáſſiam, & nomen tértiæ Cornuſtíbii. Non ſunt autem inventæ mulíeres ſpecióſæ ſicut filiæ Job in univerſa terra: deditque eis pater ſuus hæreditátem inter fratres eárum. Vixit autem Job poſt hæc centum quadraginta annis, & vidit filios ſuos, & filios filiórum ſuórum, uſque ad quartam generatióne; & mórtuus eſt ſenex & plenus diérum.

℟. Súſcipe me, Dómine, p. 454.

CANON.

Ex Concílio Agatenſi.

An. 506. can. 41.

CLéricum qué ébrium fuiſſe conſtíterit, ut ordo pátitur, aut triginta diérum ſpátio à communióne ſtatúimus ſubmovendum, aut corporáli ſubdendum ſupplício.

Ad Magníficat, *Ant.* 8. G. Noë, Dániel & Job, ipſi juſtítiâ ſuâ liberábunt ánimas ſuas, ait Dóminus exercítuum. *Ezech.* 14. 14.

Oratio, Præſta, quæſumus, *ut infrà ad Laudes.*

DOMINICA VI. poſt Epiphaníam.

IN I. NOCTURNO.

Incipit Ezéchiel Prophéta.

LECTIO I. c. 1. v. 1.

Animalia quatuor quaternas facies habentia.

FActum eſt in trigéſimo anno, in quarto, in quinta menſis, verbum Dómini ad Ezechiélem filium Buzi ſacerdótem, in terra Chaldæórum, ſecus flumen Chobar: & facta eſt ſuper eum ibi manus Dómini. Et vidi, & ecce ventus túrbinis veniébat ab Aquilóne: & nubes magna, & ignis involvens, & ſplendor in circúitu ejus: & de médio ejus quaſi ſpécies electri, id eſt de médio ignis: & in médio ejus ſimilitúdo quátuor animálium: & hic aſpectus eórum, ſimilitúdo hóminis in eis. Quátuor fácies uni, & quátuor pennæ uni. Similitúdo autẽ vultûs eórum: fácies hóminis, & fácies leónis à dextris ipsórum quátuor: fácies autem bovis à siniſtris ipsórum quátuor, & fácies áquilæ déſuper ipsórum quátuor. Et animália ibant & revertebantur in ſimilitúdinem fúlguris coruſcantis.

℟. 1. Propè eſt Dóminus ómnibus invocántibus eum, ómnibus invo-

cántibus eum in veritáte: * Cuſtódit Dóminus omnes diligentes ſe. *Pſ.* 144. 18. 20. ℣. Nos ergo dilígámus Deum; quóniam Deus prior dilexit nos. 1. *Joan.* 4. 19. * Cuſtódit.

LECTIO II. V. 15.

Rotæ oculis plenæ.

CUmque aſpícerem animália, appáruit rota una ſuper terram juxta animália, habens quátuor fácies. Et aſpectus rotárum, & opus eárum, quaſi víſio maris: & una ſimilitúdo ipsárum quátuor: & aſpectus eárum & ópera, quaſi ſit rota in médio rotæ. Per quátuor partes eárũ euntes ibant, & non revertebantur cùm ambulárent. Statúra quoque erat rotis, & altitúdo, & horríbilis aſpectus: & totum corpus óculis plenum in circúitu ipsárum quátuor. Cumque ambulárent animália, ambulábant páriter & rotæ juxta ea: & cùm elevarentur animália de terra, elevabantur ſimul & rotæ. Quocumque ibat ſpíritus, illuc eunte ſpíritu, & rotæ páriter elevabantur ſequentes eum: ſpíritus enim vitæ erat in rotis. Cum eúntibus ibant, & cùm ſtántibus ſtabant, & cum elevátis à terra páriter elevabantur & rotæ ſequentes ea: quia ſpíritus vitæ erat in rotis.

℟. II. Unam pétii à Dómino, hanc requíram, * Ut inhábitem in domo Dómini ómnibus diebus vitæ meæ. *Pſ.* 27. 7. ℣. Coarctor deſidérium habens diſſolvi, & eſſe cum Chriſto. *Philip.* 1. 23. * Ut.

LECTIO III. V. 22.

Firmamentum in quo thronus hominis.

SImilitúdo ſuper cápita animálium firmamenti, quaſi aſpectus cryſtalli horríbilis, & extenti ſuper cápita eórum déſuper. Sub firmamento autem pennæ eórum rectæ altérius ad álterum: unumquodque duábus alis velábat corpus ſuum, & álterum ſímiliter velabátur. Et audiébam ſonum alárum quaſi ſonum aquárũ multárum, quaſi ſonum ſublímis Dei: cùm ambulárent, quaſi ſonus erat multitúdinis ut ſonus caſtrórum, cumque ſtarent, demittebantur pennæ eórum. Nam cùm fíeret vox ſuper firmamentum quod erat ſuper caput eórum, ſtabant & ſubmittébant alas ſuas. Et ſuper firmamentum quod erat ímminens cápiti eórum, quaſi aſpectus lápidis ſapphíri ſimilitúdo throni: & ſuper ſimilitúdinem throni, ſimilitúdo quaſi aſpectus hóminis déſuper. Et vidi

quaſi ſpéciem electri velut aſpectum ignis, intrínſecùs ejus per circúitum : à lumbis ejus & déſuper, & à lumbis ejus uſque deorsùm, vidi quaſi ſpéciem ignis ſplendentis in circúitu. Velut aſpectum arcûs cùm fúerit in nube in die plúviæ. Hic erat aſpectus ſplendóris per gyrum.

℟. III. Quid mihi eſt in cœlo ? & à te quid vólui ſuper terram ? * Deus cordis mei, & pars mea Deus † In æternum. *Pſ.* 72. 24. ℣. Pater juſte, mundus te non cognóvit; ego autē te cognóvi. *Joan.* 17. 25. * Deus. ℣. Glória. † In æternum.

IN II. NOCTURNO.

De libro Eccleſiáſtici.

LECTIO IV. c. 24. v. 1.

Sapientia in throno circuit cœlum & terram.

SApiéntia laudábit ánimam ſuam, & in Deo honorábitur, & in médio pópuli ſui gloriábitur, & in eccléſiis Altíſſimi apériet os ſuum, & in conſpectu virtútis illíus gloriábitur, & in médio pópuli ſui exaltábitur, & in plenitúdine ſancta admirábitur, & in multitúdine electórum habébit laudē, & inter benedictos benedicétur, dicens : Ego ex ore Altíſſimi prodívi, primogénita ante omnem creatúrā. Ego feci in cœlis ut orirétur lumen indeficiens, & ſicut nébulâ texi omnem terram. Ego in altíſſimis habitávi, & thronus meus in columna nubis. Gyrum cœli circuívi ſola, & profúndum abyſſi penetrávi; in flúctibus maris ambulávi. Et in omni terra ſteti; & in omni pópulo, & in omni gente primátum hábui.

℟. IV. Díligam te, Dómine, * Fortitúdo mea; Dóminus firmamentum meum, & liberátor meus. *Pſ.* 17. 2. 3. ℣. Dómine, tu ómnia noſti.; tu ſcis quia amo te. *Joan.* 21. 17. * Fortitúdo.

LECTIO V. c. 43. v. 12.

Gloria Domini eminens in operibus ſuis.

VIde arcum, & bénedic eum qui fecit illum : valdè ſpecióſus eſt in ſplendóre ſuo. Gyrávit cœlum in circúitu glóriæ ſuæ, manus Excelſi aperuérunt illum. Império ſuo accelerávit nivem, & accélerat coruſcatiónes emíttere judícii ſui. Proptéreà aperti ſunt theſauri, & evolavérunt nébulæ ſicut aves. In magnitúdine ſua póſuit nubes, & confracti ſunt lápides grándinis. In conſpectu ejus commovebúntur montes, & in voluntáte ejus aſpirábit Notus. Vox tonítrui ejus verberábit terram,

tempeſtas aquilónis, & congregátio ſpíritûs.

℟. V. Quemádmodum desíderat cervus ad fontes aquárum, ita desíderat ánima mea ad te, Deus: * Sitívit ánima mea ad Deum fortem vivum. *Pſ.* 41. 2. 3. ℣. Et mundus tranſit, & concupiſcéntia ejus. 1. *Joan.* 2. 17. * Sitívit.

Lectio VI. c. 43. v. 29.

Nemo ad laudandum Deum ſufficit.

MUlta dicémus, & deficiémus in verbis: conſummátio autem ſermónum, ipſe eſt in ómnibus. Gloriantes ad quid valébimus? ipſe enim omnípotens ſuper ómnia ópera ſua. Terríbilis Dóminus, & magnus vehementer, & mirábilis poténtia ipſius. Glorificantes Dóminum quantumcumque potuéritis, ſupervalébit enim adhuc, & admirábilis magnificéntia ejus. Benedicentes Dóminum, exaltáte illum quantùm poteſtis: major enim eſt omni laude. Exaltantes eum, repleḿini virtúte, ne laborétis: non enim comprehendétis. Quis vidébit eum, & enarrábit? & quis magnificábit eum ſicut eſt ab inítio? Multa abſcóndita ſunt majóra his: pauca enim vídimus óperu ejus.

℟. VI. Proba me, Deus, & ſcito cor meum: * Intérroga me, & cognoſce ſémitas meas, & vide ſi via iniquitátis in me eſt, & deduc me † In viâ ætérnâ. *Pſ.* 138. 23. 24. ℣. Dómine Deus omnípotens, juſtæ & veræ ſunt viæ tuæ. *Apoc.* 15. 3. * Intérroga. ℣. Glória. † In.

IN III. NOCTURNO.

De Epíſtola beáti Pauli Apóſtoli ad Hebræos.

Lectio VII. c. 1. v. 1.

Thronus Filii Dei ſuper Angelos.

MUltifáriam, multíſque modis olim Deus loquens pátribus in Prophetis: noviſſimè diébus iſtis locútus eſt nobis in Fílio, quem conſtítuit hærédem univerſórum, per quem fecit & ſécula. Qui cùm ſit ſplendor glóriæ, & figúra ſubſtántiæ ejus, portanſque ómnia verbo virtútis ſuæ, purgatiónem peccatórum fáciens, ſedet ad déxteram majeſtátis in excelſis: tantò mélior Angelis effectus, quantò differéntius præ illis nomen hæreditávit. Cui enim dixit aliquando Angelórum: Fílius meus es tu; ego hódie genui te? Et rurſùm: Ego ero illi in patrem, & ipſe erit mihi in Fílium. Et cùm íterùm introdúcit primogénitum

in orbem terræ, dicit: Et adórent eum omnes Angeli Dei. Et ad Angelos quidem dicit: Qui facit Angelos ſuos ſpíritus, & miniſtros ſuos, flammam ignis. Ad Fílium autem: Thronus tuus, Deus, in ſéculum ſéculi; virga æquitátis, virga regni tui: dilexiſti juſtítiam & odiſti iniquitátem; proptéreà unxit te Deus, Deus tuus, óleo exultatiónis præ partícipibus tuis.

℟. VII. Quàm dilecta tabernácula tua, Dómine virtútum! * Concupiſcit & déficit ánima mea in átria Dómini. *Pſ.* 84. 2. ℣. Præterit figúra hujus mundi. 1. *Cor.* 7. 31. * Concupiſcit.

LECTIO VIII. c. 3. 1.

Chriſtiani domus ſunt, & ſedes Dei.

UNde, fratres ſancti, vocatiónis cœleſtis partícipes, conſideráte Apóſtolum & pontíficem confeſſiónis noſtræ Jeſum: qui fidélis eſt ei, qui fecit illum, ſicut & Móyſes in omni domo ejus. Amplióris enim glóriæ iſte præ Móyſe dignus eſt hábitus, quantò ampliórem honórem habet domûs, qui fabricávit illam. Omnis namque domus fabricátur ab áliquo; qui autem ómnia creávit, Deus eſt. Chriſtus verò tamquàm fílius in domo ſua; quæ domus ſumus nos, ſi fidúciam, & glóriam ſpei uſque ad finem, firmam retineámus. Vidéte, fratres, ne fortè ſit in áliquo veſtrûm cor malum incredulitátis, diſcedendi à Deo vivo: partícipes enim Chriſti effecti ſumus; ſi tamen inítium ſubſtántiæ ejus uſque ad finem firmum retineámus.

℟. VIII. Protector noſter, áſpice, Deus, & réſpice in fáciem Chriſti tui; * Quia mélior eſt dies una in átriis tuis ſuper míllia. *Pſ.* 84. 10. 11. ℣. Omnia detrimentum feci, & árbitror ut ſtércora. *Ph.* 3. 8. * Quia.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Matthæum.

LECTIO IX. c. 13. 31.

Granum ſinapis.

IN illo témpore: Parábolam propóſuit turbis Jeſus, dicens: Símile eſt regnum cœlórum grano ſinápis, quod accípiens homo ſeminávit in agro ſuo. Et réliqua.

Homília ſancti Ambróſii Epiſcopi.

Lib. 7. in Lucam.

IPſe Dóminus granum eſt ſinápis. Erat ínteger ab injúria: ſed eum velut granum ſinápis, qui non attígerat, pópulus

neſciébat. Seminári máluit, velut granum, quod acceptum homo miſit in hortum ſuum. In horto enim Chriſtus & captus & ſepultus eſt: in horto crevit, ubi étiam reſurrexit, & factus eſt arbor. Nec ſolùm ſemen eſt Chriſtus, ſed étiam mínimum ex ómnibus ſemínibus; quia non venit in regno, non in divítiis, non in iſtíus mundi ſapiéntia. Súbitò autem ſublímem ſuæ vérticem poteſtátis effúdit. Granum eſt, cùm dícitur: Nonne hic eſt filius Joſeph fabri? ſed inter hæc verba crevit, ſúbitò dicéntibus Judæis: Unde huic eſt ſapiéntia? Non ergo deſpícias hoc granum ſinápis.

℟. IX. Infélix ego homo! * Quis me liberábit de córpore mortis hujus? grátia Dei † Per Jeſum Chriſtum. *Rom.* 7. *v.* 24. 25. ℣. Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ, volábo & requieſcam? *Pſ.* 54. *v.* 6. * Quis me. ℣. Glória. † Per Jeſum Chriſtum.

Ad Benedictus, *Ant.* 7. *d.* Símile eſt regnum cœlórum grano ſinápis, quod mínimum quidem eſt ómnibus ſemínibus; cùm autem créverit, majus eſt ómnibus oléribus. *Matth.* 13. *v.* 31. 32.

Orémus.

PRæſta, quæſumus, omnípotens Deus; ut ſemper rationabília meditantes, quæ tibi ſunt plácita, & dictis exequámur & factis; Per Dóminum.

CANON.

Ex Concílio Cloveshovienſi ſecundo.

An. 747. *Can.* 21.

COnſtitúitur, ut Eccleſiáſtici álios non cogant intemperanter bíbere: ſed pura ac ſóbria ſint eórum convívia, non luxurióſa, nec delíciis vel ſcurrilitátibus mixta: ne hábitûs ſui reveréntia contemptíbilis apud ſeculáres habeátur, & inter eos mérito valdè infamétur.

Ad Magníficat, *Ant.* 1. *a.* Símile eſt regnum cœlórum fermento, quod acceptum múlier abſcondit in farínæ ſatis tribus, donec fermentátum eſt totum. *Matth.* 13. 33.

Oratio ut ſuprà ad Laudes.

FERIA SECUNDA.

De Ezechiéle Prophéta.

LECTIO I. c. 2. v. 1.

Miſſio Ezechielis.

HÆc víſio ſimilitúdinis glóriæ Dómini. Et vidi, & cécidi in fáciem meam, & audívi vocem loquentis. Et dixit ad me: Fili

hóminis, ſta ſuper pedes tuos, & loquar tecum. Et ingreſſus eſt in me Spíritus poſtquàm locútus eſt mihi, & ſtátuit me ſupra pedes meos: & audívi loquentem ad me, & dicentem: Fili hóminis, mitto ego te ad filios Iſraël: verba eórum ne tímeas, & vultus eórum ne formídes; quia domus exáſperans eſt. Loquéris ergo verba mea ad eos, ſi fortè áudiant, & quieſcant; quóniam irritatóres ſunt. Tu autem, fili hóminis, audi quæcumque loquor ad te; & noli eſſe exáſperans, ſicut domus exaſpérátrix eſt: áperi os tuum, & cómede quæcumque ego do tibi. Et vidi, & ecce manus miſſa ad me, in qua erat involútus liber: & expandit illum coram me, qui erat ſcriptus intùs & foris: & ſcriptæ erant in eo lamentatiónes, & carmen, & væ.

℞. Propè eſt. *pag.* 462.

LECTIO II. c. 3. 4.

Prophetæ ſit frons adamante durior.

DIxit ad me: Fili hóminis, vade ad domum Iſraël, & loquéris verba mea ad eos. Non enim ad pópulum profundi ſermónis & ignótæ linguæ tu mítteris, ad domum Iſraël: neque ad pópulos multos profundi ſermónis & ignótæ linguæ, quorum non poſſis audíre ſermónes: & ſi ad illos mitteréris, ipſi audírent te. Domus autem Iſraël nolunt audíre te; quia nolunt audíre me: omnis quippe domus Iſraël attrítâ fronte eſt & duro corde. Ecce dedi fáciem tuam valentiórem faciébus eórum, & frontem tuam duriórem fróntibus eórum. Ut adamantem & ut sílicem dedi fáciem tuam: ne tímeas eos, neque métuas à fácie eórum; quia domus exáſperans eſt. Et dixit ad me: Fili hóminis, omnes ſermónes meos, quos ego loquor ad te, aſſúme in corde tuo, & áuribus tuis audi; & vade, ingrédere ad tranſmigratiónem, ad filios pópuli tui, & loquéris ad eos, & dices eis: Hæc dicit Dóminus Deus, ſi fortè áudiant, & quieſcant.

℞. Unam pétii. *pag.* 463.

LECTIO III. v. 15.

Judicium Dei de Prophetarum geſtione.

VEni ad tranſmigratiónem, ad acervum novárum frugum, ad eos qui habitábant juxta flumen Chobar, & ſedi ubi illi ſedebant: & manſi ibi ſeptem diébus mœrens in

médio eórum. Cùm autem pertransiſſent ſeptem dies, factum eſt verbum Dómini ad me, dicens: Fili hóminis, ſpeculatórem dedi te dómui Iſraël: & áudies de ore meo verbum, & annuntiábis eis ex me. Si dicente me ad ímpium: Morte moriéris; non annuntiáveris ei, neque locútus fúeris ut avertátur à via ſua ímpia, & vivat: ipſe ímpius in iniquitáte ſua moriétur; ſánguinem autem ejus de manu tua requíram. Si autem tu annuntiáveris ímpio, & ille non fúerit converſus ab impietáte ſua, & à via ſua ímpia: ipſe quidem in iniquitáte ſua moriétur; tu autem ánimam tuam liberaſti. Sed & ſi converſus juſtus à juſtítia ſua fúerit, & fécerit iniquitátem, ponam offendículum coram eo, ipſe moriétur, quia non annuntiaſti ei: in peccáto ſuo moriétur, & non erunt in memória juſtítiæ ejus quas fecit; ſánguinem verò ejus de manu tua requíram. Si autem tu annuntiáveris juſto, ut non peccet juſtus, & ille non peccáverit: vivens vivet, quia annuntiaſti ei; & tu ánimam tuam liberaſti.

℟. Quid mihi eſt. *pag.* 464.

CANON.

Ex Concílio Cameracenſi.

An. 1565. Tit. de vita & honeſt. cleric. cap. 2.

HOmini Eccleſiáſtico, quâcumque dignitáte fúlgeat, plùs laudis affert frugálitas in menſa, quàm ſumptus: plùs decóris exquiſítus apparatus, quàm ſimplex. Sit ergo cultus in menſa & convíviis pótiùs in gravitáte, ſobrietáte, & ſale condítis ſermónibus, quàm in pompa & delíciis.

FERIA TERTIA.

De Ezechiéle Prophéta.

LECTIO I. c. 7. v. 1.

Finis ſuper quatuor angulos terræ.

FActus eſt ſermo Dómini ad me, dicens: Et tu, fili hóminis, hæc dicit Dóminus Deus terræ Iſraël: Finis venit, venit finis ſuper quátuor plagas terræ. Nunc finis ſuper te, & immittam furórem meum in te. Afflíctio una, afflíctio ecce venit. Venit contrítio ſuper te, qui hábitas in terra: venit tempus; propè eſt dies occiſiónis, & non glóriæ móntium. Gládius foris; & peſtis, & fames intrínſecùs: qui in agro eſt, gládio moriétur; & qui in civitáte, peſtiléntiâ & fame devorabuntur.

Et ſalvabuntur qui fúgerint ex eis. Et erunt in móntibus quaſi columbæ convállium omnes trépidi, unuſquiſque in iniquitáte ſua. Omnes manus diſſolventur, & ómnia génua fluent aquis. Et accingent ſe cilíciis, & opériet eos formído, & in omni fácie confúſio, & in univerſis capítibus eórum calvítium.

℟. Díligam te, Dómine, *pag.* 464.

LECTIO II. v. 22.

Anguſtia ſuper anguſtiam.

AVertam fáciem meā ab eis, & violábunt arcánum meum: & introíbunt in illud emiſſárii, & contaminábunt illud. Fac concluſiónem: quóniam terra plena eſt judício ſánguinum, & cívitas plena iniquitáte. Et addúcam péſſimos de géntibus, & poſſidébunt domos eórum; & quiéſcere fáciam ſupérbiam poténtium, & poſſidébunt ſanctuária eórum. Angúſtiâ ſuperveniente, requírent pacem, & non erit. Conturbátio ſuper conturbatiónem véniet, & audítus ſuper audítum: & quærent viſiónem de Prophéta, & lex períbit à ſacerdóte & consílium à ſenióribus. Rex lugébit & princeps induétur mœróre, & manus pópuli terræ conturbabuntur. Secundùm viam eórum fáciam eis; & ſecundùm judícia eórum judicábo eos: & ſcient quia ego Dóminus.

℟. Quemádmodum, *pag.* 465.

LECTIO III. c. 9. v. 2.

Signum Thau.

ECce ſex viri veniébant, & uniuſcujuſque vas interítûs in manu ejus: vir quoque unus in médio eórum veſtítus erat líneis, & atramentárium ſcriptóris ad renes ejus. Et dixit Dóminus ad eū: Tranſi per médiam civitátem in médio Jeruſalem: & ſigna Thau ſuper frontes virórum geméntium & doléntium ſuper cunctis abominatiónibus quæ fiunt in médio ejus. Et illis dixit, audiénte me: Transíte per civitátem ſequentes eum, & percútite: non parcat óculus veſter, neque miſereámini; ſenem, adoleſcéntulum & vírginem, párvulum & mulíeres interfícite uſque ad interneciónem: omnem autem ſuper quem vidéritis Thau, ne occidátis, & à ſanctuário meo incípite. Cœpérunt ergo à viris ſenióribus, qui erant ante fáciem domûs. Et cæde complétâ, remanſi ego: ruíque ſuper fáciem meā, & clamans áio: Heu, heu,

heu, Dómine Deus; ergone diſperdes omnes relíquias Iſraël, effundens furórem tuum ſuper Jerúſalem? Et dixit ad me: Iníquitas domûs Iſraël & Juda magna eſt nimis valdè: ígitur & meus non parcet óculus, neque miſerébor; viam eórum ſuper caput eórum reddam.

℟. Proba me, Deus. *pag.* 465.

CANON.

Ex Concílio Turonenſi primo.

An. 461. *Can.* 1.

CUm láïco abſtinéntia imperétur, ut poſſit oratióni vacans, & Deum déprecans exaudíri: quantò magis Sacerdótibus vel Levítis, qui omni momento paráti Deo eſſe debent in omni mundítia & puritáte ſecúri, ne aut ſacrifícium offerre, aut baptisáre, ſi id témporis neceſſitas popóſcerit, cogantur.

FERIA QUARTA.

De Ezechiéle Prophéta.

Lectio I. c. 11. 14.

Cor carneum pro lapídeo.

FActum eſt verbum Dómini ad me, dicens: Fili hóminis, fratres tui, fratres tui, viri propinqui tui, & omnis domus Iſraël, univerſi, quibus dixérunt habitatóres Jerúſalem: Longè recédite à Dómino: nobis data eſt terra in poſſeſſiónem. Proptéreà hæc dicit Dóminus Deus: Quia longè feci eos in géntibus, & quia diſperſi eos in terris: ero eis in ſanctificatiónem módicam in terris, ad quas venérunt. Proptéreà lóquere: Hæc dicit Dóminus Deus: Congregábo vos de pópulis, & adunábo de terris in quibus diſperſi eſtis, dabóque vobis humum Iſraël. Et ingredientur illuc, & áuferent omnes offenſiónes, cunctaſque abominatiónes ejus de illa. Et dabo eis cor unum, & ſpíritum novum tríbuam in viſcéribus eórum; & áuferam cor lapídeum de carne eórum, & dabo eis cor cárneum: ut in præceptis meis ámbulent, & judícia mea cuſtódiant, faciántque ea: & ſint mihi in pópulum, & ego ſim eis in Deum.

℟. Quàm dilecta. *pag.* 466.

Lectio II. c. 13. v. 3.

Prophetæ nihil videntes.

HÆc dicit Dóminus Deus: Væ prophétis inſipiéntibus, qui ſequuntur ſpíritum ſuum & nihil vident. Quaſi vulpes in deſertis, prophétæ tui, Iſraël, erant. Proptéreà hæc dicit Dóminus Deus: Erit manus mea ſuper

prophétas, qui vident vana, & divínant mendácium; in consílio pópuli mei non erunt, & in ſcriptúra domûs Iſraël non ſcribentur, nec in terram Iſraël ingredientur: & ſciétis quia ego Dóminus Deus. Dic ad eos, qui líniunt abſque temperatúra, quòd caſúrus ſit: erit enim imber inundans, & dabo lápides prægrandes déſuper irruentes, & ventum procellæ diſſipantem. Et complébo indignatiónem meam in paríete, & in his qui líniunt eum abſque temperamento, dicamque vobis: Non eſt páries, & non ſunt qui líniunt eum.

℟. Protector noſter. pag. 466.

LECTIO III. c. 14. v. 1.

De hypocritis Prophetas conſulentibus.

VEnérunt ad me viri ſeniórum Iſraël, & ſedérunt coram me. Et factus eſt ſermo Dómini ad me, dicens: Fili hóminis, viri iſti poſuérunt immundítias ſuas in córdibus ſuis, & ſcándalum iniquitátis ſuæ ſtatuérant contra fáciem ſuam: numquid interrogátus reſpondébo eis? Propter hoc lóquere eis, & dices ad eos: Hæc dicit Dóminus Deus: Homo, homo de domo Iſraël, qui poſúerit immundítias ſuas in corde ſuo, & ſcándalum iniquitátis ſuæ ſtatúerit contra fáciem ſuam, & vénerit ad Prophetam, interrogans per eum me: ego Dóminus reſpondebo ei in multitúdine immunditiárum ſuárum, ut capiátur domus Iſraël in corde ſuo, quo receſſérunt à me in cunctis idólis ſuis. Et portábunt iniquitátem ſuam: juxta iniquitátem interrogantis, ſic iniquitas Prophetæ erit.

℟. Infélix ego. p. 467.

CANON.

Ex Concílio Aquiſgranenſi.

An. 816. lib. 1. c. 12.

UNdè vívitur, neceſſitátis eſt accípere, charitátis eſt præbére: non tamquam venále ſit Evangélium, ut iſtud ſit prétium ejus, quòd ſumunt, qui annúntiant, undè vivant.... Accípiant ſuſtentatiónem neceſſitátis à pópulo, mercédem diſpenſatiónis à Dómino.

FERIA QUINTA.

De Ezechiéle Prophéta.

LECTIO I. c. 16. v. 1.

Jeruſalem erecta.

FActus eſt ſermo Dómini ad me, dicens: Fili hóminis, notas fac Jerúſalem abominatiónes ſuas; & dices: Projecta es ſuper fáciem terræ in abjectióne áni-

mæ tuæ in die quâ nata es. Tránſiens autem per te, vidi te conculcári in ſánguine tuo. Et lavi te aquâ, & emundávi ſánguinem tuum ex te: & unxi te óleo. Et veſtívi te diſcolóribus, & calceávi te janthíno: & cinxi te byſſo, & índui te ſubtílibus. Et ornávi te ornamento, & dedi armíllas in mánibus tuis, & torquem circa collum tuum. Et egreſſum eſt nomen tuum in gentes propter ſpéciem tuam: quia perfecta eras in decóre meo, quem poſúeram ſuper te, dicit Dóminus Deus.

℟. Propè eſt. *pag.* 462.

LECTIO II. V. 15.

Jeruſalem corrupta.

HAbens fidúciam in pulchritúdine tua fornicáta es in nómine tuo: & expoſuiſti fornicatiónem tuam omni tranſeunti, ut ejus fieres. Et tuliſti vaſa decóris tui de auro meo atque argento meo, quæ dedi tibi: & feciſti tibi imágines maſculínas, & fornicáta es in eis. Immolaſti filios meos, & dediſti, illos cónſecrans, eis. Proptéreà audi verbum Dómini: Judicábo te judíciis adulterárum, & effundéntium ſánguinem: & dabo te in ſánguinem furóris & zeli. Vivo ego, dicit Dóminus Deus; quia non fecit Sódoma ſoror tua ipſa, & filiæ ejus, ſicut feciſti tu, & filiæ tuæ. Et Samaría dimídium peccatórum tuórum non peccávit: ſed viciſti eas ſceléribus tuis; & juſtificaſti ſoróres tuas in ómnibus abominatiónibus tuis, quas operáta es.

℟. Unam pétii. *p.* 463.

LECTIO III. V. 52.

Jeruſalem & Gentes converſæ.

ERgo & tu confúndere, & porta ignomíniam tuam, quæ juſtificaſti ſoróres tuas. Et convertam reſtítuens eas converſióne Sodomórum cum filiábus ſuis, & converſióne Samaríæ, & filiárum ejus: & convertam reverſiónem tuam in médio eárum. Et ſoror tua Sódoma, & filiæ ejus revertentur ad antiquitátem ſuam: & Samaría & filiæ ejus revertentur ad antiquitátẽ ſuam: & tu, & filiæ tuæ revertémini ad antiquitátem veſtram. Et fáciam tibi ſicut deſpexiſti juramentum, ut írritum fáceres pactum: & recordábor ego pacti mei tecum in diébus adoleſcéntiæ tuæ; & ſuſcitábo tibi pactum ſempiternum, & ſcies quia ego Dóminus, ut recordéris, & confundáris, & non ſit tibi ultrà aperíre os præ confuſióne

tua, cùm placátus tibi fúero in ómnibus quæ feciſti, ait Dóminus Deus.

℟. Quid mihi eſt. p. 464.

CANON.

Ex Concílio Mediolanenſi quarto.

An. 1576. part. 3. tit. Monit.

PAupertátem veſtram ne moleſtè ferte: paupertátem diléxit & dócuit cœleſtis magiſter Chriſtus, qui naſcens in præſépio pónitur, & nudus in cruce móritur. Scitóte paupertáti ſócias adjungi, ſobrietátem, abſtinéntiam, & réliquas virtútes, quibus prælucére oportet miniſtros Dei.

FERIA SEXTA.

De Ezechiéle Prophéta.

LECTIO I. c. 33. v. 1.

Speculatoris officium.

ET factum eſt verbum Dómini ad me, dicens: Fili hóminis, lóquere ad fílios pópuli tui, & dices ad eos: Terra, cùm indúxero ſuper eam gládium, & túlerit pópulus terræ virum unum de noviſſimis ſuis, & conſtitúerit eum ſuper ſe ſpeculatórem: & ille víderit gládium venientẽ ſuper terram, & cecínerit búccinâ, & annuntiáverit pópulo: áudiens autẽ quiſquis ille eſt, ſónitum búccinæ, & non ſe obſerváverit, veneritque gládius & túlerit eum: ſanguis ipſius ſuper caput ejus erit. Sonum búccinæ audívit, & non ſe obſervávit, ſanguis ejus in ipſo erit: ſi autem ſe cuſtodíerit, ánimam ſuam ſalvábit. Quòd ſi ſpeculátor víderit gládiũ veniéntem, & non inſonúerit búccinâ, & pópulus ſe non cuſtodíerit, veneritque gládius, & túlerit de eis ánimam: ille quidem in iniquitáte ſua captus eſt; ſánguinem autẽ ejus de manu ſpeculatóris requíram. Et tu, fili hóminis, ſpeculatórem dedi te dómui Iſraël: áudiens ergo ex ore meo ſermónem, annuntiábis eis ex me. Si me dicente ad ímpium: Impie, morte moriéris; non fúeris locútus ut ſe cuſtódiat ímpius à via ſua: ipſe ímpius in iniquitáte ſua moriétur; ſánguinem autem ejus de manu tua requíram. Si autẽ annuntiante te ad ímpium ut à viis ſuis convertátur, non fúerit converſus à via ſua: ipſe in iniquitáte ſua moriétur; porrò tu ánimam tuã liberaſti.

℟. Diligam te. p. 464.

LECTIO II. v. 10.

Quiſque juxta vias ſuas judicabitur.

TU ergo, fili hóminis, dic ad domum Iſraël: Sic locúti eſtis, di-

centes: Iniquitátes noſtræ & peccáta noſtra ſuper nos ſunt, & in ipſis nos tabéſcimus: quómodò ergo vívere potérimus? Dic ad eos: Vivo ego, dicit Dóminus Deus; nolo mortem ímpii, ſed ut convertátur ímpius à via ſua & vivat. Convertímini, convertímini à viis veſtris péſſimis: & quare moriémini, domus Iſraël? Tu ítaque, fili hóminis, dic ad filios pópuli tui: Juſtítia juſti non liberábit eum in quacumque die peccáverit: & impíetas ímpii non nocébit ei in quacumque die converſus fúerit ab impietáte ſua: & juſtus non póterit vívere in juſtítia ſua, in quacumque die peccáverit. Etiamſi díxero juſto quòd vitâ vivat, & confiſus in juſtítia ſua féceril iniquitátē: omnes juſtítiæ ejus oblivióni tradentur, & in iniquitáte ſua, quam operátus eſt, in ipſa moriétur. Si autem díxero ímpio: Morte moriéris; & égerit pœniténtiā à peccáto ſuo, feceritque judícium & juſtítiam, & pignus reſtitúerit ille ímpius, rapináque reddíderit, in mandátis vitæ ambuláverit, nec fécerit quidquam injuſtum: vitâ vivet, & non moriétur. Omnia peccáta ejus, quæ peccávit, non imputabuntur ei: judícium & juſtítiam fecit, vitâ vivet.

℟. Quemádmodum. 465.

LECTIO III. V. 30.

Quomodo audiri ſoleat verbum Dei ab impiis.

FActum eſt verbum Dómini ad me, dicens: Et tu, fili hóminis, filii pópuli tui qui loquuntur de te juxta muros & in óſtiis domórum, & dícunt unus ad álterum, vir ad próximum ſuum loquentes: Veníte, & audiámus quis ſit ſermo egrédiens à Dómino; & véniunt ad te quaſi ſi ingrediátur pópulus, & ſedent coram te pópulus meus: & áudiunt ſermónes tuos, & non fáciunt eos; quia in cánticum oris ſui vertunt illos, & avarítiam ſéquitur cor eórum. Et es eis quaſi carmen múſicum, quod ſuávi dulcíque ſono cánitur; & áudiunt verba tua, & non fáciunt ea. Et cùm vénerit quod prædictum eſt, (ecce enim venit,) tunc ſcient quod prophétes fúerit inter eos.

℟. Proba me, Deus. 465.

C A N O N.

Ex Synodo Ebroïcenſi. *An.* 1576. *apud Laur. Bochel. Decret. Eccleſ. Gallic. lib.* 6.

IMprímis cáveant omnes Eccleſiáſtici ab il-

lis vítiis, propter quæ præcípuè irritátur Deus, & nomen ejus blaſphemátur inter gentes, atque Ecclésia Dei affligitur..... Sint mores eórum ſine avarítia; pro quocumque officio contenti his quæ ſibi vel jus ipſum, vel laudábilis conſuetúdo conſtítuit: ac ne quidem avídiùs, ſive inhumániùs, quod ſibi debétur éxigant, atque in ómnibus pauperiórum ratiónẽ hábeant.

SABBATO.

De Ezechiéle Prophéta.

Lectio I. c. 34. v. 1.

Caracter paſtoris mercenarii.

FActum eſt verbum Dómini ad me dicens: Fili hóminis, prophéta de paſtóribus Iſraël: prophéta, & dices paſtóribus: Hæc dicit Dóminus Deus: Væ paſtóribus Iſraël qui paſcébant ſemetipſos: nonne greges à paſtóribus paſcuntur? Lac comedebátis, & lanis operiebámini, & quod craſſum erat occidebátis: gregem autem meum non paſcebátis. Quod infirmũ fuit non conſolidaſtis, & quod ægrótum non ſanaſtis; quod confractum eſt non alligaſtis, & quod abjectum eſt non reduxiſtis, & quod períerat non quæſiſtis: ſed cum auſteritáte imperabatis eis, & cum potentia. Et diſperſæ ſunt oves meæ, eò quòd non eſſet paſtor: & factæ ſunt in devoratiónem ómnium beſtiárum agri, & diſperſæ ſunt. Erravérunt greges mei in cunctis móntibus, & in univerſo colle excelſo: & ſuper omnem fáciem terræ diſperſi ſunt greges mei, & non erat qui requíreret; non erat, inquam, qui requíreret.

℟. Quàm dilecta. 466.

Lectio II. v. 7.

Pœna paſtoris mercenarii.

PRopteréà, paſtóres, audíte verbum Dómini: Vivo ego, dicit Dóminus Deus: quia pro eo quòd facti ſunt greges mei in rapínam, & oves meæ in devoratiónẽ ómnium beſtiárum agri, eò quòd non eſſet paſtor: neque enim quæſiérunt paſtóres mei gregem meum, ſed paſcébant paſtóres ſemetipſos, & greges meos non paſcébant: Propteréà, paſtóres, audíte verbum Dómini: Hæc dicit Dóminus Deus: Ecce ego ipſe ſuper paſtóres requíram gregem meum de manu eórum, & ceſsáre fáciam eos ut ultrà non paſcant gregem, nec paſcant ámpliùs paſtóres ſemetipſos; & liberábo gregem meum de ore eórum, & non erit ultrà eis in eſcã.

℟. Protector noſter. 466.

LECTIO III. v. 17.

Promiſſio boni paſtoris.

VOs autẽ greges mei, hæc dicit Dñs Deus: Ecce ego júdico inter pecus & pecus, aríetum & hircórum: ſalvábo gregem meum, & non erit ultrà in rapínam, & judicábo inter pecus & pecus. Et ſuſcitábo ſuper eas paſtórem unum, qui paſcat eas, ſervum meum David: ipſe paſcet eas, & ipſe erit eis in paſtórem. Ego autem Dóminus ero eis in Deũ; & ſervus meus David princeps in médio eórum: ego Dñs locútus ſum. Et fáciam cum eis pactum pacis, & ceſſáre fáciam béſtias péſſimas de terra: & qui hábitant in deſerto, ſecúri dórmient in ſáltibus. Et ponam eos in circúitu collis mei benedictiónem, & dedúcam imbrem in témpore ſuo; plúviæ benedictiónis erunt.

℟. Infélix ego. *p.* 467.

CANON.

Ex Concílio Moguntíno.

An. 1549. *cap.* 92.

EXecrábilis quorumdam Sacerdótum avarítia uſque ad Sacramentórum ipsórum contemptum & injúriam nonnumquam irrumpit; dum ſine numeráto prétio conferre Sacramenta detrectant.

SABBATO

Ante Septuageſimam.

AD VESP. Omnia ut in Pſ. except. quæ ſequuntur.

Capitulum. Iſ. 44. 24.

HÆc dicit Dóminus redemptor tuus, & formátor tuus ex útero: Ego ſum Dñs fáciens ómnia, extendens cœlos ſolus, ſtabíliens terram, & nullus mecum.

℟. Inítio tu, Dómine, terram fundaſti: * Opera mánuum tuárum ſunt cœli; ipſi períbunt, tu autem pérmanes, *Pſ.* 101. 26. 27. ℣. Velut amíctum mutábis eos, & mutabuntur: tu autem idem ipſe es. *Heb.* 1. 12. * Opera. ℣. Glória. * Opera.

Hymn. & Verſ. ut in Pſal.

Ad Magníficat, *Ant.*

J. Fide intellígimus aptáta eſſe ſécula verbo Dei, ut ex inviſibílibus viſibília fierent. *Hebr.* 11. 3.

Orémus.

PReces pópuli tui, quæſumus Dómine, clementer exaudi; ut qui juſtè pro peccátis noſtris afflígimur, pro tui nóminis glória miſericórditer liberémur; Per Dóminum.

Deinceps uſque ad Sabbatum Sanctum non dicitur Allelúia, *ſed poſt* Deus in adjutórium, *ubi dicebatur* Allelúia, *dicitur*, Laus tibi, Dómine, rex ætérnæ glóriæ.

DOMINICA Septuageſimæ.

AD OFFIC. NOCT.

Invitatorium, & cætera omnia ut in Pſalterio.

IN I. NOCTURNO.

Incipit liber Géneſis.

LECTIO I. c. 1. v. 1.

Creatio cœli & terræ: tres primi creationis dies.

IN principio creávit Deus cœlum & terram. Terra autẽ erat inánis & vácua, & ténebræ erant ſuper fáciem abyſſi; & Spiritus Dei ferebátur ſuper aquas. Dixitque Deus: Fiat lux. Et facta eſt lux. Et vidít Deus lucem quòd eſſet bona: & divíſit lucem à ténebris. Appellavitque lucem diẽ, & ténebras noctem: factumque eſt véſpere & mane dies unus. Dixit quoque Deus: Fiat firmamentum in médio aquárum; & dívidat aquas ab aquis. Et fecit Deus firmamentum, diviſitque aquas quæ erant ſub firmamento, ab his quæ erant ſuper firmamentum. Et factum eſt ita. Vocavítque Deus firmamentum cœlum: & factum eſt véſpere & mane dies ſecundus. Dixit verò Deus: Congregentur aquæ, quæ ſub cœlo ſunt, in locum unum, & appáreat árida. Et factum eſt ita. Et vocávit Deus áridam terrã, congregationeſque aquárum appellávit mária. Et vidit Deus quòd eſſet bonum. Et ait: Gérminet terra herbam virentem & facientem ſemen, & lignum pomíferum fáciens fructum juxta genus ſuú, cujus ſemen in ſemetipſo ſit ſuper terram. Et factum eſt ita. Et prótulit terra herbam virentem & facientẽ ſemen juxta genus ſuum, lignumque fáciens fructum & habens unumquodque ſementem ſecundùm ſpéciem ſuam. Et vidit Deus quòd eſſet bonum. Et factum eſt véſperè & manè dies tértius.

℟. 1. Verbo Dómini cœli firmáti ſunt, & ſpíritu oris ejus omnis virtus eórum: cóngregans ſicut in utre aquas maris; ponens in theſauris abyſſos: * Tímeat Dñm omnis terra. *Pſ.* 32. 6. 7. 8. ℣. Omnia per ipſum facta ſunt; & ſine ipſo factum eſt nihil quod factum eſt. *Joan.* 1. 3. * Tímeat.

LECTIO II. v. 14.

Quartus & quintus dies creationis.

DIxit autem Deus: Fiant luminária in firmamento cœli, & dívidant diem ac noctem, & ſint in ſigna & témpora, & dies & annos: ut lúceant in firmamento cœli & illúminent terram. Et

factum eſt ita. Fecitque Deus duo luminária magna: lumináre majus, ut præeſſet diéi; & lumináre minus, ut præeſſet nocti; & ſtellas; & póſuit eas in firmamento cœli, ut lucérent ſuper terram, & præeſſent diéi ac nocti, & divíderent lucem ac ténebras. Et vidit Deus quòd eſſet bonum. Et factum eſt véſpere & mane dies quartus. Dixit étiam Deus: Prodúcant aquæ réptile ánimæ viventis, & volátile ſuper terrâ ſub firmamento cœli. Creavitque Deus cete grándia, & omnem ánimam viventem atque motábilem, quam prodúxerant aquæ in ſpécies ſuas, & omne volátile ſecundùm genus ſuum. Et vidit Deus quòd eſſet bonum. Benedixitque eis, dicens: Créſcite & multiplicámini, & repléte aquas maris; aveſque multiplicentur ſuper terram. Et factum eſt véſpere & mane dies quintus.

℟. II. Dómine Rex omnípotens, in ditióne tua cuncta ſunt póſita; * Tu feciſti cœlùm & terram, & quidquid cœli ámbitu continétur; Dóminus ómnium es. *Eſth.* 13. 9, 10. ℣. Tu autem permanébis: & omnes ut veſtimentum veteraſcent. *Heb.* 1. 12. * Tu.

LECTIO III. v. 24.

Sextus creationis dies.

DIxit quoque Deus: Prodúcat terra ánimam viventem in génere ſuo, jumenta, & reptília, & béſtias terræ ſecundùm ſpécies ſuas. Factumque eſt ita. Et fecit Deus béſtias terræ juxta ſpécies ſuas, & jumenta, & omne réptile terræ in génere ſuo. Et vidit Deus quòd eſſet bonum. Et ait: Faciámus hóminem ad imáginem & ſimilitúdinem noſtram: & præſit píſcibus maris, & volatílibus cœli, & béſtiis, univerſæque terræ, omníque réptili quod movétur in terra. Et creávit Deus hóminem ad imáginẽ ſuam: ad imáginem Dei creávit illum; máſculum & féminam creávit eos. Benedixitque illis Deus, & ait: Créſcite & multiplicámini, & repléte terram & ſubjícite eam, & dominámini píſcibus maris & volatílibus cœli, & univerſis animántibus quæ moventur ſuper terram. Dixitque Deus: Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem ſemen ſuper terram, & univerſa ligna quæ habent in ſemetípſis ſementem géneris ſui, ut ſint vobis in eſcam: & cunctis animántibus terræ, omníque vólucri cœ-

li, & univerſis quæ moventur in terra, & in quibus eſt ánima vivens, ut hábeant ad veſcendum. Et factum eſt ita. Viditque Deus cuncta quæ fécerat: & erant valde bona. Et factum eſt véſpere & mane dies ſextus.

℟. III. Dignus es, Dómine Deus noſter, accípere glóriam, & honórem, & virtútem; * Quia tu creaſti ómnia. *Apoc.* 4. 11. ℣. Magnus es tu, & fáciens mirabília. *Pſ.* 85. 10. * Quia. ℣. Glória. * Quia.

IN II. NOCTURNO.

De libro Eccleſiáſtici.

LECTIO IV. c. 15. v. 14.

Homo creatus cum libero arbitrio.

DEus ab inítio conſtítuit hóminem, & relíquit illum in manu consílii ſui. Adjécit mandáta & præcepta ſua: Si volúeris mandáta ſerváre, conſervábunt te, & in perpétuum fidẽ plácitam fácere. Appóſuit tibi aquam & ignem: ad quod volúeris, pórrige manum tuam. Ante hóminem vita & mors, bonum & malum; quod placúerit ei, dábitur illi: quóniam multa ſapiéntia Dei, & fortis in poténtia, videns omnes ſine intermiſſióne. Oculi Dómini ad timentes eum, & ipſe agnoſcit omnem óperum hóminis. Némini mandávit ímpiè ágere, & némini dedit ſpátium peccandi: non enim concupiſcit multitúdinẽ filiórum infidélium & inutílium.

℟. IV. Laudáte Dóminum, omnes Angeli ejus; laudáte eum, omnes virtútes ejus: * Quia ipſe dixit, & facta ſunt; ipſe mandávit, & creáta ſunt. *Pſal.* 148. 2. 3. ℣. Grátias ágimus Deo, & Patri Dómini noſtri Jeſu Chriſti. *Coloſſ.* 1. 3. * Quia ipſe.

LECTIO V. c. 17. v. 1.

Dona primis parentibus in creatione collata.

DEus creávit de terra hóminem, & ſecundùm imáginem ſuam fecit illum. Et íterùm convertit illum in ipſam, & ſecundùm ſe veſtívit illum virtúte. Númerum diérum & tempus dedit illi, & dedit illi poteſtátem eórum quæ ſunt ſuper terram. Póſuit timórem illíus ſuper omnem carnem, & dominátus eſt beſtiárum & volatílium. Creávit ex ipſo adjutórium ſimile ſibi: consílium, & linguam, & óculos, & aures, & cor dedit illis excogitandi; & diſciplínâ intelleĉtûs replévit illos. Creávit illis ſciéntiâ ſpíritûs, ſenſu implévit cor illórum

illórum, & mala & bona oſtendit illis. Póſuit óculum ſuum ſuper corda illórum, oſténdere illis magnália óperum ſuórum, ut nomen ſanctificatiónis collaudent: & gloriári in mirabílibus illíus, ut magnália enarrent óperum ejus. Addidit illis diſciplínam, & legem vitæ hæreditávit illos. Teſtamentum æternum conſtítuit cum illis, & juſtítiam & judícia ſua oſtendit illis; & magnália honóris ejus vidit óculus illórum, & honórem vocis audiérunt aures illórum, & dixit illis: Atténdite ab omni iníquo. Et mandávit illis unicuíque de próximo ſuo. Viæ illórum coram ipſo ſunt ſemper; non ſunt abſconſæ ab óculis ipsíus.

℟. V. Dóminus ipſe eſt Deus; * Ipſe fecit nos, & non ipſi nos. *Pſ.* 99. 3. ℣. Ne quis gloriétur; ipsíus enim ſumus factúra. *Eph.* 2. 9. 10. * Ipſe.

LECTIO VI. c. 43. v. 1.

Eminentia Creatoris in cœlorum ornatu.

ALtitúdinis firmamentum pulchritúdo ejus eſt, ſpécies cœli in viſióne glóriæ. Sol in aſpectu annúntians in éxitu, vas admirábile opus Excelſi. In meridiáno exúrit terram, & in conſpectu ardóris ejus quis póterit ſuſtinere? Fornácem cuſtódiens in opéribus ardóris. Triplíciter ſol exúrens montes, rádios ígneos exſufflans, & reſulgens rádiis ſuis obcæcat óculos. Magnus Dóminus qui fecit illum, & in ſermónibus ejus feſtinávit iter. Et luna in ómnibus in témpore ſuo, oſténſio témporis & ſignum ævi. A luna ſignum diéi feſti, lumináre quod minúitur in conſummatióne. Menſis ſecundùm nomen ejus eſt, creſcens mirabíliter in conſummatióne. Vas caſtrórum in excelſis, in firmamento cœli reſplendens glorióſè. Spécies cœli glória ſtellárũ, mundum illúminans in excelſis Dóminus. In verbis Sancti ſtabunt ad judícium, & non deficient in vigíliis ſuis. Vide arcum, & bénedic eum qui fecit illum: valdè ſpecióſus eſt in ſplendóre ſuo. Gyrávit cœlum in circúitu glóriæ ſuæ; manus Excelſi aperuérunt illum.

℟. VI. Tu es Deus ſolus ómnium regnórum terræ; * Tu feciſti cœlum & terram: inclína, Dómine, aurem tuam, & audi; † Aperi, Dómine, óculos tuos, & vide. *Iſ.* 37. 16. 17. ℣. Propter voluntátem tuam erant, & creáta ſunt. *Apoc.* 4. 11.

* Tu feciſti.. ℣. Glória.
† Aperi.

IN III. NOCTURNO.

De Epiſtola beáti Pauli Apóſtoli ad Romános.

LECTIO VII. c. 1. v. 18.

Deus ex creaturis cognoſcendus.

REvelátur ira Dei de cœlo, ſuper omnem impietátem & injuſtítiam hóminum eórū qui veritátem Dei in injuſtitia détinent: quia quod notum eſt Dei, manifeſtum eſt in illis; Deus enim illis manifeſtávit. Inviſibília enim ipsíus, à creatúra mundi per ea quæ facta ſunt, intellecta, conſpiciuntur; ſempiterna quoque ejus virtus & divínitas: ita ut ſint inexcusábiles. Quia cùm cognoviſſent Deum, non ſicut Deum glorificavérunt, aut grátias egérunt; ſed evanuérunt in cogitatiónibus ſuis, & obſcurátum eſt insípiens cor eórum: dicentes enim ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt. Et mutavérunt glóriam incorruptíbilis Dei, in ſimilitúdinem imáginis corruptíbilis hóminis, & vólucrum, & quadrúpedum, & ſerpéntium. Propter quòd trádidit illos Deus in deſidéria cordis eórum, in immundítiam; ut contuméliis afficiant córpora ſua in ſemetipſis: qui commutavérunt veritátem Dei in mendáciū; & coluérunt, & ſerviérunt creatúræ pótiùs quā Creatóri, qui eſt benedictus in ſécula: Amen.

℟. VII. Dómine Deus patrum noſtrórum, benedícant te cœli & terræ, & fontes & flúmina, & omnes creatúræ tuæ quæ in eis ſunt; * Tu feciſti Adam de limo terræ. *Tob.* 8.7.8. ℣. Adam enim primus formátus eſt, deinde Heva. 1. *Tim.* 2.13. * Tu.

LECTIO VIII. v. 28.

Impii Deum noluerunt cognoſcere.

SIcut non probavérunt Deum habére in notítia; trádidit illos Deus in réprobum ſenſum, ut fáciant ea quæ non convéniunt: replétos omni iniquitáte, malítiâ, fornicatióne, avarítiâ, nequítiâ, plenos invídiâ, homicídio, contentióne, dolo, malignitáte, ſuſurrónes, detractóres, Deo odíbiles, contumelióſos, ſuperbos, elátos, inventóres malórum, paréntibus non obedientes, inſipientes, incompóſitos, ſine affectióne, abſque fœdere, ſine misericórdiâ. Qui cùm juſtítiam Dei cognoviſſent, non intellexérunt quóniam qui tália agunt digni ſunt morte: & non ſolùm qui

ea fáciunt, ſed étiam qui conſentiunt faciéntibus. Propter quòd inexcusábilis es, ô homo omnis qui júdicas. In quo enim júdicas álterum, teipſum condemnas: eádem enim agis quæ júdicas. Scimus enim quóniam judícium Dei eſt ſecundùm veritátē in eos qui tália agunt.

℟. VIII. Tu ipſe, Dómine, ſolus, tu feciſti cœlum, & cœlum cœlórum, & omnem exércitum eórum; terram, & univerſa quæ in ea ſunt; mária, & ómnia quæ in eis ſunt: * Et tu vivíficas ómnia hæc, & exércitus cœli te adórat. *Neh.* 9. 6. ℣. Tu in princípio, Dómine, terram fundaſti, & ópera mánuum tuárum ſunt cœli. *Hebr.* 1. 10. * Et tu.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Matthæum.

LECTIO IX. c. 20. v. 1.

Operarii vineæ.

IN illo témpore: Dixit Jeſus diſcípulis ſuis parábolam hanc: Símile eſt regnum cœlórum hómini patrifamíliâs, qui éxiit primo mane condúcere operários in víneam ſuam. Et réliqua.

Homília ſancti Gregórii Papæ.

Hom. 19. in Evang. hab. in Baſil. S. Laur. Dom. Sept.

REgnum cœlórum hómini patrifamíliâs símile dícitur, qui ad excolendam víneam ſuam operários condúcit. Quis verò patrisfamíliâs ſimilitúdinem réctiùs tenet, quàm Cónditor noſter qui regit quos cóndidit, & electos ſuos ſic in hoc mundo póſſidet, quaſi ſubjectos dóminus in domo? Qui habet víneam, universálem ſcílicet Eccléſiam quæ ab Abel juſto uſque ad últimum electum, qui in fine mundi naſcitúrus eſt, quot ſanctos prótulit quaſi tot pálmites miſit. Hic ítaque paterfamíliâs ad excolendam víneam ſuam manè, horâ tértiâ, ſextâ, nonâ, & undécimâ operários condúcit; quia à mundi hujus inítio uſque in finem ad erudiendam plebem fidélium prædicatóres congregáre non déſtitit. Mores ergo veſtros, fratres charíſſimi, aſpícite; & ſi jam Dei operárii eſtis, vidéte. Penſet unuſquiſque quid agat, & conſíderet ſi in Dómini vínea labóret. Qui enim in hac vita, ea quæ ſua ſunt, quærit, adhuc ad Domínicam víneam non venit. Illi namque Dómino labórant, qui non ſua, ſed lucra Dómino cógitant, qui zelo charitátis, ſtúdio pietátis inſérviunt, animábus lucrandis invi-

gilant, perdúcere & álios ſecum ad vitam feſtínant. Nam qui ſibi vivit, qui carnis ſuæ voluptátibus páſcitur, rectè otióſus redargúitur, quia fructum divini óperis non ſectátur.

℟. IX. Confitémini Deo deórum; confitémini Dómino dominórum: qui fecit cœlos in intellectu, qui firmávit terram ſuper aquas; * Qui fecit luminária magna, ſolem in poteſtátem diéi, lunam & ſtellas in poteſtátem noctis. *Pſ.* 135. 2. 3. 4. ℣. Benedictus Deus & Pater Dómini noſtri Jeſu Chriſti. 2. *Cor.* 1. 3. * Qui. ℣. Glória. * Qui.

Ab hac die uſque ad Paſcha non dicitur Te Deum, *niſi in Feſtis. Ejus loco Dominicis diebus repetitur Reſponſ. uſque ad Verſ.*

AD LAUDES.

℣. *Sacerd.* Bonum eſt psállere nómini tuo, Altíſſime. ℟. Ad annuntiandum manè miſericórdiam tuam. *Pſ.* 91. 1. 2.

Pſalmi de Dominica.

Ant. 8. c. SImile eſt regnum cœlórum hómini patrifamíliâs, qui éxiit primo mane condúcere operários in víneam ſuã. *Matth.* 20. 1.

Ant. 2. D. Conventióne factâ ex denário diurno, miſit eos in víneam ſuam. *Ibid.* 2.

Ant. 3. c. Egreſſus circa horam tértiam, vidit álios ſtantes in foro otióſos. *Ibid.* 3.

Ant. 4. a. Iterùm autem éxiit circa ſextam & nonam horam, & fecit ſimíliter. *Ibid.* 5.

Ant. 1. a. Accepérunt ſíngulos denários: venientes autem primi, arbitráti ſunt quòd plus eſſent acceptúri. *Ibid.* 9. 10.

Capitulum. 1. Cor. 1. 26.

VIdéte vocatióně veſtram, fratres, quia non multi ſapientes ſecundùm carnem, non multi potentes, non multi nóbiles; ſed quæ ſtulta ſunt mundi, elégit Deus.

Hym. & ℣. *ut in Pſalt.*

Ad Benedictus, *Ant.* 6. F. Erunt noviſſimi primi, & primi noviſſimi: multi enim ſunt vocáti, pauci verò electi. *Matth.* 20. 16.

Orémus.

PReces pópuli tui, quæſumus, Dómine, clementer exaudi; ut qui juſtè pro peccátis noſtris afflígimur, pro tui nóminis glória miſericórditer liberémur; Per Dñm.

AD HORAS.

Antiphonæ de Laudibus, quartâ prætermiſsâ.

AD PRIMAM.

Ant. 8. c. Símile.

Capitul. & reliqua omnia ut in Pſalt.

CANON.

Ex Concílio Pariſienſi ſexto.

An. 829. *lib.* 1. *c.* 13.

CUm nullus Chriſtiánus theſauros in terra, ſed pótiùs, ſecúndùm Dómini ſenténtiam, in cœlo recóndere débeat: cavendum ſummópere Sacerdótibus eſt, ut ab avarítiæ peſte, quæ eſt idolórum ſérvitus, & cupiditáte, quæ radix eſt ómnium malórum ſuoſque ſectatóres à regno Chriſti exclúdunt, ſe compeſcant.

AD TERTIAM.

Ant. 2. D. Conventióne.

Capitulum. 2. Pet. 1. 10.

SAtágite ut per bona ópera certam veſtram vocatiónem & electiónē faciátis; hæc enim facientes, non peccábitis aliquando.

℞. *br.* Inclína, *ut in Pſalterio.*

AD SEXTAM.

Ant. 3. c. Egreſſus.

Capitulum. Eccli. 33. 28. 29. 30.

MItte ſervum in operatiónem, ne vacet: multam enim malítiam dócuit otióſitas. In ópera conſtítue illum; ſic enim cóndecet illum.

℞. *br.* Secundùm, *ut in Pſalterio.*

AD NONAM.

Ant. 1. a. Accepérunt.

Capit. Eccli. 51. 37. 38.

LÆtétur ánima veſtra in miſericórdia Dómini, & non confundémini in laude ipsíus. Operámini opus veſtrum ante tempus, & dabit vobis mercédem veſtrā in témpore ſuo.

℞. *br.* Clamávi, *ut in Pſalterio.*

AD VESPERAS.

Antiph. Pſalmi, Capitulum, Hymnus, Verſus ut in Pſalterio.

Ad Magníficat, *Ant.* 7. G. Cùm ſerò factum eſſet, dicit dóminus víneæ procuratóri ſuo: Voca operários, & redde illis mercédem, incípiens à noviſſimis uſque ad primos. *Matth.* 20. 8.

Orat. ut ſup. ad Laudes.

FERIA SECUNDA.

De libro Géneſis.

LECTIO I. c. 2. v. 1.

Homo in paradiſo voluptatis.

IGitur perfecti ſunt cœli & terra, & omnis ornátus eórum. Complevítque Deus die ſéptimo opus ſuum quod fécerat: & requiévit die ſéptimo ab univerſo ópere quod patrárat. Et benedixit diéi ſéptimo, & ſanctificávit illum; quia in ipſo ceſſáverat ab omni ópere ſuo quod creávit Deus ut fáceret. Iſtæ ſunt generatiónes cœli & ter-

ræ, quando creáta ſunt, in die quo fecit Dóminus Deus cœlum & terram: & omne virgultum agri ántequam orirétur in terra, omnemque herbam regiónis priuſquàm germináret: non enim plúerat Dóminus Deus ſuper terram, & homo non erat qui operarétur terram: ſed fons aſcendébat è terra, írrigans univerſam ſuperficiem terræ. Formávit ígitur Dóminus Deus hóminem de limo terræ, & inſpirávit in fáciem ejus ſpiráculum vitæ, & factus eſt homo in ánimam viventem. Plantáverat autem Dóminus Deus paradíſum voluptátis à princípio: in quo póſuit hóminem quem formáverat. Produxitque Dñs Deus de humo omne lignum pulchrum viſu, & ad veſcendum ſuáve, lignum étiam vitæ in médio paradíſi, lignumque ſciéntiæ boni & mali. Et flúvius egrediebátur de loco voluptátis ad irrigandum paradíſum, qui inde divíditur in quátuor cápita.

℟. Verbo Dómini, 478.

LECTIO II. v. 15.

Creatio Hevæ.

TUlit ergo Dóminus Deus hóminem, & póſuit eum in paradíſo voluptátis, ut operarétur & cuſtodíret illum: præcepitque ei, dicens: Ex omni ligno paradíſi cómede: de ligno autem ſciéntiæ boni & mali ne cómedas; in quocumque enim die coméderis ex eo, morte moriéris. Dixit quoque Dóminus Deus: Non eſt bonum eſſe hóminem ſolum: faciámus ei adjutórium ſímile ſibi. Formátis ígitur, Dóminus Deus, de humo cunctis animántibus terræ & univerſis volatílibus cœli, adduxit ea ad Adam, ut vidéret quid vocáret ea: omne enim quod vocávit Adã ánimæ viventis, ipſum eſt nomẽ ejus. Appellavítque Adã nomínibus ſuis cuncta animántia, & univerſa volatília cœli, & omnes béſtias terræ: Adæ verò non inveniebátur adjútor ſímilis ejus. Immíſit ergo Dóminus Deus ſopórem in Adam: cùmque obdormiſſet, tulit unam de coſtis ejus, & replévit carnem pro ea. Et ædificávit Dóminus Deus coſtam, quam túlerat de Adam, in mulíerem: & adduxit eam ad Adam. Dixitque Adam: Hoc nunc os ex óſſibus meis, & caro de carne mea: hæc vocábitur virágo, quóniam de viro ſumpta eſt. Quamobrem relinquet homo patrem ſuum & matrem, & adhærébit uxóri ſuæ; &

erunt duo in carne una. Erat autem uterque nudus, Adam ſcílicet & uxor ejus, & non erubeſcebant.

℟. Dómine rex. 479.

De libro Sapiéntiæ.

Lectio III. c. 13. v. 1.

Homo ex creaturis Deum debuit agnoſcere.

VAni ſunt omnes hómines, in quibus non ſubeſt ſciéntia Dei, & de his quæ videntur bona, non potuérunt intellígere eum qui eſt, neque opéribus attendentes agnovérunt quis eſſet ártifex: ſed aut ignem, aut ſpíritum, aut citátum áërem, aut gyrum ſtellárum, aut nímiam aquam, aut ſolem & lunam, rectóres orbis terrárum Deos putavérunt. Quorum ſi ſpécie delectáti, Deos putavérunt: ſciant quantò his dominátor eórum ſpecióſior eſt, ſpeciéi enim generátor hæc ómnia conſtítuit. Aut ſi virtútem & ópera eórum miráti ſunt, intélligant ab illis, quóniam qui hæc fecit, fórtior eſt illis: à magnitúdine enim ſpeciéi & creatúræ, cognoſcibíliter póterit creátor horũ vidéri. Sed tamen adhuc in his minor eſt queréla. Et hi enim fortaſsè errant, Deum quærentes, & volentes inveníre. Etenim cùm in opéribus illíus converſentur, inquírunt: & perſuáſum habent quóniam bona ſunt quæ videntur. Iterùm autem nec his debet ignoſci. Si enim tantùm potuérunt ſcire, ut poſſent æſtimáre ſéculum: quómodo hujus Dóminum non facíliùs invenérunt? Infelíces autem ſunt, & inter mórtuos ſpes illórum eſt, qui appellavérunt Deos ópera mánuum hóminum, aurum & argentum, artis inventiónem, & ſimilitúdines animálium, aut lápidem inútilem opus manûs antíquæ.

℟. Dignus es. 480.

Ad Benedictus, *Ant.* 8. c. Símile eſt regnum cœlórum hómini patrifamíliâs, qui éxiit primo mane condúcere operários in víneam ſuam. *Mat.* 20. 1.

CANON.

Ex Concílio Mediolanenſi quarto.

Anno 1576. *part.* 3. *tit. Monit.*

NOn ſéculi vos mercatóres, non mammónæ miniſtri eſtis, ſed Chriſti mercatóres: nolíte theſauriſáre vobis theſauros in terra, ſed bonórum óperũ abundántiâ cum charitáte conjunctâ fácite theſauros in cœlis.

Ad Magníficat, *Ant.* 2. D. Conventióne factâ ex

denário diurno, miſit eos in víneam ſuã. *Mat.* 20. 2.

FERIA TERTIA.

De libro Géneſis.

Lectio I. c. 3. v. 1.

Peccat primus parens.

SEd & ſerpens erat callídior cunctis animántibus terræ, quæ fécerat Dóminus Deus. Qui dixit ad mulíerem: Cur præcépit vobis Deus ut non comederétis de omni ligno paradíſi? Cui reſpondit múlier: De fructu lignórum, quæ ſunt in paradíſo, véſcimur: de fructu verò ligni, quod eſt in médio paradíſi, præcépit nobis Deus ne comederémus, & ne tangerémus illud, ne fortè moriámur. Dixit autẽ ſerpens ad mulíerem: Nequáquam morte moriémini. Scit enim Deus quòd in quocumque die comedéritis ex eo, aperiéntur óculi veſtri: & éritis ſicut dii, ſcientes bonum & malum. Vidit ígitur múlier quòd bonum eſſet lignum ad veſcendum, & pulchrum óculis, aſpectúque delectábile: & tulit de fructu illíus, & comédit: deditque viro ſuo, qui comédit. Et aperti ſunt óculi ambórum: cùmque cognoviſſent ſe eſſe nudos, conſuérunt fólia ficûs, & fecérunt ſibi perizómata. Et cùm audiſſent vocem Dómini Dei deambulantis in paradíſo ad auram poſt merídiem, abſcondit ſe Adam & uxor ejus à fácie Dñi Dei in médio ligni paradíſi.

℟. Laudáte Dñm, 480.

Lectio II. v. 9.

Pœna peccati.

VOcavítque Dóminus Deus Adam, & dixit ei: Ubi es? Qui ait: Vocem tuam audívi in paradíſo; & tímui, eò quòd nudus eſſem, & abſcondi me. Cui dixit: Quis enim indicávit tibi quòd nudus eſſes, niſi quòd ex ligno de quo præcéperam tibi ne coméderes, comediſti? Dixitque Adam: Múlier quam dediſti mihi ſóciam, dedit mihi de ligno, & comédi. Et dixit Dóminus Deus ad mulíerem: Quare hoc feciſti? Quæ reſpondit: Serpens decépit me, & comédi. Et ait Dóminus Deus ad ſerpentem: Quia feciſti hoc, maledictus es inter ómnia animántia & béſtias terræ: ſuper pectus tuum gradiéris, & terram cómedes cunctis diébus vitæ tuæ. Inimicítias ponam inter te & mulíerem, & ſemen tuum, & ſemen illíus: ipſa cónteret caput tuum, & tu inſidiáberis calcáneo ejus. Mulíeri quoque dixit: Multiplicábo ærumnas tuas & conceptus

tuos : in dolóre páries fílios, & ſub viri poteſtáte eris, & ipſe dominábitur tuî. Adæ verò dixit: Quia audíſti vocem uxóris tuæ, & comediſti de ligno, ex quo præcéperam tibi ne coméderes, maledícta terra in ópere tuo: in labóribus cómedes ex ea cunctis diébus vitæ tuæ. Spinas & tríbulos germinábit tibi, & cómedes herbam terræ. In ſudóre vultûs tui veſcéris pane, donec revertáris in terrâ de quâ ſumptus es: quia pulvis es, & in púlverem revertéris. Et vocávit Adam nomen uxóris ſuæ Heva, eò quòd mater eſſet cunctórum viventiũ.

℟. Dñs ipſe eſt. 481.

De Epíſtola beáti Pauli Apóſtoli ad Romános.

LECTIO I. c. 5. v. 12.

In Adamo omnes peccavimus.

SIcut per unum hóminem peccátum in hunc mundum intrávit, & per peccátum mors, & ita in omnes hómines mors pertránſiit, in quo omnes peccavérunt. Uſque ad legem enim peccátum erat in mundo: peccátum autem non imputabátur, cùm lex non eſſet. Sed regnávit mors ab Adam uſque ad Móyſen, étiam in eos qui non peccavérunt in ſimilitúdinem prævaricatiónis Adæ, qui eſt forma futúri. Sed non ſicut delíctum, ita & donum. Si enim unius delícto multi mórtui ſunt, multò magis grátia Dei & donum in grátia uníus hóminis Jeſu Chriſti in plures abundávit. Et non ſicut per unum peccátum, ita & donum. Nam judícium quidem ex uno in condemnatiónem: grátia autem ex multis delíctis in juſtificatiónem. Si enim uníus delícto mors regnávit per unum, multò magis abundántiam grátiæ, & donatiónis, & juſtítiæ accipientes, in vita regnábunt per unum Jeſum Chriſtum. Igitur ſicut per uníus delíctum in omnes hómines in condemnatiónem; ſic & per uníus juſtítiam in omnes hómines in juſtificatiónem vitæ. Sicut enim per inobediéntiam uníus hóminis, peccatóres conſtitúti ſunt multi; ita & per uníus obeditiónem, juſti conſtituentur multi. Lex autem ſubintrávit ut abundáret delíctum. Ubi autem abundávit delíctum, ſuperabundávit grátia. Ut ſicut regnávit peccátum in mortem, ita & grátia regnet per juſtítiam in vitam ætérnam, per Jeſum Chriſtum Dóminum noſtrum.

℟. Tu es Deus ſolus. 431.

Ad Benedictus, *Ant.* 3. c. Egreſſus circa horam tértiam, vidit álios ſtantes in foro otióſos. *Matt.* 20. 3.

CANON.

Ex Concílio Arelatenſi ſecundo.

An. 452. *Can.* 14.

SI quis Clericus pecúniam déderit ad uſúram, aut conductor alienæ rei volúerit eſſe; aut turpis lucri grátiâ, áliquid negotiatiónis exercúerit: depóſitus, à communióne aliénus fiat.

Ad Magníficat, *Ant.* 4. a. Iterùm autem éxiit circa ſextam & nonam horam, & fecit ſímiliter. *Matt.* 20. 5.

FERIA QUARTA.

De libro Géneſis.

LECTIO I. c. 4. v. 1.

Abel occiſus.

ADam verò cognóvit uxórem ſuam Hevam: quæ concépit & péperit Cain, dicens: Poſſédi hóminem per Deum. Rurſumque péperit fratrem ejus Abel. Fuit autem Abel paſtor óvium, & Cain agrícola. Factum eſt autem poſt multos dies ut offerret Cain de frúctibus terræ múnera Dómino. Abel quoque óbtulit de primogénitis gregis ſui, & de adípibus eórum: & reſpexit Dóminus ad Abel, & ad múnera ejus. Ad Cain verò & ad múnera illíus non reſpexit: iratuſque eſt Cain vehementer, & concídit vultus ejus. Dixitque Dóminus ad eum: Quare irátus es? & cur concidit fácies tua? Nonne ſi benè égeris, recípies: ſin autem malè, ſtatim in fóribus peccátum áderit? ſed ſub te erit appetítus ejus, & tu dominaberis illíus. Dixitque Cain ad Abel fratrem ſuum: Egrediámur foras. Cumque eſſent in agro, conſurrexit Cain adversùs fratrem ſuum Abel, & interfécit eum. Et ait Dóminus ad Cain: Ubi eſt Abel frater tuus? Qui reſpondit: Néſcio. Num cuſtos fratris mei ſum ego? Dixitque ad eum: Quid feciſti? vox ſánguinis fratris tui clamat ad me de terra. Nunc ígitur maledictus eris ſuper terram, quæ apéruit os ſuũ, & ſuſcépit ſánguinem fratris tui de manu tua. Cùm operátus fúeris eam, non dabit tibi fructus ſuos: vagus & prófugus eris ſuper terram.

℟. Dómine, Deus. 482.

LECTIO II. c. 5. 6.

Noë juſtus.

NOë cùm quingentórum eſſet annórum, génuit Sem, Cham & Japhet. Cumque cœpiſſent

hómines multiplicári ſuper terram, & filias procreaſſent; videntes filii Dei filias hóminum, quòd eſſent pulchræ, accepérunt ſibi uxóres ex ómnibus, quas elégerant. Dixitque Deus: Non permanébit ſpíritus meus in hómine in æternum, quia caro eſt: eruntque dies illíus centum viginti annórum. Gigantes autem erant ſuper terram in diébus illis: poſtquam enim ingreſſi ſunt filii Dei ad filias hóminum, illæque genuérunt, iſti ſunt potentes à ſéculo viri famóſi. Videns autem Deus quòd multa malítia hóminum eſſet in terra, & cuncta cogitátio cordis intenta eſſet ad malum omni témpore. Pœnítuit eum quòd hóminem feciſſet in terra. Et tactus dolóre cordis intrínſecùs: Delébo, inquit, hóminem quem creávi, à fácie terræ, ab hómine uſque ad animántia, à réptili uſque ad vólucres cœli; pœnitet enim me feciſſe eos. Noë verò invénit grátiam coram Dómino. Hæ ſunt generatiónes Noë. Noë vir juſtus atque perfectus fuit in generatiónibus ſuis; cum Deo ambulávit. Et génuit tres filios Sem, Cham, & Japhet. Corrupta eſt autem terra coram Deo, & repléta eſt iniquitáte.

℟. Tu ipſe, Dñe. 483.

De libro Sapiéntiæ.

LECTIO III. c. 9. v. 17.

Abel occiſus, Noë ſervatus.

Senſum, Dñe, tuũ quis ſciet, niſi tu déderis ſapiéntiam, & míſeris Spíritum ſanctum tuum de altíſſimis: & ſic correctæ ſint ſémitæ eórum qui ſunt in terris; & quæ tibi placent, didícerint hómines? Nam per ſapiéntiam ſanáti ſunt, quicumque placuérunt tibi, Dómine, à princípio. Hæc illum, qui primus formátus eſt à Deo pater orbis terrárum, cùm ſolus eſſet creátus, cuſtodívit. Et eduxit illum à delicto ſuo, & dedit illi virtútem continendi ómnia. Ab hac ut receſſit injuſtus in ira ſua, per iram homicídii fraterni depériit. Propter quem, cùm aqua deléret terram, ſanávit iterùm ſapiéntia, per contemptíbile lignum juſtum gubernans. Hæc & in conſenſu nequítiæ cùm ſe natiónes contuliſſent, ſcivit juſtum & conſervávit ſine queréla Deo, & in filii miſericórdia fortem cuſtodívit.

℟. Confitémini. 484.

Ad Benedictus, *Ant.* 1. a. Accepérunt ſíngulos denários: venientes au-

tem primi, arbitráti ſunt quòd plus eſſent acceptúri. *Matt. c. 20. 9. 10.*

CANON.

Ex Statútis Synodálibus Diœceſis Carcaſſonenſis.

An. 1272. cap. 2.

USúris ſeu túrpium lucrórum occupatiónibus non incumbant Clérici: amórem pecúniæ, quæ eſt matéria ómnium críminum, fúgiant: offícia & negótia ſeculária non ſuſcípiant.

Ad Magníficat, *Ant.* 6. F. Erunt novíſſimi primi, & primi novíſſimi; multi enim ſunt vocáti, pauci verò elécti. *Matth.* 20. 16.

FERIA QUINTA.

De libro Géneſis.

LECTIO I. c. 6. v. 12.

Arcæ deſcriptio.

CUmque vidiſſet Deus terram eſſe corruptam, (omnis quippe caro corrúperat viam ſuam ſuper terrâ;) dixit ad Noë: Finis univerſæ carnis venit coram me: repléta eſt terra iniquitáte à fácie eórum, & ego diſperdam eos cum terra. Fac tibi arcam de lignis lævigátis; manſiúnculas in arca fácies, & bitúmine línies intrínſecùs & extrínſecùs. Et ſic fácies eam: Trecentórum cubitórum erit longitúdo arcæ, quinquagínta cubitórum latitúdo, & trigínta cubitórum altitúdo illíus. Feneſtram in arca fácies, & in cúbito conſummábis ſummitátem ejus: óſtium autem arcæ pones ex látere: deorſum, cœnácula, & triſtega fácies in ea. Ecce ego addúcam aquas dilúvii ſuper terram, ut interfíciam omnem carnem in qua ſpíritus vitæ eſt ſubter cœlum: univerſa quæ in terra ſunt, conſumentur. Ponamque fœdus meum tecum: & ingrediéris arcam tu, & fílii tui, uxor tua, & uxóres filiórum tuórum, tecum. Et ex cunctis animántibus univerſæ carnis bina indúces in arcam, ut vivant tecum, maſculíni ſexûs & fœminíni. De volúcribus juxta genus ſuum, & de jumentis in génere ſuo, & ex omni réptili terræ ſecundùm genus ſuum: bina de ómnibus ingrediéntur tecum, ut poſſint vívere. Tolles ígitur tecum, ex ómnibus eſcis quæ mandi poſſunt, & comportábis apud te; & erunt tam tibi quàm illis in cibum. Fecit ígitur Noë ómnia quæ præcéperat illi Deus.

℟. Verbo Dómini. 478.

LECTIO II. c. 7. v. 5.

Noë juſſa exequitur.

FEcit ergo Noë ómnia quæ mandáverat ei

Dóminus ; eratque ſexcentórum annórum, quando dilúvii aquæ inundavérunt ſuper terram. Et ingreſſus eſt Noë & filii ejus, uxor ejus & uxóres filiórum ejus cum eo, in arcam propter aquas dilúvii. De animántibus quoque mundis & immundis, & de volúcribus ; & ex omni quod movétur ſuper terram. Duo & duo ingreſſa ſunt ad Noë in arcam, máſculus & fémina, ſicut præcéperat Dóminus Noë. Cumque tranſiſſent ſeptem dies, aquæ dilúvii inundavérunt ſuper terram. Anno ſexcentéſimo vitæ Noë, menſe ſecundo, ſeptimodécimo die menſis, rupti ſunt omnes fontes abyſſi magnæ, & cataractæ cœli apertæ ſunt. Et facta eſt plúvia ſuper terram quadraginta diébus & quadraginta nóctibus. In artículo diéi illíus ingreſſus eſt Noë, & Sem, & Cham, & Japheth ; filii ejus, uxor illíus, & tres uxóres filiórum ejus cum eis in arcam : ipſi & omne ánimal ſecundùm genus ſuum, univerſaque jumenta in génere ſuo, & omne quod movétur ſuper terram in génere ſuo, cunctumque volátile ſecundùm genus ſuum, univerſæ aves, omneſque vólucres.

℟. Dómine, Rex. 479.

De Epíſtola beáti Pauli Apóſtoli ad Hebræos.

LECTIO III. c. 11. v. 1.

Noë fide arcam aptavit.

EST fides ſperandárum ſubſtántia rerum, argumentum non apparéntium. In hac enim teſtimónium conſecúti ſunt ſenes. Fide intellígimus aptáta eſſe ſécula verbo Dei ; ut ex inviſibílibus viſibília fierent. Fide plúrimam hóſtiam Abel, quàm Cain, óbtulit Deo : per quam teſtimónium conſecútus eſt eſſe juſtus, teſtimónium perhibente munéribus ejus Deo ; & per illam defunctus adhuc lóquitur. Fide Henoch tranſlátus eſt ne vidéret mortem ; & non inveniebátur, quia tránſtulit illum Deus : ante tranſlatiónem enim teſtimónium hábuit placuiſſe Deo. Sine fide autem impoſſíbile eſt placére Deo. Crédere enim oportet accedentem ad Deum quia eſt, & inquiréntibus ſe remunerátor ſit. Fide Noë, reſponſo accepto de iis quæ adhuc non videbantur, métuens, aptávit arcam in ſalútem domûs ſuæ ; per quam damnávit mundum, & juſtítiæ, quæ per fidem eſt, hæres eſt inſtitútus.

℟. Dignus es. 480.

Ad Benedictus, *Ant.* 8. c. Símile eſt regnum cælórum hómini patrifamiliàs, qui exiit primo mane condúcere operários in víneam ſuam. *Matth.* 20. 1.

CANON.

Ex Concílio Carthaginenſi tértio.

An. 397. *cap.* 15.

PLácuit, ut.... Clérici non ſint conductóres, neque procuratóres, neque ullo turpi vel inhoneſto negótio victum quærant, quia reſpícere debent ſcriptum eſſe: Nemo mílitans Deo, ímplicat ſe negótiis ſeculáribus.

Ad Magníficat, *Ant.* 2. D. Conventióne factâ ex denário diurno, miſit eos in víneam ſuam. *Matth.* 20. 2.

FERIA SEXTA.

De líbro Géneſis.

LECTIO I. c. 7. v. 17.

Diluvium.

FActumque eſt dilúvium quadraginta diébus ſuper terram: & multiplicátæ ſunt aquæ, & elevavérunt arcam in ſublíme à terra. Vehementer enim inundavérunt, & ómnia replevérunt in ſuperfície terræ: porrò arca ferebátur ſuper aquas. Et aquæ prævaluérunt nimis ſuper terram: opertíque ſunt omnes montes excelſi ſub univerſo cœlo. Quíndecim cúbitis áltior fuit aqua ſuper montes quos operúerat. Conſumptaque eſt omnis caro quæ movebátur ſuper terram, vólucrum, animántium, beſtiárum, omniumque reptílium, quæ reptant ſuper terram: univerſi hómines, & cuncta in quibus ſpiráculum vitæ eſt in terra, mórtua ſunt. Et delévit omnem ſubſtántiam quæ erat ſuper terram, ab hómine uſque ad pecus, tam réptile, quàm vólucres cœli, & deléta ſunt de terra: remanſit autem ſolus Noë, & qui cum eo erant in arca. Obtinuerúntque aquæ terram centum quinquaginta diébus.

℟. Laudáte Dñm. 480.

LECTIO II. c. 8. v. 1.

Ceſſatio diluvii.

REcordátus autẽ Deus Noë, cunctorumque animántium, & ómnium jumentórum, quæ erant cum eo in arca, addúxit ſpíritum ſuper terram, & imminútæ ſunt aquæ. Et clauſi ſunt fontes abyſſi, & cataractæ cœli: & prohíbitæ ſunt plúviæ de cœlo. Reverſæque ſunt aquæ de terra euntes & redeuntes: & cœpérunt minui poſt centum quinquaginta dies. Requievítque arca menſe ſéptimo, vigéſimo

ſéptimo die menſis, ſuper montes Arméniæ. At verò aquæ ibant & decreſcébant uſque ad décimum menſem: décimo enim menſe, primâ die menſis, apparuérunt cacúmina móntium. Cúmque tranſiſſent quadraginta dies, apériens Noë feneſtram arcæ, quam fécerat, dimíſit corvum, qui egrediebátur, & non revertebátur, donec ſiccarentur aquæ ſuper terram. Emíſit quoque columbam poſt eum, ut vidéret ſi jam ceſſaſſent aquæ ſuper fáciem terræ. Quæ cùm non inveniſſet ubi requieſceret pes ejus, reverſa eſt ad eum in arcam: aquæ enim erant ſuper univerſam terram: extenditque manum, & apprehenſam íntulit in arcam. Expectátis autem ultrà ſeptem diébus áliis, rurſum dimíſit columbam ex arca. At illa venit ad eum ad véſperam portans ramum olívæ viréntibus fóliis in ore ſuo. Intellexit ergo Noë quòd ceſſaſſent aquæ ſuper terram.

℟. Dñs ipſe eſt. 481.

De libro Sapiéntiæ.

LECTIO III. c. 14. v. 3.

Per navim tempore diluvii ſemen humanum ſervatum.

TUa autem, Pater, providéntia gubernat; quóniam dediſti & in mari viam, & inter fluctus ſémitam firmíſſimam, oſtendens quóniam potens es ex ómnibus ſalváre, étiam ſi ſine arte áliquis ádeat mare. Sed ut non eſſent vácua ſapiéntiæ tuæ ópera: propter hoc étiam & exíguo ligno credunt hómines ánimas ſuas, & tranſeuntes mare per ratem liberáti ſunt. Sed & ab inítio cùm perírent ſuperbi gigantes, ſpes orbis terrárum ad ratem confúgiens, remíſit ſéculo ſemen nativitátis, quæ manu tuâ erat gubernáta. Benedictum eſt enim lignum, per quod fit juſtítia. Per manus autem quod fit idólum, maledíctum eſt, & ipſum, & qui fecit illud: quia ille quidem operátus eſt; illud autem cùm eſſet frágile, Deus cognominátus eſt. Simíliter autem ódio ſunt Deo, ímpius & ímpietas ejus.

℟. Tu es Deus ſolus. 482.

Ad Benedictus, *Ant.* 3. c. Egreſſus circa horam tértiam, vidit álios ſtantes in foro otióſos. *Matth.* 20. 3.

CANON.

Ex Concílio Aquiſgranenſi.

An. 816. *lib.* 1. *cap.* 22.

QUi præfícitur ad régimen, táliter erga

diſciplínam ſubditórum præſtáre ſe debet, ut non ſolùm autoritáte verùm étiam humilitáte clareſcat. Sed tamen ita erit in eo virtus humilitátis, ne diſſolvátur vita ſubditórum in vitiis: atque ita autóritas áderit poteſtátis, ne per tumórem cordis, ſevéritas exiſtat immoderatiónis. Hæc eſt in Sacerdótibus vera diſcrétio, quâ nec per libertátem ſuperbi, nec per humilitátem fiunt remiſſi.

Ad Magníficat, *Ant.* 4. a. Iterùm autem éxiit circa ſextam & nonam horam, & fecit ſimíliter. *Matth.* 20. 5.

SABBATO.

De libro Genéſis.

LECTIO I. c. 9. v. 18.

Salvi per arcam diſſeminant terram.

ERant ergo filii Noë qui egreſſi ſunt de arca, Sem, Cham & Japheth: porrò Cham ipſe eſt pater Chánaan. Tres iſti filii ſunt Noë: & ab his diſſeminátum eſt omne genus hóminum ſuper univerſam terrã. Cœpitque Noë vir agrícola exercére terram, & plantávit víneam. Bibenſque vinum inebriátus eſt, & nudátus in tabernáculo ſuo. Quod cùm vidiſſet Cham pater Chánaan, verenda ſcílicet patris ſui eſſe nudáta, nuntiávit duóbus frátribus ſuis forās. At verò Sem & Japheth pállium impoſuérunt húmeris ſuis, & incedentes retrorsùm operuérunt verenda patris ſui, facieſque eórum averſæ erant, & patris virília non vidérunt. Evígilans autem Noë ex vino, cùm didiciſſet quæ fécerat ei fílius ſuus minor, ait: Maledictus Chánaan; ſervus ſervórum erit frátribus ſuis. Dixitque: Benedíctus Dóminus Deus Sem; ſit Chánaan ſervus ejus. Dilátet Deus Japheth, & hábitet in tabernáculis Sem, ſitque Chánaan ſervus ejus. Vixit autem Noë poſt dilúvium trecentis quinquaginta annis. Et impleti ſunt omnes dies ejus nongentórum quinquaginta annórum: & mórtuus eſt.

LECTIO II. c. 11. v. 1.

Linguarum confuſio.

ERat autem terra lábii unius & ſermónum eorumdem. Cumque proficiſcerentur de oriente, invenérunt campum in terra Sénnaar, & habitavérunt in eo. Dixitque alter ad próximum ſuum: Veníte, faciámus láteres, & coquámus eos igni. Habueruntque láteres pro ſaxis & bitúmen

pro cæmento:& dixérunt: Veníte,faciámus nobis civitátem & turrim, cujus culmen pertingat ad cœlum: & celebrémus nomen noſtrum ántequàm dividámur in univerſas terras. Deſcendit autem Dóminus ut vidéret civitátem & turrim, quã ædificábant filii Adam. Et dixit: Ecce unus eſt pópulus, & unum lábium ómnibus: cœperuntque hoc fácere, nec deſiſtent à cogitatiónibus ſuis donec eas ópere cómpleant. Veníte ígitur, deſcendámus & confundámus ibi linguam eórum, ut non áudiat unuſquiſque vocem próximi ſui. Atque ita divíſit eos Dóminus ex illo loco in univerſas terras, & ceſſavérunt ædificáre civitátem. Et idcircò vocátum eſt nomen ejus Babel, quia ibi confúſum eſt lábium univerſæ terræ: & inde diſperſit eos Dóminus ſuper fáciem cunctárum regiónum.

De Epíſtola prima beáti Petri Apóſtoli.

Lectio iii. c. 3. v. 18.

Ut per arcam, ita per baptiſma Deus nos ſalvat.

CHriſtus ſemel pro peccátis noſtris mórtuus eſt, juſtus pro injuſtis, ut nos offerret Deo, mortificátus quidem carne, vivificátus autem ſpíritu. In quo & his, qui in cárcere erant, ſpirítibus véniens prædicávit: qui incréduli fúerant aliquando, quando expectábant Dei patiéntiam in diébus Noë, cùm fabricarétur arca, in qua pauci, id eſt, octo ánimæ ſalvæ factæ ſunt per aquam. Quod & vos nunc ſímilis formæ ſalvos facit baptiſma: non carnis depoſítio ſórdium, ſed conſciéntiæ bonæ interrogátio in Deum per reſurrectiónem Jeſu Chriſti, qui eſt in déxtera Dei, deglútiens mortem ut vitæ ætérnæ hærédes efficerémur: profectus in cœlum, ſubjectis ſibi ángelis, & poteſtátibus, & virtútibus. Chriſto ígitur paſſo in carne, & vos eádem cogitatióne armámini: quia qui paſſus eſt in carne, déſiit à peccátis; ut jam non deſidériis hóminum, ſed voluntáti Dei, quod réliquum eſt in carne vivat témporis.

CANON.

Ex Concílio Colonienſi primo.

An. 1536. part. 2. c. 23.

UT omnem ambitiónis radícem Chriſtus diſcipulórum córdibus exímeret, párvulum in médio illórum ſtátuit, ſdeque primátu certáre prohíbuit: . . quare meminérimus pótius officii noſtri

quàm dignitátis; neque enim ad dominatiónem vocáti ſumus, ſed ad opus.

AD VESPERAS.

Pſal. & Ant. ut in Pſalt.

Capitul. Heb. 6. 13. 14. 15.

ABrahæ promittens Deus, quóniam néminem hábuit per quem juráret majórem, jurávit per ſemetipſum, dicens: Niſi benedícens benedícam te, & multíplicans multiplicábo te; & ſic longanímiter ferens, adeptus eſt repromiſſiónem.

℟. Ne diſſipes, Dómine, teſtamentum tuum, neque áuferas misericórdiam tuam à nobis * Propter Abrahā dilectum tuū. *Dan.* 3. 34. 35. ℣. Adjuva nos, Dómine, miſertus noſtrî. *Marc.* 9. 21. * Propter. ℣. Glória. * Propter.

Hym. & Verſ. ut in Pſalt.

Ad Magníficat, *Ant.* 1. D. Abraham in tentatióne inventus eſt fidélis, & reputátum eſt ei ad juſtítiam. 1. *Mach.* 2. 52.

Orémus.

DEus, qui cónſpicis quia ex nulla noſtra actióne confídimus; concéde propítius, ut contra adverſa ómnia grátiæ tuæ protectióne muniámur; Per Dóminum.

DOMINICA Sexageſimæ.

AD OFFIC. NOCT.

Invit. &c. ut in Pſalt.

IN I. NOCTURNO.

De libro Géneſis.

LECTIO I. c. 11. v. 27.

Vocatio Abrahæ.

HÆ ſunt autem generatiónes Thare: Thare génuit Abram, Nachor & Aran. Porrò Aran génuit Lot. Mortuuſque eſt Aran ante Thare patrem ſuum in terra nativitátis ſuæ in Ur Chaldæórum. Duxérunt autem Abram & Nachor uxóres: nomen uxóris Abram Sárai; & nomen uxóris Nachor Melcha fília Aran, patris Melchæ & patris Jeſchæ. Erat autem Sárai ſtérilis, nec habébat líberos. Tulit ítaque Thare Abram fílium ſuum, & Lot fílium Aran, fílium fílii ſui, & Sárai nurum ſuam, uxórem Abram fílii ſui, & eduxit eos de Ur Chaldæórū, ut irent in terram Chánaan: veneruntque uſque Haran, & habitavérunt ibi. Et facti ſunt dies Thare ducentórum quinque annórum, & mórtuus eſt in Haran. Dixit autem Dóminus ad Abram: Egrédere de terra tua, & de cognatióne tua, & de domo patris tui, & veni in terram quam monſtrábo tibi. Faciamque te in gentem magnam, & benedícam tibi, & magnificábo nomen tuum, eriſque be-

nedíctus. Benedícam benedicéntibus tibi, & maledícam maledicéntibus tibi, atque in te benedicentur univerſæ cognatiónes terræ.

℟. I. Elegiſti Abraham, Dómine Deus, & eduxiſti eum de igne Chaldæórum, * Et poſuiſti nomen ejus Abraham. ℣. Inveniſti cor ejus fidéle coram te, & percuſſiſti cum eo fœdus. 2. *Eſdr*. 9. 7. 8. * Et.

LECTIO II. c. 12. v. 4.
Abrahæ obedientia.

EGreſſus eſt ítaque Abram ſicut præcéperat ei Dóminus, & ivit cum eo Lot: ſeptuaginta quinque annórum erat Abram cùm egrederétur de Haran. Tulítque Sárai uxórem ſuam, & Lot fílium fratris ſui, univerſámque ſubſtántiam quã poſſéderant, & ánimas quas fécerant in Haran: & egreſſi ſunt ut irent in terram Chánaan. Cumque veniſſent in eam, pertransívit Abram terram uſque ad locum Sichem, uſque ad convallẽ illuſtrẽ: Chananæus autem tunc erat in terra. Appáruit autem Dóminus Abram, & dixit ei: Sémini tuo dabo terram hanc. Qui ædificávit ibi altáre Dómino qui apparúerat ei. Et inde tranſgrédiens ad montem qui erat contra orientem Bethel, tetendit ibi tabernáculum ſuum, ab occidente habens Bethel, & ab oriente Hai: ædificávit quoque ibi altáre Dño, & invocávit nomen ejus. Perrexitque Abrã vadens, & ultrà progrédiens ad merídiem. Facta eſt autẽ fames in terra: deſcenditque Abram in Ægyptum, ut peregrinarétur ibi: prævalúerat enim fames in terra.

℟. II. Contra ſpem in ſpem crédidit, ut fíeret pater multárum géntium; * Pleníſſimè ſciens quia quæcumque promíſit, potens eſt & fácere. *Rom*. 4. 18. 21. ℣. Crédidit Abram Deo, & reputátum eſt illi ad juſtítiam. *Geneſ*. 15. 6. * Pleníſſimè.

LECTIO III. c. 13. v. 1.
Abraham & Loth dividuntur.

AScendit ergo Abrã de Ægypto, ipſe & uxor ejus, & ómnia quæ habébat, & Lot cum eo, ad Auſtrálem plagam. Erat autem dives valdè in poſſeſſióne auri & argenti. Reverſuſque eſt per iter quo vénerat, à merídie in Bethel, uſque ad locum ubi priùs fixerat tabernáculum inter Bethel & Hai, in loco altáris quod fécerat priùs, & invocávit ibi nomen Dómini. Sed & Lot qui erat

cum Abram, fuérunt greges óvium & armenta & tabernácula : nec póterat eos cápere terra, ut habitárent ſimul : erat quippe ſubſtántia eórum multa, & nequíbant habitáre commúniter. Unde & facta eſt rixa inter paſtóres gregum Abram & Lot. Eo autē témpore Chananæus & Pherezæus habitábant in terra illa. Dixit ergo Abram ad Lot : Ne, quæſo, ſit júrgium inter me & te, & inter paſtóres meos & paſtóres tuos : fratres enim ſumus. Ecce univerſa terra coram te eſt : recéde à me, óbſecro : ſi ad ſiniſtram íeris, ego déxteram tenébo ; ſi tu déxteram elégeris, ego ad ſiniſtram pergam. Elevátis ítaque Lot óculis, vidit omnem circà regiónem Jordánis, quæ univerſa irrigabátur ántequàm ſubvérteret Dóminus Sódomam & Gomorrham, ſicut paradíſus Dómini, & ſicut Ægyptus veniéntibus in Segor. Elegítque ſibi Lot regiónem circa Jordánem, & receſſit ab oriente : diviſíque ſunt altérutrum à fratre ſuo. Abram habitávit in terra Chánaan : Lot verò morátus eſt in óppidis quæ erant circa Jordánem, & habitávit in Sódomis.

℟. Deus glóriæ appáruit patri noſtro Abrahæ, cùm eſſet in Meſopotámia : * Tunc éxiit de terra Chaldæórum, † Et habitávit in Charan. *Act.* 7. 2. 4. ℣. Egreſſus eſt Abram ſicut præcéperat ei Dóminus. *Gen.* 12. 4. * Tunc. ℣. Glória. † Et.

IN II. NOCTURNO.

De libro Eccleſiáſtici.

LECTIO IV. c. 44. v. 1.

Laus priorum patrum.

Laudémus viros glorióſos, & parentes noſtros in generatióne ſua. Multam glóriam fecit Dóminus magnificéntiâ ſuâ à ſéculo. Dominantes in poteſtátibus ſuis hómines magni virtúte, & prudéntiâ ſuâ prædíti, nuntiantes in prophétis dignitátem prophetárum, & imperantes in præſenti pópulo, & virtúte prudéntiæ pópulis ſanctíſſima verba. In perítia ſua requirentes modos múſicos, & narrantes cármina ſcripturárum. Hómines dívites in virtúte, pulchritúdinis ſtúdium habentes : pacificantes in dómibus ſuis. Omnes iſti in generatiónibus gentis ſuæ glóriam adepti ſunt, & in diebus ſuis habentur in láudibus. Qui de illis nati ſunt, reliquérunt nomen narrandi laudes eórum. Et ſunt quorū non eſt memória : periérunt

quaſi qui non fúerint: & nati ſunt quaſi non nati, & filii ipſórum cum ipſis.

℟. IV. Fide, qui vocátur Abrahā, obedívit in locum exíre quē acceptúrus erat in hæreditátem: * Et éxiit néſciens quò iret. *Hebr.* 11. 8. ℣. Perrexit Abram vadens & ultrà progrédiens. *Gen.* 12. 9. * Et éxiit.

LECTIO V. v. 10.

Nominantur Henoch & Noë.

SEd illi viri miſericórdiæ ſunt, quorum pietátes non defuérunt: cum ſémine eórum pérmanent bona. Hæréditas ſancta nepótes eórum, & in teſtamentis ſtetit ſemen eórum: & fílii eórum propter illos uſque in æternum manent; ſemen eórum & glória eórum non derelinquétur. Córpora ipſórum in pace ſepulta ſunt, & nomen eórum vivit in generatiónem & generatiónem. Sapiéntiam ipſórum narrent pópuli, & laudem eórum núntiet Eccléſia. Henoch plácuit Deo, & tranſlátus eſt in paradíſum, ut det géntibus pœniténtiam. Noë inventus eſt perfectus, juſtus, & in témpore iracúndiæ factus eſt reconciliátio. Ideò dimiſſum eſt reliquum terræ, cùm factum eſt dilúvium. Teſtamenta ſéculi póſita ſunt apud illum, ne deléri poſſit dilúvio omnis caro.

℟. V. Abraham magnus, pater multitúdinis géntium; * Non eſt inventus ſímilis illi in glória. *Eccli.* 44. 20. ℣. Qui ex fide ſunt, ii ſunt fílii Abrahæ. *Gal.* 3. 7. * Non eſt.

LECTIO VII. v. 20.

Laus Abrahæ & ejus poſteritatis.

ABraham magnus, pater multitúdinis géntium, & non eſt inventus ſímilis illi in glória: qui conſervávit legē Excelſi, & fuit in teſtamento cum illo. In carne ejus ſtare fecit teſtamentum, & in tentatióne inventus eſt fidélis. Ideò jurejurandò dedit illi glóriam in gente ſua, creſcere illum quaſi terræ cúmulum, & ut ſtellas exaltáre ſemen ejus, & hæreditáre illos à mari uſque ad mare, & à flúmine uſque ad términos terræ. Et in Iſaac eódem modo fecit propter Abraham patrem ejus. Benedictiónem ómnium géntium dedit illi Dóminus, & teſtamentum confirmávit ſuper caput Jacob. Agnóvit eum in benedictiónibus ſuis, & dedit illi hæreditátem, & diviſit illi partem in tríbubus duódecim. Et conſervávit illi hómines miſericórdiæ, invenientes grá-

tia in óculis omnis carnis.

℟. VI. Abraham pater noſter * Ex opéribus juſtificátus eſt ófferens fílium ſuum ſuper altáre. *Jac.* 2. 21. ℣. Tentávit Deus Abraham, & dixit ad eum: Tolle fílium tuum unigénitum quem díligis, Iſaac, & ófferes eum. *Gen.* 22. * Ex. ℣. Glória. * Ex.

IN III. NOCTURNO.

De Epíſtola beáti Pauli Apóſtoli ad Hebræos.

LECTIO VII. c. 11. v. 8.

Fides Abrahæ.

FIde, qui vocátur Abraham, obedívit in locum exíre, quem acceptúrus erat in hæreditátem: & éxiit néſciens quò iret. Fide demorátus eſt in terra repromiſſiónis tamquam in aliéna, in cáſulis habitando cum Iſaac & Jacob cohærédibus repromiſſiónis ejuſdẽ. Expectábat enim fundamenta habentem civitátem: cujus ártifex & cónditor Deus. Fide & ipſa Sara ſterilis virtútem in conceptiónem séminis accépit, étiam præter tempus ætátis; quóniam fidélẽ crédidit eſſe eum qui repromíſerat: propter quòd & ab uno orti ſunt, (& hoc emórtuo,) tamquam sídera cœli in multitúdinem, & ſicut aréna, quæ eſt ad oram maris, innumerábilis. Juxta fidem defuncti ſunt omne[s] acceptis reprom[...] bus, ſed à longè [...] cientes & ſaluta[...] confitentes quia [...] ni & hóſpites ſu[...] terram.

℟. VII. Abra[...] tentatióne invent[...] délis: * Ideò ju[...] do dedit illi gló[...] gente ſua. *Eccli.* ℣. In repromiſſió[...] non hæſitávit d[...] tià: ſed confortá[...] fide, dans glória[...] *Rom.* 4. 20. * I[...] rejurando dedit i[...] riam in gente ſua.

LECTIO VIII.

Fide obtulit Iſ[...]

QUi enim hæc ſigníficant ſe[...] inquírere. Et ſi [...] ipsíus meminiſſent exiérunt, habéba[...] que tempus reve[...] nunc autem melió[...] petunt, id eſt, cœ[...] Ideò non confi[...] Deus vocári Deus parávit enim illis [...] tem. Fide óbtulit [...] ham Iſaac, cùm t[...] tur, & unigénitu[...] rébat, qui ſuſcépe[...] promiſſiónes: ad [...] dictum eſt: Quia i[...] vocábitur tibi ſem[...] bitrans quia & à r[...] ſuſcitáre potens eſt unde eum & in pa[...] accépit. Fide & de[...]

benedixit Iſaac, Jacob & Eſau. Fide Jacob móriens ſíngulos filiórum Joſeph benedixit: & adorávit faſtígium virgæ ejus. Fide Joſeph móriens de profectióne filiórum Iſraël memorátus eſt, & de óſſibus ſuis mandávit.

℟. VIII. Fide óbtulit Abraham Iſaac cùm tentarétur, * Et unigénitum offerébat qui ſuſcéperat repromiſſiónes. *Hebr.* 11. 17. ℣. Cùm alligaſſet Iſaac fílium ſuum, póſuit eum in altáre. *Geneſ.* 22. 9. * Et unigénitum.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Lucam.

LECTIO IX. c. 8. v. 4.

Parabola ſeminantis.

IN illo témpore: Cùm turba plúrima convenírent, & de civitátibus properárent ad Jeſum, dixit per ſimilitúdinē: Exiit qui ſéminat, ſemináre ſemen ſuum. Et réliqua.

Homília ſancti Gregórii Papæ.

Homil. 15. in Baſil. S. Petri.

LEctio ſancti Evangélii quam modò audiſtis, fratres chariſſimi, expoſitióne non índiget, ſed admonitióne. Quam enim per ſemetipſam Véritas expóſuit, hanc diſcútere humána fragílitas non præſúmit. Sed eſt quod ſollícitè in hac ipſa expoſitióne Domínica penſáre debeámus; quia ſi nos vobis ſemen verbum, agrum mundum, vólucres dæmónia, ſpinas divítias ſignificáre dicerémus, ad credendum nobis mens fórſitan veſtra dubitáret. Unde & idem Dóminus per ſemetipſum dignátus eſt expónere quod dicébat, ut ſciátis rerū ſignificatiónes quærere in iis étiam quæ per ſemetipſum nóluit explanáre. Exponendo ergo quod dixit, figurátè ſe loqui innótuit: quátenus certos vos rédderet, cùm vobis noſtra fragílitas verbórum illíus figúras aperíret. Quis enim mihi umquam créderet, ſi ſpinas divítias interpretári voluiſſem, máximè cùm illæ pungant, iſtæ delectent: & tamen ſpinæ ſunt, quia cogitatiónum ſuárū punctiónibus mentem lácerant, & cùm uſque ad peccátum pértrahunt, quaſi inflicto vúlnere cruentant.

℟. IX. Ne diſſipes, Dómine, teſtamentum tuū, neque áuferas miſericórdiam tuam à nobis, * Propter Abraham dilectum tuum. *Dan.* 3. 34. 35. ℣. Adjuva nos, Dómine, miſertus noſtrî. *Marc.* 9. 21. * Propter. ℣. Glória. * Propter.

AD LAUDES.

℣. *Sacerd.* Bonum eſt pſállere nómini tuo, Altiſſime; ℟. Ad annuntiandum manè miſericórdiá tuam. *Pſ.* 91. 1. 2.

Pſalmi de Dominica.

Ant. 1. a. EXiit qui ſémiinat, ſeminàre ſemen ſuum. *Luc.* 8. 5.

Ant. 2. D. Aliud cécidit ſecus viam, & conculcátum eſt. *Ibid.*

Ant. 3. g. Supra petrā, & natum áruit, quia non habébat humórem. *Ib.*

Ant. 4. E. Inter ſpinas, & ſimul exortæ ſpinæ ſuffocavérunt illud. *Ibid.*

Ant. 5. a. In terram bonam, & ortum fecit fructum céntuplum. *Ibid.*

Capit. Prov. 4. 20. 21. 22.

FIli mî, auſculta ſermónes meos, & ad elóquia mea inclína aurem tuam: ne recédant ab óculis tuis; cuſtódi ea in médio cordis tui: vita enim ſunt inveniéntibus ea.

Hymnus & Verſus ut in Pſalterio.

Ad Benedictus. *Ant.* 1. *D.* Quod in ſpinas cécidit; hi ſunt qui audiérunt, & à ſollicitudínibus, & divítiis, & voluptátibus vitæ euntes, ſuffocantur, & non réferunt fructum. *Luc.* 8. 14.

Orémus.

DEus, qui cónſpicis, quia ex nulla noſtra actióne confídimus; concéde propítius, ut contra adverſa ómnia grátiæ tuæ protectióne muniámur; Per Dóminum.

AD HORAS, Antiphonæ de Laudibus, quartá prætermiſsá.

AD PRIMAM.

Ant. 1. a. Exiit.

Cætera ut in Pſalterio.

CANON.

Ex Concílio Pariſienſi.

An. 829. *lib.* 1, *c.* 4.

HI ſunt Ecclésiæ decus . . . qui nihil ſibi de præſtántia ſui principátûs applaudunt; quos non inflat honor acceptus, ſed exercet labor impóſitus . . qui non gloriantur de officii dignitáte, ſed ſudant pótiùs conſtitúti ſub ónere.

AD TERTIAM.

Ant. 2. D. Aliud.

Capitulum. Ezech. c. 33. v. 32. 33.

AUdiunt verba tua, & non fáciunt ea; & cùm vénerit quod prædictum eſt, tum ſcient quòd prophétes fúerit inter eos.

℟. *br.* Inclína, *ut in Pſalterio.*

AD SEXTAM.

Ant. 3. g. Supra petram.

Capitulum. Iſai. 55. 11.

VErbum meum quod egrediétur de ore meo, non revertétur ad me vácuum.

℟. *br.*

℟. *br.* Secundùm, *ut in Pſalterio.*

AD NONAM.

Ant. 5. a. In terram.

Capitulum. Dan. c. 2. v. 21. 22.

DOminus dat ſapiéntiam ſapiéntibus, & ſciéntiam intelligéntibus diſciplínam. Ipſe revélat profunda & abſcóndita.

℟. *br.* Clamávi, *in Pſalt.*

AD VESPERAS.

Antiphonæ, Pſalmi, Capitulum, Hymnus, Verſus ut in Pſalterio.

Ad Magníficat. *Ant.* 1. D. Quod autem in terram bonam: hi ſunt qui in corde bono & óptimo audientes verbum, rétinent, & fructum áfferunt in patiéntia. *Luc.* 8. 15.

Oratio, Deus, qui cónſpicis, *ut ſuprà.*

FERIA SECUNDA.

De libro Géneſis.

LECTIO I. c. 13. v. 18.

Lot captus.

MOvens tabernáculum ſuum Abram, venit & habitávit juxta convallem Mambre, quæ eſt in Hebron: ædificavitque ibi altáre Dómino. Factum eſt autem in illo témpore, ut Amraphel rex Sénnaar & Arioch rex Ponti, & Chodorláhomor rex Elamitárum, & Thadal rex géntium, inírent bellum contra Bara regem Sodomórum, & contra Berſa regẽ Gomorrhæ, & contra Sénnaab regem Adamæ, & contra Sémeber regem Séboim, contráque regem Balæ, ipſa eſt Segor. Omnes hi convenérunt in vallem Silveſtrem, quæ nunc eſt mare ſalis. Duódecim enim annis ſervíerant Chodorláhomor, & tertiodécimo anno receſſérunt ab eo. Igitur quartodécimo anno venit Chodorláhomor, & reges qui erant cùm eo: percuſſeruntque Ráphaim in Aſtarothcárnaim, & Zuzim cum eis, & Emim in Save Cariáthaim, & Chorræos in móntibus Seir, uſque ad campéſtria Pharan, quæ eſt in ſolitúdine. Reversíque ſunt & venérunt ad fontem Miſphat, ipſa eſt Cades: & percuſſérunt omnem regiónem Amalecitárum, & Amorrhæum qui habitábat in Aſaſónthamar. Et egreſſi ſunt rex Sodomórum & rex Gomorrhæ, rexque Adamæ & rex Séboim, necnon & rex Balæ quæ eſt Segor: & direxérunt áciem contra eos in valle Silveſtri; ſcílicet adversùs Chodorláhomor regem Elamitárum, & Thadal regem géntium, & Amraphel regem Sénnaar, & Arioch regem Ponti: quátuor reges ad

verſùs quinque. Vallis autem Silveſtris habébat púteos multos bitúminis. Itaque rex Sodomórum & Gomorrhæ terga vertérunt, cecideruntque ibi: & qui remánſerant, fugérunt ad montem. Tulérunt autem omnem ſubſtántiam Sodomórum & Gomorrhæ, & univerſa quæ ad cibum pértinent, & abiérunt: necnon & Lot & ſubſtántiam ejus, filium fratris Abram qui habitábat in Sódomis.

℟. Elegiſti Abrahá. 499.

LECTIO II. c. 14. v. 13.

Abraham victori occurrit Melchiſedech.

ET ecce unus qui eváſerat, nuntiávit Abram Hebræo, qui habitábat in convalle Mambre Amorrhæi, fratris Eſcol & fratris Aner: hi enim pepígerant fœdus cũ Abram. Quod cùm audiſſet Abram, captum vidélicet Lot fratrem ſuum, numerávit expedítos vernáculos ſuos trecentos decem & octo, & perſecútus eſt uſque Dan. Et divíſis ſóciis, írruit ſuper eos nocte: percuſſitque eos, & perſecútus eſt eos uſque Hoba quæ eſt ad lævam Damaſci. Reduxitque omnem ſubſtántiam, & Lot fratrem ſuum cum ſubſtántia illíus, mulíeres quoque & pópulum. Egreſſus eſt autem rex Sodomórum in occurſum ejus, poſtquam reverſus eſt à cæde Chodorláhomor, & regum qui cum eo erant in valle Save, quæ eſt vallis regis. At verò Melchíſedech rex Salem próferens panem & vinum, (erat enim ſacerdos Dei altíſſimi,) benedixit ei, & ait: Benedictus Abrã Deo excelſo, qui creávit cœlum & terram: & benedictus Deus excelſus, quo protegente, hoſtes in mánibus tuis ſunt. Et dedit ei décimas ex ómnibus. Dixit autem rex Sodomórum ad Abram: Da mihi ánimas; cætera tolle tibi. Qui reſpondit ei: Levo manum meã ad Dñm Deum excelſum poſſeſſórẽ cœli & terræ; quòd à filo ſubtégminis uſque ad corrígiam cáligæ, non accípiã ex ómnibus quæ tua ſunt, ne dicas: Ego ditávi Abram: exceptis his quæ comedérunt júvenes, & pártibus virórũ qui venérunt mecum, Aner, Eſcol & Mambre: iſti accípient partes ſuas.

℟. Contra ſpem. 499.

De Epíſtola beáti Pauli Apóſtoli ad Hebræos.

LECTIO III. c. 7. v. 1.

Levi decimatur in Abraham per Melchiſedech.

MElchíſedech, rex Salem, ſacerdos Dei

ſummi, qui obviávit Abrahæ regreſſo à cæde regum, & benedixit ei: cui & décimas ómnium divíſit Abraham: primùm quidem qui interpretátur rex juſtítiæ; deinde autem & rex Salem, quod eſt, rex pacis, ſine patre, ſine matre: ſine genealógia, neque inítium diérum, neque finem vitæ habens, aſſimilátus autem Fílio Dei, manet ſacerdos in perpétuum. Intuémini autem quantus ſit hic, cui & décimas dedit de præcípuis Abraham patriarcha. Et quidem de filiis Levi ſacerdótium accipientes, mandátum habent décimas ſúmere à pópulo ſecundùm legem, id eſt, à frátribus ſuis: quamquam & ipſi exíerint de lumbis Abrahæ. Cujus autem generátio non annumerátur, eis in décimas ſumpſit ab Abraham; & hunc qui habébat repromiſſiónes, benedixit. Sine ulla autẽ contradictióne, quod minus eſt à melióre benedícitur. Et hîc quidem, décimas morientes hómines accípiunt; ibi autẽ conteſtátur quia vivit. Et (ut ita dictum ſit) per Abraham, & Levi qui décimas accépit, decimátus eſt.

℟. Deus glóriæ. 500.

Ad Benedictus, *Ant.* 1. a. Exiit qui ſéminat, ſemináre ſemen ſuum. *Luc.* 8. 5.

C A N O N.

Ex Concílio Nicæno ſecundo œcuménico.

An. 787. *Act.* 8. *can.* 16.

OMnis jactántia & ornatúra corporális aliéna eſt à ſacráto Ordine.....Omne quippe quod non propter neceſſitátem ſuam, ſed propter venuſtátem accípitur, elatiónis habet calúmniam.

Ad Magníficat, *Ant.* 2. D. Aliud cécidit ſecùs viam, & conculcátum eſt. *Luc.* 8. 5.

FERIA TERTIA.

De libro Géneſis.

Lectio. I. c. 15. v. 1.

Credit Abram Deo.

HIs ítaque tranſactis, factus eſt ſermo Dómini ad Abram per viſiónem, dicens: Noli timére, Abram; ego protector tuus ſum, & merces tua magna nimis. Dixitque Abram: Dómine Deus, quid dabis mihi? ego vadam abſque líberis, & fílius procuratóris domûs meæ iſte Damaſcus Eliézer. Addiditque Abram: Mihi autem non dediſti ſemen: & ecce vernáculus meus hæres meus erit. Statímque ſermo Dómini factus eſt ad eum, dicens: Non erit hic hæres

tuus ; ſed qui egrediétur de útero tuo , ipſum habébis hærédem. Eduxitque eum foràs , & ait illi : Súſpice cœlum, & númera ſtellas , ſi potes. Et dixit ei : Sic erit ſemen tuum. Crédidit Abram Deo , & reputátum eſt illi ad juſtítiam. Dixitque ad eum : Ego Dóminus qui eduxi te de Ur Chaldæórum, ut darem tibi terram iſtam , & poſſidéres eam. At ille ait : Dñe Deus , unde ſcire poſſum quòd poſſeſſúrus ſim eam ? Et reſpondens Dóminus: Sume , inquit , mihi vaccam triennem , & capram trímam,& aríetem annórum trium , túrturem quoque & columbam. Qui tollens univerſa hæc , divíſit ea per médium , & utraſque partes contra ſe altrínſecùs póſuit : aves autem non divíſit. Deſcenderuntque vólucres ſuper cadávera, & abigébat eas Abram.

℟. Fide,qui vocátur. 501.

LECTIO II. v. 12.

Pactum Dei cum Abram.

CUmque ſol occúmberet , ſopor írruit ſuper Abram , & horror magnus & tenebróſus inváſit eum. Dictumque eſt ad eum : Scito prænoſcens quòd peregrínum futúrum ſit ſemen tuum in terra non ſua,& ſubjícient eos ſervitúti , & affligent quadringentis annis. Verúmtamen gentem , cui ſervitúri ſunt , ego judicábo : & poſt hæc egredientur cum magna ſubſtántia. Tu autem ibis ad patres tuos in pace , ſepultus in ſenectúte bona. Generatióne autem quartâ revertentur hùc : necdum enim complétæ ſunt iniquitátes Amorrhæórũ uſque ad præſens tempus. Cùm ergo occubuiſſet ſol, facta eſt calígo tenebróſa, & appáruit clíbanus fumans , & lampas ignis tránſiens inter diviſiónes illas. In illo die pépigit Dóminus fœdus cum Abram, dicens : Sémini tuo dabo terram hanc à flúvio Ægypti uſque ad flúvium magnum Euphraten: Cinæos & Cenezæos, Cedmonæos, & Hethæos, & Pherezæos , Ráphaïm quoque , & Amorrhæos, & Chananæos , & Gergeſæos , & Jebuſæos.

℟. Abrahã magnus. 501.

De Actibus Apoſtolórũ.

LECTIO III. c. 7. v. 2.

Pactum cum Abram Deus implet.

VIri fratres, & patres, audíte : Deus glóriæ appáruit patri noſtro Abrahæ cùm eſſet in Meſopotámia , priuſquàm morarétur in Charan , & dixit ad illum : Exi de ter-

ra tua, & de cognatióne tua, & veni in terram quã monſtrávero tibi. Tunc éxiit de terra Chaldæórum, & habitávit in Charan. Et inde poſtquàm mórtuus eſt pater ejus, tránſtulit illum in terram iſtam in qua nunc vos habitátis. Et non dedit illi hæreditátem in ea, nec paſſum pedis: ſed repromíſit dare illi eam in poſſeſſiónem, & sémini ejus poſt ipſum, cùm non habéret fílium. Locútus eſt autem ei Deus: Quia erit ſemen ejus áccola in terra aliéna, & ſervitúti eos ſubjícient, & malè tractábunt eos annis quadringentis: & gentem cui ſervíerint, judicábo ego, dixit Dóminus; & poſt hæc exíbunt, & ſérvient mihi in loco iſto. Et dedit illi teſtamentum circumciſiónis: & ſic génuit Iſaac, & circumcídit eum die octávo: & Iſaac, Jacob: & Jacob duódecim patriarchas.

℟. Abraham pater. 502.

Ad Benedictus, *Ant.* 3. g. Supra petram; & natum áruit, quia non habébat humórem. *Luc.* 8. 6.

CANON.

Ex Concílio Aquiſgranenſi.

An. 816. *lib.* 1. *c.* 34.

NUllum Deo ſacrifícium tale eſt, quale eſt zelus animárum, ſicut Pſalmiſta ait: Zelus domûs tuæ comédit me. Paulus zelo animárum cruciátus, dicébat: Quis infirmátur, & ego non infirmor? quis ſcandalizátur, & ego non uror?

Ad Magníficat, *Ant.* 4. E. Inter ſpinas; & ſimul exortæ ſpinæ ſuffocavérunt illud. *Luc.* 8. 7.

FERIA QUARTA.

De libro Géneſis.

LECTIO I. c. 16. v. 1.

Agar traditur uxor Abram.

SArai, uxor Abram, non genúerat líberos: ſed habens ancillam Ægyptiam nómine Agar, dixit maríto ſuo: Ecce conclúſit me Dóminus ne párerem; ingrédere ad ancillam meam, ſi fortè ſaltem ex illa ſuſcípiam fílios. Cumque ille acquiéſceret deprecanti, tulit Agar Ægyptiam ancillam ſuam poſt annos decem quàm habitáre cœperant in terra Chánaan, & dedit eam viro ſuo uxórem. Qui ingreſſus eſt ad eam. At illa concepiſſe ſe videns, deſpexit dóminam ſuam. Dixitque Sárai ad Abram: Iniquè agis contra me: ego dedi ancillam meam in ſinum tuum, quæ videns quòd concéperit, deſpéctui me habet, júdicet Dóminus inter me

& te. Cui reſpondens Abram : Ecce, ait, ancilla tua in manu tua eſt, útere eâ ut libet. Affligente ígitur eam Sárai, fugâ iniit. Cumque invenîſſet eam Angelus Dómini juxta fontem aquæ in ſolitúdine, quæ eſt in via Sur in deſerto, dixit ad illam : Agar ancilla Sárai, unde venis? & quò vadis? Quæ reſpondit : A fácie Sárai dóminæ meæ ego fúgio.

℟. Abraham, &c. 502.

LECTIO II. v. 9.

Agar parit Iſmaëlem.

DIxitque ei Angelus Dómini : Revértere ad dóminam tuam, & humiliáre ſub manu illíus. Et rursùm : Multíplicans, inquit, multiplicábo ſemen tuum, & non numerábitur præ multitúdine. Ac deinceps : Ecce, ait, concepiſti, & páries fílium : vocabíſque nomen ejus Iſmaël, eò quòd audíerit Dóminus afflictiónem tuam. Hìc erit ferus homo; manus ejus contra omnes, & manus ómnium contra eum; & è regióne univerſórum fratrum ſuórum figet tabernácula. Vocávit autem nomen Dómini qui loquebátur ad eam : Tu Deus qui vidiſti me. Dixit enim : Profectò hìc vidi poſterióra videntis me. Proptéreà appellávit púteum illum, Púteum viventis & videntis me. Ipſe eſt inter Cades & Barad. Peperitque Agar Abræ fílium, qui vocávit nomen ejus Iſmaël. Octogínta & ſex annórum erat Abram, quando péperit ei Agar Iſmaëlem.

℟. Fide óbtulit. 503.

De Epiſtola beáti Pauli Apóſtoli ad Gálatas.

LECTIO III. c. 4. v. 22.

Iſmaël typus antiqui fœderis, Iſaac novi.

SCriptum eſt : Quóniam Abraham duos fílios hábuit : unum de ancilla, & unum de líbera. Sed qui de ancilla, ſecundùm carnem natus eſt; qui autem de líbera, per repromiſſiónem : quæ ſunt per allegóriam dicta. Hæc enim ſunt duo teſtamenta. Unum quidem in monte Sina, in ſervitútem génerans, quæ eſt Agar : Sina enim mons eſt in Arábia, qui conjunctus eſt ei, quæ nunc eſt Jerúſalem, & ſervit cum fíliis ſuis. Illa autem quæ ſurſum eſt Jerúſalem, líbera eſt : quæ eſt mater noſtra. Scriptum eſt enim: Lætáre, ſtérilis, quæ non paris; erumpe & clama, quæ non párturis : quia multi fílii deſertæ, magis quàm ejus quæ habet virum. Nos autem, fratres, ſecundùm Iſaac promiſ-

filii ſumus. Sed
do tunc is qui ſe-
n carnem natus
perſequebátur eũ
:undùm ſpíritum :
ıunc. Sed quid dí-
:ptúra ? Ejice an-
, & filium ejus :
im hæres erit filius
cum filio líberæ.
, fratres, non ſu-
ıcillæ filii, ſed lí-
quâ libertáte Chri-
ɔs liberávit.
Ne diſſipes, Dó-
teſtamentum tuũ,
áuferas, &c. 503.
Benedictus, *Ant.*
n terram bonam ; -
m fecit céntuplum.
. 8.

: A N O N.

ıncílio Tridentíno.
3. *de ref. cap.* 1.
gentis & pii ſimul
ſtóris officium eſt,
óvium lénia pri-
.dhibére fomenta ;
bi morbi grávitas
tulat ad acrióra &
'a remédia deſcén-
ſin autem nec ea
ı proficiant illis
rendis, cæteras
oves à contagiónis
o liberáre.
Magníficat, *Ant.*
Quod autem in ter-
nam: hi ſunt qui in
ɔono & óptimo au-
verbum, rétinent,
um áfferunt in pa-
Luc. 8. 15.

FERIA QUINTA.

De libro Géneſis.

LECTIO I. c. 17. v. 1.

Abrahæ repetuntur pro-miſſiones.

POſtquam verò nonaginta & novem annórum eſſe cœperat, appáruit ei Dóminus, dixitque ad eum : Ego Deus omnípotens ; ámbula coram me, & eſto perfectus. Ponamque fœdus meum inter me & te, & multiplicábo te vehementer nimis. Cécidit Abram pronus in fáciem. Dixitque ei Deus : Ego ſum, & pactum meum tecum, erìſque pater multárum géntium. Nec ultrà vocábitur nomen tuum Abram ; ſed appellàberis Abraham, quia patrem multárum géntium conſtítui te. Faciamque te créſcere vehementíſſimè, & ponam te in géntibus, regeſque ex te egredientur. Et ſtátuam pactum meum inter me & te, & inter ſemen tuum poſt te in generatiónibus ſuis, fœdere ſempiterno, ut ſim Deus tuus, & ſéminis tui poſt te. Dabóque tibi & ſémini tuo terram peregrinatiónis tuæ, omnem terram Chánaan in poſſeſſiónem æternam, eróque Deus eórum. Dixit íterùm Deus ad Abraham : Et tu ergo cuſtó-

dies pactum meum & ſemen tuum poſt te in generatiónibus ſuis. Hoc eſt pactum meum quod obſervábitis inter me & vos, & ſemen tuum poſt te: Circumcidétur ex vobis omne maſculínum; & circumcidétis carnem præpútii veſtri, ut ſit in ſignum fœderis inter me & vos.

℞. Elegiſti Abrahã. 499.

LECTIO II. v. 15.

Circumciſionis præceptum exequitur.

DIxit quoque Deus ad Abraham: Sárai uxórem tuam non vocábis Sárai, ſed Saram. Et benedícam ei, & ex illa dabo tibi filium cui benedictúrus ſum, eritque in natiónes, & reges populórum orientur ex eo. Cécidit Abraham in fáciem ſuam, & riſit, dicens in corde ſuo: Putaſne centenário naſcétur filius? & Sara nonagenária páriet? Dixitque ad Deum: Utinam Iſmaël vivat coram te. Et ait Deus ad Abraham: Sara uxor tua páriet tibi filium, vocabiſque nomen ejus Iſaac, & conſtítuam pactum meum illi in fœdus ſempiternum, & sémini ejus poſt eum. Super Iſmaël quoque exaudívi te. Ecce benedícam ei; & augébo & multiplicábo eum valdè: duódecim duces generábit, & fáciam illum in gentem magnam. Pactum verò meum ſtátuam ad Iſaac, quem páriet tibi Sara témpore iſto in anno áltero. Cumque finítus eſſet ſermo loquentis cum eo, aſcendit Deus ab Abraham. Tulit autem Abraham Iſmaël filium ſuum, & omnes vernáculos domûs ſuæ, univerſoſque quos émerat, cunctos mares ex ómnibus viris domûs ſuæ: & circumcídit carnem præpútii eórum, ſtatim in ipſa die, ſicut præcéperat ei Deus.

℞. Contra ſpem. 499.

De Epíſtola beáti Pauli Apóſtoli ad Romános.

LECTIO III. c. 4. v. 11.

Abraham pater omnium per fidem in Chriſtum.

SIgnum accépit circumciſiónis, ſignáculum juſtítiæ fidei, quæ eſt in præpútio: ut ſit pater ómnium credéntiū per præpútium, ut reputétur & illis ad juſtítiam; & ſit pater circumciſiónis non iis tantùm qui ſunt ex circumciſióne, ſed & iis qui ſectantur veſtígia fidei, quæ eſt in præpútio patris noſtri Abrahæ. Non enim per legem promíſſio Abrahæ, aut sémini ejus, ut hæres eſſet mundi: ſed per juſtítiam fidei. Si enim

qui ex lege, hærédes ſunt; exinaníta eſt fides, abolíta eſt promíſſio. Lex enim iram operátur. Ubi enim non eſt lex, nec prævaricátio. Ideò ex fide, ut ſecundùm grátiam firma ſit promíſſio omni fémini, non ei qui ex lege eſt ſolùm, ſed & ei qui ex fide eſt Abrahæ, qui pater eſt ómnium noſtrûm, (ſicut ſcriptum eſt: Quia patrem multárum géntium póſui te;) ante Deum, cui crédidit, qui vivíficat mórtuos, & vocat ea quæ non ſunt, tamquam ea quæ ſunt. Qui contra ſpem in ſpem crédidit, ut fíeret pater multárum géntium, ſecundùm quod dictum eſt ei: Sic erit ſemen tuum. Et non infirmátus eſt fide, nec conſiderávit corpus ſuum emórtuum, cùm jam ferè centum eſſet annórum, & emórtuam vulvam Saræ. In repromiſſióne étiam Dei non hæſitávit diffidéntiâ, ſed confortátus eſt fide, dans glóriam Deo: pleníſſimè ſciens quia quæcumque promíſit, potens eſt & fácere. Ideò & reputátum eſt illi ad juſtítiam.

℟. Deus glóriæ. 500.

Ad Benedictus, *Ant.* 1. a. Exiit qui ſéminat, ſemináre ſemen ſuum. *Luc.* 8. 5.

C A N O N.

Ex Concílio Aquiſgranenſi.

An. 816. *lib.* 1. *cap.* 9.

Tenébit Sacerdos illam ſupereminentem donis ómnibus charitátem, ſine qua omnis virtus nihil eſt. Cuſtos enim ſanctitátis, cháritas eſt; locus autem hujus cuſtódis, humílitas eſt.

Ad Magníficat, *Ant.* 2. D. Aliud cécidit ſecùs viam, & conculcátum eſt. *Luc.* 8. 5.

FERIA SEXTA.

De libro Géneſis.

Lectio I. c. 18. v. 1.

Abraham recipit Angelos.

Appáruit autem ei Dóminus in convalle Mambre ſedenti in óſtio tabernáculi ſui, in ipſo fervóre diei. Cumque elevaſſet óculos, apparuérunt ei tres viri ſtantes prope eum: quos cùm vidiſſet, cúcurrit in occurſum eórum de óſtio tabernáculi, & adorávit in terram, & dixit: Dómine, ſi invéni grátiam in óculis tuis, ne tránſeas ſervum tuum: ſed áfferam pauxíllum aquæ, & laváte pedes veſtros, & requiéſcite ſub árbore. Ponamque buccellam panis, & confortáte cor veſtrum, póſteà tranſíbitis: idcircò enim declinaſtis ad ſervum veſtrum. Qui

dixérunt : Fac ut locútus es. Feſtinávit Abraham in tabernáculum ad Saram, dixitque ei : Accélera, tria ſata ſímilæ commíſce, & fac ſubcinerícios panes. Ipſe verò ad armentum cucurrit, & tulit inde vítulum tenérrimum & óptimum, deditque púero : qui feſtinávit, & coxit illum. Tulit quoque bútyrũ & lac, & vítulum quē cóxerat, & póſuit coram eis: ipſe verò ſtabat juxta eos ſub árbore.

℟. Fide, qui vocátur. 501.

LECTIO II. v. 9.

Abrahæ ex Sara filius promiſſus.

CUmque comediſſent, dixérunt ad eum : Ubi eſt Sara uxor tua? Ille reſpondit : Ecce in tabernáculo eſt. Cui dixit : Revertens véniam ad te témpore iſto, vitâ cómite, & hábebit fílium Sara uxor tua. Quo audíto, Sara riſit poſt óſtium tabernáculi. Erant autem ambo ſenes, provectæque ætátis, & desíerant Saræ fíeri muliébria. Quæ riſit occultè, dicens : Poſtquam conſénui, & dóminus meus vétulus eſt, voluptáti óperam dabo? Dixit autem Dóminus ad Abraham : Quare riſit Sara, dicens : Num verè paritúra ſum anus? Numquid Deo quidquam eſt difficile? Juxta condíctũ revertar ad te hoc eódem témpore, vitâ cómite, & habébit Sara fílium. Negávit Sara dicens : Non riſi : timóre pertérrita. Dóminus autem : Non eſt, inquit, ita; ſed riſiſti. Cùm ergo ſurrexiſſent inde viri, direxérunt óculos contra Sódomam : & Abraham ſimul gradiebátur, dedúcens eos.

℟. Abrahā magnus. 501.

De Epíſtola beáti Pauli Apóſtoli ad Romános.

LECTIO III. c. 9. v. 1.

Fideles filii ſunt promiſſionis.

VEritátem dico in Chriſto, non méntior, teſtimónium mihi perhibente conſciéntiâ meâ in Spíritu Sancto; quóniam triſtítia mihi magna eſt, & contínuus dolor cordi meo. Optábam enim ego ipſe anathéma eſſe à Chriſto pro frátribus meis, qui ſunt cognáti mei ſecundùm carnem, qui ſunt Iſraëlítæ, quorum adóptio eſt filiórum, & glória, & teſtamentum, & legiſlátio, & obſéquium, & promiſſa : quorum patres, & ex quibus eſt Chriſtus ſecundùm carnem, qui eſt ſuper ómnia Deus benedíctus in ſécula : Amen. Non autem quòd excíderit verbum Dei. Non

enim omnes qui ex Iſraël ſunt, ii ſunt Iſraëlitæ; neque qui ſemen ſunt Abrahæ, omnes filii: ſed in Iſaac vocábitur tibi ſemen: id eſt, non qui filii carnis, hi filii Dei; ſed qui filii ſunt promiſſiónis, æſtimantur in ſémine. Promiſſiónis enim verbum hoc eſt: Secundùm hoc tempus véniam, & erit Saræ filius.

℟. Abraham pater. 502.

Ad Benedíctus, *Ant.* 5. g. Supra petram; & natum áruit, quia non habébat humórem. *Luc.* 6. 8.

C A N O N.

Ex Statútis Synodálibus Diœceſis Carcaſſonenſis. *An.* 1272. *cap.* 1.

PRæcípimus ..... ut nummis jaculatóribus ſeu inſtitutiónibus Clérici non intendant; nec ludant ad áleas, ulloſve taxillos, nec hujúſmodi ludis interſint.

Ad Magníficat, *Ant.* 4. E. Inter ſpinas; & ſimul exortæ ſpinæ ſuffocavérunt illud. *Luc.* 8. 7.

S A B B A T O.

De libro Géneſis.

Lectio I. c. 18. v. 17.

Prædicitur Sodomorum everſio.

DIxitque Dóminus: Num celáre pótero Abraham quæ geſtúrus ſum: cùm futúrus ſit in gentem magnam ac robuſtíſſimam, & benedicendæ ſint in illo omnes natiónes terræ? Scio enim quòd præceptúrus ſit filiis ſuis & dómui ſuæ poſt ſe, ut cuſtódiant viam Dómini, & fáciant judícium & juſtítiam; ut addúcat Dóminus propter Abraham ómnia quæ locútus eſt ad eum. Dixit ítaque Dóminus: Clamor Sodomórum & Gomorrhæ multiplicátus eſt, & peccátum eórum aggravátum eſt nimis. Deſcendam, & vidébo utrùm clamórem qui venit ad me, ópere compléverint: an non eſt ita, ut ſciam. Converteruntque ſe inde, & abiérunt Sódomam: Abraham verò adhuc ſtabat coram Dómino, & appropínquans ait: Numquid perdes juſtum cum ímpio? Si fúerint quinquaginta juſti in civitáte, períbunt ſimul: & non parces loco illi propter quinquagínta juſtos, ſi fúerint in eo? Abſit à te, ut rem hanc fácias, & occídas juſtum cum ímpio, fiatque juſtus ſicut ímpius; non eſt hoc tuũ: qui júdicas omnem terram, nequáquam fácies judícium hoc.

Lectio II. v. 26.

Abrahæ deprecationes.

DIxitque Dóminus ad eum: Si invénero

Sódomis quinquaginta juſtos in médio civitátis, dimittam omni loco propter eos. Reſpondenſque Abraham ait: Quia ſemel cœpi, loquar ad Dóminum meum, cùm ſim pulvis & cinis. Quid ſi minùs quinquaginta juſtis, quinque fúerint? delébis propter quadraginta quinque, univerſam urbem? Et ait: Non delébo, ſi invénero ibi quadraginta quinque. Rurſumque locútus eſt ad eum: Sin autem quadraginta ibi inventi fúerint, quid fácies? ait: Non percútiam propter quadraginta. Ne quæſo, inquit, indignéris, Dómine, ſi loquar, Quid ſi ibi inventi fúerint triginta? Reſpondit: Non fáciam, ſi invénero ibi triginta. Quia ſemel, ait, cœpi, loquar ad Dóminum meum. Quid ſi ibi inventi fúerint viginti? Ait: Non interfíciam propter viginti. Obſecro, inquit, ne iraſcáris, Dómine, ſi loquar adhuc ſemel. Quid ſi inventi fúerint ibi decem? Et dixit: Non delébo propter decem. Abiitque Dóminus poſtquam ceſſávit loqui ad Abraham; & ille reverſus eſt in locum ſuum. Veneruntque duo Angeli Sódomam véſpere, & ſedente Lot in fóribus civitátis. Qui cùm vidiſſet eos, ſurrexit, & ivit óbviam eis, adorávitque pronus in terram, & dixit: Obſecro, dómini, declináte in domum púeri veſtri, & manéte ibi: laváte pedes veſtros, & manè proficiſcémini in viam veſtram. Qui dixérunt: Mínimè; ſed in plátea manébimus. Cómpulit illos óppidò ut divérterent ad eum: ingreſſiſque domum illíus, fecit convívium, & coxit ázyma, & comedérunt.

De Epíſtola Cathólica beáti Judæ Apóſtoli.

LECTIO III. v. 3.

Sodoma exemplum ignis æterni.

CHaríſſimi, omnem ſollicitúdinem fáciens ſcribendi vobis de commúni veſtra ſalúte, neceſſe hábui ſcríbere vobis; déprecans ſupercertári ſemel tráditæ ſanctis fidei. Subintroiérunt enim quidam hómines (qui olim præſcripti ſunt in hoc judícium) ímpii, Dei noſtri grátiam transferentes in luxúriam, & ſolum Dominatórem & Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum negantes. Commonére autem vos volo, ſcientes ſemel ómnia, quóniam Jeſus pópulum de terra Ægypti ſalvans, ſecundò eos, qui non cre-

diderunt, pérdidit: Angelos verò, qui non ſervavérunt ſuum principátum, ſed dereliquérunt ſuum domicílium, in judícium magni diéi, vínculis æternis ſub calígine reſervávit: ſicut Sódoma, & Gomorrha, & finítimæ civitátes símili modo exfornicátæ, & abeuntes poſt carnem álteram, factæ ſunt exemplum ignis æterni, pœnam ſuſtinentes. Similiter & hi carnem quidem máculant, dominatiónem autem ſpernunt, majeſtátem autem blaſphémant.

CANON.

Ex Concílio Nannetenſi.

An. 1264. *cap.* 3.

QUia nullum venatórem invénimus ſanctum, præcípimus, ut Prælátí ſollíciti ſint & intenti in puniendo Cléricos venatóres, & præcípuè Preſbyteros & Religióſos, de quibus majus ſcándalum generátur.

AD VESPERAS.

Omnia ut in Pſalterio, exceptis quæ ſequuntur.

Capitul. Eccli. 5. v. 6. 7.

NE dicas: Miserátio Dómini magna eſt; multitúdinis peccatórum meórum miſerébitur. Miſericórdia enim & ira ab illo citò próximant; & in peccatóres réſpicit ira illíus.

℟. Miſerére noſtrî, Deus ómnium, * Réſpice nos, & oſtende nobis lucem miſeratiónum tuárum. *Eccli.* 36. 1. ℣. Niſi Dóminus Sábaoth reliquiſſet nobis ſemen, ſicut Sódoma facti eſſémus. *Rom.* 9. 29. * Réſpice nos. ℣. Glória. * Réſpice nos.

Hymnus & Verſus ut in Pſalterio.

Ad Magníficat, *Ant.* 5. a. Novit Dóminus pios de tentatióne erípere; iníquos verò in diem judícii reſerváre cruciandós. 2. *Petr.* 2. 9.

Orémus.

PReces noſtras, quæſumus, Dómine, clementer exaudi: atque à peccatórum vínculis abſolútos, ab omni nos adverſitáte cuſtódi; Per Dóminum.

DOMINICA

Quinquageſimæ.

AD OFFIC. NOCT.

Invitatorium & cætera omnia, ut in Pſalterio.

IN I. NOCTURNO.

De libro Géneſis.

LECTIO I. c. 9. v. 12.

Lot cum ſuis eductus è Sodomis.

DIxérunt autem Angeli ad Lot: Habes hîc quémpiam tuórum? génerum, aut filios, aut filias, omnes qui tui ſunt, educ de urbe

hac. Delébimus enim locum iſtum, eò quòd incréverit clamor eórum coram Dómino, qui miſit nos ut perdámus illos. Egreſſus itaque Lot, locútus eſt ad géneros ſuos qui acceptúri erant filias ejus, & dixit: Súrgite, egredímini de loco iſto; quia delébit Dóminus civitátem hanc. Et viſus eſt eis quaſi ludens loqui. Cumque eſſet mane, cogébant eum Angeli, dicentes: Surge, tolle uxórem tuam, & duas filias quas habes: ne & tu páriter péreas in ſcélere civitátis. Diſſimulante illo, apprehendérunt manum ejus, & manum uxóris, ac duárum filiárum ejus, eò quòd párceret Dóminus illi. Eduxeruntque eum, & poſuérunt extra civitátem; ibíque locúti ſunt ad eum, dicentes: Salva ánimam tuam; noli reſpícere poſt tergum, nec ſtes in omni circà regióne; ſed in monte ſalvum te fac, ne & tu ſimul péreas.

℟. I. Revelátur ira Dei de cœlo, * Super omnem impietátem & injuſtítiam hóminum. *Rom.* 1. 18. ℣. Dóminus pluit ſuper Sódomam & Gomorrham ſulphur & ignem. *Gen.* 19. 24. * Super omnem impietátem.

LECTIO II. V. 18.

Lot ingreditur Segor.

DIxitque Lot ad eos: Quæſo, Dómine mi: quia invénit ſervus tuus grátiam coram te, & magnificaſti miſericórdiam tuam, quam feciſti mecum, ut ſalváres ánimam meam, nec poſſum in monte ſalvári, ne fortè apprehendat me malum, & móriar, eſt cívitas hæc juxtà, ad quam poſſum fúgere, parva, & ſalvábor in ea: numquid non módica eſt, & vivet ánima mea? Dixitque ad eum: Ecce étiam in hoc ſuſcépi preces tuas, ut non ſubvertam urbem pro qua locútus es: feſtína, & ſalváre ibi; quia non pótero fácere quidquam donec ingrediáris illuc. Idcircò vocátum eſt nomen urbis illíus Segor. Sol egreſſus eſt ſuper terram, & Lot ingreſſus eſt Segor.

℟. II. Pavor his qui operantur malum: juſtus in ætemum non commovébitur; * Impii autem non habitábunt ſuper terram. *Prov.* 10. 29. 30. ℣. In diébus Lot edébant & bibébant. *Luc.* 17. 28. * Impii.

LECTIO III. V. 24.

Subverſio Sodomorum.

IGitur Dóminus pluit ſuper Sódomam & Gomorrham ſulphur & ignem

à Dómino de cœlo: & ſubvertit civitátes has & ómnem circà regiónem, univerſos habitatóres úrbium, & cuncta terræ viréntia. Reſpiciénſque uxor ejus poſt ſe, verſa eſt in ſtátuam ſalis. Abraham autem conſurgens manè, ubi ſtéterat priùs cum Dómino, intúitus eſt Sódomam & Gomorrham & univerſam terram regiónis illíus; viditque aſcendentem favillam de terra quaſi fornácis fumum. Cùm enim ſubvérteret Deus civitátes regiónis illíus, recordátus Abrahæ, liberávit Lot de ſubverſióne úrbium in quibus habitáverat.

℟. III. Civitátes Sodomórum & Gomorrhæórum in cínerem rédigens everſióne damnávit Deus; * Exemplum eórum qui ímpiè actúri ſunt, ponens. 2. *Petr.* 2. 6. ℣. Subvertit civitátes has, & omnem circà regiónem. *Gen.* 19. 25. * Exemplum. ℣. Glória. * Exemplum.

IN II. NOCTURNO.

De libro Sapiéntiæ.

LECTIO IV. c. 5. v. 6.

Impiorum felicitas momentanea.

ERrávimus à via veritátis, & juſtítiæ lumen non luxit nobis, & ſol intelligéntiæ non eſt ortus nobis. Laſſáti ſumus in via iniquitátis & perditiónis, & ambulávimus vias difficiles, viam autem Dómini ignorávimus. Quid nobis prófuit ſupérbia? aut divitiárum jactántia quid cóntulit nobis? Tranſiérunt ómnia illa tamquam umbra, & tamquam núntius percurrens; & tamquam navis, quæ pertranſit fluctuantem aquam, cujus, cùm præterierit, non eſt veſtígium inveníre, neque ſémitam carínæ illíus in flúctibus; aut tamquam avis, quæ tránſvolat in áëre, cujus nullum invénitur argumentum itíneris, ſed tantùm ſónitus alárum vérberans levem ventum, & ſcindens per vim itíneris áërem; commótis alis tranſvolávit, & poſt hoc nullum ſignum invénitur itíneris illíus: aut tamquam ſagitta emiſſa in locum deſtinátum; diviſus aër contínuò in ſe reclúſus eſt, ut ignorétur tránſitus illíus. Sic & nos nati contínuò deſívimus eſſe: & virtútis quidem nullum ſignum valúimus oſténdere; in malignitáte autem noſtra conſumpti ſumus. Tália dixérunt in inferno hi qui peccavérunt.

℟. IV. Serviérunt creatúræ pótiùs quàm Crea-

tóri; * Proptéreà trádidit illos Deus in paſſiónes ignomíniæ. *Rom.* 1. *v.* 25. 26. ℣. Hæc fuit iníquitas Sódomæ, ſupérbia, ſatúritas, abundántia, & ótium. *Ezech.* 16. 49. * Proptéreà.

LECTIO V. v. 15.
Deus adversùs impios armatus.

SPes ímpii tamquam lanúgo eſt, quæ à vento tóllitur; & tamquam ſpuma grácilis, quæ à procella diſpérgitur; & tamquam fumus, qui à vento diffúſus eſt; & tamquam memória hóſpitis unius diéi prætereuntis. Juſti autem in perpétuum vivent, & apud Dóminum eſt merces eórum, & cogitátio illórum apud Altíſſimum. Ideò accípient regnum decóris, & diadéma ſpeciéi de manu Dómini; quóniam déxterâ ſuâ teget eos, & bráchio ſancto ſuo defendet illos. Accípiet armatúram zelus illíus, & armábit creatúram ad ultiónem inimicórum. Induet pro thoráce juſtítiam, & accípiet pro gálea judícium certum. Sumet ſcutum inexpugnábile æquitátem: ácuet autem duram iram in lánceam, & pugnábit cum illo orbis terrárum contra inſenſátos. Ibunt directè emiſſiónes fúlgurum, & tamquam à benè curváto arcu núbium exterminabuntur, & ad certum locum inſílient. Et à petróſa ira plenæ mittentur grándines, & excandéſcet in illos aqua maris, & flúmina concurrent dúriter. Contra illos ſtabit ſpíritus virtútis, & tamquam turbo venti dívidet illos: & ad erémum perdúcet omnem terram iníquitas illórum, & malígnitas evertet ſedes poténtium.

℟. v. Aſpectu & audítu * Juſtus erat Lot hábitans apud eos qui de die in diem ánimam juſtam iníquis opéribus cruciábant. 2. *Pet.* 2. 8. ℣. Quaſi tempeſtas tránſiens non erit ímpius: juſtus autem quaſi fundamentum ſempiternum. *Prov.* 10. 25. * Juſtus.

LECTIO VI. c. 10. v. 6.
Lot juſtus non perit cum impiis.

SApiéntia juſtum à pereúntibus ímpiis liberávit fugientem, deſcendente igne in Pentápolim: quibus in teſtimónium nequítiæ fumigabunda conſtat deſerta terra, & incerto témpore fructus habentes árbores, & incredíbilis ánimæ memória ſtans figmentum ſalis. Sapiéntiam enim prætereuntes, non tan-

tùm in hoc lapſi ſunt, ut ignorárent bona, ſed & inſipiéntiæ ſuæ reliquérunt homínibus memóriam, ut in his quæ peccavérunt, nec latére potuiſſent. Sapiéntia autem hos qui ſe obſervant, à dolóribus liberávit. Hæc prófugum iræ fratris juſtum deduxit per vias rectas, & oſtendit illi regnum Dei, & dedit illi ſciéntiam ſanctórum: honeſtávit illum in labóribus, & complévit labóres illíus. In fraude circumveniéntium illum áffuit illi, & honeſtum fecit illum. Cuſtodívit illum ab inimícis, & à seductóribus tutávit illum, & certámen forte dedit illi ut vínceret, & ſciret quóniam ómnium poténtior eſt ſapiéntia. Hæc vénditum juſtum non derelíquit, ſed à peccatóribus liberávit eum: deſcenditque cum illo in fóveam. Et in vínculis non derelíquit illum, donec afferret illi ſceptrum regni & poténtiam adversùs eos qui eum deprimébant: & mendáces oſtendit qui maculavérunt illum, & dedit illi claritátẽ ætérnã.

℟. VI. Quàm terribília ſunt ópera tua, Dñe! * In multitúdine virtútis tuæ mentiéntur tibi inimíci tui. *Pſ.* 65. 3. ℣. Quis non timébit te, Dómine, & magnificábit nomen tuũ? *Apoc.* 15. 4. * In. ℣. Glória. * In.

IN III. NOCTURNO.

De Epiſtola ſecunda beáti Petri Apóſtoli.

LECTIO VII. c. 2. v. 4.

Everſi Sodomi exempla ſunt impiis.

SI Deus ángelis peccántibus non pepercit, ſed rudéntibus inferni detractos in tártarũ trádidit cruciandos, in judícium reſervári: & originali mundo non pepercit, ſed octávum Noë juſtítiæ præcónem cuſtodívit, dilúvium mundo impiórum indúcens: & civitátes Sodomórum & Gomorrhæórum in cínerem rédigens, everſióne damnávit, exemplum eórum, qui ímpiè actúri ſunt, ponens: & juſtum Lot oppreſſum à nefandórum injúria ac luxurióſa converſatióne erípuit; aſpectu enim & audítu juſtus erat, hábitans apud eos qui de die in diem ánimã juſtam iníquis opéribus cruciábant: novit Dóminus pios de tentatióne erípere; iníquos verò in diem judícii reſerváre cruciandos: magis autem eos qui poſt carnem in concupiſcéntia immundítiæ ámbulant, dominationẽque contemnunt, audáces,

ſibi placentes, ſectas non métuunt introdúcere blaſphemantes; ubi ángeli fortitúdine & virtúte cùm ſint majóres, non portant adversùm ſe execrábile judícium.

℟. VII. Multi ámbulant, quorum finis intéritus; * Quorum deus venter eſt, & glória in confuſióne. *Philip.* 3. 18. 19. ℣. Excæcávit illos malítia eórum. *Sap.* 2. 21. * Quorum.

LECTIO VIII. v. 12.

Mores corrupti & punitio.

HI verò velut irrationabília pécora, naturáliter in captiónem & in perníciem, in his quæ ignórant blaſphemantes, in corruptióne ſua períbunt, percipientes mercédem injuſtítiæ: voluptátem exiſtimantes diéi delícias, coïnquinatiónes & máculæ, delíciis affluentes, in convíviis ſuis luxuriantes vobiſcum, óculos habentes plenos adultérii & inceſſábilis delícti, pellicientes ánimas inſtábiles, cor exercitátum avarítiâ habentes, maledictiónis fílii: derelinquentes rectam viam erravérunt, ſecúti viam Bálaam ex Boſor, qui mercédem iniquitátis amávit; correptiónem verò hábuit ſuæ veſániæ: ſubjugále mutum ánimal, hóminis voce loquens, prohíbuit prophétæ inſipiéntiam. Hi ſunt fontes ſine aqua, & nébulæ turbínibus exagitátæ, quibus calígo tenebrárum reſervátur. Superba enim vanitátis loquentes, pellíciunt in deſidériis carnis luxúriæ eos qui páululùm effúgiunt, qui in erróre converſantur: libertátem illis promittentes, cùm ipſi ſervi ſint corruptiónis: à quo enim quis ſuperátus eſt, hujus & ſervus eſt.

℟. VIII. Tu, Deus noſter, ſuávis & verus es; pátiens, & in miſericórdia diſpónens ómnia: étenim ſi peccavérimus, * Tui ſumus, ſciéntes magnitúdinem tuam. *Sap.* 15. 1. 2. ℣. Dñe, ſalva nos, perímus. *Matth.* 8. 25. * Tui.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Lucam.

LECTIO IX. c. 18. 31.

Cæcus prope Jericho.

IN illo témpore: Aſſumpſit Jeſus duódecim, & ait illis: Ecce aſcéndimus Jeroſólymam, & conſummabuntur ómnia quæ ſcripta ſunt per prophétas de Fílio hóminis. Et réliqua.

Homília ſancti Gregórii Papæ.

Hom. 2. in Evang. hab. in Baſil. S. Pet. Dom. Quinq.

REdemptor noſter prævidens ex paſſióne

ſua diſcipulórum ánimos perturbandos, eis longè antè, & ejuſdem paſſiónis pœnam, & reſurrectiónis ſuæ glóriam prædixit, ut cùm eum morientem, ſicut prædictum eſt, cérnerent, étiam reſurrectúrum non dubitárent. Sed quia carnáles adhuc diſcípuli nullo modo valébant cápere verba myſtérii, venítur ad miráculum. Ante eórum óculos cæcus lumen récipit, ut qui cœleſtis myſtérii verba non cáperent, eos ad fidem cœléſtia facta ſolidárent. Opera quippe ejus & per poténtiam áliud oſtendunt, & per myſtérium áliud loquuntur. Cæcus quippe eſt genus humánum, quod in parente primo à paradíſi gáudiis expulſum, claritátem ſupernæ lucis ignórans, damnatiónis ſuæ ténebras pátitur, ſed tamen per Redemptóris ſui præſéntiam illuminátur; ut ætérnæ lucis gáudia jam per deſidérium vídeat, atque in via vitæ boni óperis greſſus ponat. Quiſquis ergo cæcitátis ſuæ ténebras agnoſcit, quiſquis hoc quod ſibi deeſt lumen æternitátis intélligit, clamet medullis cordis, clamet & vócibus mentis, dicens: Jeſu Fili David, miſerére meî.

℟. IX. Miſericórdiæ Dómini, quia non ſumus conſumpti; * Quia non defecérunt miſeratiónes ejus. *Thr*. 3. 22. ℣. Patienter agit nolens áliquos períre, ſed omnes ad pœniténtiam reverti. 2. *Petr*. 3. 9. * Quia. ℣. Glória. * Quia. *Repet*. Miſericórdiæ, *uſque ad Verſum*.

AD LAUDES.

℣. *Sacerd*. Bonum eſt pſállere nómini tuo, Altíſſime; ℟. Ad annuntiandum manè miſericórdiam tuam. *Pſ*. 91. 12.

Ant. 8. G. CUm appropinquáret Jéricho, cæcus quidam ſedébat ſecùs viam mendícans. *Luc*. 18. 35.

Ant. 6. F. Clamávit dicens: Jeſu Fili David, miſerére meî. *Ibid*. 38.

Ant. 7. *d*. Qui præíbant, increpábant eum ut tacéret: ipſe verò multò magis clamábat: Fili David, miſerére meî. *Ibid*. 39.

Ant. 1. a. Stans autem Jeſus, juſſit illum addúci ad ſe. *Ibid*. 40.

Ant. 3. à. Interrogávit illum, dicens: Quid tibi vis fáciam? Et ille dixit: Dómine, ut vídeam. *Ib*.

Capitulum, 1. Cor. 13. 1.

SI linguis hóminum loquar & Angelórum, charitátem autem non hábeam, factus ſum velut æs ſonans, aut cymbalum tínniens.

Hym. & Verſ. ut in Pſalt.

Ad Benedíctus, *Ant.* 2. D. Jeſus dixit cæco: Réſpice; fides tua te ſalvum fecit. Et confeſtim vidit. *Luc.* 18. 42.

Orémus.

PReces noſtras, quæſumus, Dómine, clementer exaudi; atque à peccatórum vínculis abſolútos, ab omni nos adverſitáte cuſtódi; Per.

AD HORAS.

Antiph. de Laudibus, quartâ prætermiſsâ.

AD PRIMAM.

Ant. 8.G. Cùm appropinquáret.

Cætera ut in Pſalterio.

CANON.

Ex Statútis ſynodálibus Diœceſis Carcaſſonenſis.

An. 1301. *cap.* 7.

A Sæculári vita, & mundi voluptátibus abſtíneant Clérici: non ſpectáculis, non pompis interſint, nec convíviis laïcórum. Non ſe admíſceant ſaltatiónibus impudícis, non facétias agant, nec laſcívas deprómant cantilénas.

AD TERTIAM.

Ant. 6.F. Clamávit.

Capitulum. Tob. 3. 3.

NUnc, Dómine, memor eſto meî, & ne vindíctam ſumas de peccátis meis, neque reminiſcáris delícta mea.

℟. *br.* Inclína. *in Pſalt.*

AD SEXTAM.

Ant. 7. *d.* Qui præíbant.

Capitulum. Eccli. 35. 21.

ORátio humiliantis ſe, nubes penetrábit; & donec propinquet, non conſolábitur; & non diſcédet, donec Altíſſimus aſpíciat.

℟. *br.* Secundū. *in Pſalt.*

AD NONAM.

Ant. 3. à. Interrogávit.

Capitulum. Iſai. 42. 7.

EGo Dóminus vocávi te in juſtítia, & apprehendi manum tuam, & ſervávi te; & dedi te in fœdus pópuli, in lucem géntium, ut aperíres óculos cæcórum.

℟. *br.* Clamávi. *in Pſalt.*

AD VESPERAS.

Ant. Pſal. Hymn. Capitul. & Verſ. ut in Pſalt.

Ad Magníficat, *Ant.* J. Cæcus ſequebátur Jeſum magníficans Deum; & omnis plebs, ut vidit, dedit laudē Deo. *Luc.* 18. 43.

Oratio, Preces noſtras, *ut ſuprà ad Laudes.*

FERIA SECUNDA.

De libro Géneſis.

LECTIO I. C. 21. V. 1.

Naſcitur Iſaac.

VIſitávit autem Dñs Saram ſicut promíſerat: & implévit quæ locútus eſt. Concepitque & péperit filium in ſenectúte ſua, témpore quo prædíxerat ei Deus.

itque Abraham no-
lii ſui, quem génuit
., Iſaac : & circum-
um octávo die, ſi-
ecéperat ei Deus,
entum eſſet annó-
hac quíppe ætáte
natus eſt Iſaac. Di-
Sara : Riſum fecit
Deus : quicumque
it, corrídébit mihi.
nque ait : Quis au-
m créderet Abra-
quòd Sara lactáret
, quem péperit ei
eni ? Crevit ígitur
: ablactátus eſt; fe-
Abraham grande
rium in die abla-
nis ejus. Cumque
t Sara filium Agar
tiæ ludentem cum
fílio ſuo, dixit ad
am : Ejice ancillam
& fílium ejus : non
erit hæres fílius an-
um fílio meo Iſaac.
ſulti ámbulant. 522.
O II. . c. 22. v. 1.
ntia Abrahæ; Dei
jusjurandum.
entávit Deus Abra-
am, & dixit ad eum:
am, Abraham. At
pondit : Adſum. Ait
Tolle fílium tuum
nitum, quem díli-
ſaac, & vade in ter-
riſiónis : atque ibi
s eum in holocau-
ſuper unum món-
quem monſtrávero
gitur Abraham de nocte conſurgens, ſtravit áſinum ſuum : ducens ſecum duos júvenes & Iſaac fílium ſuum : cumque concidiſſet ligna in holocauſtum, ábiit ad locum quẽ præcéperat ei Deus. Die autem tértio, elevátis óculis, vidit locum procul. Dixitque ad púeros ſuos: Expectáte hîc cum áſino : ego & puer illuc uſque properantes, poſtquã adoravérimus, revertémur ad vos. Tulit quoque ligna holocauſti, & impóſuit ſuper Iſaac fílium ſuum : ipſe verò portábat in mánibus ignem & gládium. Cumque duo pérgerent ſimul, dixit Iſaac patri ſuo : Pater mi. At ille reſpondit : Quid vis, fili ? Ecce, inquit, ignis & ligna : ubi eſt víctima holocauſti ? Dixit autem Abraham : Deus providébit ſibi víctimam holocauſti, fili mi. Pergébant ergo páriter ; & venérunt ad locum quem oſténderat ei Deus, in quo ædificávit altáre, & déſuper ligna compóſuit : cumque alligaſſet Iſaac fílium ſuum, póſuit eum in altáre ſuper ſtruem lignórum. Extenditque manum, & arrípuit gládium ut immoláret fílium ſuum. Et ecce Angelus Dómini de cœlo clamávit, dicens : Abraham, Abraham. Qui reſ-

bi Deus de rore cœli, & de pinguedine terræ, abundántiam frumenti & vini. Et ſerviant tibi pópuli, & adórent te tribus: eſto dóminus fratrū tuórum, & incurventur ante te filii matris tuæ: qui maledíxerit tibi, ſit ille maledictus; & qui benedíxerit tibi, benedictiónibus repleátur. Vix Iſaac ſermónem impléverat; & egreſſo Jacob foràs, venit Eſaü. Coctoſque de venatióne cibos íntulit patri, dicens: Surge, pater mì; & cómede de venatióne filii tui, ut benedícat mihi ánima tua. Dixitque illi Iſaac: Quis enim es tu? Qui reſpondit: Ego ſum filius tuus primogénitus Eſaü. Expávit Iſaac ſtupóre vehementi, & ultrà quàm credi poteſt admírans, ait: Quis ígitur ille eſt qui dudum captam venatiónem áttulit mihi, & comédi ex ómnibus priuſquàm tu veníres? benedixíque ei, & erit benedictus. Audítis Eſaü ſermónibus patris, irrúgiit clamóre magno; & conſternátus, ait: Bénedic étiam & mihi, pater mî. Qui ait: Venit germánus tuus fraudulenter, & accépit benedictiónem tuam.

℟. Tu, Deus noſter, ſuávis & verus es. 522.

De Epiſtola beáti Pauli Apóſtoli ad Romános.

Lectio III. c. 9. v. 9.

Jacob typus gratuitæ Dei electionis.

PRomiſſiónis verbum hoc eſt: Secundùm hoc tempus véniam; & erit Saræ filius. Non ſolùm autem illa; ſed & Rebecca ex uno concúbitu habens, Iſaac patris noſtri. Cùm enim nondum nati fuiſſent, aut áliquid boni egiſſent aut mali, (ut ſecundùm electiónē propóſitū Dei manéret) non ex opéribus, ſed ex vocante dictū eſt ei: Quia major ſérviet minóri, ſicut ſcriptum eſt: Jacob diléxi, Eſaü autem ódio hábui. Quid ergo dicémus? Numquid iníquitas apud Deum? Abſit. Móyſi enim dicit: Miſerébor cujus miſéreor; & miſericórdiam præſtábo, cujus miſerébor. Igitur non volentis, neque currentis; ſed miſerentis eſt Dei.

℟. Miſericórdiæ. 523.

Ad Benedictus. *Ant.* 7. *d.* Qui præíbant, increpábant eum ut tacéret: ipſe verò multò magis clamábat: Fili David, miſerére meî. *Luc.* 18. 39.

CANON.

Ex Concílio Cabillonenſi ſecundo. *An.* 813. *can.* 9.

AB ómnibus oculórū auriumque illécebris Sacerdótes

ótes abſtinére de-
. . hiſtriónum ſive
ıum, & túrpium ſeu
ıórum jocórum in-
am non ſolùm ipſi
ıt, verùm étiam fi-
ſ reſpuenda percén-

[A QUARTA
Cinerum.
capite Jejunii.
OFFIC. NOCT.
tatorium, & cæte-
ıia ut Feriâ quartâ
lterio.

Prophéta Joël.
O I. C. 2. ỿ. 12.
amatur jejunium.

Unc ergo dicit Dóminus: Convertímini ad me in tode veſtro, in jejúin fletu, & in plant ſcíndite corda venon veſtimenta vec convertímini ad ıum Deum veſtrũ, ıenignus & miſéri-t, pátiens & mul-ericórdiæ, & præs ſuper malítia. ſcit ſi convertátur, ıſcat, & relínquat e benedictiónem, cium & libámen ıo Deo veſtro? Cáıbâ in Sion, ſanctijejúnium, vocáte ı, congregáte pó-, ſanctificáte Ecn, coadunáte ſenes, gáte párvulos, & es úbera: egrediátur ſponſus de cubíli ſuo, & ſponſa de thálamo ſuo. Inter veſtíbulum & altáre plorábunt ſacerdótes miniſtri Dómini, & dicent: Parce, Dómine, parce pópulo tuo; & ne des hæreditátem tuam in oppróbrium ut dominentur eis natiónes: quare dicunt in pópulis: Ubi eſt Deus eórum?

℟. Mors non tardat: omnis caro ſicut fœnum veteraſcet, * Et ſicut fólium fructíficans in árbore víridi. *Eccli.* 14. 12. 18.
℣. Omnis caro ut fœnum, & omnis glória ejus tamquam flos fœni. 1. *Petr.* 1. 24. * Et ſicut.

Sermo ſancti Leónis Papæ.

LECTIO II.

Serm. 1. de Quadrageſima.

ACcedentes, dilectíſſimi, ad Quadragéſimæ inítium, id eſt, ad diligentiórẽ Dómini ſervitútem, quia quaſi ad quemdam agónem ſancti óperis introímus; ad pugnas tentatiónum ánimos præparémus; & intelligámus quantò ſtudioſióres pro noſtra ſalúte fuérimus, tantò nos veheméntiùs ab adverſáriis impetendos. State ergo, dilectíſſimi, ut Apóſtolus ait, ſuccincti lumbos mentis veſtræ in veritáte, & calceáti pedes in præpara-

tióne Evangélii pacis, in ómnibus ſumentes ſcutú fidei, in quo poſsítis ómnia tela maligni ígnea extínguere, & gáleam ſalútis aſsúmite; & gládium ſpíritûs, quod eſt verbum Dei. His freti armis, ímpigrè atque intrépidè propóſitum nobis certámen meámus: ut in iſto jejuniórum ſtádio, non eo tantùm ſimus fine contenti, ut ſolam ciborum abſtinéntiam putémus eſſe ſectandam. Parum enim eſt ſi carnis ſubſtántia tenuátur, & ánimæ fortitúdo non álitur. Circumſpíciat ſe omnis ánima chriſtiána, & ſevéro exámine cordis ſui interna diſcútiat. Cáſtitas incontinéntiam procul pellat, detuméſcat ſupérbia, reſipiſcat iracúndia, comminuántur jácula noxárum, & obtrectátio linguæ frænétur. Ceſſent vindíctæ, & oblivióni mandéntur invídiæ. Tunc enim in nobis benè virtútum ſémina nutriuntur, quando ab agro cordis noſtri germen omne extérnum evéllitur.

℟. Omnes mórimur, & quaſi aquæ dilábimur in terram, quæ non revertuntur; * Nec vult Deus períre ánimam. 2. *Reg.* 14. 14. ℣. Dóminus patiénter agit, nolens áliquos períre, ſed omnes ad pœniténtiam reverti. 2. *Petr.* 3. 9. * Nec vult.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Matthæum.

Lectio III. *c. 6. v. 16.*

Quomodo jejunandum.

IN illo témpore: Dixit Jeſus diſcípulis ſuis: Cùm jejunátis, nolíte fieri ſicut hypócritæ triſtes. Et réliqua.

Homília ſancti Máximi Epíſcopi.

In die Cinerum.

QUia nonnullórū eſt conſuetúdo, caríſſimi, adveniéntes Quadragéſimæ dies devotióne jejúnio prævenire, neceſſáriè præſens Evangélii decúrſa eſt léctio, in qua Dóminus noſter virtútum ſpirituálium retribútor, ſanctum nobis perfectúmque dedit régulam jejunándi, dicens: Cùm jejunátis, non éritis ſicut hypócritæ triſtes. Non enim Deo jejúnat, ſed homínibus, quicumque oſtentatióne jejúnii ſui glóriam requírit humánam. Non vult enim diſciplinæ cœléſtis magiſter irreligióſè agi, quod fieri pro religióne præcípitur. Si enim verè mœſtus & triſtis es quia jejúnas, nullam tibi, ut ingrátus, grátiam reſervábis, quia quamvis opus fácias bonum, pravitátem tamen degéneris ánimi invítus operáris. Si

autem pro quadam ſanctitátis imágine triſtítiam ſímulas, omnem fructum promiſſiónis divínæ, obſéquii tui oſtentátor amíttis. Ináne eſt quod cum ſǽculo prætereunte defíciens, ad vitam non tranſit æternam; nec póſſumus, dilectíſſimi, pro uno eodemque ópere & laudē mundi adulantis expétere, & præmium vitæ cœleſtis acquírere. Et ídeo, fratres, inoffenſam & Deo plácitam in ómnibus tenéte menſúram; ſit apud vos purum jejúnium, ſimplex miſericórdia, omniſque ſincéra devótio, ut ſanctam vitam veſtram evangélicâ inſtitutióne perfectâ, plena Dei noſtri retribútio proſequátur.

℟. Nox præceſſit, dies autem appropinquávit; * Abjiciámus ergo ópera tenebrárum, & induámur arma lucis: † Sicut in die honeſtè ambulémus. *Rom.* 13. 12. ℣. Deus ſalvávit nos propter miſericórdiā ſuam. *Tob.* 13. 5. * Abjiciámus. ℣. Glória. † Sicut.

AD LAUDES.

℣. *Sacerd. Ant. & Pſal. ut in Pſalterio.*

Capit. Exod. 32. 19. 20.

Cum appropinquaſſet Móyſes ad caſtra, vidit vítulum & choros: iratúſque eſt valde, projécit de manu tábulas, & confrégit eas ad radícē montis, arripienſque vítulum quem fécerant, combuſſit, & contrívit uſque ad púlverem, quem ſparſit in aquam, & dedit ex eo potum fíliis Iſraël.

Hymnus & Verſ. ut in Pſalterio.

Ad Benedictus, *Ant.* 3. b. Hypócritæ triſtes extérminant fácies ſuas, ut appáreant homínibus jejunantes. *Matth.* 6. 16.

Deinde dicuntur Preces flexis genibus, & ſimiliter ad omnes Horas, ut in Pſalterio, pag. 166.

Orémus.

Præſta, Dómine, fidélibus tuis, ut jejuniórum veneranda ſolémnia, & cóngruâ pietáte ſuſcípiant, & ſecúrâ devotióne percurrant; Per.

AD HORAS.

Omnia ut in Pſalterio, exceptis quæ ſequuntur.

CANON.

Ex Concílio Narbonenſi. *An.* 1609. *cap.* 10. *de obſerv. Jejun.*

Cum quadrageſimále jejúnium à traditióne Apoſtolórum hábeat Eccléſia, illud ſanctè à fidélibus obſervandum eſt: nam jejúniis ſiccátur vitiórum ſentína, marcet petulántia, languet concupiſcéntia, & fugitívæ ábeunt voluptátes. Ideò præfátum quadrageſimále

jejúnium, vigíliæ & quátuor témpora per abſtinéntiam & cibórum delectum obſerventur.

AD TERTIAM.

Capitulum. Gen. 3. 19.

IN sudóre vultûs tui veſcéris pane, donec revertáris in terram de qua ſumptus es: quia pulvis es, & in púlverem revertéris.

℟. *br. ut Feriâ quartâ in Pſalterio.*

AD SEXTAM.

Capitulum. Job. 42. 5. 6.

AUditu auris audívi te; nunc autem óculus meus videt te. Idcírco me reprehendo, & ago pœniténtiam in favílla & cínere.

℟. *br. ut Feriâ quartâ in Pſalterio.*

AD NONAM.

Capitul. Judith. 4. 15. 16.

DEprecantes Dóminum, permanébant in conſpectu Dómini, ita ut étiam hi qui offerébant Dómino holocauſta, præcincti cilíciis offerrent ſacrifícia Dómino, & erat cinis ſuper cápita eórum.

℟. *br. ut Feriâ quartâ in Pſalterio.*

AD VESPERAS.

Antiph. & Pſal. Capit. Hymn. & ℣. de Pſalt.

Ad Magníficat, *Ant.* 4. a. Ubi eſt theſaurus tuus, ibi eſt & cor tuum. *Matth.* 6. 21.

Deinde dicuntur Preces flexis genibus, ut in Pſalterio, pag. 166.

Orémus.

INclinantes ſe, Dómine, majeſtáti tuæ, propitiátus intende; ut qui divíno múnere ſunt refecti, cœléſtibus ſemper nutriantur auxíliis; Per.

FERIA QUINTA poſt Cineres.

Omnia ut in Pſalterio, exceptis quæ ſequuntur; & ſic duobus Feriis ſequentibus.

De libro Géneſis.

LECTIO I. *c.* 28. *v.* 10.

Jacob vidit ſcalam.

IGitur egreſſus Jacob de Berſabée, pergebat Haran; cumque veniſſet ad quemdam locum, & vellet in eo requiéſcere poſt ſolis occúbitum, tulit de lapídibus qui jacébant, & ſuppónens cápiti ſuo, dormívit in eódẽ loco. Viditque in ſomnis ſcalam ſtantem ſuper terram, & cacúmen illius tangens cœlum: ángelos quoque Dei aſcendentes & deſcendentes per eam, & Dóminum innixũ ſcalæ dicentem ſibi: Ego ſum Dóminus Deus Abraham patris tui, & Deus Iſaac; terram in qua dormis, tibi dabo & ſémini tuo. Eritque ſemen tuum quaſi pulvis terræ: dilatáberis ad Occidentem, & Orien-

& Septentriónem, &
diem : & benedicen-
ı te & in sémine tuo
tæ tribus terræ. Et e-
ſtos tuus quocumque
xeris , & redúcam te
rram hanc:nec dimít-
niſi complévero uni-
quæ dixi. Cumque
laſſet Jacob de ſom-
ıit : Verè Dóminus
ı locò iſto, & ego ne-
am.Pavenſque, Quã
ɔilis eſt , inquit, lo-
ſte ! Non eſt hîc- â-
niſi domus Deî &
: cœli. Surgens ergo
ɔ manè,tulit lápidem
ı ſuppoſúerat cápiti
& erexit in títulum,
ɛns óleum déſuper.
:llavitque nomen ur-
ethel, quæ priùs Lu-
ɔcabátur.

Mors non tardat. 529.
'IO II. c. 29. v. 16.
ɪ & Rachel uxores
Jacob.

Abébat Laban duas
filias : nomen ma-
Lia, minor verò ap-
ɔátur Rachel. Sed
ppis erat óculis : Ra-
decórâ fácie & ve-
ı aſpectu. Quam dí-
s Jacob,ait ; Sérviam
ɔro Rachel filiâ tuâ
re,ſeptem annis.Reſ-
it Laban : Mélius eſt
ɪi eam dem quàm ál-
iro, mane apud me.
vit ergo Jacob pro
el ſeptem annis : &
videbantur illi pauci dies
præ amóris magnitúdine.
Dixitque ad Laban : Da
mihi uxórem meam; quia
jam tempus implétum eſt,
ut ingrédiar ad illam. Qui,
vocátis multis amicórum
turbis ad convívium, fecit
núptias. Et véſperè Liam
filiam ſuam introduxit ad
eum , dans ancillam filiæ
Zelpham nómine. Ad
quam cùm ex more Jacob
fuiſſet ingreſſus, facto ma-
ne vidit Liam : & dixit ad
ſócerum ſuum : Quid eſt
quod fácere voluiſti ? non-
ne pro Rachel ſervívi ti-
bi ? quare impoſuiſti mi-
hi? Reſpondit Laban: Non
eſt in loco noſtro conſue-
túdinis , ut minóres antè
tradámus ad núptias. Im-
ple hebdómadam diérum
hujus cópulæ: & hanc quo-
que dabo tibi pro ópere
quo ſervitúrus es mihi ſep-
tem annis áliis. Acquié-
vit plácito; & hebdómadâ
tranſactâ,Rachel duxit u-
xórem : cui pater ſervam
Balam tradíderat. Tan-
demque potítus optátis
núptiis,amórem ſequentis
prióri prætulit, sérviens
apud eũ ſeptẽ annis áliis.

℟. Omnes. 530.

Léctio ſancti Evangélii
ſecundùm Matthæum.

Lectio III. c. 8. v. 5.

Centurio.

IN illo témpore : Cùm
introiſſet Jeſus Caphár-

naum, acceſſit ad eum Centúrio, rogans eum, & dicens: Dómine, puer meus jacet in domo paralyticus; & malè torquétur. Et réliqua.

Homilia ſancti Auguſtíni Epíſcopi.

Serm. 62. de Script. aliàs 6.

AUdívimus, cùm Evangélium legerétur, fidem noſtram in humilitáte laudári. Ad domum quippe Centuriónis cùm ſe promítteret Dóminus Jeſus itúrum, ut púerum ejus ſanáret, ille reſpondit: Non ſum dignus ut ſub tectum meum intres, ſed tantum dic verbo, & ſanábitur. Dicendo ſe indignum, præſtitit dignum, non in cujus parietes, ſed in cujus cor Chriſtus intráret. Neque hoc díceret cum tanta fide & humilitáte, niſi illum quem timébat intráre in domum ſuam, corde geſtáret. Nam non erat magna felícitas, ſi Dóminus Jeſus intráret in parietes ejus, & non eſſet in péctore ejus. Domum hujus Dóminus córpore non intrávit; & ejus tamen fidem, atque ipſam domum abſens córpore, præſens majeſtáte ſanávit.

℟. Nox præceſſit. 531.

Ad Benedictus, *Ant.* 2. D. Audiens Centurionem Jeſus, mirátus eſt, & ſequéntibus ſe dixit: Amen dico vobis, non invéni tantam fidem in Iſraël. *Matth.* 8. 10.

Orémus.

DEus, qui culpâ offénderis, pœniténtiâ placáris; preces pópuli tui ſupplicantis propítius réſpice, & flagella tuæ iracúndiæ, quæ pro peccátis noſtris merémur, averte; Per Dóminum.

CANON.

Ex Concilio Toletáno decimo.

An. 653. *cap.* 9.

QUiſquis abſque inevitábili neceſſitáte .... ſeu ætátis impoſſibilitáte, diébus Quadragéſimæ uſum cárnium præſúmpſerit attentáre, non ſolùm reus erit reſurrectiónis Domínicæ, verùm étiam aliénus ab ejuſdem diéi communióne; illi quos aut ætas, aut languor exténuat, aut neceſſitas arctat, non antè violáre præſúmant, quàm à Sacerdóte permiſſum accípiant.

Ad Magníficat, *Ant.* 2. D. Multi ab oriente & occidente vénient, & recumbent cum Abrahâ. *Matt.* 8. 11.

Orémus.

PArce, Dómine, parce pópulo tuo; ut dignis flagellatiónibus caſtigátus, in tua miſeratióne reſpíret; Per Dóm.

FERIA SEXTA
poſt Cineres.

De libro Geneſis.

LECTIO I. c. 29. v. 31. & c. 30. v. 1.

Lia fœcunda & Rachel anxia.

VIdens autem Dóminus quòd deſpíceret Jacob Liam, apéruit vulvam ejus, ſoróre ſtérili permanente; quæ conceptum génuit filium, vocavitque nomen ejus Ruben, dicens: Vidit Dóminus humilitátem meã, nunc amábit me vir meus. Rurſumque concépit & péperit filium, & ait: Quóniam audívit me Dóminus habéri contémptui, dedit étiam iſtum mihi; vocavitque nomen ejus Símeon. Concepitque tértiò, & génuit álium filium, dixitque: Nunc quoque copulábitur mihi maritus meus, eò quòd pepérerim ei tres filios; & idcircò appellávit nomen ejus Levi. Quartò concépit & péperit filium, & ait: Modò confitébor Dómino; & ob hoc vocávit eum Judam; ceſſavitque párere. Cernens autem Rachel quòd infœcunda eſſet, invídit ſorórì ſuæ, & ait marito ſuo: Da mihi líberos, alióquin móriar. Cui irátus reſpondit Jacob: Num pro Deo ego ſum, qui privávit te fructu ventris tui? At illa: Hábeo, inquit, fámulam Balam: ingrédere ad illam, ut páriat ſuper génua mea, & hábeam ex illa filios. Deditque illi Balam in conjúgium: quæ, ingreſſo ad ſe viro, concépit & péperit filium. Dixitque Rachel: Judicávit mihi Dóminus, & exaudívit vocem meã, dans mihi filium, & idcircò appellávit nomen ejus Dan. Rurſumque Bala concípiens péperit álterum. Pro quo ait Rachel: Comparávit me Deus cum ſoróre mea, & inválui: vocavitque eum Néphthali. Séntiens Lia quòd párere deſiiſſet, Zelpham ancillam ſuam maríto trádidit: quâ poſt conceptum edente filium, dixit: Felíciter; & idcircò vocávit nomen ejus Gad. Péperit quoque Zelpha álterum. Dixitque Lia: Hoc pro beatitúdine mea, beátam quippe me dicent mulíeres; proptérea appellávit eum Aſer.

℟. Mors non tardat. p. 529.

LECTIO II. v. 17.

Jacob cogitat reditum.

ET exaudívit Deus preces ejus: concepitque & péperit filium quintum, & ait: Dedit Deus mercédem mihi, quia dedi ancillam meam viro meo; appellavitque

nomen ejus Iſſachar. Rurſùm Lia concipiens péperit ſextum filium, & ait: Dotávit me Deus dote bonâ: étiam hac vice mecum erit marítus meus, eò quòd genúerim ei ſex filios: & idcircò appellávit nomen ejus Zábulon. Poſt quem péperit filiam nómine Dinam. Recordátus quoque Dóminus Rachélis, exaudívit eam, & apéruit vulvam ejus. Quæ concépit & péperit filium, dicens: Abſtulit Deus oppróbrium meum. Et vocávit nomen ejus Joſeph, dicens: Addat mihi Dóminus filium álterum. Nato autem Joſeph, dixit Jacob ſócero ſuo: Dimitte me ut revertar in pátriam & ad terram meam. Da mihi uxóres & líberos meos, pro quibus ſervívi tibi, ut ábeam: tu noſti ſervitútem quâ ſervívi tibi.

℞. Omnes mórimur. 530.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Matthæum.

LECTIO III. c. 5. v. 43.

Inimici diligendi. Eleemoſyna in abſcondito.

IN illo témpore; Dixit Jeſus diſcípulis ſuis: Audiſtis quia dictum eſt; Díliges próximum tuum, & ódio habébis inimícum tuum; ego autem dico vobis: Dilígite inimícos veſtros. Et réliqua.

Homília ſancti Cypriáni Epíſcopi & Mártyris.

De bono patientiæ.

UT pléniùs intellígere poſſímus, fratres dilectíſſimi, quia patiéntia, Dei res eſt: & quiſquis lenis, & pátiens, & mitis eſt, Dei patris imitátor eſt: cùm in Evangélio ſuo Dóminus præcepta in ſalútem daret, & divína mónita deprómens ad perfectum diſcípulos erudíret, póſuit & dixit: Audiſtis quia dictum eſt: Díliges próximum tuum, & ódio habébis inimícum tuum; ego autem dico vobis: Dilígite inimícos veſtros . . . . eſtóte ítaque vos perfecti ſicut Pater veſter cœleſtis perfectus eſt. Sic perfectos dixit fieri Dei filios; ſic conſummári oſtendit & dócuit cœleſti nativitáte reparátos; ſi patiéntia Dei patris máneat in nobis, ſi ſimilitúdo divína quam peccáto Adam perdíderat, manifeſtétur & lúceat in áctibus noſtris. Quæ glória eſt ſímilem Deo fieri! qualis & quanta felícitas habére in virtútibus, quod divínis láudibus poſſit æquári!

℞. Nox præceſſit. 531.

Ad Benedictus, *Ant.* 3. à. Solem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos: & pluit ſuper juſtos

uſtos. *Matth.* 5. 45.

Orémus.

:hoáta jejúnia, quæ-
mus, Dómine, be-
-favóre proſéquere,
bſervántiam quam
tálitec exhibémus,
ibus étiam ſincéris
ére valeámus; Per
inum noſtrum.

CANON.

Concílio Mediola-
nenſi primo.
565. *part.* 2. *tit.* 7.
de jejunio.

K divína litterárum
ſenténtia parùm hó-
prodeſt ſe per jejú-
temperaſſe, ſi áni-
ìt in peccátis perſe-
is: idcircò fidéles in
io præcípuè ſtúdeant,
m caro ab alimentis
ies, mens páriter à
jejúnet. Omneſque
ei láudibus, elee-
nis, aliiſque piis oſ-
occupentur.

! Magníficat, *Ant.*
Sit eleemóſyna tua
ſcóndito; & Pater
qui videt in abſcón-
, reddet tibi. *Matth.*

Orémus.

Uére, Dómine, pó-
pulum tuum, & ab
bus peccátis clemen-
nunda; quia ei nulla
bit advérſitas, ſi nul-
dominétur iníqui-
Per Dóminum no-
a.

SABBATO.

De libro Géneſis.

LECTIO I. c. 31. v. 17.
Jacob tacitus revertitur ad patrem.

SUrrexit ítaque Ja-
cob, & impóſitis lí-
beris ac conjúgibus
ſuis ſuper camélos, ábiit.
Tulitque omnem ſubſtán-
tiam ſuam, & greges, &
quidquid in Meſopotá-
mia acquiſíerat, pergens
ad Iſaac patrem ſuum in
terram Chánaan. Eo tém-
pore íerat Laban ad ton-
dendas oves, & Rachel
furáta eſt idóla patris ſui.
Noluitque Jacob confité-
ri ſócero ſuo quòd fúge-
ret. Cumque abiiſſet tam
ipſe quàm ómnia quæ ju-
ris ſui erant, & amne
tranſmiſſo pérgeret con-
tra montem Gálaad, nun-
tiátum eſt Laban die tér-
tio quòd fúgeret Jacob.
Qui, aſſumptis frátribus
ſuis, perſecútus eſt eum
diébus ſeptem.

℟. Dómine, magna
judícia tua; * Quia non
égimus ſecundùm præ-
cepta tua, & non am-
bulávimus ſincériter co-
ram te. *Tob.* 3. 5. ℣. Si
dixérimus, quóniam pec-
cátum non habémus, ipſi
nos ſedúcimus. 1. *Joan.*
1. 8. * Quia non égimus
ſecundùm præcepta tua,
& non ambulávimus ſin-
cériter coram te.

LECTIO II c. 35. v. 22.
Jacob filii: moritur Iſaac.

ERant autem filii Jacob duódecim. Filii Liæ: primogénitus Ruben, & Símeon, & Levi, & Judas, & Iſſachar, & Zábulon. Filii Rachel: Joſeph & Bénjamin. Filii Balæ ancillæ Rachélis: Dan & Néphthali. Filii Zelphæ ancillæ Liæ: Gad & Aſer: hi ſunt filii Jacob, qui nati ſunt ei in Meſopotámia Syriæ. Venit étiam ad Iſaac patrem ſuum in Mambre, civitátem Arbee, hæc eſt Hebron: in qua peregrinátus eſt Ábraham & Iſaac. Et compléti ſunt dies Iſaac centum octoginta annórum. Conſumptuſque ætáte mórtuus eſt: & appóſitus eſt pópulo ſuo ſenex & plenus diérum; & ſepeliérunt eum Eſaü & Jacob filii ſui.

℟. Obſecro, Deus magne & terríbilis, cuſtódiens pactum & miſericórdiam diligéntibus te: * Peccávimus, Dómine, iniquitátem fécimus, ímpiè égimus, & recéſſimus, & declinávimus à mandátis tuis. *Dan.* 9. 4. 5. ℣. Júdicans das, Dómine, locum in peccátis pœniténtiæ. *Sap.* 12. *v.* 19. * Peccávimus, Dómine, iniquitátem fécimus, ímpiè égimus.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Marcum.

LECTIO III. c. 6. v. 47.
Jeſus orat in monte: tempeſtatem ſedat.

IN illo témpore: Abiit Jeſus in montem oráre, & cùm ſerò eſſet, erat navis in médio mari, & Jeſus ſolus in terra. Et réliqua.

Homília ſancti Cypriáni Epíſcopi & Mártyris.
Epiſtola ad Clerum & Plebem.

IN Evangélio légimus: Exiit in montem oráre... Et útique quod orábat, orábat ille pro nobis, cùm peccátor ipſe non eſſet, ſed noſtra peccáta portáret.... Quòd ſi pro nobis ac pro delictis noſtris ille & labórat, & vígilat, & precátur; quantò nos magis inſiſtere précibus, & oráre, & primò ipſum Dóminum rogáre, tum deinde per ipſum Deo Patri ſatisfácere debémus? Habémus advocátum & deprecatórē pro peccátis noſtris Jeſum Chriſtum Dóminum & Deum noſtrum, ſi modò nos in prætéritum peccaſſe pœníteat, & confitentes atque intelligentes delicta noſtra, quibus nunc Dóminum offéndimus, vel de cætero nos ambuláre in viis ejus, & præcepta ejus metúere ſpondeámus. Pr

tèr nos & córrigit & tuétur, ſtantes tamen in fide, & in preſſúris atque in angúſtiis, & Chriſto ejus firmiter adhærentes.

℟. Non quaſi homo ſic Deus comminábitur; neque ſicut filius hóminis ad iracúndiam inflammábitur: * Et ídeò † Humiliémus illi ánimas noſtras. *Judith.* 8. 15. ℣. Deus ſuperbis reſiſtit, humílibus autem dat grátiam. *Jac.* 4. 6. * Et ídeò. ℣. Glória. † Humiliémus.

Ad Benedictus, *Ant.* 8. G. In platéis ponébant infirmos, ut vel fimbriam veſtimenti Jeſu tángerent; & quotquot tangébant eum, ſalvi fiébant. *Marc.* 6. 56.

Orémus.

Adeſto, Dómine, ſupplicatiónibus noſtris; & concéde ut hoc ſolemne jejúnium, quod animábus corporibuſque curandis ſalúbriter inſtitútum eſt, devóto ſervítio celebrémus; Per Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum.

CANON.

Ex Concílio Mediolanenſi quinto.

An. 1579. *part.* 1. *tit.* 3.

Omni témpore à jocis chriſtiánum hóminem abſtinére cónvenit: at Quadragéſimæ & jejúnii témpore tanto diligéntiùs quanto frequéntiùs oratióni, abſtinéntiæ, omníque pœniténtiæ géneri incumbendum eſt. A jocis ígitur, à verbórũ ſcurrilitáte, à collóquio ináni, otióſo, longéque cautiùs à nóxio & criminóſo ſe continére, ſacro pœniténtiæ témpore ſtúdeat.

PROPRIUM SANCTORUM.

PARS HYEMALIS.

Die xxix. Novembris.
In Feſto
S. SATURNINI
Epiſcopi & Martyris.
Duplex-minus.
Vide rubricam ante Commune.
Omnia ut in Commune unius Martyris. pag. vj.
Oratio, Fac nos. xj.
Lectio iv. *ex Greg. Tur. Sur. Sid. Fortunat.*

Saturnínus ad diſſeminandam inter gentes verbi divíni prædicatiónem ordinátus Epíſcopus, in Galliárum regiónes à Románis Pontifícibus miſſus eſt. Hoc in múnere cùm álios ſex Epíſcopos cóllegas habéret, quos ſibi itíneris ſacríque labóris ſócios adjúnxerat; áliis ália loca peténtibus, ipſe Occitániæ Províncíæ Apoſtolátum ſuſcépit: ſtatimque apud Tolosátes fídei lumen aſportáre aggréditur. Suſceptum iter péragens Saturnínus, ac pia circumquáque ſpargens ſalútis ſémina, créditur civitátem adiiſſe Carcaſſonenſem. Urbem verò ingreſſus, cùm inánium deórum cultum impugnáre, Chriſtíque fidem annuntiáre cœpiſſet, in cárcéré conjectus eſt; atque hâc eâdem turri aliquándiu detentus, juxta quam póſtea, ſenſim creſcente quod pius præſul jécerat fídei ſémine, conſtructa erectaque eſt antiquíſſima, quæ etiamnum extat, ſub ejus invocatióne Basílica.

Lectio v.

Sedátâ póſtmodum illíus perſecutiónis procellâ, Tolóſam pervénit; cujus quidem urbis Póntifex conſtitútus anno conſulátûs Décii & Grati, multos ab idólis ad Chriſtum convertit: dæmónibus qui ibi colebantur ádeo terríbilis, ut fruſtrà ſacrificiis animálium evocáti, orácula réddere ceſsáverint. Tam inexpectáto ſiléntio commóti Gentíles, ímpetu facto, Saturnínum in Capitólium urbis traxérunt,

comminári duriſſimam mortem, niſi more pátrio diis ſacra fáceret. Quod cùm renuiſſet, pedes ejus tauro alligárunt; qui ſanctum Præſulē per declíves gradus Capitólii raptátum, collíſo cápite, excuſſo cérebro, membriſque diſcerptis, interémit. Exánime corpus támdiu à tauro diſtractum eſt, quoad rupto fune, acceptum & lígneo immiſſum féretro, mulíeres duæ in alta ſcrobe tumultuáriò condidérunt. Inventum eſt póſteà ab Hilário Tolosáno: qui effoſsâ circùm humo, ſacras véritus relíquias commovére, túmulum ſuperimpóſuit, & oratóriū extruxit.

LECTIO VI.

Homilia quæ habetur in codice lectionum. p. lxlj.

DIE XXX.

In Feſto.

S. ANDREÆ APOST.

Duplex-majus.

Vide rubricam ante Commune.

Omnia de Comm. Apoſt. exceptis quæ ſequuntur.

Ad Magníficat, *Ant.* 8.G. Invénit Andréas fratrem ſuum Sīmónem, & dicit ei: Invénimus Meſſíam; & adduxit eum ad Jeſum. *Joan.* 1. 41.

Oratio, ut infrà ad Laud.

Fit commemoratio ſancti Saturnini Epiſcopi & Martyris. Ant. Factus es. ℣. Tríbuat. xij. *Oratio,* Fac nos. xj. *Deinde fit Commem. de Adventu.*

IN I. NOCT. Lectiones de Scriptura occurrente.

IN II. NOCTURNO.

LECTIO IV.

Ex Evangelio Euſeb. l. 3. *Hiſt. Greg. Naz. Orat.* 25. *Greg. Tur. de glor. Mart. & aliis.*

ANdréas Bethsáïdæ natus, qui eſt Galilææ vicus, frater Petri, diſcípulus Joannis Baptiſtæ, cùm eum de Chriſto dicentem audiſſet: Ecce Agnus Dei; ſecútus Jeſum, fratrem quoque ſuum ad eum perduxit. Cùm autem póſteà unà cum fratre piſcarétur in mari Galilææ, ambo à prætereunte Chriſto vocáti ſunt illis verbis: Veníte poſt me, & fáciam vos fíeri piſcatóres hóminum: & continuò relictis rétibus ſecúti ſunt eum, apud quos ſæpiùs Caphárnaï manére dignátus eſt.

LECTIO V.

POſt cujus paſſiónem & reſurrectiónem, Andréas cùm in Scythiā Európæ, quæ ei província ad Chriſti fidem diſſeminandam obtígerat, deveniſſet, deinde Thráciam & Epírum peragraſſet, doctrínâ & miráculis innumerábiles hómines ab i-

dolórum cultu ad Chriſtum colendum adduxit. Tandem Patras Achaíæ profectus, plurimiſque ea in urbe ad veritátem Evangélicam perductis, cruci ſeu árbori affixus, morte ſuâ hanc urbem nobilitávit.

LECTIO VI.

DIu apud Patras célebre permanſit Andréæ nomen & patrocínium. Hinc póſteà ejus relíquias Conſtántius Imperátor, ex voto Conſtantíni patris, anno vigéſimo regni ſui, Conſtantinópolim transferri, & in auguſtíſſimo Apoſtolórum templo collocáre curávit: unde póſtmodùm decerpta pignora diverſis locis quaſi vitæ ſémina diſperſa ſunt. Anno autē milléſimo ducentéſimo décimo poſt Conſtantinópolim à Gallis occupátam, corpus S. Andréæ Petrus Capuánus Apoſtólicæ ſedis Legátus Amalphim in pátriam ſuam, quæ eſt regni Neapolitáni, transferri curávit; ubi fidélium concurſu recólitur.

IN III. NOCTURNO.

De Epíſtola beáti Pauli Apóſtoli ad Romános.

LECTIO VII. c. 10. v. 8.

Verbum fidei.

PRopè eſt verbum in ore tuo, & in corde tuo: hoc eſt verbū fidei, quod prædicámus. Quia ſi confiteáris in ore tuo Dóminum Jeſum, & in corde tuo credíderis, quòd Deus illum ſuſcitávit à mórtuis, ſalvus eris. Corde enim créditur ad juſtítiam: ore autē confeſſio fit ad ſalútem. Dicit enim Scriptúra: Omnis qui credit in illum, non confundétur. Non enim eſt diſtínctio Judæi & Græci; nam idem Dóminus ómnium, dives in omnes qui ínvocant illū. Omnis enim quicumque invocáverit nomen Dómini, ſalvus erit.

LECTIO VIII. v. 14.

Sonus Apoſtolorum.

QUómodo ergo invocábunt, in quem non credidérunt? aut quómodo credent ei, quē non audiérunt? Quómodo autem áudient ſine prædicánte? quómodo verò prædicábunt, niſi mittantur, ſicut ſcriptum eſt: Quàm ſpecióſi pedes evangelizántium pacem, evangelizántium bona! Sed non omnes obédiunt Evangélio. Iſaías enim dicit: Quis crédidit audítui noſtro? Ergo fides ex audítu, audítus autem per verbum Chriſti. Sed dico, numquid non audiérunt? Et quidem in omnem terram exívit ſonus eórum, & in fines

orbis terræ verba eórum.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Matthæum.

LECTIO IX. c. 4. v. 18.

Andreæ vocatio.

IN illo témpore; Ambulans Jeſus juxta mare Galilææ, vidit duos fratres, Simónem qui vocátur Petrus, & Andréam fratrem ejus, mitténtes rete in mare; erant enim piſcatóres, & ait illis: Veníte poſt me, & fáciam vos fieri piſcatóres hóminum. At illi contínuò relíctis rétibus, ſecúti ſunt eum. Et réliqua.

Homília ſancti Gregórii Papæ.

Homil. 5. in Evang. hab. in Baſil. S. Andreæ Apoſtoli in die natali ejus.

AUdiſtis, fratres chariſſimi, quia ad unius juſſiónis vocem Petrus & Andréas, relíctis rétibus, ſecúti ſunt Redemptórem; & ad unum Dómini præceptum, hoc quod poſſidére videbantur, oblíti ſunt. In cœlo jam ſedet, qui de converſióne nos ádmonet: jam jugo fidei colla géntium ſubdidit: jam mundi glóriam ſtrávit: jam ruinis ejus crebreſcéntibus, diſtricti ſui judícii propinquantē denúntiat diē; & tamen ſuperba mens noſtra adhuc non vult hoc ſponte deſérere, quod quotídiè perdit invíta. Quid ergo, fratres chariſſimi, quid in ejus judício dictúri ſumus, qui ab amóre præſentis ſéculi, nec præceptis fléctimur, nec verbéribus emendámur? Sed fortaſſe áliquis tácitis ſecum cogitatiónibus dicat: Ad vocem Domínicam uterque iſte piſcátor quid aut quantum dimíſit, qui penè nihil hábuit? Sed hac in re, fratres chariſſimi, affectū debémus pótiùs penſáre, quàm cenſum. Multum relíquit, qui ſibi nihil retínuit: multum relíquit, qui quantúmlibet parum, totum deſéruit. Certè nos, & hábita cum amóre poſſidémus, & ea quæ mínimè habémus, ex deſidério quærimus. Multum ergo Petrus & Andréas dimíſit, quando uterque étiam deſidéria habendi derelíquit.

Te Deum. (*Et dicitur in feſtis per Adventum.*)

Ad Benedictus, *Ant.* 5. E. Erant Petrus & Andréas piſcatóres; & ait illis Jeſus: Veníte poſt me, fáciam vos fieri piſcatóres hóminum. At illi contínuò, relíctis rétibus, ſecúti ſunt eum. *Matth.* 4. 19.

Orémus.

MAjeſtátem tuam, Dómine, ſupplíci-

ter exorámus, ut ſicut Eccléſiæ tuæ beátus Andréas Apóſtolus éxtitit prædicátor & rector, ita apud te ſit pro nobis perpétuus interceſſor; Per.

Fit comm. de Adventu.

Ad Magníficat, *Ant.* 4. D. Erat Andréas frater Simónis Petri, unus ex duóbus qui audíerant à Joanne, & ſecúti fúerant Jeſum. *Joan.* 1. 40.

Oratio, ut ſuprà ad Laud.

Fit Commemoratio de Adventu: Deinde de ſancto Eligio Epiſcopo. Ant. Elégit. ℣. Beátus. p. xix. *Oratio.* Da Eccléſiæ tuæ. p. xxiij.

FESTA DECEMBRIS.

Die I.

S. ELIGII, EPISCOPI,

Commemoratio.

Vide rubricam ante Commune.

Lectio iv.

Ex vita per S. Audoenum.

Eligius Lémovix, aurifaber indúſtrius, Paríſios ſe cóntulit, ubi períitiæ ſuæ famâ Clotário ſecundo innótuit: Sanctióris vitæ deſidério accenſus, ómnium ab adoleſcéntia delictórum exomologéſim fecit corã Sacerdóte, & exinde in ópera pietátis omni ſtúdio incúbuit. Nam étiam cùm artem exercébat, ſubinde in ſacros códices óculos intendébat; ita ut mens Deo vacáret, dum manus úſibus ſerviébant humánis. Quidquid arte ſuâ comparábat, id totũ fovendis egénis, & captívis, rerum étiam ſibi neceſſariárum diſpéndio, redimẽdis erogábat. Hinc tantus ad eum páuperum concurſus, ut quærenti domum Elígii dicerétur: Ubi páuperum cœtũ conſpéxeris, illic & Elígium repéries. Intra domum autem vacábat oratióni cum familiáribus qui diu noctúque in ejus cámera canónicum curſum ſolémniter adimplébant. Non minùs acceptus Dagoberto quàm Clotário patri, & ab illo ad Aremoricórum regem pacis componendæ causâ miſſus, reges ambos felíci fœdere ſociávit. Vária ejus hortátu & impenſis extructa ſunt templa & monaſtéria. Solemniacenſe in Lemovícibus cœnóbium cóndidit. Paríſiis ædificávit Monaſtérium vírginum, ad quárum córpora ſepelienda, Eccle-

ſancti Pauli extra
:em conſtruxit. In-
vit in eódem mo-
io basílicam ſancti
ílis , quam ejus
ie ditávit relíquiis.
na diverſis tempó-
auro , argento , &
us ornávit ſepulcra
órum. Mauſoléum
nis mártyris Dio-
miro artificio deco-
De Eccléſiæ diſci-
ſollícitus , ſimonía-
abem quæ altas in
a radíces égerat , ex-
it. Tandem ad No-
:nſem Epiſcopátum
ptus , non modò ſa-
regis ſibi commiſſi
lávit , ſed & Flan-
& Fríſios , alioſque
:ptentriónem pópu-
non ſine magno la-
ac vitæ diſcrímine
hriſtum adduxit. Se-
a Concílio Cabilo-
ſub Clodovéo ſe-
). Multa præclárè
it , ejécit dæmones,
i divínitùs prædixit ,
ue miráculis illuſtris
ſeptuagenárius , de-
te die últimâ No-
ris , anno ſexcen-
o quinquagéſimo no-
horâ primâ noctis ;
ovióми ſepultus eſt.
D LAUDES , pro
iemoratione ejuſdem ,
Dedit. ℣. Memor.
ij. *Orat.* Da Ecclé-
·. xxiij.

Die II. Decembris.

In Feſto.

SANCTI FRANCISCI XAVERII Preſbyteri.

Semiduplex.

Vide rubric. ante Comm. Omnia de Comm. unius Preſbyteri Oratio. Deus , qui Indiárum. *ut infrà.*

Lectio iv.

Autore Turſelino.

Franciſcus Xavérius, nóbilis Cántaber , Paríſiis emenſo philoſóphico ſtádio magiſtérium ártium conſecútus , mox Philoſóphiæ Profeſſor , ac deinde Baccaláureus , Theológiæ curſum abrúpit, ut ſe beáto Ignátio ſóciū adjúngeret. Tum ſanctióris vitæ genus profitéri cœpit , non jejúniis modò aliiſque córporis afflictatiónibus , & páuperum præſertim infirmórum curâ , quibus in xenodóchiis miniſtrábat ; ſed & ſinguläri religiónis propagandæ ſtúdio , ſummâ in Epíſcopos & Preſbyteros obſervántiâ , eóque in Deum fervóre charitátis , ut ejus incéndium in oratiónibus non ferens , ſæpiùs exlamáret : Satis eſt , Dñe , ſatis eſt.

Lectio v.

Procurante Joanne Luſitániæ rege , à Paulo tértio Indiæ deſtinátus , multos paſſim toto Oriente Chriſtiános ad

meliórem frugem revocávit, & innúmeros propémodum pópulos ignorántiæ ténebris involútos ad Chriſti fidem adduxit: nam præter Indos, Bracmánes & Malábares; ipſe primus Parávis, Málais, Jais, Acénis, Mindánais, Malacénſibus & Japónibus, multis éditis miráculis, & exantlátis labóribus, Evangelii lucē íntulit. Perluſtrátâ tandem Japóniâ, ad Sinas profectúrus, in ínſula Sanciána óbiit, anno ætátis quadragéſimo quinto, Chriſti milléſimo quingentéſimo quinquagéſimo ſecundo. Corpus ejus poſt menſes quíndecim íntegrū & incorruptum, Goam delátū eſt. Hunc, Indiárū Apóſtolū toto orbe appellátum, Gregórius décimus quintus ſanctis aſcripſit, anno milléſimo ſexcentéſimo vigéſimo ſecundo.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Marcum.

LECTIO VI. c. 16. 15.

Apoſtolorum miſſio.

IN illo témpore, dixit Jeſus diſcípulis ſuis: Euntes in mundū univerſum, prædicáte Evangéliū omni creatúræ. Et réliqua.

Homília ſancti Auguſtini Epíſcopi.

Serm. 233. *Cartus. Pariſ.*

AUdiſtis quid díxerit Dóminus diſcípulis ſuis poſt reſurrectiónem. Miſit eos ad Evangélium prædicandum, & factum eſt: Prædicátum eſt Evangélium; pervénit ad nos. Bréviter conſtítuit nobis, loquens diſcípulis ſuis, quid faciámus, quid ſperémus: ait enim: Qui credíderit & baptizátus fúerit, ſalvus erit. Exígitur à nobis fides, offertur ſalus. Erígite fidem, evígilet cor veſtrum: recordámini hóminem in quo decepti ſumus, recordámini hóminem à quo redempti ſumus. Ille homo numquid filius hóminis? Adam homo erat, filius hóminis non erat. Ideò Dóminus Chriſtus aſſíduè ſe dicit filium hóminis, ut fáciat nos recordári hóminem qui non fuit filius hóminis, ut recordémur in illo mortem, in iſto vitam; in illo peccátum, in iſto remiſſiónē peccatórum; in illo vínculum, in iſto libertátem; in illo damnatiónem, in iſto abſolutiónem.

Orémus.

DEus, qui Indiárum gentes beáti Franciſci Xavérii Preſbyteri prædicatióne & miráculis Eccléſiæ tuæ aggregáre voluiſti; concéde propítius, ut cujus glorióſa mérita venerámur, virtútum quoque imitémur

exempla; Per Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum.

DIE VI.

S. NICOLAI EPISC.

Commemoratio.

Pridie AD VESPERAS, *Ant.* Elégit. ℣. Beátus. xix. *Oratio* Deus, qui. *infrà.*

LECTIO IV.

Ex Liturg. S. Chryſoſt. Conc. II. Nic. act. 4. Theophan. chronogr. & Joan. Archid. Barii, apud Surium.

Nicoláus Myræ, quæ Lyciæ Metrópolis eſt, Epíſcopus, pópulis ómnibus véteri & vulgátâ famâ notus eſt. Quanto honóre hábitus ſemper fúerit à Græcis, vel una teſtátur precátio inſerta Litúrgiæ quæ ſancti Joannis Chryſóſtomi nómine inſcríbitur. Multæ ſub ejus nómine extructæ ſunt Conſtantinópoli basílicæ: illíus præſentem opem ſenſiſſe ſe Theodórus, qui Myrenſem ejus ſedem tenébat, in Nicæna ſecunda Synodo conteſtátus eſt; quo ipſo facto aſſéruit, & confirmávit coram Pátribus, quam priùs impugnáverat, débitam imagínibus Sanctórum veneratiónẽ. Ex ejus ſepulchro ſtillábat óleum, depellendis váriis morbórum genéribus ſalúbre. Corpus Myræ ubi ſepultum fúerat diu jácuit, donec Barenſes quidam mercatóres, miraculórum quæ ibi fieri audíerant famâ commóti, anno ſalútis milleſimo octogéſimo ſéptimo Myram ádeunt, ubi ſancti Nicolái relíquias ſacro liquóri ex eis profluenti immerſas in urna repériunt, ex qua eas extrahentes návibus impónunt, ægrè conſentiéntibus tribus mónachis, quibus ſolis ſacrárum reliquiárũ crédita erat cuſtódia; & Bárium Apúliæ in Itália civitátem exportant. Mox Barénſium cívium impenſis, ſub invocatióne ſancti Nicolái magnífica ædificári cœpit basílica, quam Urbánus ſecundus conſecrávit, & in ea ſacrum cóndidit corpus, quod ibi in hunc uſque diem quieſcit & cólitur.

AD LAUDES, pro commemoratione ejuſdem. *Ant.* Dedit. ℣. Memor. xxij.

Orémus.

Deus, qui beátum Nicoláum Pontíficem innúmeris decoraſti miráculis; tribue, quæſumus, ut ejus méritis & précibus, à gehennæ incéndiis liberémur; Per Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum Fílium tuum.

Die vii.

In Feſto.

SANCTI AMBROSII

Epiſcopi, & Eccleſiæ Doctoris.

Duplex-minus.

Omnia de Communi unius Doctoris. p. xxiv. *Oratio infrà. Commemoratio de Adventu.*

Lectio iv.

Ex vita & operibus ſancti Ambroſii.

Ambróſius, patre Ambróſio Galliárum Præfecto, in Gálliis natus, liberálibus diſciplínis Romæ excultus, in auditório Præfectúræ Prætoriánæ ſummâ cum laude cauſas dixit. Póſteà Ligúriæ & Æmíliæ à Probo Præfecto Prætórii præpóſitus, venit Mediolánum, ubi mórtuo Auxéntio Epíſcopo Ariáno, cathólici & hærétici de ſucceſſóre deligendo inter ſe diſſidébant. Quare cùm ingreſſus Eccléſiam Ambróſius multa ad ſedandam ſeditiónem præclárè dixiſſet, derepente púero Ambróſium Epíſcopum proclamante, univerſi pópuli vox erúpit, Ambróſium Epíſcopum depoſcentis. Recuſante illo, & tantum onus váriis ártibus atque étiam fugâ declinante, ardens pópuli ſtúdium ad Valentiniánum imperatóré delátum eſt, cui gratiſſimum fuit à ſe delectos júdices ad ſacerdótium poſtulári. Itaque Ambróſius baptizátus, (erat enim tantùm Catechúmenus,) Epíſcopus conſecrátus eſt. Tum prædia ſua, uſufructu Marcellínæ ſoróri reſerváto, dedit Eccléſiæ; cætera partítus inter Eccléſiam & páuperes. Fácilis erat ómnibus ad eum áditus. Litigántium cauſas ſummâ patiéntiâ & æquitáte dirimébat. Quóties illi áliquis ob percipiendam pœniténtiam lapſus ſuos confeſſus eſſet, ita flebat, ut & illum flere compélleret. Convívia quæ ad Mártyrum ſepulchra fiébant, abrogávit. Clerum intra frugalitátis límites contínuit, & viduárum múnera accípere, nedum blandiméntis elícere, prohíbuit.

Lectio v.

Plúrimos Ariános, alioſque hæréticos convertit ad fidem, & clariſſimum imprímis Eccléſiæ lumen Auguſtínum Chriſto péperit. Multa paſſus eſt à Juſtína Valentiniáni junióris matre, quam hærétici ſedúxerant; eíque, ne ullæ iis baſílicæ Mediolániſ tradei rentur, fórtiter óbſtitit. Eâ occaſióne inſtitútum eſt, ut antiphónæ, pſal-

... ri, & hymni juxta morem Orientalium canerentur, ne pia plebs éxcubans in Eccleſia, & cum Epíſcopo mori paráta, mœróris tædio contabéſceret. Egit apud Valentiniánum Juniórem, ne Symmacho urbis Præfecto aram victóriæ inſtaurandi fácerer poteſtátem. A Valentiniáno junióre miſſus ad Máximum interfectórem Gratiáni, eum à communióne ſummóvit. Theodóſium imperatórem, propter cædem Theſſalónicæ factam, ingreſſu Eccléſiæ prohíbuit. Cui cùm ílle obténderet, David quoque regem adúlterum & homicídam fuiſſe, reſpondit Ambróſius: Qui ſecútus es errantem, ſéquere pœnitentem. Quare Theodóſius impóſitam ſibi ab eo públicam pœniténtiam humíliter egit; & quod erubeſcébant priváti, non erúbuit Imperátor. Tum Ambróſio divínitùs indicátum eſt quo loco mártyrum Nazárii & Celſi córpora delitéſcerent. Máximis pro Eccléſia labóribus curiſque perfunctus, multis étiam libris egrégiè conſcriptis, morbo correptus eſt. Ei Honorátus Vercellenſis Epíſcopus corpus Dómini óbtulit; quod ubi accépit, emíſit ſpíritum anno Chriſti trecenteſimo nonageſimo ſeptimo, quarto die Aprílis in pervigílio Paſchæ, Epiſcopátùs autem vigéſimo tertio.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Matthæum.

LECTIO VI. C. 5. 13.

Sal terræ, lux mundi.

IN illo témpore; Dixit Jeſus diſcípulis ſuis: Vos eſtis ſal terræ: quòd ſi ſal evanúerit, in quo ſaliétur? Et réliqua.

Homília ſancti Ambróſii Epíſcopi.

In Pſ. 118. *Octonar.* 14.

LUcernæ nos ſumus toto operti córpore, vix áliquid exíguum habentes unde lucére poſsímus. Joannes lucerna erat, ſicut dixit Dóminus de eo: Ille erat lucerna ardens & illúminans. Bona lucerna, quæ lumen accipiébat à Chriſto, ut lucére poſſet in hoc ſéculo: méritò ardens, méritò illúminans: qui erat núntius Chriſti, illúminans prædicatióne fidei péctora ſingulórum. Sed & iſtis lucernis dedit Chriſtus ut lux mundi eſſent, dícens ad Apóſtolos: Vos eſtis lux mundi. Ergo ſi glória ſanctórum, nunc ſicut lucerna, nunc ſicut lux mundi fulget in hoc ſéculo: quid dícimus de verbo Dei, quod & lucerna eſt pédibus meis?

Secundùm legem lucerna eſt verbum Dei ; ſecundùm evangélium, lux magna eſt. Judæis lucerna eſt, & lucerna ſub módio. Lucet lex, ſed non vidétur; quia operta eórum doctrína eſt, & contagióne vitiórum, & cæcitáte perfídiæ : pópulo autem ex natiónibus lux eſt. Denique pópulo qui ſedébat in regióne umbræ mortis, lux orta eſt éis. Aperi ígitur feneſtras tuas, ut ſplendor tibi magnæ lucis intróeat.

Orémus.

DEus, qui beátum Ambróſium Pontíficem, fidei defenſórem & Apoſtólicæ ſapiéntiæ ac firmitátis exemplú in Eccléſia tua conſtituíſti, dírige in charitáte tua, & confirma corda noſtra; ut in fide inveniámur ſtábiles, & in ópere efficáces; Per Dóminum.

Commem. de Advent.

DIE VIII.

IN FESTO

ONCEPTIONIS

MARIÆ VIRGINIS.

SOLEMNE-MINUS.

.. VESPERIS.
mi de Feria.
Cce dies véniunt,
dicit Dóminus,
citábo verbum bo-
quod locútus ſum
num Iſraël. *Jer.* 33.

.5. C. Oriétur ſtel-
acob, & conſurget
le Iſraël. *Num.* 24.

1. D. Egrediétur vir-
radíce Jeſſe, & flos
díce ejus aſcendet.
1.

. 2. G. Erit radix
& qui exurget ré-
entes: in eum gen-
erábunt. *Rom.* 15.

. 7. a. In diébus illis
itur Juda; & Iſraël
bit confidenter.
.6.
lum. Jer. 33. 20. 21.
Ec dicit Dóminus:
i írritum poteſt fi-
um meum cum die,
ctum meum cum
nocte; ut non ſit dies &
nox in témpore ſuo: &
pactum meum írritum
eſſe póterit cum David
ſervo meo; ut non ſit ex
eo filius qui regnet in
throno ejus.

℟. Propter hoc dabit Dóminus ipſe vobis ſignū: Ecce virgo concípiet, & páriet fílium; * Et vocábitur nomen ejus Emmánuel. *Iſ.* 7. 14. ℣. Hic erit magnus; regnábit in domo Jacob in æternum, & regni ejus non erit finis. *Luc.* 1. 32. 33. * Et vocábitur. ℣. Glória. * Et vocábitur.

Hymnus.

HUc adſint hílares aligerum chori:
Plauſu turba fremens ócyùs ádvolet:
Concordeſque ſimul læta ferens ſonos
Laudet cármine vírginem.
MONSTRUM colla tumens hórrida ſíbilis

Intentanſque truces lumínibus minas,
Omnes peſtífero pólluit hálitu
Virus lethíferum vomens.

Hærens indè tenax viſcéribus malum,
Fœdam progeniem cum pátribus necat.
Quæ monſtrum nova vis fórtior ópprimét,
Infandum caput áttercns?

Unam tanta manet glória vírginem.
Victrix illa premet colla ferócia:
Exultanſque ſuper terga teret pede;
Nec jam dira nocet lues.

Patri máxima laus, máxima Fílio;
Sit par, alme, tibi glória, Spíritus,
Sponſam munéribus qui décoras tuis,
Ut ſit digna Deo Parens.

Amen.

℣. Deus rex noſter operátus eſt ſalútem:
℟. Tu confregiſti cápita dracónis. *Pſ.* 73. 12. 14.

Ad Magníficat, *Ant.* 6. F. Lauda, fília Sion; lætáre, & exulta in omni corde: Dóminus avertit inimícos tuos; Rex Iſraël Dóminus in médio tuî. *Soph.* 3. 14. 15. 17.

Oratio, ut infrà ad Laudes.

Fit Commem. S. Ambroſii, Epiſc. Ant. Státuit. ℣. Sacerdótes. xxiv. *Oratio.* Deus, qui beátum Ambróſium Pontíficem, *ſuprà.*

Deinde fit Commemorátio de Adventu.

AD COMPLETOR.

Ant. & Pſalm. de Fer. Hym. Virgíneis títulis, *ut in Off. B. Mariæ in Sabbato.*

AD OFFIC. NOCT.

Invit. Deum, cui paratur habitátio, * Veníte, adorémus. 1. *Paral.* 29. 1.

Hymn. Huc adſint. *ut ſuprà.*

IN I. NOCTURNO.

Ant. 4. f. Appáruit Dóminus Móyſi in flamma ignis de médio rubi, & vidébat quòd rubus ardéret & non comburerétur. *Exod.* 3. 2.

Ant. 8. G. Cùm virgas poſuiſſet Móyſes corã Dómino, invénit germinaſſe virgam Aaron. *Num.* 17. 7. 8.

Ant. 6. F. Abſciſſus eſt lapis de monte ſine mánibus, & factus eſt mons magnus. *Dan.* 2. 34. 35.

℣. Mons in quo beneplácitum eſt Deo habitáre in eo: ℟. Etenim Dóminus habitábit in finem. *Pſ.* 67. 17.

De

De Iſaía Prophéta.

LECTIO I. c. 11. v. 1.

Chriſtus venturus.

ET egrediétur virga de radíce Jeſſe, & flos de radíce ejus aſcendet. Et requieſcet ſuper eum ſpíritus Dómini spíritus ſapiéntiæ & intellectûs, ſpíritus consílii & fortitúdinis, ſpíritus ſciéntiæ & pietátis: & replébit eũ ſpíritus timóris Dómini. Non ſecundùm viſiónem oculórum judicábit, neque ſecundùm audítum aurium árguet: ſed judicábit in juſtítia páuperes, & árguet in æquitáte pro manſuétis terræ.

℞. I. Sanctificávit tabernáculum ſuum Altíſſimus: * Deus in médio ejus; non commovébitur. Pſ. 45. 5. 6. ℣. Virgo in útero habébit, & páriet filiũ; & vocábunt nomen ejus Emmánuel. *Matth.* 1. 23. Deus.

LECTIO II. c. 44. 23.

Deus formator ex utero.

LAudáte, cœli, quóniam miſericórdiam fecit Dóminus: jubiláte, extréma terræ; reſonáte, montes laudatiónem, ſaltus & omne lignum ejus: quóniam redemit Dóminus Jacob, & Iſraël gloriábitur. Hæc dicit Dóminus redemptor tuus, & formátor tuus ex útero: Ego ſum Dóminus, fáciens ómnia, extendens cœlos ſolus; ſtabíliens terram, & nullus mecum: írrita fáciens ſigna divinórum, & aríolos in furórem vertens: convertens ſapientes retrorſùm, & ſciéntiam eórum ſtultam fáciens: ſúſcitans verbum ſervi ſui, & consílium nuntiórum ſuórum complens.

℞. II. Dóminus fáciens & formans te, * Ab útero auxiliátor tuus. *Iſ.* 44. 2. Dóminus tecum: ne tímeas, María; inveniſti enim grátiam apud Deum. *Luc.* 1. 28. 30. * Ab.

LECTIO III. c. 45. 2.

Theſauri novi fœderis.

EGo ante te ibo, & glorióſos terræ humiliábo: portas æreas cónteram, & vectes férreos confringam: & dabo tibi theſauros abſcónditos, & arcána ſecretórum; ut ſcias quia ego Dóminus, qui voco nomen tuum, Deus Iſraël. Propter ſervum meum Jacob, & Iſraël electum meum, & vocávi te nómine tuo: aſſimilávi te, & non cognoviſti me. Ego Dóminus, & non eſt ámplius; extra me non eſt Deus: accinxi te, & non cognoviſti me: ut ſciant hi qui ab ortu ſolis, & qui ab occidente, quóniam abſque me non eſt. Ego Dómi-

nus, & non eſt alter: formans lucem, & creans tenebras: fáciens pacem, & creans malum: ego Dóminus fáciens ómnia hæc. Roráte, cœli, déſuper, & nubes pluant juſtum: aperiátur terra, & gérminet ſalvatórem: & juſtítia oriátur ſimul: ego Dóminus creávi eum.

℟. III. Magna eris, * Et nomen tuum † Nominábitur in univerſa terra. *Judith.* 11. 21. ℣. Spíritus ſanctus ſupervéniet in te. *Luc.* 1. 35. * Et nomen. ℣. Glór. † Nominábitur.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 7. c. Ros in ſolo véllere fuit, & in omni terra ſiccitas. *Judic.* 6. 37.

Ant. 5. a. Ecce nubécula parva aſcendébat de mari, & facta eſt plúvia grandis. 3. *Reg.* 18. 44. 45.

Ant. 2. D. Fons parvus crevit in flúvium máximũ, & in aquas plúrimas redundávit. *Eſth.* 11. *v.* 10.

℣. Deſcendet Dóminus ſicut plúvia in vellus; ℟. Et ſicut ſtillicídia ſtillántia ſuper terram. *Pſ.* 71. 6.

Ex libro ſancti Epiphánii Epíſcopi adversùs Hæreſes.

Lectio IV. *hær.* 78.

MAría ſignificátur per Evam, quæ vivéntium mater ænigmátis involúcro nuncupátur. Illa enim Mater vivéntium appelláta eſt, cùm jam illud audiſſet, Terra es, & in terram revertéris, poſt tranſgreſſiónem. Idque mirum eſt, quòd poſt offenſiónem ádeò magnum cognómen ei attribútum fuit. Ac ſecundùm id quod ſénſibus óbvium eſt, ab illa Eva totíus géneris humáni orígo in terra dedúcta eſt: hîc verò à María vita ipſa verè in mundum introdúcta eſt, ut vivéntem páriat, & ſit María mater vivéntium. Per ænigma ígitur María mater vivéntium vocáta eſt.

℟. IV. Quàm pulchri ſunt greſſus tui, fília príncipis! * Quàm pulchra es & quàm decóra, chariſſima, in delíciis! *Cant.* 7. 1. 6. ℣. Ave, María, grátia plena: Dóminus tecum. *Luc.* 1. 28. * Quàm pulchra.

Lectio V.

Poſt pauca.

EVa homínibus cauſam mortis áttulit: per eam quippe mors intrávit in mundum. María verò vitæ cauſam præbuit, per quam vita nobis edita eſt. Atque ídeò Fílius Dei in mundum advénit: & ubi abundávit delíctum, ſuperabundávit grátia: & undè mors accidit, vita illinc acceſſit, ut in mortis locum vita ſuccéderet; &

látam à muliére mor-
em, ille qui è muliére,
ita ut eſſet noſtra, natus
rat, exclúderet. Et quia
illic quidem Eva, cùm eſ-
ſet virgo, in tranſgreſſió-
e inobediéntiæ éxtitit:
ursùs per vírginem facta
ſt obediéntia grátiæ,
ùm evangeliſátus eſt de
cœlo advéntus vitæ ætér-
næ ſecúndùm carnem.

℟. v. Eris coróna gló-
riæ in manu Dómini: *
Quia complácuit Dómi-
no in te; & gaudébit ſu-
per te Deus tuus. *Iſ.* 62.
4. 5. ℣. María, bene-
dicta tu in muliéribus.
Luc. 1. 28. * Quia.

LECTIO VI.

NAm illic ait ad ſer-
pentem Deus: Ini-
micítias ponam inter te
& illam, inter ſemen tuũ
& ſemen illíus. Atqui
nuſquam ſemen mulíeris
invenítur: undè non áli-
ter, quàm per adumbra-
tiónem ad Evam illæ ini-
micítiæ referuntur, quas
tùm hujus ſtirpe ſerpens
atque in eo diábolus &
invídia exercent. Et per-
fectè quidem accommo-
dari ad illam univerſa né-
queunt; verè autem im-
pleantur in ſémine ſancto,
eximio ac ſingulári, quod
ſola María vírgine ſine
ullo viri conſórtio propa-
gátum eſt.

℟. VI. Benedixit te Dóminus in virtúte ſua, quia * Per te ad níhilum redégit inimícos noſtros. *Judit.* 13. 22. ℣. Fecit poténtiam in bráchio ſuo: diſperſit ſuperbos mente cordis ſui. *Luc.* 1. 51. * Per te. ℣. Glória. * Per te.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 3. g. Arca ferebátur ſuper aquas, & aquæ præ-valuérunt nimis ſuper ter-ram. *Gen.* 7. 18. 19.

Ant. 1. a. Sicut lux auróræ, oriente ſole, mane abſque núbibus rútilat. 2. *Reg.* 23. 4.

Ant. 7. *d.* Tota pulchra es, & mácula non eſt in te. *Cant.* 4. 7.

℣. Glorióſa dicta ſunt de te, ℟. Cívitas Dei. *Pſ.* 86. 3.

Ex libro Apocalypſis beáti Joannis Apóſtoli.

LECTIO VII. c. 12. 3.

Inimicitiæ draconis & mulieris.

ECce draco magnus rufus, habens cápita ſeptem, & córnua decem: & in capítibus ejus diadémata ſeptem: & cauda ejus trahébat tértiam partem ſtellárum cœli, & miſit eas in terram: & draco ſtetit ante mulíerem, quæ erat paritúra: ut cùm peperiſſet, fílium ejus devoráret. Et péperit fílium máſculum, qui rectúrus erat omnes Gentes in virga férrea: & raptus

eſt filius ejus ad Deum, & ad thronum ejus. Et múlier fugit in ſolitúdinem, ubi habebat locum parátum à Deo, ut ibi paſcant eam diebus mille ducentis ſexaginta. Et factum eſt prælium magnū in cœlo: Michaël, & ángeli ejus præliabantur cum dracóne, & draco pugnábat, & ángeli ejus; & non valuérunt, neque locus inventus eſt eórum ámpliùs in cœlo.

℟. VII. Draco ſtetit ante mulíerem quæ erat paritúra; * Et projectus eſt Draco ille magnus, qui ſedúcit univerſum orbem. *Apoc. 12. 4. 9.* ℣. Per manum féminæ percuſſit illum Dóminus Deus noſter. *Judith. 13. 19.* * Et projectus.

Lectio VIII. v. 9.

Et projectus eſt draco ille magnus, ſerpens antiquus, qui vocátur diábolus, & ſátanas, qui ſedúcit univerſum orbem: & projectus eſt in terram, & ángeli ejus cum illo miſſi ſunt. Et poſtquam vidit draco quòd projectus eſſet in terram, perſecútus eſt mulíerem, quæ péperit máſculum; & datæ ſunt mulíeri alæ duæ áquilæ magnæ, ut voláret in deſertum in locum ſuum, ubi álitur per tempus & témpora & dimídium témporis, à fácie ſerpentis. Et miſit ſerpens ex ore ſuo poſt mulíerem, aquam tanquam flumen, ut eam fáceret trahi à flúmine. Et adjúvit terra mulíerem, & aperuit terra os ſuum, & abſórbuit flumen quod miſit draco de ore ſuo. Et irátus eſt draco in mulíerem: & abiit fácere prælium cum réliquis de ſémine ejus, qui cuſtódiunt mandáta Dei, & habent teſtimónium Jeſu Chriſti.

℟. VIII. Dixit, ſe júvenes occiſúrum: * Dóminus autem omnípotens trádidit eum in manus féminæ, & confúdit eum. *Judith. 16. 6. 7.* ℣. Irátus eſt draco in mulíerem. *Apoc. 12. 17.* * Dóminus autem.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Matthæum.

Lectio IX. c. 1. v. 1.

Chriſti Genealogia.

Liber generatiónis Jeſu Chriſti, filii David, filii Ábraham. Ábraham génuit Iſaac, Iſaac autem génuit Jacob. Et réliqua.

Homília ſancti Auguſtíni Epíſcopi.

l. 2. de conſenſu Ev. c. 1.

Matthæus Evangeliſta ſic orſus eſt: Liber generatiónis Jeſu Chriſti filii David, filii Ábraham. Quo exórdio ſuo ſatis

, generatiónem ſecundùm carnem piſſe narrandam. ım hanc enim filius hóminis ɔd étiam ſe ipſe è appellat, com- s nobis quid mi- ter dignátus ſit nobis. Nam illa & æterna gene- undùm quam Fí- unigénitus eſt an- n creatúram, quia er ipſũ facta ſunt, ábilis eſt, ut de ım à prophéta in- r: Generatiónem enarrábit? Exé- go humánam ge- ıem Chriſti Mat- ab Abraham ge- s commémorans, dúcit ad Joſeph aríæ, de quâ na- ſus.

. Erat virgo de- viro cui nomen ph, de domo Da- Nomen vírginis *uc.* 1. 27. ℣. Tu mine Deus, qui & poſuiſti no- . 2. *Eſd.* 9. 7. * ℣. Glória. *No-

feſtum venerit in a, poſt IX. ℟. *le- ang.* & *Homilia æ: deinde ſine* ℟. Te Deum.

LAUDES.

erd. Adjuvábit eam Deus, ℟. Manè dilú- culo. *Pſ.* 45. 6.

Ant. 8. G. BEnedícta tu, fília, à Dómino Deo excelſo, præ ómnibus mu- liéribus ſuper terram. *Ju- dit.* 13. 23.

Ant. 3. a. Dóminus Deus tuus in medio tuî; fortis, ipſe ſalvábit. *Soph.* 3. 17.

Ant. 7. a. In omni gente quæ audíerit nomẽ tuum, magnificábitur ſuper te Deus Iſraël. *Judit.* 13. 23.

Ant. 5. C. Ex te egre- diétur.

Canticum. Judic. 5. 3.

AUdíte, Reges; áuri- bus percípite, prín- cipes: * Ego ſum, ego ſum, quæ Dómino ca- nam; pſallam Dómino Deo Iſraël.

Dómine, cùm exíres de Seïr, & tranſíres per re- giónes Edom: * terra mo- ta eſt, cœlíque ac nubes diſtillavérunt aquis.

Montes fluxérunt à fá- cie Dómini, * & Sínaï à fácie Dómini Dei I- ſraël.

Ceſſavérunt fortes in Iſraël, & quievérunt; * donec ſúrgeret mater in Iſraël.

Nova bella elégit Dó- minus: * & portas hóſtiũ ipſe ſubvertit.

Salvátæ ſunt relíquiæ pópuli. * Dóminus in fór- tibus dimicávit.

Glória Patri.

Ant. Ex te egrediétur qui ſit dominátor in Iſraël, & egreſſus ejus à diébus æternitátis. *Mic.* 5.2.

Ant. 1.a. In te benedicentur univerſæ cognatiónes terræ. *Gen.* 12. 3.

Capitulum. Gen. 3. 15.

AIt Dóminus ad ſerpentem: Inimicítias ponam inter te & mulíerem, & ſemen tuum & ſemen illíus: ipſa cónteret caput tuum.

Hymnus.

AFFLICTA quid ploras, Sion?
Depóne cultus lúgubres:
Antíqua ceſſat ſérvitus;
Teſtáre plauſu gáudia.

FRUSTRA profundi gúrgitis
Tyrannus intétat minas:
Victus recédet, & gravi
Preſſus caténâ cóncidet.

PRIMIS negáta ſéculis,
Pax alma terris rédditur:
María dat lætos dies,
Rerumque mutat órdinē.

QUALEM, María, te canam?
O virgo ſole púlchrior!
Hebræa quas tellus tulit,
Tu ſola vincis fílias.

VIX dum parentis in ſinu,
Jam plena vivébas Deo:
Caſtumque pectus cœperat
Ardére ſacris ígnibus.

SIT laus Patri, laus Fílio:
Sit par tibi laus, Spíritus,
Dignam Deo qui vírgine
Formans, ab ortu prǽparas. Amen.

℣. Super áſpidem & baſilíſcum ambulábis, ℟. Et conculcábis leónem & dracónem. *Pſ.* 90. 13.

Ad Benedictus, *Ant.* 3. E. Benedictus Dóminus, qui te direxit in vúlnera cápitis príncipis inimicórum noſtrórum. *Jud.* 13. 24.

Orémus.

FAmulis tuis, quǽſumus, Dómine, cæléſtis grátiæ munus impertíre; ut quibus beátæ Maríæ vírginis partus éxtitit ſalútis exórdium, Conceptiónis ejus votíva ſolémnitas pacis tríbuat incrementum; Per.

Fit comm. de Adventu.

AD HORAS.

Doxologia.

SIT laus Patri, laus Fílio,
Sit par tibi laus, Spíritus,
Dignam Deo qui vírgine
Formans, ab ortu prǽparas. Amen.

Pſalmi de Dominica.

AD PRIMAM.

Ant. 8.G. Benedicta.

Capitulum ut in Feriis Adventûs.

℟. *br.* Chriſte, &c. ℣. Qui natus es de María vírgine.

A N O N.
ıcílio Tridentíno.
Decr. de Peccato Origin.
:lárat ſanĉta Syno-
s, non eſſe ſuæ in-
is, comprehénde-
:créto ubi de pec-
ginàli ágitur, beá-
immaculátam Vír-
Maríam Dei geni-
; ſed obſervandas
ıſtitutiónes Sixti
uarti, ſub pœnis
conſtitutiónibus
is, quas ínnovat.

ΓERTIAM.

3. a. Dóminus

'um. Iſa. 62. 2. 3.
ábitur tibi nomen
vum, quod os Dó-
ɔminábit: & eris
glóriæ in manu
i, & diadéma re-
nanu Dei tui.
. Concupiſcet rex
n tuum: * Allelúia,
. *Repet.* Concupiſ-
Quóniam ipſe eſt
us Deus tuus. * Al-
℣. Glória. *Repet.*
›iſcet.
ᵛultum tuum de-
.ntur, ℟. Omnes
plebis. *Pſ.* 44. 12.

SEXTAM.

'.a. In omni gente.
um. Judith 13. 25.
men tuum Dómi-
s ita magnificávit,
ecédat laus tua de
ore hóminum qui mémo-
res fúerint virtútis Dó-
mini in æternum.

℟. Dóminus cuſtódit te, * Allelúia, allelúia. *Repet.* Dóminus. ℣. Dñs protéĉtio tua. * Allelúia. ℣. Glória. *Repet.* Dóminus. *Pſ.* 120. 5.

℣. Elégit eam Dóminus, ℟. In habitatiónem ſibi. *Pſ.* 131. 13.

AD NONAM.

Ant. 1. a. In te benedicentur.

Capitulum. Mich. 5. 3.

DAbit eos uſque ad tempus in quo partúriens páriet, & relíquiæ fratrum ejus converténtur ad fílios Iſraël.

℟. *br.* Propè timentes Dóminum, ſalutáre ipsíus, * Allelúia, allelúia. *Rep.* Propè. ℣. Ut inhábitet glória in terra noſtra. * Allelúia. ℣. Glória. *Rep.* Propè.

℣. Miſericórdia & véritas obviavérunt ſibi; ℟. Juſtítia & pax oſculátæ ſunt. *Pſ.* 84. 10. & 11.

AD VESPERAS.

Ant. de Laudibus: Pſalmi de Off. parvo B. M. V.

Capitulum. Cant. 4. 7. 11.

TOta pulchra es, & mácula non eſt in te: favus diſtillans lábia tua, ſponſa; lac & mel ſub lingua tuâ: & odor veſtimentórum tuórum ſicut odor thuris.

Hymnus.

UT floret hortórum decus,
Candóre puro lílium;
Color tibi, flos vírginum,
Sic purus æternum manet.
UT Sol decóro sídere
Splēdeſcit umbræ néſcius;
Sic, virgo, nullam péctore
Admittis umbrā críminis.
UT luna cœlos récreans
Vincit tenébras lúmine;
Sic tota fulges, & tuum
Sic nulla nox lædit decus.
UT unda vitro púrior
Vultum fidélis éxhibet:
Sic mente perfectam Dei,
Virgo, refers imáginem.
SIT laus Patri, laus Fílio;
Sit par tibi laus, Spíritus,
Dignam Deo qui vírginē
Formans, ab ortu præparas. Amen

℣. Diffúſa eſt grátia in lábiis tuis: ℟. Proptérea benedixit te Deus in æternum. *Pſ.* 44. 3.

Ad Magníficat, *Ant.* 1. D. Ecce tabernáculum Dei cum homínibus, & habitábit cum eis. *Apoc.* 21. 3.

Oratio.

Fámulis tuis. *ut ſuprà, ad Laudes.*

Fit Comm. de Adventu.

Deinde fit Commem. S. Leocadiæ virg. & mart.

Antiph. Dóminum. ℣. Regnábit. xlvij. *Oratio.* Indulgéntiam. *ut in Communi. p.* lj.

AD COMPLETOR.

Antiph. & *Pſalmi de Dominica. Hymnus.* Virgíneis títulis. *ut in Officio parvo B. Mariæ in Sabbato.*

DIE IX.

SANCT. LEOCADIÆ Vírginis & Martyris, *Commemoratio.*

LECTIO IV.

LEocádia virgo Toletána, fervente Diocletiáni imperatóris perſecutióne, à præfecto Hiſpaniárum Daciáno in cárcerem detrúſa eſt. Ibi cùm prælia victoriaſque beátæ Euláliæ & aliórum mártyrum audiviſſet, póſitis in terram génibus, Deum enixè orávit ut ejuſdem glóriæ párticeps fíeret. Sed inter orandum impollútū Chriſto ſpíritū réddidit. Saracénis Hiſpánias vaſtántibus, ſacrū Leocádiæ corpus in Gállias delátum fuiſſe tráditur. Tres Toleti in ejus honórem erectæ basílicæ: quarum prima ubi nata; áltera ubi paſſa; tértia verò ubi ſepulta fuit. Plures autem leguntur ſynodi Toletánæ, eæque celebérrimæ, in ecclésia ſanctæ Leocádiæ hábitæ, quibus, ſexto & séptimo ſéculo, plúrimos interfuiſſe conſtat Epíſcopos Carcaſſonenſes, ut ipſæ teſtantur ſynodum ſubſcriptiónes.

AD LAUDES.

Pro commemorat. ejuſdem, Ant. Felix. ℣. Corónat te. *Oratio.* Indulgéntiam. *p.* lj.

DIE X.

SANCTÆ EULALIÆ Virginis & Martyris,

Commemoratio.

Pridie ad Veſper. Ant. Dóminum. ℣. Regnábit. xlvij. *Oratio.* Deus qui inter. *ut in Communi.* lj.

LECTIO IV.

EUlália virgo apud Eméritam tum Luſitániæ caput, cùm eſſet annórum nata duódecim, furóri Daciáni præfecti, qui Chriſtiános vel ad idólis ſacrificandum, vel ad necem quærébat, à matre prærepta, aliquámdiù ruri procul ab urbe delitéſcere coacta eſt. Verùm inde noctu fúgiens, per ínvia & vepres carpens iter, angélico ſtipáta choro, ipſique lucem præbente, manè urbem ingréditur: ſtatimque ad tribúnal progreſſa, ſe chriſtiánam eſſe declárat; idóla protérere ſe ſub pédibus exclámans, ac deos, eorumque cultóres nihil eſſe: Quibus audítis, accenſus prætor, cùm nec minis nec blandítiis Euláliam à fide Chriſti deterrére poſſet, jubet eam ſupplíciis óbrui. Tum péctori & utrínque vírginis láteri admótis fácibus, voráces flammas ore párvulo hauríre viſa eſt, ſpiritumque ſub ſpécie columbæ læta Sponſo réddere. Illíus corpus Eméritæ magnâ religióne magnoque ſuffragiórum fructu cólitur. Sanctam mártyrem váriis inſignibuſque miráculis claruiſſe teſtantur ſanctus Iſidórus Hiſpalenſis, & ſanctus Gregórius Turonenſis.

AD LAUDES.

Pro commemorat. ejuſdem Ant. Felix. ℣. Corónat te. *Oratio.* Deus, qui inter. *p.* lj.

DIE XI.

In Feſto SANCTI PAULI primi Narbonenſis Epiſcopi.

Semiduplex.

Omnia de Communi unius Pontificis. p. xviij. *exceptis quæ ſequuntur. Or.* Dírige oves tuas. xxij.

LECTIO IV.

Ex Till. Boll.

PAulus Romæ pro Chriſti fide multa paſſus, & dein Evangélii prædicandi causâ in Gállias miſſus, iter ad provínciam Narbonenſem direxit: in quibus Galliárum pártibus apoſtólicum munus exercens propagandæ Religióni chriſtiánæ totus incúbuit, multoſque ab idolórum

cultu felíciter revocávit. Cùm ad civitátem Biterrenſem perveniſſet, altáre Dómino conſecrávit; primuſque ibi cáthedram epiſcopálem tenuiſſe tráditur. Conciliátâ ſibi póſtmodum per totam latè regiónem exímiæ virtútis famâ, miſſam ad eum ferunt legatiónem à Narbonénſibus, Paulum ad ſuſcipiendam Chriſti fidem in Epíſcopum poſtulántibus; quorum votis eò libéntiùs ánnuit, quòd ex hac urbe, quæ tunc témporis incolárum multitúdine advenarumque frequéntiâ notíſſima erat, in álias civitátes Chriſti Evangéliũ propagári commódiùs poſſe exiſtimávit.

Lectio v.

Paulus, ordináto, ut fertur, in locum ſuum Biterris Aphrodíſio Epíſcopo, Narbónem ſe cóntulit; cujus adventûs memória quotannis undécimo kalendas Aprilis peculiári devotióne Narbóne celebrátur. Ibi illicò parvum oratórium conſtruxit; deinde ſalútis doctrínâ ſenſim convaleſcente, ac creſcente in dies Chriſtianórum número, trans pontem álteram Eccléſiam ſub invocatióne beátæ Maríæ vírginis ædificári curávit. Demùm cùm in ſumma ſanctitátis laude vixiſſet Paulus, multis clarus miráculis, hinc inde acquisítis Eccléſiæ pópulis, & fide ſummópere dilatátâ, pacífico fine quievit. Narbóne ſepultus eſt in ea Eccléſia quã trans pontem conſtrúxerat: ubi ſacrum ejus corpus religióſè aſſervátum, váriis ægrotántium, qui ſanitáti redduntur, votis cólitur & honorátur.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Marcum.

Lectio vi. c. 16.

Apoſtolorum miſſio.

In illo témpore: Dixit Jeſus diſcípulis ſuis: Euntes in mundum univerſum, prædicáte Evangélium omni creatúræ. Et réliqua.

Homília ſancti Joannis Chryſóſtomi.

Homil. 7. in 1. ad Corinth.

Oſtendámus fieri non potuiſſe ut inſtitúerent & cogitárent Apóſtoli prædicáre quæ prædicárunt, niſi Chriſtum ſecũ habuiſſent: non quóniam imbecilli adversùs fortes, nec quóniam pauci adversùs multos; non quóniam páuperes adversùs dívites, nec rudes & ignári adversùs ſapientes ſtruébant áciem: ſed quóniam magna quoque vis eſt præoccupátæ opiniónis. Facíliùs enim mutáverit ómnia quíſpiam, qui

ɩértinent ad religió-
In Apóſtolis autem
us erat hoc impedi-
ım, quòd non ſolùm
.ntíquam mutárent
etúdinem, ſed étiam
perículis mutatióne
ːnt. Oportébat enim
qui credébat, ſtátim
cári, expelli, pátriâ
re, extréma mala
ţi, commúnem eſſe
m & ſuis & aliénis.
ːpta aliunde erant
óra; ea verò à qui-
abducébant, facíl-
A ſtupris vocá-
ad temperántiam, à
amóre ad mortem,
ɩrietáte ad ſobrietá-
à riſu ad lácrymas
:ordis compunctió-
, ab avarítia ad pau-
tem & rerum ſuárum
:atiónem, à ſecuri-
ad perícula; & per
a ſummâ exigébant
perfectiónem.

DIE XIII.

ꞰCTÆ LUCIÆ
rginis & Martyris,
Commemoratio.

idie ad Veſper. Ant.
.inum. ℣. Regnábit.
ıij. Oratio. Indulgén-
. *p.* lj.

ibro ſancti Adelmi
ſcopi, de láudibus
nctæ Virginitátis.

CTIO IV. c. 23.

[cut Catanenſe mu-
nicípium præ cæteris
Trinácriæ úrbibus,
Agathæ martyrio felíciter
coronátur, ita famoſíſſi-
mæ Chriſti tyrúnculæ Lú-
ciæ prærogatívâ, Syracú-
ſæ, óppidum Siciliæ, próſ-
peris ſuccéſſibus ſubli-
mantur. Quæ genitrícem
prolixâ valetúdine fati-
gátam, & méritis Agathæ
à rivo cruóris curátam,
cùm alternátim confabu-
larentur, hujuſcémodi pré-
cibus interpellans: Per ip-
ſam, inquit, te déprecor,
quæ te ſervávit, ne tu mi-
hi ſponſum nómines, nec
de mea poſteritáte fru-
ctum immortalitátis in-
quíras; ſed ómnia quæ
mihi eunti ad corruptió-
nis meæ authórem hómi-
nem moritúrum eras da-
túra, da mihi eunti ad in-
tegritátis meæ authórem
Dóminum noſtrum Je-
ſum Chriſtum. Matre ígi-
tur conſentiente, fit rerum
repentína diſtráctio, ar-
cárum ciſtellæ reſerantur,
mancórum marsúpia re-
plentur, ſponſália ero-
gantur crepúndia, & cœ-
li comparantur triclínia;
ac dum carnále diſſi-
pátur patrimónium, ſpi-
rituále exercétur matri-
mónium. Verùm pro hu-
júſmodi negótio ſponſus
iracúndiæ fácibus inflam-
mátur. Paſcháſius conſul
tribunítiâ poteſtáte fre-
tus, facti angóre affici-
tur, eò quòd Chriſti ty-

rúncula, nec ſermónum ſeveritáte caſtigáta, nec lenónum falláci lenocínio trádita, à rigido virginitátis propóſito pénitùs infleƈti váluit: quamvis réſtibus conſtrictam, ad deteſtábile proſtíbulum & invíſum lúpanar ſcortórũ trúdere niterentur ſanƈtam, ſed ab omni magórum máchina illæſam, & arúſpicum ſuperſtitióne incontaminátâ Chriſti tutéla protexit. Poſtrémò furibundus conſul flammívomis aſſandam tórribus trádidit; ita ut atræ picis & resínæ fomentum cum ſcintillante óleo, rogórum incéndia cumuláʀent. Sed hæc divínæ poteſtátis ímbribus ſopíta, diƈto cítiùs tabuérunt. Igitur beáta Lúcia ſalvo pudóris ſignáculo, & conſummáto vitæ currículo, glorióſũ martyrii triumphum méruit; dum mucróne confoſſa máluit purpúreum ſánguinem fúndere, quàm pretióſam pudicítiam pérdere.

AD LAUDES.

Pro comm. ejuſdem, Ant. Felix. ℣. Corónat te. *Oratio.* Indulgéntiam. ij.

DIE XXI.

In Feſto

S. THOMÆ APOST.

Duplex-majus.

Ut in Communi Apoſtolorum.

IN I. NOCTURNO.

De Iſaía Prophéta.

LECTIO I. c. 52. 7.

Vox ſpeculatorum.

QUàm pulchri ſuper montes pedes annuntiantis & prædicantis pacem; annuntiantis bonum, prædicantis ſalútem; dicentis Sion: Regnábit Deus tuus! Vox ſpeculatórum tuórum: levavérunt vocem, ſimul laudábunt; quia óculo ad óculum vidébunt cùm convérterit Dñs Sion. Gaudéte & laudáte ſimul, deſerta Jeruſalem: quia conſolátus eſt Dóminus pópulum ſuum; redémit Jeruſalem. Parávit Dóminus bráchium ſanƈtum ſuum in óculis ómnium géntium: & vidébunt omnes fines terræ ſalutáre Dei noſtri. Hæc dicit Dñs Deus: Convertímini ad me, & ſalvi éritis.

LECTIO II. c. 61. 6.

Gentes convertendæ ab Apoſtolis.

VOs autem ſacerdótes Dómini vocabímini; Miniſtri Dei noſtri, dicétur vobis: fortitúdinem géntium comedétis, & in glória eárum ſuperbiétis. Pro confuſióne veſtra dúplici & rubóre laudábunt partem ſuã: propter hoc in terra ſua duplícia poſſidébunt; læ-

empiterna erit eis.
ego Dóminus díli-
judícium, & ódio
s rapínam in holo-
: & dabo opus eó-
veritáte, & fœdus
uum fériam eis. Et
in géntibus ſemen
, & germen eórum
dio populórum: om-
ui víderint eos, co-
ent illos; quia iſti
emen cui benedixit
nus. Hæc dicit.

TIO III. c. 66. 18.
nuntiabunt gloriam Dei.

venient, & vidé-
unt glóriam meam.
nam in eis ſignum;
ttam ex eis qui ſal-
uerint ad gentes in
, in Africam & Ly-
tendentes ſagittam,
liam & Græciam,
ſulas longè, ad eos
on audiérunt de me,
n vidérunt glóriam
. Et annuntiábunt
m meam géntibus,
dúcent omnes fra-
veſtros de cunctis
ous donū Dño. Hæc.

I. NOCTURNO.

ECTIO IV.
vang. Euſeb. Photio, &c.

Homas, qui & Dí-
dymus, unus fuit
ex duódecim quos
tus è diſcípulis ſuis
& Apóſtolos nomi-
, Dóminum audítâ
morte Lázari in Judæam
proficiſci volentem, cùm
diſcípuli, objecto lapida-
tiónis perículo, deterrére
conarentur, dixit Tho-
mas: Eámus & nos ut
moriámur cum eo. Cùm
autem Chriſtus tranſitú-
rus ad Patrem dixiſſet
diſcípulis, Vado paráre
vobis locum: ſciſcitátus
Thomas quò váderet &
quam iníret viam, his ab
eo verbis edoctus eſt: Ego
ſum via, véritas & vita;
nemo venit ad Patrem
niſi per me.

LECTIO V.

POſt octo à Reſurre-
ctióne dies vidit ſtan-
tem Dóminum in médio
diſcipulórum; & qui priùs
eum reſurrexiſſe non cre-
díderat, præſentem in-
túitus, exclamávit: Dómi-
nus meus & Deus meus.
Erat autem cum Petro &
Nathanaéle & filiis Ze-
bedæi & duóbus áliis diſ-
cípulis, quando manife-
ſtávit ſe iterùm Jeſus ad
mare Tiberíadis. Poſt ac-
ceptum Spíritum ſanctū,
Parthis & Medis Evan-
gélium nuntiávit. Tum
ad Indos ſe cóntulit: qui-
bus in chriſtiána religió-
ne erudítis, apoſtolátûs
honórem martyrii corónâ
cumulávit.

LECTIO VI.

MAximo in honóre
apud fidéles fuit

cujus plúrima olim extitére monumenta. In Indiæ loco in quo corpus ejus primùm cónditum fuit, extructum eſt monaſtérium, & templum miræ magnitúdinis,in quo Deus multis miráculis Apóſtoli ſui glóriam declarávit. Edeſſæ in Meſopotámia quò ejus relíquiæ tranſlátæ ſunt, ædificáta eſt basílica inſignis, ejuſque nómini dicáta;in qua propter loci ſanctitátem collectæ ſine intermiſſióne celebrabantur. Hujus ſpectandæ causâ Valens imperátor Edeſſam profectus, cùm pulſos ex ea orthodoxos úndique in campum vicínum confluére ægrè ferret, extréma quæque licèt minátus,fruſtra prohibére tentávit, & parátos omnes invénit ad mortem pro fide oppetendam.

IN III. NOCTURNO.

De Epíſtola beáti Pauli Apóſtoli ad Ephéſios.

Lectio vii. c. 2. v. 11.

Gentes olim ſine Deo.

Memores eſtóte, quòd aliquando vos gentes in carne, qui dicímini præpútium ab ea quæ dícitur circumcíſio in carne manufacta: quia erátis illo in témpore ſine Chriſto, alienáti à converſatióne Iſraël, & hóſpites teſtamentórum, promiſſiónis ſpem non habentes, & ſine Deo in hoc mundo. Nunc autem in Chriſto Jeſu, vos, qui aliquando erátis longè, facti eſtis propè in ſánguine Chriſti.

Lectio viii. v. 14.

Pax evangelizata.

Ipſe enim eſt pax noſtra, qui fecit utraque unum, médium paríetem macériæ ſolvens, inimicítias in carne ſua: legem mandatórum decrétis evácuans, ut duos condat in ſemetipſo in unum novum hóminem, fáciens pacem, & reconcíliet ambos in uno córpore Deo per crucem, interfíciens inimicítias in ſemetipſo. Et véniens evangelizávit pacem vobis, qui longè fuiſtis; & pacem iis qui propè: quóniam per ipſum habémus acceſſum ambo in uno Spíritu ad Patrem.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Joannem.

Lectio ix. c. 20. v. 24.

Thomas fit certus Domínicæ reſurrectionis.

In illo témpore: Thomas unus ex Duódecim, qui dícitur Dídymus, non erat cum eis quando venit Jeſus. Dixérunt ergo ei álii diſcípuli: Vídimus Dóminum. Ille autem dixit eis: Niſi vídero in mánibus ejus

fixúram clavórum,& mittam dígitum meum in locum clavórum,& mittam manum meam in latus ejus, non credam. Et réliqua.

Homília ſancti Gregórii Papæ.

Homil. 26. in Evang. poſt medium.

QUid, fratres charíſſimi, quid inter hæc animadvértitis? numquid caſu geſtum créditis, ut electus ille diſcípulus tunc deeſſet, pòſt autem advéniens audíret, áudiens dubitáret, dúbitans palpáret, palpans créderet? Non hoc caſu, ſed divínâ diſpenſatióne geſtum eſt. Egit namque miro modo ſuperna cleméntia, ut diſcípulus ille dúbitans, dum in magiſtro ſuo vúlnera palpáret carnis, in nobis vúlnera ſanáret infidelitátis. Plus enim nobis Thomæ infidélitas ad fidem, quàm fides credéntium diſcipulórũ prófuit: quia dum ille ad fidẽ palpando redúcitur, noſtra mens, omni dubitatióne poſtpóſitâ, in fide ſolidátur. Sic quippe diſcípulum Dóminus poſt reſurrectiónem ſuam dubitáre permíſit, nec tamen in dubitatióne deſéruit; ſicut ante nativitátem ſuam habére María ſponſum vóluit, qui tamen ad ejus núptias non pervénit. Nam ita factus eſt diſcípulus dúbitans & palpans, teſtis veræ reſurrectiónis, ſicut ſponſus matris fúerat cuſtos integérrimæ virginitátis. Palpávit autem, & exclamávit: Dóminus meus & Deus meus. Dicit ei Jeſus: Quia vidiſti me, Thoma, credidiſti. Cùm Paulus Apóſtolus dicat: Eſt autem fides ſperandárũ ſubſtántia rerum, argumentum non apparéntium; profectò lìquet, quia fides illárum rerum argumentum eſt, quæ apparére non poſſunt. Quæ enim appárent, jam fidem non habent, ſed agnitiónem.

Oratio.

DA nobis, quæſumus, Dómine, beáti Apóſtoli tui Thomæ ſolemnitátibus gloriári: ut ejus ſemper & patrocíniis ſublevémur, & fidem cóngruâ devotióne ſectémur. Per Dóminum.

FESTA J... ARII

i
n
D
pó.
rávi
támi
tranſ.
eſt b
que n
propte
collect
ne cel
ſpectar
imperá
fectus,
orthod
campu
re ægr
quæque
ſtra pr
& par
ad m
peter
JN
De
A
L
...

Die II.
In Feſto
S. BASILII
Cæſarienſis
Eccleſiæ ...muni
...eptis
... Ex-
...
IV.
...ita & ſcri-
...s autoribus.

...s Cæſaréæ in ...padócia natus, ...ter doctrínæ & excellentiam co-...ato Magnus, cùm ...æ & Byzántii lít-...óperam dediſſet, A-...as venit: ubi cum Gre-...o theólogo ſanctæ a-...itiæ fœdus íniit. Re-...ſus in pátriam, in eré-...um Ponti ſeceſſit, ubi ...ndito monaſtério, & ...ollocátis juxta Anachoré-...as cœnóbiis, monáſticas régulas conſtítuit. Tum ab Euſébio Cæſaréæ in Cappadócia Epíſcopo preſbyter, ſcílicet invítus, conſecrátur. Ob cujus póſteà malévolum in ſe ánimum, íterùm in Ponti ſolitúdinem ſe recépit: unde Cæſaréam revocátus

...at aliquantò pòſt ...ſebium in perſe... Valentis imperat... riáni laborantem ... cleſiæ adminiſtrati... juváret, & eídem ...cto ſubrogátus eſt ...pus Cæſarienſis.

Lectio

Eccléſiæ Or... ab Ariánis ... & Antiochéno ... ſciſſæ calamitátib... mótus, conciliand... ſtúdio, Ariános ac... ſiam redeuntes a... dúmmodo fidem ... profiterentur. Quo... cùm Euſtáthium S... num, ſúbdolum h... recepiſſet, multis ... eà ab ejus comm... recedéntibus, fac... ex ſancti Athaná... ris comprobávit. ... rò propter labóre... nuos de vitæ aſpe... miſit. Stratus er... léctulus: aſsíduæ panis & ſal pro ... & aqua pro potu vivendi ratióne morbos contraxit confectus diem ... lendis Januárii, ... voces: In manus t... mendo ſpíritum

ſancti Evangélii ſecúndùm Lucam.
VI. c. 14. v. 26.
...nium & ſui ipſius abnegatio.

...Ixit Jeſus turbis: Si ...nis venit ad me, & ...dit patrem ſuum, & ...m, & uxórem, & ...& fratres, & ſoró... adhuc autem & áni... ſuam, non poteſt ... eſſe diſcípulus. Et ...ua.

...ília ſancti Basílii Epiſcopi.
...is fuſiùs tractatis, ...rrogatione 2. nov. edit. n. 1.

...Rbitrámur hoc præceptum ad plura à ...us abalienáre oportinére. Nam & ...olo ante ómnia & ...is affectibus renun...us, qui núntium re...us occultis turpitu...us, cognationibus ...ꝺreis, hóminum ami..., & vitæ conſuetú..., quæ integritáti E...gélii ſalútis adverſé... & quod his magis ne...ſárium eſt, ſibi ipſe re...ntiat, qui éxuit véterē ...minem cum áctibus ip..., qui corrúmpitur ſe...dùm deſidéria erróris; ...iam renúntiat óm... mundánis affecti..., qui pietátis ſcopo ...pedimento eſſe poſſunt. ...que, qui ejúſmodi eſt, veros parentes eos eſſe exiſtimábit, qui ipſum in Chriſto Jeſu per Evangélium genúerint: fratres verò eos qui accéperint eumdem adoptiónis ſpíritum; prætereaque ómnibus divítiis tamquam rebus aliénis, ut reipsâ ſunt, intendet. Eſt ígitur renuntiátio .... diſſolútio ſimul vinculórum terrénæ hujus ac temporáriæ vitæ, & humanórum officiórum liberátio: quæ nos éfficit magis idóneos, qui iter ad Deum dedúcens incœptémus. Eſt & occáſio impedimenti expers, quâ obtinétur poſſéſſio uſuſque rerum pretioſárū: Super aurum & lápidem pretióſum multùm: & ut in ſumma dicam, eſt cordis humáni ad cœleſtem converſatiónem tranſlátio, ſicut dícere poſsímus: Noſtra enim converſátio in cœlis eſt. Et quod máximum eſt, ſimilitúdinis ejus quā cum Chriſto habére debémus, inítium eſt; Qui propter nos egénus factus eſt, cùm eſſet dives: quā niſi priùs conſequámur, vivendi ratiónem Chriſti Evangélio conſentáneam attíngere non póſſumus.

¶ *Ab hac die uſque ad Præſentationem Domini, exceptis Feſtis ſolemnibus, & eorum octavis, fit com-*

FESTA JANUARII.

Die II.
In Feſto
S. BASILII MAGNI,
Cæſarienſis Epiſcopi & Eccleſiæ Doctoris.

Semiduplex.

Omnia ut in Communi unius Doctoris, exceptis quæ ſequuntur. Orat. Excitæ. xxviij.

Lectio iv.

Ex S. Baſilii vita & ſcriptis, & aliis autoribus.

BAſílius Cæſaréæ in Cappadócia natus, propter doctrínæ & morum excelléntiam cognomento Magnus, cùm Cæſaréæ & Byzántii lítteris óperam dediſſet, Athénas venit: ubi cum Gregório theólogo ſanctæ amicítiæ fœdus íniit. Reverſus in pátriam, in erémum Ponti ſeceſſit, ubi cóndito monaſtério, & collocátis juxta Anachorétas cœnóbiis, monáſticas régulas conſtítuit. Tum ab Euſébio Cæſaréæ in Cappadócia Epíſcopo préſbyter, ſcílicet invítus, conſecrátur. Ob cujus póſteà malévolum in ſe ánimum, íterùm in Ponti ſolitúdinem ſe recépit: unde Cæſaréam revocátus eſt aliquantò pòſt, ut Euſébium in perſecutióne Valentis imperatóris Ariáni laborantem, in Eccléſiæ adminiſtratióne adjuváret, & eídem defuncto ſubrogátus eſt Epiſcopus Cæſarienſis.

Lectio v.

ECcléſiæ Orientális ab Ariánis vexátæ, & Antiochéno diſſídio ſciſſæ calamitátibus permótus, conciliandæ pacis ſtúdio, Ariános ad Eccléſiam redeuntes admiſit, dúmmodo fidem Nicænam profiterentur. Quos inter, cùm Euſtáthium Sebaſténum, ſúbdolum hæréticum recepiſſet, multis propterea ab ejus communióne recedéntibus, factum ſui ex ſancti Athanáſii litteris comprobávit. Nihil verò propter labóres contínuos de vitæ aſperitáte remíſit. Stratus erat humi léctulus: aſsíduæ vigíliæ: panis & ſal pro obſónio, & aqua pro potu. Ex qua vivendi ratióne graves morbos contraxit, quibus confectus diem óbiit kaléndis Januárii, has inter voces: In manus tuas commendo ſpíritum meum.

ſancti Evangélii
ıdum Lucam.

VI. c. 14. v. 26.
*ım & ſui ipſius
bnegatio.*

t Jeſus turbis : Si
s venit ad me, &
patrem ſuum, &
, & uxórem, &
fratres, & ſoró-
ıuc autem & áni-
am, non poteſt
e diſcípulus. Et

a ſancti Baſílii
Epiſcopi.

*fuſiùs tractatis,
gatione 8. nov.
edit. n. 1.*

itrámur hoc præ-
ıtum ad plura à
abalienáre opor-
tinére. Nam &
ante ómnia &
ıffectibus renun-
qui núntium re-
occultis turpitu-
, cognatiónibus
s, hóminum ami-
t vitæ conſuetú-
ıæ integritáti E-
ſalútis adverſé-
uod his magis ne-
m eſt, ſibi ipſe re-
, qui éxuit vétere
n cum áctibus ip-
ıi corrúmpitur ſe-
deſidéria erróris;
n renúntiat óm-
mundánis afféti-
ıi pietátis ſcopo
ıento eſſe poſſunt.
qui ejúſmodi eſt,
veros parentes eos eſſe
exiſtimábit, qui ipſum in
Chriſto Jeſu per Evan-
gélium genúerint : fratres
verò eos qui accéperint
eumdem adoptiónis ſpíri-
tum; prætereaque ómni-
bus divítiis tamquam re-
bus aliénis, ut reipsâ ſunt,
intendet. Eſt ígitur re-
nuntiátio . . . . diſſolútio
ſimul vinculórum terré-
næ hujus ac temporáriæ
vitæ, & humanórum offi-
ciórum liberátio: quæ nos
ĕfficit magis idóneos, qui
iter ad Deum dedúcens
incœptémus. Eſt & occá-
ſio impedimenti expers,
quâ obtinétur poſſéſſio u-
ſuſque rerum pretioſárũ :
Super aurum & lápidem
pretióſum multùm : & ut
in ſumma dicam, eſt cor-
dis humáni ad cœleſtem
converſatiónem tranſlá-
tio, ſicut dícere poſsímus:
Noſtra enim converſátio
in cœlis eſt. Et quod
máximum eſt, ſimilitú-
dinis ejus quã cum Chri-
ſto habére debémus, iní-
tium eſt; Qui propter nos
egénus factus eſt, cùm
eſſet dives : quã niſi priùs
conſequámur, vivendi ra-
tiónem Chriſti Evangé-
lio conſentáneam attin-
gere non póſſumus.

¶ *Ab hac die uſque ad Præſentationem Domini, exceptis Feſtis ſolemnibus, & eorum octavis, fit com-*

memor. de Virg. Deipara ad Laudes & Veſp. ut habetur in Pſalt. 169. & 176.

DIE III.

In Feſto

S. GENOVEFÆ

Virginis.

Simplex.

Vide Rubricam ante Commune.

Ut in Communi Virginum. xlviij. *Orat. ut infr. Duæ priores Lectiones de Scriptura occurrente, ex duabus prioribus fit una.*

LECTIO III.

Apud Bolland. ex vita ſanctæ Genovefæ.

GEnovéfa in agro Pariſienſi nata, magno virtútis ſplendóre à téneris annis cláruit. Germánus Autiſſiodorenſis iter fáciens in Británniam, ut Pelagiánæ hæréſeos reliquias profligáret, Genovéfam vidit, & Deo charam, ac vitæ ſanctitáte illuſtrem fore præſéntiens, Eccléſiam frequenti pópulo ingreſſus, puellæ manus impóſuit, & inter crebros pſalmórum concentus vírginē Deo conſecrávit. Plúrima prophético ſpíritu prædixit; atque imprímis Attílâ Hunnórum rege Gállias invadente, cives Pariſienſes adhortáta eſt, ne relictis ſédibus fortúnas ſuas álió transferrent, affirmans urbem vanâ trepidatióne cóncuti. Réi veritátem probávit eventus, idque Genovéfæ patrocínio datum. Graſſánte deínde fame, & in máxima annónæ caritáte, urbem magnâ fruménti cópiâ, & páuperes innúmeros, erogátis pánibus, ſuſtentávit. Neque tamen tot éditis miráculis effúgere pótuit, quin malevolórum ódio & contuméliis premerétur. Germánus íterùm in Británniam profectúrus váriis impetitam eam calúmniis divíno elóquio conſolátus eſt. Abſtinéntiæ & jejúniis vacábat impénſiùs. Miraculórum dono & multitúdine excélluit. Audítâ ut miraculórū famâ Símeon ſtilítes ejus ſe précibus vóluit commendátum. Ad annos octoginta in Chriſti ſervitúte conſénuit. Lutétiæ ſepulta eſt in baſílicæ ſanctórum Apoſtolórum Petri & Pauli, quæ ſubinde ipsíus Genovéfæ nomen accépit: ad cujus túmulum preces factæ & nonnunquam exaudítæ, mirábilem Deum in Sanctis ſuis teſtántur.

Oratio.

EFfunde ſuper nos, Dómine, ſpíritum agnitiónis & dilectiónis tuæ, quo ancillam tuam Genovéfam implevíſti; ut ſédulâ ejus imitatióne

rè obſequentes,
& ópere placeá-
r Dóminum no-
ſum Chriſtum.
IE IV.
In Feſto
I FERREOLI
nſis Epiſcopi.
miduplex.
nmuni unius Pon-
ag. xviij. *Oratio.*
xxij.
Veſperis fit com-
io S. Titi Epiſco-
Dedit. ℣. Me-
xxij. *Oratio.* Ad-
rà.
TIO IV.
in. Ansb. le Coint.
ll. & aliis.
éolus Narbonen-
Anſberto, ut cré-
ır, & Blitilde pa-
génere clariſſi-
s, ſeptennis unà
cto Firmíno pá-
tunc annos nato
n, Ucétiam miſ-
Roricium Epíſ-
octrínâ & ſancti-
brem: qui Firmí-
dem clericáli mi-
ripſit; Ferréolum
eris imbuendum
Mórtuo póſteà
Firmínus; dein-
no, Ferréolus an-
trigéſimo ſecun-
de epiſcopáli ſuc-
fficitur. Quo in
præcípuam Ju-
, qui tum multi
legébant, curam

hábuit ac ſollicitúdinem, ut eos ad Chriſti fidem cultúque addúceret. Hinc apud Childebertum Francórum regem eo nómine accuſátus, quòd cum Judæis & Saracénis comé-deret, eoſque munéribus allícere conarétur. Quam ob rem véritus rex ne fortè quid Ferréolus adversùs impérium molirétur, eum ad ſe vocári juſſit.

LECTIO V.

CUm Paríſiis annos tres commorátus eſſet pius Póntifex, cógnitâ tandem viri ſanctitáte, Childebertus ejus ſe précibus obnixè commendans, illum multis auctum munéribus ad ſedem epiſcopálem remíſit: Ucétiam redux, ibíque effúsâ populórum gratulatióne exceptus, Judæos omnes ad ſe cónvocat, hortaturque ut Chriſti fidem amplectantur; cujus mónitis áliqui obſequentes ſacro fonte renáti ſunt: cæteros omnes ex diœcéſi éxpulit: nec deinceps ullus Ucétiæ Judæus habitáre permiſſus. Monaſtérium in urbe conſtruxit: monachiſque régulam ſcripſit, quam exímiis refertam præceptis ſæpiùs laudat ſanctus Benedictus Ananienſis. Obiit in pace ſexagenárius prídie nonas Januárii, circa annum

quingenteſimum octogéſimum primum. De illo hæc habet Gregórius Turonenſis ſcriptor coævus: Eo témpore Ferréolus Ucetienſis Epíſcopus, magnæ vir ſanctitátis óbiit, plenus ſapiéntiâ & intellectu; qui libros áliquot epiſtolárum, quaſi Sidónium ſecútus, compóſuit.

LECTIO VI.

Homilia ut in codice Lectionum. p. lxviij.

De S. Tito Epiſcopo.

LECTIO VII.

Ex Actibus Apoſtolor. Epiſt. ſancti Pauli, Euſebio, Hieronymo & Chryſoſtomo.

Titum orígine Gentílem ad fidem ab Apóſtolo fuiſſe converſum inde cólligi poteſt, quòd filium illum vocet. Interpres Apóſtolo fuiſſe in Evangélio ab Hierónymo dícitur. Cómitem eum aſſumpſit, cùm anno quinquagéſimo primo Jeroſólymam ad Concílium ſe cóntulit. Ibi Paulus eum circumcídi nóluit, cùm tamen ſubintroducti falſi fratres id inſtanter péterent. Corínthium ab eódem miſſus ad componendas illíus Eccléſiæ controvérſias, cum timóre & paráto ad obediendum ánimo, à Corínthiis exceptus eſt; nihil tamen ab illis, Magiſtri mores imitátus, umquam accípere vóluit. Ad Paulum in Macedónia tunc agentem rédiit, ſtatimque ab eódem Corinthum denuò miſſus, ſecundam ipſius Epíſtolam ad Corínthios détulit. Cùm Paulus in ínſula Creta fidem prædicaſſet, in ipſa relíquit Titum, ut ea quæ deeſſent corrígeret, & Epíſcopos per civitátes conſtitúeret; unde ab Euſébio vocátur Cretæ Eccleſiárum Epíſcopus. Ad ipſum ſcripſit Paulus Epíſtolam, quæ eſt quaſi compéndium utriúſque ad Timótheum Epiſtolæ; in hac enim, ſicut in illis, docet Apóſtolus, ſed paucióribus verbis, quæ ſint Epíſcopi múnia. Conſtat ipſum, jubente Paulo, Dalmátiam profectum fuiſſe ad prædicandum Evangéliū. Tamdem Cretam redux, in pace, ut tráditur, mórtuus eſt.

AD LAUDES.

Fit commemor. S. Titi Epiſcopi. Antiph. Státuit. ℣. Sacerdótes. xxiv.

Oratio.

Adſit Eccléſiæ tuæ, quæſumus, Dómine, beátus Póntifex Titus; ut cujus doctor éxtitit, ſemper eſſe non déſinat ſuffragátor; Per Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum.

DIE XIV.
In Feſto
HILARII EPISCOPI
Eccleſiæ Doctoris.
Duplex-minus.
De Comm. unius Doct.
I I. VESPERIS.
Fit Commemoratio ſan- Felicis Nolani Presby- i. Ant. Tecum eſt. Fructum. xxx. *Oratio, rà ad Laudes.*
I II. NOCTURNO.
Legitur de Scriptura urrente.
III. NOCTURNO.
LECTIO IV.
S. Hieronymo, Sulpit. Severo, Fortunato.

Ilárius in Aquitánia nóbili génere natus, doctrínâ eloquéntiâ excélluit. opter ſingulares virtú- s Pictavórum Epíſcos creátus, máximam in múnere laudem nſecútus eſt. Eo témre, cùm Imperátor onſtántius bonórum oliatióne, exílio, & nni crudelitáte Cathóos divexáret, niſi ad riánas partes transírent; ilárius tamquam firmíſnum murum ſe Ariánis pónens, illórum furóm in ſe concitávit. Itaie multis pétitus inſiis, tandem dolo Saturnî Arelatenſis Epíſcode Synodo Biterrenſi Phrygiam relegátus eſt: ubi duódecim libros de Trinitáte ſcripſit. Quarto exílii anno, vocátus eſt cum cæteris Epíſcopis ad Synodum apud Seleúciâ Iſáuriæ Urbem, quam exemplo Occidentálium, qui Arímini hoc ipſo anno convénerant, Conſtántius congregári júſſerat. Interrogátus de Gallórum fide, reſpondit non áliam eſſe ab ea quæ Nicææ à Pátribus conſcripta fúerat; neque eos Sabéllio favére, uti calumniabantur Ariáni. Legátos à Seleúciæ Concílio ſecútus, Conſtantinópolim venit; ubi poſtquam extrémum fidei perículum animadvertiſſet, quòd Occidentálibus Arímini per fraudem deceptis, Orientáles Seleúciæ per ſcelus vinci cérneret, tribus libellis públicè datis, máximâ dicendi libertáte audiéntiam Imperatóris popóſcit, ut de fide corā adverſáriis diſceptáret. Verùm cùm præſentis eruditiónem pertiméſcerent, abnuérunt; ſuiſque effecérunt ártibus, ut quaſi diſcórdiæ ſeminárium & perturbátor Orientis abſque exílii indulgéntia redíre ad ad Gállias jubéretur. Quæ cùm accepiſſet S. Martínus, Romam pétiit, ei ut occúrreret: ſed ubi abiiſſe cognóvit, eum ad

Gallias uſque ſecútus eſt: & qui Deum priùs víderat in páupere, ait Sulpítius, póſteà illum habitáre cognóvit in doctóre.

LECTIO V.

TUnc Hilárium de prælio revertentem, ut dicit ſanctus Hierónymus, Galliárum Eccléſia compléxa eſt. Pictávos reverſus, infantem ſine baptíſmate mórtuum vitæ réddidit. Cùm autem vidíſſet Gallos ab Ariánis deceptos, perfídiam Ariminenſem ſuſcepiſſe; in id per epiſtolas & frequentes Synodos totus incúbuit, ut detectam Ariminenſis Synodi fraudē Gállia damnáret, atque ut in ſtatum priſtinum Eccleſiárum fides reformarétur; obſiſtente fruſtrà Saturníno, qui propter hæréſim aliaque nefanda crímina ab Eccléſia ejectus eſt. Unde Hilárius à Pátribus Concílii primi Pariſienſis in epíſtola synódica, fidéſis domínici nóminis prædicátor méruit appellári. In Itáliam inſtaurandæ fidei ſtúdio dénuò profectus, Mediolàni Auxéntium Ariánum Epíſcopum in pública diſputatióne coégit ut Chriſtum verum Deum profiterétur. Sed cùm Auxéntii qui captióſo fidei libello Valentiniánum Imperatórem decéperat, dolis obsíſteret; Mediolàno pulſus, quod ibi geſtum eſſet, ſcriptâ ad omnes orthodoxos epiſtolâ expóſuit. Tandem, poſt exantlátos pro fide cathólica labóres, óbiit Pictávis, tertiâ décima Januárii die, Valentiniáno & Valente regnántibus. Multos libros ſcripſit miri eruditióne, quos omnes ſanctus Hierónymus ad Lætam ſcribens, inoffenſo pede decurri poſſe teſtátur.

Lectio ſancti Evangelii ſecundùm Matthæum.

LECTIO VI. c. 5.

Sal terræ, lux mundi.

IN illo tempore; Dixit Jeſus diſcípulis ſuis: Vos eſtis ſal terræ; quòd ſi ſal evanúerit, in quo ſaliétur? Et reliqua.

Homília ſancti Hilárii Epíſcopi.

Enar. in Pſ. 118. *Oct.* Nun.

VErbum Dei intra nos receptum, non otióſum neque inútile tamquam in módio occulámus; ſed lumen iſtud nobis ipſis primùm, & rursùs ex nobis ómnibus géntibus præbeámus. Sequenti quoque iſtud mandáto Dóminus admónuit, dicens: Sint lumbi veſtri præcincti & lucernæ veſtræ ardentes. Jubet ergo nihil nos ágere in obſcu-

ro; quia omnis in peccátis agens, odit lucem, & díligit tenebras. Vult has lucernas noſtras eſſe ſemper accenſas, nequando in nocte hujus ſeculi relinquámur. Judæis in tabernáculo teſtimónii lucerna accénditur; & hæc omni feſtivitátis ſuæ témpore ardet. Illi quod agunt, néſciunt: ſed nos in his tabernaculórum noſtrórum, id eſt córporum teſtimóniis, ardentes lucernas ſemper habeámus, & feſtivitátem ſpei noſtræ eárum luce peragámus. Apóſtolos quoque, quos ſal terræ, quos & lumen mundi Dóminus núncupat, per hanc ſignificatiónem & lucernas eſſe Eccléſiæ, oſtendit dicens: Lucerna córporis tui eſt oculus tuus; córporis ſcílicet Eccléſiæ, quæ unum corpus in Chriſto eſt, noſque invicem membra ejus ſumus. Primùm enim unicuíque noſtrûm Dei verbum óculus ſive lucerna eſt; deinde vir apoſtólicus toti córpori ſuo, id eſt Eccléſiæ, lucerna eſt.

De S. Felice, LECTIO VII.

Ex operibus S. Paulini.

FElix, Préſbyter Nolánus, à Máximo Epíſcopo qui declinandæ perſecutiónis cauſâ juxta Dómini præceptum ſeceſſerat, paſcendi gregis curam ad tempus accepit. Quo múnere dum fúngitur, ab iis qui pontíficem quærebant, conjícitur in cárcerem: ſed ab Angelo eductus, Máximum in monte latitantem adit, exánimem pene & humi jacentem érigit, uvâ divinitùs repertâ refocillat, revectúque húmeris commendat ánui, quæ ſola ex præſulis famulítio ſupérerat. Felix domum réverſus, in ea látuit donec pax Eccléſiæ redderétur. Exortâ rursùs perſecutióne, ab iis etiam qui eum quærebant ad necem, concionantemque audiebant & alloquebantur, agnóſci non pótuit: atque inter dírutos paríetes per anguſtum ingreſſus eſt áditum, quem repentè ex rúdere córruens agger præclúſit; & aránea ſic telis obtexit, ut némini recentis látebræ ſuſpício relicta ſit. In ſicca deinde ciſterna ſex menſes deliteſcente Chriſtus miniſtério cujuſdam mulíeris mirabíliter pavit. Finítâ tandem perſecutióne, oblátum ſibi poſt Máximi mortem epiſcopátum conſtanter recúſans, obtínuit ut Quinto deferrétur qui ſeptem ante ſe diebus préſbyter fúerat ordinátus. Quintus

dignitáte major Felícem ut ſanctitáte potiórem ſemper obſervávit, eique prædicandi munus injunxit. Cæterum Felix paupertátem eximie cóluit: nec prædia ampliſſima in perſecutióne proſcripta vóluit repetere; ſed tribus terræ jugeribus, iiſque conductis, & hórtulo próprii juris contentus, labóre mánuum victum quærebat, parte frúctuum paupéribus erogátâ. Tot virtútibus inſignis migrávit in cœlum: ejuſque ſepulcrum crebris nobilitátum eſt miráculis.

Oratio.

PRoſit nobis, Dómine, beáti Hilárii confeſſóris tui atque Pontíficis feſtíva ſolemnitas: ut ſicut conſubſtantiális tibi Verbi fidem per univerſas Gállias ſervávit illæſam; ita nos ejus interceſſióne in eádem fide ſtábiles, ipſi ſoli ſemper Verbo vivámus Fílio tuo Dño noſtro; Qui tecum.

Fit Commemoratio ſancti Felicis. Ant. Obtulit. ℣. Præveniſti. xxxiv.

Oratio.

COncéde, quæſumus omnípotens Deus; ut ad meliórem vitam ſanctórum tuórum exempla nos próvocent: quátenùs quorum ſolémnia ágimus, étiam actus imitémur; Per Chriſtum.

Ultimo loco, fit commem. de Virgine Deipara. p. 169.

AD VESPERAS.

Fit commem. S. Pauli Eremitæ. Ant. Aſſumpſit. ℣. Sperat. xxxvj. *Oratio.* Deus cujus, *ut infrà.*

Deinde ſancti Mauri Abbatis. Ant. Fide. ℣. Aſcenſiónes. xxxix. *Oratio.* Omnípotens, *infrà.*

Poſtremò de Virg: Deipara. p. 176.

Die xv.

In Feſto S. PAULI EREMITÆ.

Simplex.

De Communi unius Monachi. xxxvj.

Prima & ſecunda Lectio de Scriptura occurrente, ex tribus duæ.

Lectio III.

Ex opéribus ſancti Hierónymi Preſbyteri, de vita ſancti Pauli primi Eremítæ.

SUb Décio & Valeriáno perſecutóribus, multas apud Ægyptum & Thebáida Eccléſias tempeſtas ſæva populáta eſt. Paulus annórum círciter ſéxdecim, manſuéti ánimi, Deum valdè amans, ad móntium deſerta confúgiens, dum perſecutiónis finem præſtolarétur, réperit ſáxeum montem, ad cujus rádicem haud procul erat

grandis

grandis ſpelunca. Adamáto, quaſi quod à Deo ſibi offerrétur, habitáculo, omnem ibídem in oratiónibus & ſolitúdine duxit ætátem: cibum & veſtimentum ei palma præbébat. Cùm jam centum & trédecim annos vitam cœleſtem ágeret, & nonagenárius in ália ſolitúdine Antónius moraretur, illi per noctem revelátum eſt, eſſe álium ad quem viſendum debéret proficiſci. Dum in mútuos miſcentur amplexus, própriis ſe ſalutavére nomínibus. Inter ſermocinatiónes ſuſpiciunt corvum, qui íntegrum panẽ ante mirántium ora depóſuit. Poſt cujus abſceſſum: Eia, inquit Paulus, Dóminus nobis prándiũ miſit verè pius, verè miséricors. Sexaginta jam anni ſunt, quòd accípio dimídii ſemper panis fragmentum: verùm ad adventum tuum milítibus ſuis Chriſtus duplicávit annónam. Immolantes Deo ſacrificium laudis, noctem tranſegére vigíliis. Cumque eſſet terræ rédditus dies, beátus Paulus ad Antónium ſic locútus eſt: Tu miſſus es à Dómino qui humo corpúſculum meum tegas; quamobrem, quæſo, perge, & pállium quod tibi Athanáſius Epíſcopus dedit, ad involvendum corpúſculum meum defer. Antónius regreſſus vidit inter Angelórum catervas, inter Prophetárum & Apoſtolórum choros, níveo Paulum candóre fulgentem in ſublíme conſcéndere. Introgreſſus ſpeluncam, vidit génibus complicátis, eréctâ cervíce, extenſiſque in altum mánibus corpus exánime. Obvolúto, & proláto foràs córpore, hymnos & pſalmos de chriſtiánâ traditióne decantans, contriſtabátur quòd ſárculum quo terram fóderet, non habéret. Ecce duo leónes ex interióris erémi parte currentes, ad cadáver beáti ſenis ſubſtitérunt; deinde haud procul cœpérunt humum pédibus ſcálpere, arenamque certátim egerentes, unius hóminis capácem locum fodérunt; cumque illi receſſiſſent, depóſito ſancto córpore in foſſam, déſuper humum cóngregans, túmulum ex chriſtiáno more compóſuit. Túnicam autem ejus ſibi vindicávit, quam in ſportárum modum de palmæ fóliis ipſe ſibi contexúerat; diebuſque ſolémnibus Paſchæ & Pentecoſtes ſemper Pauli túnicâ veſtítus eſt.

Oratio.

DEus, cujus grátiâ beátus Paulus prudenti fugâ ſalúti ſuæ cónſulens, máluit facultátibus ſuis ſpoliári, quàm Chriſto; quæſumus, ut purificátis ab omni terrenórum cupiditáte méntibus, te ſolo dívites eſſe velímus; Per eumdem.

Pro commem. S. Mauri Abbatis. Ant. Dóminus. ℣. Iſte. xl.

Oratio.

OMnípotens, ſempiterne Deus, terréna pro te calcántium merces magna nimis; da nobis exemplo & intercesſióne beáti Mauri, cujus commemoratiónem ágimus, tẽporália ómnia deſpícere, & ad æterna, totâ mentis intentióne feſtináre; Per.

Comm. de Beata ad Laudes & Veſperas. p. 303.

DIE XVII.

In Feſto

SANCTI ANTONII

Abbatis.

Semiduplex.

De Comm. unius Abbat.

AD OFFIC. NOCT.

LECTIO IV.

Ex opéribus ſancti Athanáſii Epíſcopi; de vita ſancti Antónii.

ANtónius nobílibus religioſiſque paréntibus natus, poſt illórum mortem, cùm eſſet annórum decem & octo, intrávit Eccléſiam ubi tunc legebátur ex Evangélio: Si vis perfectus eſſe, vade, vende ómnia tua, & da paupéribus. Quo audíto, ſtatim poſſeſſiónes ſuas véndidit; & eárum prétium non exíguum, indigéntibus dedit. Erat in agello vicíno ſenex ſolitárius, quem Antónius æmulátus eſt ad bonum: & ſi quem in hoc ſtúdio vigilantem comperíſſet, quærébat illum, ut apis prudentíſſima, volens ex ſíngulis virtútes cólligere quas imitarétur. Inédiæ & vigiliárum pátiens, in oratióne ſæpíſſimè pernoctábat; edébat ſemel in die, poſt ſólis occáſum: nonnumquam bíduo triduóque jejúnus, quarto demum die reficiebátur. Cibus verò ejus, panis cum ſale; potus, aquæ módicum. In caſtello deſerto víginti annis extra conſpectum hóminum demorátus, inde quaſi ex cœleſti quodã ádyto conſecrátus appáruit, cùm ad eum multi, ejus propóſitum imitári cupientes, convenérunt.

LECTIO V.

PEténtibus frátribus præcepta quædam, quibus inſtituerentur, hoc primum eſſe dixit; ut in arrepti propóſiti vigóre nemo tamquam laſſus de-

ficeret, ſed veluti incipiens ſemper ultrà procéderet, cùm breviſſima ſit humána vita, ſi cum æternitáte conferátur. Conſtantínus Auguſtus cum líberis ſæpè ad eum quaſi ad patrem ſcribébat. At ille aiebat: Reges ſéculi ad nos miſérunt epíſtolas; ſed cur mirétur Chriſtiánus? Licèt enim diverſa ſit dígnitas; áttamen eádem naſcendi moriendíque condítio eſt: illa ſunt omni veneratióne colenda, quòd homínibus Deus legem ſcrípſerit, quòd per Fílium ſuum própriis Eccléſias ditáverit elóquiis. Cùm non mediócre incómmodum ſenília membra turbaſſet, ait: Ego quidem, filíoli, ſecundùm elóquia Scripturárum, patrum grádior viam: jam enim Dóminus me invítat, jam cúpio vidére cœléſtia. Verba finíerat, & oſculántibus ſe diſcípulis, mortem lætus aſpexit: ita ut ex hilaritáte vultûs ejus, Angelórum ſanctórum, qui ad perferendam ánimam ejus deſcénderant, præſéntia noſcerétur.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Matthæum.

LECTIO VI. C. 19. V. 21.

Perfectionis conſilium.

IN illo témpore; Dixit Jeſus adoleſcenti: Si vis perfectus eſſe, vade, vende quæ habes, & da paupéribus, & habébis theſaurum in cœlo; & veni, & ſéquere me. Et réliqua.

Homília ſancti Antónii Abbátis.

S. Athan. in ejus vita.

UNum ſit ómnibus ſtúdium in inſtitúto non remíttere: quin tamquam quotídie capto primórdio, deſidérium illíus augeátur. Omnínò enim vita humána, cum futúris ſéculis comparáta, eſt breviſſima, nec quicquã ratióne æternitátis. Et res mundána quælibet juſto vénditur, & par cum pari permutátur: promiſſio autem vitæ ætérnæ parvò émitur. Neque, in hunc intuentes mundum, magnis quibuſdã rebus núntium nos remiſiſſe ducámus: nam univerſus terrárum orbis cum toto collátus cœlo, res ómnium eſt mínima: ut enim unã áliquis négligit drachmã æream ut lucrétur centũ áureas; ſic qui terræ omnis dóminus ei renúntiat, amittit parum, récipit céntuplum. Ne ſimus negligentióres, dictum illud Apóſtoli meditári cónvenit, Quotídie mórior: ſi enim & nos ſic vixérimus tamquam in dies moritúri, non peccábimus.

Quod ita intelligendum, ut, è léctulo ſurrectúri, quotidie exiſtimémus non ad véſperam uſque nos victúros eſſe; & dormítū itúri, exiſtimémus nos non eſſe ſurrectúros: cùm vita noſtra naturâ ſit incerta, quam in dies divína providéntia metítur. Ita affecti, neque ullíus rei deſidério tenébimur, neque theſaurum in terris congerémus; ſed propter quotidiánam mortis expectatiónem non poſſidébimus quicquam; voluptátis fórdidæ cupiditáte numquam incendémur, ſed ut cadúcam averſábimur, metu ánxii, Deíque prævidendo judícium. Formído enim grávior, & perículum tormentórum voluptátem nímiam diſperdit, animumque nutantem érigit.

Oratio.

Deus, cujus verbo foris ſonante, & grátiâ intùs movente excitátus Antónius, ut perfectus eſſet, ómnia relíquit; da cunctis Evangélicæ perfectiónis iter ingreſſis in ſtádio ſic cúrrere, ut bravíum æternæ felicitátis accípere mereantur; Per Dóminum noſtrum Jeſū Chriſtum Fílium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitáte Spíritûs Sancti Deus.

Die XVIII.

In Feſto Pontificatus, ſeu Cathedræ S. PETRI, quâ primùm Antiochiæ ſedit, tum Romæ.

Duplex-minus.

De Communi unius Pontificis, exceptis quæ ſequuntur.

IN I. VESPERIS.

Capitulum. Iſ. 33. 20.

Oculi tui vidébunt Jerúſalem, habitatiónem opulentam tabernáculum quod nequáquam transferri póterit: nec auferentur clavi ejus in ſempiternum; & omnes funículi ejus non rumpentur.

℟. Deus patris tui erit adjútor tuus, * Et omnipotens, † Benedícet tibi benedictiónibus cœli déſuper. *Gen.* 46. 26. ℣. Tu es Simon Fílius Jona, tu vocáberis Cephas, quod interpretátur Petrus. *Joan.* 1. 42. * Et. ℣. Glória. † Benedícet.

Hymnus. S. V.

Qualis poteſtas, Petre, quis aſtris honos,
Cui jura Chriſtus ipſe conceſſit ſua!
Quidquid ligábis, quidquid & ſolves ſolo,
Hoc & ligábit, ſolvet & polo Deus.
Tui probáto cordis affectu, ſuum

Paſtor ſuprémus crédidit
tibi gregem:
Serva, tuére, paſce nos,
Paſtor bone;
Illíus & nos, Petre, pars
gregis ſumus.
PATRI ſuprémo, ſit
ſupréma glória;
Tibíque laudes totus orbis
cóncinat,
Æterne Fili, ſplendor æterni
Patris;
Compar ſit almo laus decuſque
Flámini.
Amen.

℣. Beátus quem elegiſti & aſſumpſiſti; ℟. Inhabitábit in átriis tuis. *Pſ.* 64. 5.

Ad Magníficat, *Ant.* 1. D. Erit quaſi pater habitántibus Jeruſalem, & dómui Juda. *Iſ.* 22. 21.

Oratio infrà ad Laud.

AD NOCTURNUM.

Hymnus, Qualis poteſtas, *ut ſuprà.*

Poſt ſextam Ant. & Ver. Lect. de Script. occurr.

℟. Dicit diſcípulis Jeſus: Vos autem quem me eſſe dícitis? Reſpondens Simon Petrus dixit: * Tu es Chriſtus, Fílius Dei vivi. *Matth.* 16. 15. 16. ℣. Magnus es tu, & fáciens mirabília: Tu es Deus ſolus. *Pſal.* 85. 10. * Tu es.

℟. Urbs fortitúdinis noſtræ Sion Salvátor; ponétur in eâ * Murus & antemurále. *Iſ.* 26. 1. ℣. Tu es Petrus, & ſuper hanc petram. *Matt.* 16. 18. * Murus.

℟. Beátus es, Simon Barjóna, * Quia caro & ſanguis non revelávit tibi, ſed Pater qui eſt in cœlis. *Mat.* 16. 17. ℣. Eſt Deus in cœlo, revélans myſtéria, qui indicávit tibi. *Dan.* 2. 28. * Quia. ℣. Glória. * Quia.

Sermo S. Leónis Papæ.

LECTIO IV.

Serm. 80.

CUm duódecim Apóſtoli acceptâ per Spíritum ſanctum ómnium locutióne linguárum, imbuendũ Evangélio mundum diſtribútis ſibi terrárum pártibus ſuſcepiſſent; beatíſſimus Petrus princeps apoſtólici órdinis ad arcem Románi deſtinátur impérii, ut lux veritátis quæ in ómnium géntium revelabátur ſalútem, efficáciùs ſe ab ipſo cápite per totum mundi corpus effúnderet. Cujus autẽ natiónis hómines in hac tunc urbe non eſſent? aut quæ uſquam gentes ignorárent quod Roma didiciſſet? Hîc conculcandæ Philoſóphiæ opiniónes, hîc diſſolvendæ erant terrénæ ſapiéntiæ vanitátes, hîc confutandi dæmonum cultus, hîc ómnium ſacrificiórum impíetas deſtruenda, ubi diligentíſſimâ ſuperſtitióne habebá-

tur collectum, quidquid uſquam fúerat vanis erróribus inſtitútum.

℟. Nunc omnes in conſpectu tuo, Petre, * Adſumus audíre ómnia quæcumque præcepta ſunt tibi à Dómino. *Act.* 10. *v.* 33. ℣. Implétus es, quaſi flumen, ſapiéntiâ. *Eccli.* 47. 16. * Adſumus.

LECTIO V.

AD hanc ergo urbem tu, beatíſſime Petre Apóſtole, veníre non métuis, & conſorte glóriæ tuæ Paulo Apóſtolo, aliárum adhuc Eccleſiárum ordinatiónibus occupáto, ſylvam iſtam freméntium beſtiárum, & turbulentíſſimæ profundítátis océanum, conſtántior quàm cùm ſupra mare graderéris, ingréderis. Jam pópulos qui ex circumciſióne credíderant, erudíeras; jam Antiochénam Eccléſiam, ubi primùm Chriſtiáni nóminis dígnitas eſt orta, fundáveras; jam Pontum, Galátiam, Cappadóciam, Aſiam, atque Bithyniam légibus evangélicæ prædicatiónis impléveras; nec aut dúbius de provectu óperis, aut de ſpátio tuæ ignárus ætátis, trophæū crucis Chriſti Románis árcibus inferébas, quò te divínis præordinatiónibus anteíbant, & honor poteſtátis, & glória paſſiónis.

℟. Cùm eſſes júnior, cingébas te, & ambulábas ubi volébas: cùm autem ſenúeris, * Extendes manus tuas, & álius te cinget, & ducet quò tu non vis. *Joan.* 21. 18. ℣. Ecce data ſunt ſuper te víncula, & ligábunt te in eis. *Ezech.* 3. 25. * Extendes.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Matthæum.

LECTIO VI. c. 16. 13.

Petri confeſſionis præmium.

IN illo témpore: Venit Jeſus in partes Cæſaréæ Philíppi, & interrogábat diſcípulos ſuos dicens: Quem dicunt hómines eſſe Fílium hóminis. Et réliqua.

Homília ſancti Hilárii Epíſcopi.

In Matth. c. 16.

CHriſtus à diſcípulis requírit quem ſe hómines eſſe dícerent; & adjécit, Filiū hóminis. Hæc enim confeſſiónis tenenda rátio eſt, ut ſicut Dei Fílium, ita & Fílium hóminis meminérimus: quia álterum ſine áltero nihil ſpei tríbuit ad ſalútem. Éditis itaque quæ diverſis de eo erant hóminum opiniónibus, quid de ſe ipſi ſéntiant quærit. Petrus reſpóndit: Tu es Chriſtus

ſ Dei vivi. Sed Pe-
conditiónem propo-
ùs expénderat ; Dó-
s enim díxerat : Quē
ómines eſſe dicunt,
m hóminis ? & certè
m hóminis contem-
ɔ córporis præferé-
Sed addendo, Quem
ſſe dicunt ? ſignificá-
ræter id quod in ſe
ɔátur, eſſe áliud ſen-
lum : erat enim hó-
ſ Fílius. Quod ígitur
opinandi judícium
erábat ? Non illud
rámur, quod de ſe
onfeſſus eſt : ſed oc-
m erat de quo quæ-
ur, in quod ſe cre-
ium fides debébat
dere. Et dignum pla-
nféſſio Petri præmiū
cúta eſt, quia Dei
m in hómine vidiſſet.
us hic eſt qui ultra
nos óculos & inten-
& vidiſſe laudátus
non id quod ex car-
: ſánguine erat cón-
, ſed Dei Fílium
tis Patris revelatió-
onſpíciens, dignuſ-
udicátus, qui quod
riſto Dei eſſet, pri-
agnóſceret. O in
upatióne novi nómi-
lix Eccléſiæ funda-
um, dignaque ædi-
óne illíus petra, quæ
as leges, & tártari
ſ, & ómnia mortis
ra diſſólveret ! O beátus cœli jánitor, cujus arbítrio claves ætérni ádi- tûs traduntur, cujus ter- reſtre judícium præjudi- cáta autóritas ſit in cœlo : ut quæ in terris aut ligáta ſint, aut ſolúta, ſtatúti ejuſdem conditiónem ob- tíneant & in cœlo !

℟. Quodcumque ligá- veris ſuper terram, erit ligátum & in cœlis ; * Et quodcumque ſólveris ſu- per terram, erit ſolútum † Et in cœlis. *Matt.* 16. 19. ℣. Scriptus es in judí- ciis témporum lenire ira- cúndiam Dómini. *Eccli.* 48. 10. * Et. ℣. Glória. † Et in.

AD LAUDES.

℣. *Sacerd.* Exaltent Dó- minum in eccléſiâ plebis, ℟. Et in cáthedrâ ſenió- rum laudent eum. *Pſal.* 106. 32.

Capitulum. Act. 10.

AUdiébant illos lo- quentes linguis, & magnificantes Deū. Tunc reſpondit Petrus : Num- quid aquam quis prohi- bére poteſt, ut non bap- tizentur hi qui Spíritum Sanctum accepérunt ſicut & nos ? Et juſſit eos bap- tizári in nómine Dómini Jeſu Chriſti.

Hymnus. S. V.

O Quàm profundæ ſunt
viæ, Deus, tuæ !
Qui permanentem præ-
parans Eccléſiam,

Non præpotentes éligis, non príncipes,
Gerant in illa qui tuas per te vices.
Pisces trahendi cujus ars priùs fuit,
Petrus vocátur qui viros deinceps trahat;
Sic ſtulta mundi quæ videntur ádvocas,
Qui dignitátis non es acceptor, Deus.
Patri ſuprémo ſit ſupréma glória;
Tibíque laudes totus orbis cóncinat,
Æterne Fili, ſplendor æterni Patris;
Compar ſit almo laus decuſque Fláminí.
Amen.

℣. Memor ſit Dómínus omnis ſacrificii tui. ℟. Et holocauſtum tuum pingue fiat. *Pſ.* 19. 4.

Ad Benedíctus, *Ant.* 3. à. Státuit illi Dóminus teſtamentum pacis, ut ſit illi ſacerdótii dignitas in æternum. *Eccli.* 45. 30.

Oratio.

DEus, qui beáto Petro Apóſtolo tuo, collátis clávibus regni cœleſtis, ligandi atque ſolvendi Pontificium tradidiſti: concéde, ut interceſſiónis ejus auxílio, à peccatórum noſtrórum néxibus liberémur; Qui vivis & regnas cum Deo Patre in unitáte Spíritûs Sancti Deus, per.

AD II. VESPERAS.

Capitulum. 1. Pet. 5. 2.

PAſcite qui in vobis eſt gregem Dei, providentes non coactè, ſed ſpontaneè ſecundùm Deú.

Hymnus, ut in primis Veſperis.

℣. Humília réſpicit Dóminus in cœlo & in terrâ. ℟. Súſcitans à terrâ inopem. *Pſ.* 112. 6. 7.

Ad Magníficat, *Ant.* 1. D. Natus eſt homo princeps fratrum, firmamentum gentis, rector fratrum, ſtabilimentum pópuli. *Eccli.* 49. 17.

DIE XX.

In Feſto

S. SEBASTIANI, MARTYRIS.

Duplex-majus.

De Comm. unius Mart.

Oratio. Vide, Dómine, *infrà ad Laudes.*

IN I. VESPERIS.

Fit Commem. S. Fabiani Papæ & Mart. Ant. Vitâ. ℣. Juſtus. x. *Oratio.* Fac nos. xj.

IN I. NOCTURNO.

Lectiones de Scriptura occurrente.

IN II. NOCTURNO.

LECTIO IV.

Ex S. Ambr. & act. SS. apud Boll.

SEbaſtiánus, Narbóne natus, ex Narbonenſi patre, & matre Mediolanenſi, undè ſanctus Ambróſius illum Me-

dioláno oriundum ſcribit; patre mórtuo, Mediolánum à matre vídua puer ductus eſt, atque ibi lítteris & chriſtiánâ religióne ſédulò informátus. In Cari aula primùm aliquándiu verſátus eſt. Póſtmodum Diocletiáni Imperatóris benevoléntiam ita ſibi conciliávit, ut ab eo primæ cohortis dux conſtitútus fúerit. Chriſtiánam fidem deinde amplexátus, moriendi pro Chriſto deſidério flagrans, cùm videret Mediolániam, vel nullum eſſe, vel tepére pro Chriſti fide certámen, Romam proſectus eſt, ubi propter fidei ſtúdium acerbiſſima ſervébat perſecutiónis violéntia.

LECTIO V.

UT primùm Romam advénit Sebaſtiánus, fidéles facultátibus adjuváre, ſpretâ morte, palàm auſus eſt; confeſſoreſque ac mártyres cohortatiónibus confirmáre. Quam ob rem à Fabiáno iúdice delátus eſt ad Diocletiánum; qui cùm nec pollicendo, nec terrendo, à Chriſti fide potuiſſet Sebaſtiánum avértere, ad palum alligátum ſagittis confígi juſſit. Ad quem ómnium opinióne mórtuum Iréne pia vídua noctu venit, ut corpus ejus ſepeliendum auferret; ſed vivum repertum in domũ ſuam tránſtulit, & ejus vúlnera ſédulò curávit.

LECTIO VI.

ITaque paulò pòſt confirmátâ valetúdine Diocletiáno óbviam factus, ejus impietátem libériùs accusávit. Cujus aſpectu cùm ille primùm obſtupuiſſet, quòd mórtuum créderet; rei novitáte & acri Sebaſtiáni reprehenſióne excandeſcens, eum in Hippódromum palátii duci, & tándiu fúſtibus cædi imperávit, donec ánima exhaláret. Ejus corpus in clóacam dejectum, Lucína à Sebaſtiáno in ſomnis admónita ubi eſſet, & quo loco humári vellet, ad catacumbas ſepelívit. Sancti Mártyris oſſa, Ludovíci pii témpore, annuente Eugénio ſecundo, in Gállias alláta, ſummâque populórum gratulatióne excepta, plúribus in locis peculiári veneratióne coluntur.

IN III. NOCTURNO.

LECTIO VII. & VIII. *ut in codice lectionum. p. lxj. & lxij.*

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Lucam.

LECTIO IX. c. 21. 19.

Chriſtus prædicit perſecutiones.

IN illo témpore: Dixit Jeſus diſcípulis ſuis:

Injícient vobis manus ſuas, & perſequentur tradentes in Synagógas & cuſtódias, trahentes ad reges & præſides, propter nomen meum. Et réliqua.

Homília ſancti Ambróſii Epíſcopi.

In Pſ. 118. *ſerm.* 20. §. 43. 44.

NOn unus perſecútor eſt: multos miniſtros diábolus habet; ſed non te térreant: per multas enim tribulatiónes oportet nos introíre in regnum Dei. Si multæ perſecutiónes, multæ probatiónes; ubi multæ corónæ, multa certámina. Tibi ergo próficit, quòd multi perſecutóres ſunt, ut inter multas perſecutiónes facíliùs invénias quemádmodùm coronéris. Utámur exemplo Sebaſtiáni Mártyris, cujus hódiè natális eſt. Hic Mediolanenſis oriundus eſt. Fortaſſe aut jam diſcéſſerat perſecútor, aut adhuc non vénerat in hæc pártium, aut mítior erat. Advertit hic aut nullum eſſe, aut tepére certámen. Romam profectus eſt, ubi propter fídei ſtúdium perſecutiónes acerbæ fervébant. Ibi paſſus eſt, hoc eſt, ibi coronátus. Itaque illic, quò hoſpes advénit, domicílium immortalitátis perpétuæ collocávit. Si unus perſecútor fuiſſet, coronátus hic martyr útique non fuiſſet. Verùm ut multæ perſecutiónes, ita multa martyria. Tentátus es ſpíritu fornicatiónis; ſed véritus Chriſti futúrum judícium, temerandam mentis & córporis caſtimóniam non putaſti: mártyres Chriſti. Tentátus es ſpíritu avarítiæ, ut poſſeſſiónem minóris inváderes, indefenſæ víduæ jura temeráres; & tamen contemplatióne cœléſtium præceptórum opem magis ferendam, quàm inferendam injúriam judicaſti: teſtis es Chriſti; & quod eſt ámplius, non ſermónis tantúmmodò, ſed étiam óperis teſtimónium perhibuiſti.

De ſancto Fabiano Papa & Martyre.

LECTIO X.

Ex Epiſt. 9. & 30. S. Cyp. & Euſeb. Hiſt. lib. 6. c. 29.

FAbiánus poſt mortem Anterótis ad Pontificátum divinitùs vocátus eſt. Nam, ut refert Euſébius, cùm de electióne Románi Pontíficis agerétur, ac nemo de Fabiáno cogitáret, columba repentè è ſublími delapſa, cápiti illíus inſediſſe fertur: quo ſpectáculo permóti omnes ſimul exclamavérunt, Fa-

biánum dignum eſſe; ſtatímque Pontificáli Cáthedræ impoſuérunt. Per lítteras ácriter reprehendit Privátum hæréticum, in concílio nonaginta Epiſcopórum Africanórum ob multa & grávia delícta condemnátum. Ad ipſum Orígenes epíſtolam de ſua fide conſcripſit. Paſſus eſt autem in perſecutióne Décii. Fabiáno creduntur Gálliæ debére pleroſque Epíſcopos, à quibus Evangélii lumen ſuſcepérunt. Huic ſuffectus eſt Cornélius, cùm ob perſecutiónis acerbitátem fere biénnio vacaſſet Romána ſedes.

Oratio.

VIde, Dómine, infirmitátes noſtras, & intercedente tuo Mártyre Sebaſtiáno, céleri nobis pietáte ſuccurre; Per Dóminum noſtrum Jeſum.

Fit commemoratio S. Fabiani Papæ & Martyr. Ant. Factus es. ℣. Tribuat. xij. *Oratio.* Fac nos. p. xj.

AD II. VESPERAS.

Fit Comm. S. Agnetis Virg. & Mart. Ant. Dóminum. ℣. Regnábit. xlvij. *Oratio.* Deus, qui inter. lj.

Deinde SS. Fructuoſi, Augurii, & Eulogii, Martyr. Ant. Exultábitis. ℣. Cuſtódit. xiij. *Oratio.* Exaudi. xvij.

DIE XXI.

In Feſto

S. AGNETIS, VIRG. ET MARTYRIS.

Semiduplex.

De Communi unius Virginis & Martyris. p. xlvi.

Ex libro ſancti Ambróſii Epíſcopi, de Virgínibus. *Ad Marcellinam ſororem lib. 1. c. 2.*

LECTIO IV.

HOdie natális eſt ſanctæ Agnês. Hæc trédecim annórũ martyrium feciſſe tráditur. Quo deteſtabílior crudélitas, quæ nec minúſculæ pepercit ætáti. Imò magna vis fidei, quæ étiam ab illa teſtimónium invénit ætáte. Fuitne in illo corpúſculo vúlneri locus? Et quæ non hábuit quò ferrum recíperet, hábuit quò ferrum vínceret. Hæc inter cruentas carníficum impávida manus, hæc ſtridéntium grávibus immóbilis tráctibus catenárum, nunc furentis mucróni mílitis totum offerre corpus, mori adhuc néſcia, ſed paráta; vel ſi ad aras invíta raperétur, téndere Chriſto inter ignes manus, atque in ipſis ſacrílegis focis trophæum Dómini ſignáre victóris: nunc ferrátis colla manuſque ambas inſérere néxibus. Sed nullus tam tenúia membra póterat ne-

xus inclúdere. Novum martyrii genus. Nondum idónea pœnæ, & jam matúra victóriæ; certáre difficilis, fácilis coronári; magiſtérium virtútis implévit, quæ præjudícium vehébat ætátis.

LECTIO V.

NOn ſic ad thálamum nupta properáret, ut ad ſupplícii locum, læta ſucceſſu, gradu feſtína virgo proceſſit. Flere omnes, ipſa ſine fletu. Mirári pleríque quòd tam fácile vitæ ſuæ pródiga, quam nondum hauſerat, jam quaſi perfuncta donáret. Stupére univerſi, quòd jam divinitátis teſtis exíſteret, quæ adhuc árbitra ſui per ætátem eſſe non poſſet. Quanto terróre egit cárnifex ut timerétur, quantis blandítiis ut ſuadéret, quantórum vota ut ſibi ad núptias proveníret? At illa: Et hæc ſponſi injúria eſt, inquit, expectáre placitúrum; qui me ſibi prior elégit, accípiet. Quid, percuſſor, moráris? Péreat corpus, quod amári poteſt óculis quibus nolo. Stetit, orávit, cervícem inflexit. Cérneres trepidáre carníficem, quaſi ipſe addictus fuiſſet: trémere percuſſóris déxteram; pallére ora aliéno timentis perículo, cùm puella non timéret ſuo. Habétis ígitur in una hóſtia duplex martyrium, pudóris, & religiónis. Et virgo permanſit, & martyrium obtínuit.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Matthæum.

LECTIO VII. *c. 13. 44.*

Theſaurus abſconditus: pretioſa margarita.

IN illo témpore: Dixit Jeſus diſcípulis ſuis parábolam hanc: Símile eſt regnum cœlórum theſáuro abſcóndito in agro. Et réliqua.

Homília ſancti Gregórii Papæ.

II. habita in baſ. S. Agnetis via Numentana, die natali ejus.

CŒleſte regnum negotiatóri hómini símile dícitur, qui bonas margarítas quærit, ſed unam pretióſam invénit, quam vidélicet invéntam ómnia vendens emit: quia qui cœléſtis vitæ dulcédinem, in quantum poſſibílitas admíttit, perfécte cognóverit, ea quæ in terris amáverat, libénter cuncta derelínquit; in comparatióne ejus viléſcunt ómnia; déſerit hábita, congregáta diſpérgit; inardéſcit in cœléſtibus ánimus, nil in terrénis libet; defórme conſpícitur quidquid de terrénæ rei placébat ſpécie: quia ſola pretióſæ margarítæ clári-

tas fulget in mente. De cujus dilectióne rectè per Salomónem dícitur: Fortis eſt ut mors diléctio. Quia, vìdelicet, ſicut mors corpus intérimit, ſic ab amóre rerum corporálium ætérnæ vitæ cháritas occídit. Nam quem perfectè abſorbúerit, ad terrena foris deſidéria inſensíbilem reddit. Nec enim Sancta hæc, cujus hódie natalítia celebrámus, mori pro Dómino potuiſſet in córpore, ſi prius à terrénis deſidériis mórtua non fuiſſet in mente. Erectus namque in virtútis cúlmine ánimus tormenta deſpexit, præmia calcávit. Ante armátos Reges & Præſides invicta ſtetit; feriente robúſtior, judicante ſublímior.

AD LAUDES.

Commem. SS. Fructuoſi & ſociorum. Ant. Lætítia. ℣. In te. xvj. *Oratio.* Exaudi. xvij.

DIE XXII.

In Feſto

S. VINCENTII,

Diaconi & Martyris.

Duplex-majus.

De Comm. unius Martyris. p. vj. exceptis quæ ſequuntur.

IN I. VESPERIS.

Hymnus. S. V.

ADESTE, Chriſti mílites,
Invicta pœnis péctora:
Hunc tympanis, hunc & tubis,
Chriſti ſonáte mílitem.

DEI pugil Vincentius,
Tormenta quæ non pertulit?
Per mille mortes múltiplex
Obláta Chriſto victima.

DURIS ligátur fúnibus;
Corpus rotis protenditur:
Secant adunci pectines;
Vivóque dant longùm mori.

COMPAGE ruptà córporis,
Divulſus à ſe frángitur;
In crate tenſus ferrea,
Lentis cremátur ígnibus.

UT ſe ſub imis ácriùs
Dolor medullis ínſerat,
Et nudus & corpus lacer
Per aſpra ſaxa vólvitur.

SIC, Chriſte, robur mártyrum,
Certáre das, das víncere;
Quos dum corónas, tu tua
Æquus corónas múnera.

CUJUS ſub armis mílitant,
Mundumque vincunt Mártyres,
Sit laus Patri, laus Fílio,
Compar tibi laus, Spíritus. Amen.

Oratio, infra ad Laudes.

Fit Commemoratio S. Agnetis Virginis & Mart. p. lij.

AD OFFIC. NOCT.

Hymnus. Adeſte. *ut ſupra.*

Amen, amen dico vobis, niſi granum frumenti cadens in terram, mórtuum fúerit; ipſum ſolum manet. Et réliqua.

Homília ſancti Auguſtíni Epíſcopi.

Serm. 227. cap. 1. 2. circa finem & cap. 2.

PRæſtitit Deus ſanctórum Mártyrum córpora Eccléſiis ſuis ad memórias oratiónum, non ad glórias Mártyrum. Illi enim habent íntegram glóriam ſuam apud Creatórem ſuum. Nec ipſi córpori áliquid timent, quóniam non eſt quod tímeant. Magis ſi parcant córpori, nocent & córpori: ſi autem per fidem non parcant córpori, præſtant & córpori. Ecce hoc atténdite, & fidem veſtram interrogáte. Sanctus Vincéntius ſi formídine tormentórum negáret Chriſtum, viderétur córpori pepercíſſe: quâdam autem conditióne mortáli córpore ſolverétur. Quid ágeret in reſurrectióne, cùm in æternum ignem præcipitarétur? Negans Chriſtum, negátur à Chriſto. Qui negáverit me, inquit, coram homínibus, negábo eum coram Patre meo, qui eſt in cœlis. Ecce negáret, quieſcerent illi tortóres, & vulneráto ánimo, ſanum eſſet corpus; immò occíſo ánimo víveret corpus: quid prodeſſet in ætemum mórituro brevis córporis vita?

AD LAUDES.

Hymnus. S.V.

TYRANNE, quid molli jubes
Lecto cubare Mártyrem?
Ut nempe ſuccédant nova,
Tu prima ſanas vúlnera.

Te fallit inſánus furor;
Rupto ſolúta córpore,
Mens aſtra dum petit, tuos
Secúra jam rides dolos.

Tibi relictum ſævias
In corpus, ultrà nil potes:
Occulta quæ texit manus
Vivum, tuétur mórtuum.

Fruſtra marínis flúctibus
Sacrum cadáver mérgitur
Se læta ſternunt æquora;
Parcunt verendo pignori.

Feris datum voracibus,
Corvus dapis jam non memor,
Satelles uncis únguibus
Paſſis & alis prótegit.

Cujus ſub armis mílitant,
Mundumque vincunt Mártyres,
Sit laus Patri, laus Fílio,
Compar tibi laus, Spíritus. Amen.

Oratio.

ADeſto, Dómine, ſupplicatiónibus noſtris; ut qui ex iniquitáte noſtra reos nos eſſe cognó-

beáti Vincéntii
; tui interceſſióne
ur; Per Dóminum
. '
, VESPERAS.
.- Tyranne quid.
udibus.
IE XXV.
In feſto
/ERSIONIS
PAULI.
plex-majus.
VESPERIS.
i de Feria.
Ona in mala convertens, inſidiá-
ı electis impónet
1. Eccli. 11. v.

ſ. c. Diſſipátum
uod figulus facié-
o mánibus ſuis:
ſque fecit illud
um: Jer. 18. v. 4.
. a. Inſíliet in te
Dómini: & mu-
ı virum álterum.
o. v. 6.
E. Laudábis Deū,
beris in miſera-
illíus. Eccli. 17.

7. d. Ipſe, dabit
k concupiſcéntia
: dábitur tibi.
37.
Iſa. 44. v. 24. 25.
dicit Dóminus
emptor tuus, &
tuus ex útero:
Dóminus fáciens
convertens ſa-
retrorſum, &
ſciéntiam eórum ſtultam
fáciens.

℟. Benedícens tibi * Circumcídet Dóminus Deùs tuus cor tuum, ut díligas Dóminum Deum tuum † In toto corde tuo & in totâ ánimâ tuâ. Deut. 30. v. 5. 6. ℣. Saule, Saule, durum eſt tibi contra ſtímulum calcitráre. Act. 9. v. 4. 5. * Circumcídet. ℣. Glória. † In toto.

Hymnus. S. V.

SAULE, tendis quos in hoſtes?
Quo furóre pércitus?
Immoláre quid tot ardes
Immerentes víctimas?
Inſequendo quem laceſſis,
Hunc Deum jam ſénties.

CHRISTUS inſtat: impotentem
Cæcat, urget, déjicit;
Ille cedit imperanti,
Seque totum ſúbjicit:
Inſecútor antè Chriſti,
Præco nunc Chriſtū ſonat.

ANTE plenus qui minárum
Ibat, aptans víncula,
Nunc tremens ſtupenſque Saulus
Per manus dedúcitur:
Qui lupus rapax furebat,
Nunc in agnum vértitur.

DURA, Chriſte, quàm potenti
Corda verſas déxterâ?
Qui tuum delére nomen
Vult tuórum ſánguine,
Univerſum mox per orbē

Ipſe clarábit ſuo.

Summa laus Deo parenti,
Qui creávit ómnia;
Filióque, qui redémit
Morte nos volens ſuâ;
Par & illi, cujus almo
Confovémur hálitu.
Amen.

℣. Singuláris ferus depaſtus eſt víneam tuam, Dómine; ℟. Réſpice de cœlo,& vide. *Pſ.* 79. 14. 15.

Ad Magníficat, *Ant.* 1. D. Bénjamin lupus rapax; manè cómedet prædam, & véſperè dívidet ſpólia. *Gen.* 49. *v.* 27.

Oratio, ut infrà ad Laudes.

AD OFFIC. NOCT.

Invit. Dóminum qui venit peccatóres ſalvos fácere, * Veníte, adorémus. 1. *Tim.* 1. 15.

Pſal. Veníte. *pag.* 2.

Hymnus. Guillelmus Epiſc. Sancton.

Pastore percuſſo, minas
Spirábat & cædes lupus;
Sparſumque vaſtábat gregem,
Te, Chriſte, Saulus néſciens.

Et jam caténas ſtríngere
Ferox parábat, jam cruces:
Sed ô! repentè ſtérnitur,
Verbóque percuſſus ruit.

Quid, Saule; Saule, quid ſtruis?
Agnoſce victrícé manum:
Cœlo reluctári nefas;
Abſiſte Jeſum perſequi.

Jam tendit imbelles manus,
Jam colla ſubmittit jugo:
Stupens jacet; clamat tremens,
Quid, Chriſte, quid victor jubes?

Ex hoſte miles, ex lupo
Agnus, gregi ſe dévovet;
Et raptor ipſe, nóbili
Raptus triumpho dúcitur.

O celſa cedrórum, Deus,
Qui voce vertis cúlmina!
O qui potenti ſúbjicis
Mentes ſuperbas grátiæ!

Tu, Paſtor, infenſus tuo
Víres ovíli cóntere;
Et noſtra, ſi quid dévium,
Ad te reflecte péctora.

Æterne, tu Verbi Pater,
Æterne Fili, par Patri,
Et par utríque, Spíritus,
Tibi, Deus, ſit glória.
Amen.

Pſalmi de Feria.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 1. a. Facta eſt perſecútio magna in Eccléſia quæ erat Jeroſólymis. *Act.* 8. *v.* 1.

Ant. 8. c. Omnes diſperſi ſunt præter Apóſtolos: Saulus autem devaſtábat Eccléſiam. *Act.* 8. *v.* 1. 3.

Ant. 7. ç. Per domos intrans, & trahens viros ac mulíeres, tradébat in cuſtódiam. *Act.* 8. *v.* 3.

℣. Uſquequò, Dómine, impropera̋bit inimícus? ℟. Irrítat adverſárius nomen tuum? *Pſ.* 73. *v.* 10.

Lectiones de Scripturâ occurrente.

℟. I. Deus patrum noſtrórum præordinávit te ut cognóſceres voluntátem ejus, & vidéres Juſtum, & audíres vocem ex ore ejus; * Quia eris teſtis illíus ad omnes hómines, eórum quæ vidiſti & audiſti. *Act.* 22. 14. 15. ℣. Tu revertéris & áudies vocem Dómini Dei tuî. *Deut.* 30. *v.* 8. * Quia.

℟. II. Déxtera tua, Dómine, percuſſit inimícum: * Dixit inimícus, Pérſequar & comprehendam: evaginábo gládium meū; interfíciet eos manus mea. *Exod.* 15. *v.* 6. 9. ℣. Saulus adhuc ſpirans minárum & cædis in diſcípulos Dómini. *Act.* 9. *v.* 1. * Dixit.

℟. III. Illúminans tu, Dómine, mirabíliter à móntibus æternis; * Turbáti ſunt omnes inſipientes corde ab increpatióne tua. *Pſ.* 75. *v.* 5. 7. ℣. Súbitò circumfulſit eum lux de cœlo. *Act.* 9. 3. * Turbáti. ℣. Glória. * Turbáti.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 5. C. Cadens in terram audívit vocem dicentem ſibi: Saule, Saule, quid me perſéqueris? *Act.* 9. *v.* 4.

Ant. 4. E. Tremens & ſtupens, dixit: Dómine, quid me vis fácere? *Act.* 9. *v.* 6.

Ant. 1. g. Viri illi qui comitabantur cum eo, ſtabant ſtupefacti. *Act.* 9. *v.* 7.

℣. A Dómino factum eſt iſtud; ℟. Et eſt mirábile in óculis noſtris. *Pſ.* 117. *v.* 23.

Sermo ſancti Auguſtíni Epíſcopi.

Serm. 279. *de Paulo Apoſtolo.*

LECTIO IV.

IN præclára prophetía, cùm Jacob ſanctus Patriarcha benedíceret fílios ſuos, præſentes tangens; futúra proſpíciens, prædictum erat quod in Paulo cóntigit. Erat enim Paulus, ſicut ipſe teſtátur, de tribu Bénjamin. Cùm autem Jacob benedícens fílios ſuos veniſſet ad Bénjamin benedicendum, aït de illo: Bénjamin, lupus rapax; manè rápiet, & ad véſperum dívidet eſcas. Hoc in Apóſtolo Paulo complétum eſt, quia & de illo prædictum erat.

℟. IV. Confeſtim cecidérunt ab óculis ejus tamquam ſquamæ, & viſum recépit: * Et ſurgens baptizátus eſt. *Act.* 9. *v.*

18. ℣. Viſum recépit, & glorificábant Deum. *Tob.* 11. *v.* 15.* Et ſurgens.

LECTIO V.

JAm, ſi placet, inſpiciámus illum manè rapientem, & ad véſperum eſcas dividentem. Manè & véſperum póſita ſunt pro eo ac ſi diceretúr, Priùs & póſtea. Sic ergo accipiámus, Priùs rápiet, póſtea dívidet eſcas. Atténdite raptórem: Saulus, ſicut Actus Apoſtolórum teſtantur, ibat ſpirans & anhélans cædes. Hic eſt ille manè rápiens. Nam & quando lapidátus eſt Stéphanus primus martyr pro nómine Chriſti, evidéntiùs áderat & Saulus. Audívimus, Manè rápiet: videámus, Ad véſperum dívidet eſcas.

℟. V. Símilis factus eſt leóni in opéribus ſuis,* Et ſicut cátulus leónis rúgiens in venatióne. 1. *Mac.* 3. *v.* 4. ℣. Vas electiónis eſt iſte. *Act.* 9. *v.* 15.* Et.

LECTIO VI.

VOce Chriſti de cœlo proſtrátus audívit: Saule, Saule, quid me perſéqueris? Membris adhuc in terra póſitis, caput in cœlo clamábat; & non dicébat: Quid perſéqueris ſervos meos? ſed, Quid me perſéqueris? Et ille: Quid me vis fácere? Jam parat ſe ad obediendum, qui priùs ſerviébat ad perſequendum. Jam informátur ex perſecutóre prædicátor, ex lupo ovis, ex hoſte miles. Ut interióre luce fulgéret cor ejus, extérior ad tempus erepta eſt; & eo tunc témpore quo cætera non vidébat, Jeſum vidébat. Ita & in ipſa ejus cæcitate myſtérium informátur credéntium: quóniam qui credit in Chriſtum, ipſum intuéri debet, cætera nec nata computáre; ut creatúra viléſcat, & creátor in corde dulcéſcat.

℟. VI. Induit ſe lorícam ſicut gigas,* Et ſuccinxit ſe arma béllica † In præliis. 1. *Mac.* 3. *v.* 3. ℟. Cùm accepiſſet cibum, confortátus eſt. *Act.* 9. *v.* 19. *Et ſuccinxit. ℣. Glória. † In.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 2. D. Fuit cum diſcípulis qui erant Damaſci, per dies áliquot. *Act.* 9. *v.* 19.

Ant. 6. F. Saulus multò magis convaleſcebat, & confundébat Judæos. *Act.* 9. *v.* 22.

Ant. 3. à. Cùm veniſſet in Jeruſalem; tentábat ſe júngere diſcípulis. *Act.* 9. *v.* 26.

℣. Miſéricors & miſerátor Dóminus, ℟. Longánimis & multùm miſéricors. *Pſ.* 102. 8.

cti Pauli Apó-
ad Judæos.
:1. Act.22. v.3.
ſuam conver-
ionem.
um vir Judæus,
in Tharſo Cilí-
us autem in iſta
ſecus pedes Ga-
idítus juxta ve-
ternæ legis, æ-
gis, ſicut & vos
tis hódie: qui
perſecútus ſum
nortem, álligans
s in cuſtódias
mulíeres; ſicut
acerdótum mihi
um reddit, &
ajóres natu, à
epíſtolas accí-
fratres Damaſ-
bam, ut addú-
le vinctos in Je-
t punirentur.
. Inſtábat verbo
Teſtíficans Ju-
Chriſtum Jeſum.
v. 5. ℣. Cervus
dans elóquium
linis. *Gen.*49. *v.*
tíficans.
O VIII. v. 6.
x de cælo.
um eſt autem,
me & appropin-
Damaſco médiâ
tò de cœlo cir-
me lux copióſa:
ns in terram au-
m dicentem mi-
e, Saule, quid
queris? Ego au-

tem reſpondi: Quis es, Dómine? Dixitque ad me: Ego ſum Jeſus Nazarénus, quem tu perſéqueris. Et qui mecum erant, lumen quidem vidérunt, vocem autem non audiérunt ejus qui loquebátur mecum. Et dixi: Quid fáciam, Dómine? Dóminus autem dixit ad me: Surgens vade Damaſcũ: & ibi tibi dicétur de ómnibus quæ te opórteat fácere. Et cùm non vidérẽ præ claritáte lúminis illíus, ad manum deductus à comitibus, veni Damaſcum.

℟. VIII. Lætificábat Jacob in opéribus ſuis, & in ſéculum memória ejus in benedictióne; * Et perambulábat civitátes Judæ. 1. *Mac.* 3. *v.* 78. ℣. Continuò in Synagógis prædicábat Jeſum. *Act.* 9. *v.* 20. * Et.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Joannem.

LECTIO IX. c. 15. v. 16.

Mundus pios odit.

IN illo tempóre; Dixit Jeſus diſcípulis ſuis: Non vos me elegiſtis, ſed ego elégi vos, & pósui vos, ut eátis, & fructum afferátis, & fructus veſter máneat. Et réliqua.

Homília ſancti Auguſtíni Epíſcopi.

In Joan. Ev. c. 15. *Tr.* 85. §. 2

HÆc eſt illa ineffábilis grátia! Quid enim

erámus, quando Chriſtum nondum elegerámus, & ídeò non diligebámus? Nam qui eum non elegit, quómodò díligit? Numquid ja in nobis erat quod in Pſalmo cánitur: Elégi abjéctus eſſe in domo Dómini, magis quàm habitáre in tabernáculis peccatórum? Non útique. Quid ergo erámus, niſi iniqui & pérditi? Neque enim jam crediderámus in eum, ut elígeret nos. Nam ſi jam credentes elégit, eléctus elégit. Cur ergo díceret, Non vos me elegiſtis; niſi quia ejus miſericórdia prævenit nos? Quid ergo elegit in non bonis? Non enim electi ſunt quia boni fuérunt, qui boni non eſſent, niſi electi eſſent. Alióquin grátia jam non eſt grátia, ſi præceſſiſſe conténdimus mérita. Hæc quippe eléctio grátiæ eſt, de qua dicit Apóſtolus: Sic ergo & in hoc tempóre relíquiæ per electiónem grátiæ ſalvæ factæ ſunt. Unde ſubjungit: Si autem grátia, jam non ex opéribus; alióquin grátia jam non eſt grátia.

℟. IX. Abundántiâ perfruétur, & plenus erit benedictiónibus Dómini: * Mare & merídiem poſſidébit. *Deut.* 33. *v.* 23. ℣. Prædicátor & Apóſtolus & magiſter gentium. *1. Tim.* 1. *v.* 4. * Mare. ℣. Glória. * Mare.

Te Deum.

AD LAUDES.

℣. *Sacerd.* Illuxérunt coruſcatiónes tuæ orbi terræ; ℟. Commóta eſt & contrémuit terra. *Pſal.* 76. 19.

Ant. 8. G. UBi abundávit delictum, ſuperabundávit grátia. *Rom.* 5. 20.

Ant. 7. d. Qui perſequebátur nos aliquando, nunc evangelízat fidem quam expugnábat. *Gal.* 1. 23.

Ant. 1. g. In ſynagógis prædicábat Jeſum, quóniam hic eſt Fílius Dei. *Act.* 9. 20.

Ant. 5. C. Stupébant omnes qui eum audiébant, & dicébant: Nonne hic eſt, qui expugnábat in Jeruſalem eos qui invocábant nomen iſtud? *Ibid.* *v.* 21.

Ant. 6. F. Confundébat Judæos, qui habitábant Damaſci, affirmans quóniam hic eſt Chriſtus. *Ib.* *v.* 22.

Capit. 1. Cor. 15. *v.* 9. 10.

EGo ſum mínimus Apoſtolórum, qui non ſum dignus vocári Apóſtolus, quóniam perſecútus ſum Eccléſiam Dei: grátiâ autem Dei ſum id quod ſum, & grátia ejus in me vácua non fuit.

Hymn. Guil. Epiſc. Sant.

QUÆ glorióſum tanta cœlis évocat
Te, Chriſte, cauſa? tune rursùm víſere
Mundum Redemptor? tune Judex ſéculi?
Novumne prodis ultor hoſtem pérdere?
Heu quàm cruentus perſecútor! quàm ferox
Inſurgit! horret, ac fugit grex quâ premit;
Humána tanto nulla par hoſti manus;
Te, Chriſte, ſparſæ víndicem poſcunt oves.
Hunc ergo voce victor unâ ſúbjicis;
Totum ſed uno ſubdis in Saulo tibi,
Vincíſque mundum: ſternis, ut mox érigas,
Agníſque prædam dívidat lupus tuis.
Sit Trinitáti ſempiterna glória,
Honor, poteſtas, atque jubilátio
In unitáte, quæ gubernans ómnia,
Per cuncta regnat ſeculórum ſécula.
Amen.

℣. Hæc mutátio déxteræ Excelſi; ℟. Quis Deus magnus ſicut Deus noſter? *Pſ.* 76. 11. 14.

Ad Benedictus, *Ant.* 4. D. Fiduciáliter agens in nómine Dómini; loquebátur Géntibus, & diſputábat cum Græcis; illi autem quærébant occídere eum. *Act.* 9. 28. 29.

Orémus.

ILla, quæſumus, Dómine, grátia corda noſtra ad te convertat, quæ beátum apóſtolum tuum Paulum de perſecutóre vas electiónis effécit; Per Dóminum noſtrum.

AD PRIMAM.

Ant. 8. G. Ubi abundávit delíctum.

AD TERTIAM.

Ant. 7. d. Qui perſequebátur nos.

Capitul. 1. Timoth. 1. 12.

GRátias ago ei qui me confortávit, Chriſto Jeſu Dómino noſtro, quia fidélem me exiſtimávit, ponens in miniſtério: qui priùs blaſphemus fui, & perſecútor, & contumelióſus: ſed miſericórdiam conſecútus ſum.

℟. *br.* Recordátus eſt Dóminus, * Miſericórdiæ ſuæ. *Repet.* Recordátus. ℣. Et veritátis ſuæ, * Miſericórdiæ. ℣. Glória. *Repet.* Recordátus.

℣. Jubiláte Deo, omnis terra; ℟. Cantáte, & exultáte, & psállite. *Pſ.* 97. 3. 4.

AD SEXTAM.

Ant. 1. g. In ſynagógis.

Capitul. 1. Timoth. 1. 15.

FIdélis ſermo, & omni acceptióne dignus: quòd Chriſtus Jeſus venit in hunc mundum pecca-

tóres ſalvos fácere, quorum primus ego ſum.

℟. *br*. Confiteantur Dómino * Miſericórdiæ ejus. *Repet*. Confiteantur. ℣. Et mirabília ejus fíliis hóminum. *Pſ*. 106. 8. * Miſericórdiæ. ℣. Glória. *Repet*. Confiteantur.

℣. Dicant qui redempti ſunt de manu inimíci: ℟. Confitémini Dómino quóniam bonus. *Ibid*. 1. 2.

AD NONAM.

Ant. 6. F. Confundébat.

Capitulum. Act. 9. 26.

CUm veniſſet Jerúſalem, tentábat ſe júngere diſcípulis, & omnes timébant eum, non credentes quòd eſſet diſcípulus.

℟. *br*. Lingua ejus * Loquétur judícium. *Repetit*. Lingua. ℣. Lex Dei ejus in corde ipſius. * Loquétur. ℣. Glória. *Repetitur*, Lingua.

℣. Exaltábit te Dóminus, ℟. Ut hæreditáte cápias terram. *Pſ*. 36. 30. 34.

AD VESPERAS.

Ant. de Laudibus.

Capitulum. 1. Cor. 2. 4.

SErmo meus & prædicátio mea non in perſuaſibílibus humánæ ſapiéntiæ verbis, ſed in oſtenſióne Spíritûs & virtútis: ut fides veſtra non ſit in ſapiéntia hóminum, ſed in virtúte Dei.

Hymnus, Saule, quid; *ut in I. Veſperis*.

℣. Bonitátem feciſti cum ſervo tuo, Dómine, ℟. Secundùm verbum tuum. *Pſ*. 118. 65.

Ad Magníficat, *Ant*. 3. E. Vidit Deus præſumptiónem cordis ejus, quóniam mala eſt: adimplévit propitiatiónem ſpiritûs in illo, & oſtendit ei viam æquitátis. *Eccli*. 18. 10. 11.

Orat. ſuprà ad Laudes.

Commemoratio ſancti Polycarpi Epiſc. & Martyris. vij. *Oratio*. Omnipotens. xj.

DIE XXVI.

In Feſto

S. POLYCARPI

Epiſcopi & Martyris.

Semiduplex.

De Comm. unius Martyris.

Ex Epíſtola Eccléſiæ Smyrnenſis ad Eccléſias Ponti.

LECTIO IV. c. 13. & 14.

EXtructó rogo, cùm Polycarpus ómnia veſtiménta depoſuiſſet & cíngulum ſolviſſet, circumjecta ſunt ei inſtrumenta quæ ad feralem rogum paráta fúerant. Cumque eum clavis affígere vellent: Sínite me, inquit; qui enim mihi vires dat ad ignis ſupplícium fórtiter ſuſtinendum, idem dabit ut immótus

tus rogo ſubſiſtam. Illi
o non quidem clavis
ixérunt, ſed ligavérunt
a. Hic verò manus poſt
gum connectens & ad
am revinctus, tamquã
s quidam exímius ex
gno grege delectus, qui
tíſſimum holocauſtum
nipotenti Deo offerre-
, cœlum contúitus, di-
: Pater unigeniti & be-
licti Fílii tui Jeſu Chri-
per quem tuî notítiam
epimus, Deus ange-
am & poteſtátum, be-
díco te, qui me ad hanc
am perdúcere digná-
es, ut partem cáperem
consórtio mártyrum,
cálice Chriſti tui, ad
urrectiónem vitæ ætér-
ánimæ ſimul & cór-
is, in incorruptióne
ritûs ſancti: inter
os, quæſo, ſuſcípiar
die coram te, tamquam
ſtia pinguis & accepta.
uamobrem de ómnibus
laudo, te benedíco, te
rífico per ſempitérnum
ntíficem Jeſum Chri-
m Fílium tuum, cum
o tibi & Spirítui ſan-
glória & nunc & in
úra ſécula.

CTIO V. c. 15. 16.
& 18.

T cùm Amen clarâ
voce emiſiſſet, pre-
tionemque compleſſet,
niſtri rogum accendé-
nt. Cũque ingens flam-
ma exarſiſſet, mira res
viſa eſt ab iis qui eam vi-
dére meruérunt, & qui
ídeò reſervati ſunt ut áliis
nuntiárent: ignis enim
fórnicis ſpéciem præbens,
tamquam velum navis
ventórum flatu ſinuátum,
circum corpus Mártyris
ſtetit; quod quidem in
médio pósitum, non ut
caro aſſa videbátur, ſed
velut aurum aut argentũ
quod in fornáce excóqui-
tur: quippe odórem ſua-
víſſimum, quaſi thuris al-
teriuſve pretióſi arómatis,
náribus noſtris inhalan-
tem hauriebámus. Poſtré-
mò cernentes ímpii cor-
pus ejus non poſſe con-
ſúmi, confectórem pró-
piùs accédere, enſemque
altè in corpus adígere juſ-
ſérunt. Quo facto, tanta
vis sánguinis effluxit, ut
ignis prorsùs extingueré-
tur. Oſſa illíus gemmis
cárióra, & quovis auro
puriora colligentes, ubi
decébat, condídimus. Quo
étiam in loco nobis, ſi
fieri póterit, convenién-
tibus, concédet Deus na-
tálem ejus martyrii diem
cum hilaritáte & gáudio
celebráre.

Léctio ſancti Evangélii
ſecundùm Matthæum.

LECTIO VI. c. 24. v. 9.

Perſecutiones prædictæ.

IN illo témpore: Dixit
Jeſus diſcípulis ſuis:

Tradent vos in tribulatiónem, & occident vos; & éritis ódio ómnibus géntibus propter nomen meũ. Et réliqua.

Homília ſancti Polycarpi Epíſcopi & Mártyris.

Epiſt. ad Philippenſes.

INdeſinenter perſeverémus in ſpe noſtra & pígnore juſtítiæ noſtræ, quod eſt Chriſtus, qui pértulit noſtra peccáta in córpore ſuo ſuper lignum; qui peccátum non fecit, nec inventus eſt dolus in ore ejus; ſed propter nos, ut in ipſo vivámus, ómnia ſuſtínuit. Imitatóres ígitur ſimus patiéntiæ ipſíus: & ſi patiámur propter nomen ejus, glóriâ illum afficimus. Hoc quippe exemplum nobis póſuit in ſeipſo: ac nos id credídimus. Rogo ítaque vos omnes ut obediátis verbo juſtítiæ, & omnem patiéntiam exerceátis, quam óculis ipſis vidiſtis: non modò in beátis Ignátio, & Zózimo, & Rufo, ſed étiam in áliis qui ex vobis, ac in ipſo Paulo, cæteriſque Apóſtolis: perſuáſi quòd hi omnes in vácuum non cucurrérunt, ſed in fide ac juſtítia; & quòd in débito ſibi loco ſint apud Dóminum, cum quo & paſſi ſunt. Non enim præſens ſéculum dilexérunt, ſed eum qui pro nobis mórtuus eſt.

Oratio. Omnípotens. xj.

DIE XXVII.

In Feſto

SANCTI JOANNIS CHRYSOSTOMI, Epiſcopi & Eccleſiæ Doctoris.

Semiduplex.

De Communi unius Doctoris. Oratio infrà ad Laudes.

IN II. NOCTURNO.

Legitur de Scriptura occurrente.

IN III. NOCTURNO.

LECTIO IV.

Ex Palladio, Socrate, Sozomeno, Theodoreto.

JOannes Antiochíæ natus, in adoleſcéntia baptizátus à ſancto Melétio Epíſcopo, per annos áliquot in ſolitúdine vitâ egit. Quinto poſt ſuſceptum diaconátũ anno, préſbyter Antiochénæ Eccléſiæ à Flaviáno creátus, homílias hábuit ad pópulum tantâ cum eloquéntiâ, ut inde Chryſóſtomus ſit appellátus. Exactis eo in múnere annis duódecim, Antiochíæ ſubductus, in ſede Conſtantinopolitána mórtuo Nectário invítus ſufficitur. Tum de Clericórum móribus ſollícitus, vétuit eos ſuperintroductas habére mulíeres, ac lautióres optimátum menſas frequentáre. Dívitum étiam

fórtiter retúdit.Ip-
m forma gregis ſa-
reſécuit ſumptus
; Eccléſiæ ac famí-
copális ; & quod
ipérerat, in páupe-
ímmodum conver-
ræſertimque infir-
ı, quibus & noſo-
conſtruxit. Sex A-
íſcopos ab Anto-
pheſíno per ſimó-
rdinátos, in Ephe-
ynodo exauctorá-
: pari ánimi forti-
óbſtitit ne Ariánis
ducis Gothórum
io elátis Eccléſia
lerétur. Fidem in
a prædicandá, ido-
templa in Phœní-
uenda curávit. Fla-
n Epíſcopum An-
num reconciliávit
nnocéntio Papa, &
entálibus ac Ægy-
píſcopis, qui ab eo
r ſuſceptum in lo-
ſeléſii, vivente ad-
ulíno, epiſcopátum
bant. Cùm autem
inſtituiſſet áſperam
íram, ac depravá-
inium órdinum mo-
orrígere niterétur,
rum ſúbiit invídia;
tiæ Auguſtæ imprí-
quæ concionantis
quædam quaſi in ſe
melióſa indignè fe-
Quare hábita eſt
Quercum, Chalcé-
ſubúrbium, Epiſco-

pórum áliquot Chryſóſtomo infenſórum tumultuária ſynodus; in qua agente Theóphilo Alexandríno, annitente Eudóxiâ, depóſitus, ejectus eſt in exílium; quem pópulus incredíbili ſtúdio, nocte licèt urgente, longè proſecútus eſt. Sed paulò pòſt, facto terræ motu & coortâ ſeditióne plebis, ab exílio revocátur. Cùm autem pérditos mores argúere non deſíſteret, & ad argénteam Eudóxiæ ſtátuam in foro ſanctæ Sophíæ erectam hiſtriónes lúdere, & à vulgi clamóribus divínam pſalmódiam interturbári mínimè paterétur, idque públicâ oratióne reprehendiſſet, in Epiſcopórum conventículo iterū damnátus eſt, quòd in ſedem abſque novæ ſynodi judício rediiſſet: & ipſâ nocte Páſchatis Eccléſiâ pulſus, Arcádii imperatóris juſſu, paucis pòſt ménſibus Cucúſum in Arméniam amandátur: Epíſcopi autem quadraginta, aliíque complúres qui ipſi adhæſerant, hincque Joannítæ dicebantur, váriis tormentis afficiuntur.

LECTIO V.

POſt Chryſóſtomi diſceſſum erumpens ſúbitò ex ejus throno flamma Eccléſiam & Palátiū

abſumpſit. Mox intrúditur in ſedem illíus Arſácius Nectárii frater: quod Innocéntius ad quem per lítteras Joannes confúgerat, & Epíſcopi Occidentáles ádeò improbârunt, ut cum eo communicáre noluerint. Interim continuâ febre debilitátus Joannes cœptum iter perágere cógitur, donec Cæſaréam Cappadóciæ venit; ubi cùm per áliquot dies commorátus eſſet, remíttere páululùm vis morbi cœpit: ſed Cæſarienſis Epíſcopi monachorumque factióne rurſum exagitátus, réddere ſe itíneri, atque Iſaurórum regiónem vaſtántium immanitáti ſe expónere coactus eſt. Cucúſum tamdem, quò amandátus fúerat, pervénit; ibíque, hyemis incleméntiâ penè enectus, Arméniæ páuperes fruménto & cœleſti verbo páſcere non déſtitit. Hinc propter crebras Iſaurórũ incurſiónes, Arabiſſum munítius óppidum, non ſine perículo, tranſlátus eſt, deinde Pityuntem: ut aſsíduis itínerum labóribus conficerétur. Cománã cùm adventáret, pernoctávit in Eccléſia ſancti Baſiliſci, ubi beátus Martyr ſic eum in ſomniis affátus eſt: Confíde, frater Joannes; cras enim ſimul érimus. Sumptis poſtrídie cœléſtibus ſacraméntis, conſignans ſe in modum crucis, ánimam Deo réddidit quartadécimâ die Septembris, anno quadringenteſimo-ſéptimo. Corpus ejus máximo vírginum & monachórum concurſu ſepultúræ mandátum, poſt áliquot annos Theodóſius Arcádii fílius Conſtantinópolim tránſtulit inſigni pompâ, ſexto kalendas Februárii: ejuſque relíquias venerátus, pro paréntibus véniam precátus eſt. Epíſcopi autem Occidentáles non priùs cum Attico Arſácii ſucceſſóre aliiſque Orientálibus communicáre voluérunt, quàm nomen illíus in díptycha retuliſſent.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Matthæum.

LECTIO VI. c. 5. v. 12.

Sal terræ: lux mundi.

IN illo témpore: Dixit Jeſus diſcípulis ſuis: Vos eſtis ſal terræ: quòd ſi ſal evanúerit, in quo ſaliétur? Et réliqua.

Homília ſancti Joannis Chryſóſtomi.

In Matth. 15.

NOn illos Palæſtínæ doctóres eſſe dicit, ſed totíus terræ; nec ſimpliciter doctóres, ſed ſevéros quoſdam atque terríbiles. Hoc eſt enim om-

ſtíno mirábile, quia non adulantes, neque palpantes; ſed ſalis inſtar aſtringentes, ferè ómnibus ſe tam deſiderábiles reddidérunt. Nolíte ergo, inquit, mirári, ſi álios omittens, vos dóceo: non vos tantúmmodò volo eſſe ſapientes, ſed tales fácere & cæteros. Hujúſmodi autem magiſtros máximâ decet pollére prudéntiâ: tantaſque illis virtútum adeſſe divítias, ut áliis quoque utilitátem impértiant. Deinde ad áliud eos ſublímius ducit exemplum. Vos eſtis lux mundi. Iterum mundi, non uníus gentis, nec viginti úrbium, ſed totíus orbis; & lux intelligíbilis ipſóque rádio præſtántior, ſicut étiā ſal ſpirituále. Priùs autem ſal, deinde lux; ut diſcas quantum ſit verbórum aſtringéntium lucrū, quantumque cómmodum honeſtæ doctrínæ. Hæc síquidem ſtringit ánimos, nec difflúere permittit, facitque ad virtútem aſpícere, ad quam velut apprehensâ manu addúcit.

Orémus.

ECcléſiam tuam, quæſumus, Dómine, grátia cœleſtis amplíficet, quam beáti Joannis Chryſóſtomi Doctóris atque Pontíficis illuſtráre voluiſti glorióſis méritis & doctrínis; Per Dóminum.

DIE XXVIII.

In Feſto

S. FRANCISCI SALESII,

Epiſcopi.

Duplex-minus.

De Comm. unius Pontificis, exceptis quæ ſequuntur.

IN I. VESPERIS.

Capitul. Eccli. 45. 3. 4.

GLorificávit illū Deus in conſpectu regum, & juſſit illi coram pópulo ſuo, & oſtendit illi glóriam ſuam. In fide & lenitáte ipſius ſanctum fecit illum.

Oratio. Deus, qui ad animárum, *ut infrà ad Laudes.*

AD OFFIC. NOCT.

LECTIO IV.

Ex ejus vita.

FRanciſcus in caſtro Saléſio natus, unde famíliæ cognómen, à téneris annis morum innocéntiâ & gravitáte cláruit. Adoleſcens liberálibus diſciplínis erudítus, mox Philoſóphiæ & Theológiæ Paríſiis, & utríque Juri Patávii óperā dedit. In æde Lauretána perpétuæ virginitátis votum, quo pridem ſe Paríſiis obſtrinxerat, innovávit; à cujus virtútis propóſito numquam pótuit dimovéri. In pátriam redux, clericáli milítiæ no-

men dedit. Sacerdótio initiátus, & Genevenſis Eccleſiæ præpoſitúram adeptus, à Granério Epíſcopo verbi divíni præco deſtinátur adversùs Calviniánam hæreſim. Cùm Thunóne ſacrum fácere non licéret, in arcē Albingiánam quátuor milliáribus diſtantem ſe recípere, & Druéntiam amnem innixus trabi, quæ glácie plerumque obriguerat, pédibus & mánibus reptans trajícere cogebátur.

LECTIO V.

PLúrimos ab hæreſi ad Cathólicam fidem reduxit, unde ab hæréticis calúmniis impetítus, ſæpe étiam ad necem conquiſítus eſt. Suſcepto regímine paróchiæ quam Thunóne erexerat, cùm eam regiónem diræ lues depopularetur, ómnibus ómnia córporis & ánimæ ſubſídia amanter, conſtanter atque indúſtriè procurávit. In coadjutórem à Granério aſcítus, ſeminárium Clericórum Annecii inſtítuit. Granério mórtuo Epíſcopus conſecrátus coegit Synodum, & eccleſiáſticæ diſciplínæ leges Clero ſanxit. Libros conſcripſit Dei amórem ſpirantes. Inſtítuit congregatiónem moniálium à Viſitatióne beátæ Maríæ dictárum. Recuſáto coadjutóris Pariſienſis múnere, dum ad diœcéſim revértitur, Lugdúni apopléxiâ correptus, munitus Eccleſiæ ſacramentis óbiit die vigéſimâ octávâ Decembris, anno ætátis quinquagéſimo ſexto, Chriſti milléſimo ſexcenteſimo vigéſimo ſecundo. Quem miráculis clarum Alexander ſéptimus Sanctórum albo inſéruit; ejuſque colendam memóriam ſtátuit die vigéſimâ nonâ Januárii, quâ die Anneceii ſepultus fúerat.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Matthæum.

LECTIO VI. c. 11. v. 28.

Manſuetudo & humilitas commendatur.

IN illo témpore: Dixit Jeſus diſcípulis ſuis: Veníte ad me, omnes qui laborátis & oneráti eſtis; & ego refíciam vos. Et réliqua.

Homília ſancti Auguſtíni Epíſcopi.

Ser. 10. *de Verbis Dómini.*

VEníte ad me, omnes qui laborátis. Quare enim omnes laborámus, niſi quia ſumus hómines mortáles, frágiles, infirmi, lútea vaſa portantes, quæ fáciunt invicem anguſtias? Sed ſi anguſtiantur vaſa carnis, dilatantur ſpátia charitátis: Quid ergo dicit: Veníte ad me, omnes qui laborá-

ſ, niſi ut non laborétis? énique promíſſio ejus promptu eſt, quóniam borantes vocávit. Quæ-nt fortè quâ mercéde ocáti ſunt. Et ego vos, quit, refíciam. Tóllite gum meum ſuper vos, díſcite à me, non mun-um fabricáre, non cun-a viſibília & inviſibília eáre, non in ipſo mun-o mirabília fácere, & órtuos ſuſcitáre, ſed uóniam mitis ſum & hú-ilis corde.

AD LAUDES.

apitul. 1. Cor. 9. 22. 23.

OMnibus ómnia fa-ctus ſum, ut omnes cerem ſalvos. Omnia utem fácio propter Evan-élium, ut párticeps ejus ficiar.

Oratio.

DEus, qui ad animá-rum ſalútem beátum rancíſcum Pontíficem, mnibus ómnia factum ſe voluiſti: concéde pro-tius, ut charitátis tuæ ulcédine perfúſi, ejus di-géntibus mónitis, ac ſuf-agántibus méritis, ætér-a præmia conſequámur; er Dóminum.

DIE XXX.

In Feſto

ANCT. BATHILDIS

Francorum Reginæ & Viduæ.

Semiduplex.

De Comm. unius Vid. liij.

Oratio. Eſto, quæſu-mus. *p.* lvij.

LECTIO IV.

Ex autore coævo & actis apud Mabilionem.

BAthildis in Anglia Saxórum génere or-ta, à prædónibus Ercunvaldo Majóri do-mûs régiæ véndita, ab eo ad porrigenda ſibi pócula adhibita eſt; ac demum mórtuâ cónjuge, in uxó-rem expetita. Quas illa ut vitáret núptias, látebras quæsívit; ſed póſtmodum ob exímias córporis & ánimi dotes, ad Clodo-væi ſecundi conjúgium inſperátò pertráhitur. Tũ páuperes & eccléſias Clo-dovæo ſtudióſè commen-dávit: quod ádeo gratum fuit príncipi, ut Geneſium Abbátem, póſtea Lug-dunenſem Epíſcopum, re-gínæ piis opéribus exe-quendis adjutórem déde-rit. Mórtuo Clodovæo, trium filiórum, Clotárii, Childeríci & Theodorí-ci, quorum natu máximus vix quintum annum attí-gerat, tutelam geſſit; re-gnumque ac palátium, conſíliis Chrodoberti Pa-riſienſis Epíſcopi, & Au-doéni Rhotomagenſis, ſa-pientíſſimè moderáta eſt.

LECTIO V.

MUlta præclárè ſan-xit. Simoníacas or-dinatiónes abolévit hor-

cátu ſacerdótum : prohíbuit ne quis Chriſtiános vénderet éxteris, aut áliò vendendos abdúceret ; plures étiam à ſervitúte ſuis ſúmptibus redémit. Effécit ut Pontíficum & Abbátum ſtúdio, reguláris diſciplína in monaſtériis ſanctórum Dionyſii, Germáni, Petri, Medardi, Aniáni, Martíni, & áliis, aut ſervarétur, aut reſtituerétur. Corbéiæ ad Summinam cœnóbium extruxit ; aliudque Calæ ad Mátronam, in quo, relictâ, Clotário jam adulto, regni adminiſtratióne, ipſa, ſuſcepto religiónis hábitu, ſub obediéntia Bertillæ Abbatiſſæ, ómnibus exemplo & admiratióni fuit : ibíque mórtua eſt ætátis ſuæ anno quinquagéſimo quinto.

LECTIO VI. *ut in codice Lectionum, p.* lxxv. & lxxvj.

DIE XXXI.

In Feſto

S. PETRI NOLASCI.

Semiduplex.

De Comm. unius Juſti. *Oratio.* Adeſto. xliv.

LECTIO IV.

Ex Hiſt. Ord. Mon. Boll. & Hiſt. Occit.

PEtrus Nolaſcus, propè Carcaſſónam in paróchia ſancti Pápuli, nóbili génere natus, ſingulári erga próximum charitáte excélluit. Adoleſcens paréntibus orbátus, jamque milítiæ matúrus, prima arma tuliſſe fertur adversùs Albigenſes hæréticos, & in caſtris ſub Simóne de Monteforti aliquándiù meruiſſe. Deinde cùm ídem belli ſacri dux, devicto propè Murétum interfectóque Petro Aragóniæ rege, Jacóbum ejus fílium, eâ quâ par erat ratióne educári exoptáret, delectus ab eo, ob virtútis viri famam, miſſuſque Nolaſcus ; ut Jacóbi adhuc júvenis, qui paulò antè obſes à patre tráditus, tum Carcaſſónæ in cuſtódia detinebátur, inſtitutióni præficerétur. Quo in múnere omnes curas ad id potíſſimùm cóntulit, ut viri princípis mens animuſque ad pietátē colendā, eamdemque aliquando tutandam informarentur. Datâ póſtmodum Jacóbo regi in Hiſpániam redeundi cópiâ, cum eo Nolaſcus Barcinónam venit.

LECTIO V.

TUm ſumma illíus cháritas præcípuè enítuit in liberandis à ſervitúte infidélium captívis. Quam in rem cùm patrimónium abſúmere cogitáret, ei Vírginem Deíparam ſeſe vidēndam præbuiſſe, ipſíque indi-

-raſſe ferunt, gratum ſibi -ore ſi religióſum conſti-úeret Ordinem, qui in iis -niſericórdiæ opéribus to-am in póſterum navaſſet ſperam: unde factum, ut -o duce novus ordo, ſub ítulo beátæ Maríæ de Mercéde, viſus ſit Barci-nónæ exoríri. Cùm autem Nolaſcus in redimendis captívis multùm labóris -oſuiſſet; ac patiéntiâ, humilitáte, abſtinéntiâ, caſtitáte, cæteriſque virtútibus mirum in modum excelluiſſet; tandem annis meritiſque plenus obdormívit in Dómino ipsâ nocte médiâ Nativitátis Dómini, anno milléſimo quinquagéſimo ſexto. Ab Urbáno octávo in Sanctórum númerum relátus eſt; ejuſque feſtivitáti hanc últimam Januárii diem aſſignávit Alexander ſéptimus.

LECTIO VI. *ut in codice Lectionum. p.* lxxj.

FESTA FEBRUARII.

DIE I.

In Feſto

SANCTI IGNATII

Epiſcopi & Martyris.

Semiduplex.

De Comm. unius Mart. præter ea quæ hìc ſunt propria. Orat. Da nobis. xj.

IN II. NOCTURNO.

Lectiones de Scriptura occurrente.

IN III. NOCTURNO.

Ex libro ſancti Hierónymi Preſbyteri de Scriptóribus eccleſiáſticis.

LECTIO IV. c. 16.

IGnátius Antiochénæ Eccléſiæ tértius poſt Petrum Apóſtolum Epíſcopus, commovente perſecutiónem Trajáno, damnátus ad béſtias, Romam vinctus míttitur. Cùmque návigans Smyrnam veniſſet ubi Polycarpus audítor Joannis Epíſcopus erat, ſcripſit unam epíſtolam ad Ephéſios, álteram ad Magneſiános, tértiam ad Trallenſes, quartam ad Romános: & inde egrédiens ſcripſit ad Philadélphios & ad Smyrnæos, & própriam ad Polycarpum, commendans illi Antiochenſem Eccléſiam, in qua & de Evangélio quod nuper à me tranſlátum eſt, ſuper perſóna Chriſti ponit teſtimónium, dicens: Ego verò & poſt reſurrectiónem in carne eum vidi.

LECTIO V.

DIgnum autem vidétur, quia tanti viri

fécimus mentiónem, & de epíſtola ejus, quam ad Romános ſcribit, pauca pónere: De Syria uſque ad Romam pugno ad béſtias in mari & in terra, nocte diéque ligátus cum decē leopardis, hoc eſt milítibus qui me cuſtódiunt; quibus & cùm beneféceris, pejóres fiunt. Iníquitas autem eórum mea doctrína eſt: ſed non idcircò juſtificátus ſum. Utinam fruar béſtiis quæ mihi ſunt præparátæ: quas & oro mihi velóces eſſe ad intéritum & ad supplícia, & állici ad comedendum me; ne ſicut & aliórum mártyrum, non áudeant corpus attíngere. Quòd ſi veníre noluérint, ego vim fáciam, ego me urgébo ut dévorer. Ignóſcite mihi, filíoli: quid mihi proſit, ego ſcio. Nunc incípio Chriſti eſſe diſcípulus; nihil de his quæ videntur desíderans, ut Jeſum Chriſtū invéniam. Ignis, crux, béſtiæ, confráctio óſſium, membrórum divíſio, & totíus córporis contrítio, & tota tormenta diáboli in me véniant; tantùm Chriſto fruar. Cumque jam damnátus eſſet ad béſtias, & rugientes audíret leónes, ardóre patiendi ait: Frumentum Chriſti ſum; déntibus beſtiárum molar, ut panis mundus invéniar. Paſſus eſt anno undécimo Trajáni. Relíquiæ córporis ejus Antiochíæ jacent extra portam Daphníticā in cœmetério.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Joannem.

LECTIO VI. C. 12. v. 24.

Granum frumenti mortuum.

IN illo témpore: Dixit Jeſus diſcípulis ſuis: Amen, amen dico vobis, niſi granum fruménti cadens in terram mórtuum fúerit, ipſum ſolum manet; ſi autem mórtuum fúerit, multum fructum affert. Et réliqua.

Homília ſancti Ignátii Epíſcopi & Mártyris.

Epiſt. ad Rom.

DEus mihi tribúere non poteſtis, quàm ut ímmoler Deo, dum adhuc altáre parátum eſt: ut in charitáte chorum conſtituentes, canátis Patri in Chriſto Jeſu, quòd Epíſcopum Syriæ dignátus fúerit Deus in Occidente inveníri, quem illuc ab Oriente tranſmíſit. Bonum eſt à mundo occídere in Deum, ut in ipſum exóriar. Pétite mihi vires & intùs & foris, ut non modò dicam, ſed & velim: ut non tantū dicar Chriſtiánus, ſed & invéniar. Eccléſiis ſcribo & mando ómnibus, quòd libens pro

Deo mórior, ſi modò vos non prohibuéritis. Obſecro vos ne intempeſtívâ benevoléntiâ erga me ſitis. Sínite me ferárum eſcam fieri, per quas licet Deum adipiſci. Frumentum Dei ſum; & déntibus ferárum molar, ut mundus Dei panis invéniar. Deprecémini Chriſtum pro me, ut per hæc órgana Dei efficiar hóſtia. Non ut Petrus & Paulus præcípio vobis: illi apóſtoli, ego condemnátus; illi líberi, ego etiamnum ſervus. At ſi paſſus fúero, libertus fiam Jeſu Chriſti, & reſurgam liber. Et nunc vinctus diſco nihil concupíſcere. Illum quæro, qui pro nobis mórtuus eſt: illum volo, qui propter nos reſurrexit. Ille mihi lucrũ eſt. Sínite me imitatórem eſſe paſſiónis Dei mei. Si quis illum in ſeipſo póſſidet, intélligat quid volo, & compatiátur mihi, ut qui ſciat quæ me conſtringant. Scribo vobis amóre captus moriendi. Meus amor crucifixus eſt; & non eſt in me ignis amans ullam aquam: ſed vivens & loquens in me, intùs me dicit. Veni ad Patrẽ,

DIE II.
IN FESTO PRÆSENTATIONIS DOMINI, ET PURIFICATIONIS B. MARIÆ VIRGINIS.

SOLEMNE-MAJUS.

IN I. VESPERIS.

Pſalmi de Feria.

Ant. 1. *D.* STatim véniet ad templum ſuũ dominátor, quem vos quæritis; & Angelus teſtamenti, quem vos vultis. *Malach.* 3. 1.

Ant. 5. C. Magna erit glória domûs iſtius noviſſimæ plus quàm primæ. *Aggæi.* 2. 10.

Ant. 6. F. Múlier non ingrediétur in Sanctuárium, donec impleantur dies purificatiónis ſuæ. *Levit.* 12. 4.

Ant. 4. A. Sumet duos túrtures, vel duos pullos columbárum, unum in holocauſtum, & álterum pro peccáto. *Ibid. v.* 8.

Ant. 3. a. Placébit Dómino ſacrifícium Juda & Jeruſalem, ſicut dies ſéculi. *Malach.* 3. 4.

Capitul. Agg. 2. 7. 8.

ADhuc unum módicum eſt, & ego commovébo cœlum & terram, & mare & áridam. Et movébo omnes gentes: & véniet Deſiderátus cunctis géntibus, & implébo domum iſtam glóriâ, dicit Dóminus exercítuũ.

℟. Cantáte Dómino, quóniam magníficè fecit: * Exulta, & lauda, habitátio Sion; † Quia magnus in médio tuî ſanctus Iſraël. *Iſai.* 12. *v.* 5. 6.

℣. Ipſe ſalvum fáciet pópulum ſuum à peccátis eórum. *Matth.* 1. 21. * Exulta. ℣. Glória Patri. † Quia.

Hymnus. S. V.

STupete, gentes: fit Deus hóſtia;
Se ſponte Legi Légifer óbligat;

Orbis redemptor nunc redemptus ;
Seque piat ſine labe mater.

DE more matrum Virgo puérpera
Templo ſtatútos abſtínuit dies :
Intráre Sanctum quid pavébas ,
Facta Dei priùs ipſa templum ?

ARA ſub una ſe vovet hóſtia
Triplex : honórem virgíneum ímmolat
Virgo ſacerdos , parva mollis
Membra puer , ſeniorque vitam.

EHEU ! quot enſes tranſádigent tuum
Pectus ? quot altis nata dolóribus ,
O Virgo ! quem geſtas , cruentam
Imbuet hic ſacer Agnus aram.

CHRISTUS futúro, corpus adhuc tener ,
Prælúdit infans víctima fúneri :
Creſcet : profúſo vir cruóre ,
Omne ſcelus móriens piábit.

SIT ſumma Patri, ſummaque Fílio ,
Sit ſumma ſancto glória Flámini :
Sanctæ litémus Trinitáti
Perpétuo pia corda cultu.
Amen.

℣. Benedictiónem dabit Legiſlátor ; ℟. Vidébitur Deus deórum in Sion. *Pſal.* 83. 8.

Ad Magníficat , *Ant.* 7. G. Lauda , filia Sion : Dóminus Deus tuus in médio tuî fortis ; ipſe ſalvábit. *Soph.* 3. 14. 17.

Oratio , ut infrà ad Laudes.

AD COMPLETOR.

Antiph. de Feria.

Hymnus. Virgíneis títulis , *ut in Officio B. Mariæ in Sabbato. Capitul. ibidem.*

Ad Nunc dimittis, *Ant.* 5. a. Vidérunt óculi mei, Dómine , ſalutáre tuum. *Luc.* 2. 30.

Oratio , ut in Officio Sabbati.

AD OFFIC. NOCT.

Invit. Ad templum ſuũ Dominátor , quem vos quæritis , ecce venit : * Veníte , adorémus. *Malach.* 3. 1.

Pſ. 94. Veníte. 2.

Hymnus. S. V.

TEMPLI ſacrátas pande , Sion , fores ;
Chriſtus Sacerdos intrat & hóſtia :
Cedant inánes veritáti ,
Quæ ſe ánimis áperit , figúræ.

NON immolandi jam pécudum greges ;
Fumábit ater non cruor ampliùs ;

En ipſe placando Parenti
Ipſe ſuis Deus aſtat aris.
VIRGO latentis cónſcia Núminis,
Demiſſa vultus, quem péperit Deum,
Hunc geſtat ulnis, pauperumque
Múnera fert, téneras volúcres.
HIC omnis ætas, omnis & áſtitit
Sexus, propinquo Númine plénior:
Omnes anhelantis tot annos
Nunc fidei prétium reportant.
TESTES tot inter, magnánimo, Deus,
Tibi litábat fida ſiléntio,
Verbi ſilentis muta mater;
Quanta ánimo reticébat alto!
SIT ſumma Patri, ſúmmaque Filio,
Sit ſumma ſancto glória Flámini:
Sanctæ litémus Trinitáti
Perpétuo pia corda cultu.
Amen.

IN I. NOCTURNO.

In Pſ. Expectans, *cum ſua diviſione.* 133. *Ant.* 1. D. Deus meus, vólui; & legem tuam in médio cordis mei.

In Pſ. Eructávit. 116. *Ant.* 5. C. Speciósus formâ præ filiis hóminum; diffúſa eſt grátia in lábiis tuis.

In Pſ. Deus noſter. 151. *Ant.* 1. g. Sanctificávit tabernáculum ſuum Altíſſimus.

℣. Sicut audívimus, ſic vídimus, ℟. In civitáte Dómini virtútum. *Pſal.* 47. 9.

De libro Exodi.

LECTIO I. c. 13. v. 11.

Conſecratio primogenitorum.

AIt Móyſes ad pópulum: Cùm introdúxerit te Dóminus in terram Chananæi, ſicut jurávit tibi & pátribus tuis, & déderit tibi eam, ſeparábis omne quod áperit vulvam Dómino, & quod primitívum eſt in pecóribus tuis: quidquid habúeris maſculíni ſexûs, conſecrábis Dómino. Primogénitum áſini mutábis ove: quod ſi non redémeris, interfícies. Omne autem primogénitum hóminis de filiis tuis, prétio rédimes. Cumque interrogáverit te filius tuus cras, dicens: Quid eſt hoc? respondébis ei: In manu forti eduxit nos Dóminus de terra Ægypti, de domo ſervitútis. Nam cùm indurátus eſſet Phárao, & nollet nos dimíttere, occídit Dómi-

omne primogénitum
ra Ægypti, à primo-
o hóminis uſque ad
ogénitum jumentó-
idcircò ímmolo Dó-
omne quod áperit
m maſculíni ſexûs,
nnía primogénita fi-
n meórum rédimo.
I. Locútus eſt Dó-
s ad Móyſen, di-
* Sanctífica mihi
primogénitum in fi-
raël. *Exod.* 13. *v.* 1.
ulérunt Jeſum in Je-
m ut ſiſterent eum
ino, ſicut ſcriptum
lege Dómini. *Luc.*
. * Sanctífica mihi
primogénitum.
e libro Levítici.
IO II. c. 12. v. 1.
purificationis mu-lierum.
Ocútus eſt Dómi-
nus ad Móyſen, di-
Lóquere filiis Iſraël,
es ad eos: Múlier,
cepto ſémine pepé-
náſculum, immunda
ptem diébus, juxta
ſeparatiónis mén-
. Et die octávo cir-
idétur infántulus:
erò triginta tribus
s manébit in ſán-
purificatiónis ſuæ.
e ſanctum non tan-
nec ingrediétur in
uárium, donec im-
tur dies purificatió-
æ. Sin autem fémi-
pepérerit, immunda erit duábus hebdomádibus juxta ritum fluxûs ménſtrui, & ſexaginta ſex diébus manébit in ſánguine purificatiónis ſuæ. Cumque expléti fúerint dies purificatiónis ſuæ pro fílio, ſive pro fília, déferet agnum anniculum in holocauſtum, & pullum columbæ ſive túrturē pro peccáto, ad óſtium tabernáculi teſtimónii; & tradet Sacerdóti, qui ófferet illa coram Dómino, & orábit pro ea, & ſic mundábitur à proflúvio ſánguinis ſui: iſta eſt lex parientis máſculum aut féminam. Quòd ſi non invénerit manus ejus, nec potúerit offerre agnum, ſumet duos túrtures, vel duos pullos columbárum, unum in holocauſtum, & álterum pro peccáto: orabitque pro ea Sacerdos, & ſic mundábitur.

℟. II. Múlier, cùm expléti fúerint dies purificatiónis ſuæ, ſi non potúerit offerre agnum, ſumet * Par túrturum, aut duos pullos columbárum. *Levit.* 12. 6. 8. ℣. Poſtquam impléti ſunt dies purgatiónis Maríæ, tulérunt Jeſum ut darent hóſtiam, ſecundùm quod dictum eſt in lege Dómini. *Luc.* 2. *v.* 22. 24. * Par túrturum, aut duos pullos columbárum.

De Aggæo Prophéta.

LECTIO III. c. 2. v. 7.

Prædicitur adventus Chriſti in templum.

HÆc dicit Dóminus exercítuum: Adhuc unum módicum eſt, & ego commovébo cœlum, & terram, & mare, & áridam. Et movébo omnes gentes: & véniet Deſiderátus cunctis géntibus: & implébo domum iſtam glóriâ, dicit Dóminus exercítuum. Meum eſt argentum, & meum eſt aurum, dicit Dñs exercítuum. Magna erit glória domûs iſtíus noviſſimæ plus quàm primæ, dicit Dóminus exercítuum: & in loco iſto dabo pacem, dicit Dóminus exercítuũ.

℟. III. Júbila, filia Jeruſalem: * Ecce Rex tuus venit tibi juſtus & ſalvátor; † Ipſe pauper, & loquétur pacem géntibus. *Zach.* 9. 9. 10. ℣. Quia omne maſculínum adapériens vulvam, ſanctũ Dómino vocábitur. *Luc.* 2. 23. * Ecce. ℣. Glória. † Ipſe.

IN II. NOCTURNO.

In Pſ. Magnus Dñs. 158. *Ant.* 8. G. Suſcépimus, Deus, misericórdiam tuam in médio templi tui.

In Pſ. Quàm dilecta. 114. *Ant.* 6. F. Benedictiónem dabit legiſlátor; ibunt de virtúte in virtútem; vi-débitur Deus deórum in Sion.

In Pſ. Benedixiſti. 651. *Ant.* 4. E. Miſericórdia & véritas obviavérunt ſibi: juſtítia & pax oſculátæ ſunt.

℣. Illúminans tu mirabíliter, ℟. A móntibus ætérnis. *Pſ.* 75. 5.

Sermo ſancti Gregórii Nyſſéni.

De occurſu Domini.

LECTIO IV.

CUm illo die, quem præſentis diéi feſti primum exemplar méritò quis appellárit, is qui in forma Dei erat, & formam ſervi idem accéperat, mediátor Dei & hóminum factus, juxta legis præceptum, quadraginta dies natus infans, quod ab æterno Dei Verbum fuit, pergébat ad templum unà cum genitríce, quæ cóngruam præſtitutamque hóſtiam geſtábat; tum ſínguli incorporeórum ſpiríruum órdines cervícibus flexis, ut ſervos decébat, convenientem Deo pompam inviſíbili modo parábant, ineffabiliſque ſapiéntiæ pélagus veneráti, pro maniſeſtatióne myſtérii in Deo abſcónditi, legis explicatiónem atque executiónem expectábant. Cujus nos myſtérii memóriâ

hodiernâ die celebrantes, ſpirituáli contemplatióne quemádmodum incorpóreæ mentes páſcimur, & divinórum miraculórum majeſtátem prædicantes, illórum efficiemur partícipes dignitátis.

℟. IV. Majeſtas Dómini ingreſſa eſt templum: * Ecce repléta erat glóriâ Dómini domus. *Ezech.* 43. v. 5. ℣. Cùm indúcerent púerũ Jesú parentes ejus. *Luc.* 2. *v.* 27. * Ecce.

LECTIO V.

SAnctíficat autẽ Chriſtus Deo & Patri non ſolùm hóminum partus primogénitos, ſed etiam omne genus humánum, per eas quas in ſe habet maſſæ noſtræ primítias; id eſt, per carnem à nobis acceptam, & ánimâ intelligente præditam, & novo quaſi fermento humánæ natúræ maſſam ad ſanctificatiónem conſpergit. Nam & ego nunc méritò díxerim, ſicut divínus ait Apóſtolus: Si delibátio ſancta eſt, & maſſa. Ac quemádmodum olim lex per figúram, eam tribum cui ſacerdótii munus obvénerat, pro primogenitórum primítiis Deo óbtulit: ita nunc per ſpléndidam veritátis imáginem, pontíficem, & noſtræ confeſſiónis apóſtolum ſanctum, innocentem, impollútum, ab ómnium peccatórum sórdibus & cogitatiónibus immúnem, corporáliter Deo & Patri pro humána natúra, quæ ipſi per fidem eſt conſecráta, oblátum eſſe intellígimus.

℟. V. Salutáre tuum paraſti, Dómine, ante fáciem ómnium populórum, * Lumen ad revelatiónem géntium & glóriâ plebis tuæ Iſraël. *Luc.* 2. *v.* 31. ℣. Habitántibus in regióne umbræ mortis, lux orta eſt eis. *Iſ.* 9. 2. * Lumen.

LECTIO VI.

TUnc quidem ad ſolam Iſraelíticã gentem ſacerdótii dígnitas referebátur, & in locum primogenitórum duntaxat qui apud ipſos paſcerentur, levítas ſuffectos eſſe Scriptúræ teſtimónio declarátum eſt. Chriſtus verò aſſiſtens futurórũ bonórũ póntifex, non ſecundùm órdinem Aaron, ſed ſecundùm órdinem Melchíſedech, non pro ſolo Iſraéle, ſed pro ómnibus géntibus prétium redemptiónis ſeſe Patri óbtulit, & ómnium confeſſiónis póntifex conſtitútus eſt, quóniam Melchíſedech tam ex parte géntium cognóſcitur, quàm ex génere Abraham eſſe reperítur. Porrò quæ ex lege

fiebat æſtimátio quinque didrachmórum pro unoquóque primogenito, obſcúrè ſignificáre ſolet oportére unumquemque noſtrûm, omnes ſenſus Deo conſecráre, atque ea quæ inſunt ſenſibus, purum, atque ab omni inhoneſta voluptáte alienū, quaſi quoddam redemptiónis prétiū ſanctū atque legítimū offerre Creatóri.

℟. VI. Qui per Spíritum ſanctum ſemetipſum óbtulit immaculátū Deo, * Emundábit conſciéntiam noſtram ab opéribus mórtuis † Ad ſerviendum Deo viventi. *Heb.* 9. *v.* 14. ℣. Verè in Dómino Deo noſtro ſalus Iſraël. *Jer.* 2. *v.* 23. * Emundábit. ℣. Glória. † Ad ſerviendum. *Reſumitur* Qui.

IN III. NOCTURNO.

In Pſ. Fundamenta. 159. *Ant.* 7. ç. Homo natus eſt in ea; & ipſe fundávit eā Altíſſimus.

In Pſ. Cantáte.... omnis terra. 51. *Ant.* 3. à. Magnus Dóminus, & laudábilis nimis.

In Pſ. Dóminus regnávit .... lætentur. 66. *Ant.* 8. G. Adoráte Deum, omnes Angeli ejus; audívit & lætáta eſt Sion.

℣. Annúntient in Sion nomen Dómini, ℟. Et laudem ejus in Jeruſalē. *Pſ.* 101, 22.

De Epíſtola beáti Pauli Apóſtoli ad Hebræos.

LECTIO VII. c. 10. v. 4.

Oblatio Chriſti.

IMpoſſíbile eſt ſánguine taurórum & hircórum auferri peccáta. Ideo ingrédiens mundum dicit: Hóſtiam & oblatiónem noluíſti; corpus autem aptaſti mihi: holocautómata pro peccáto non tibi placuérunt; tunc dixi: Ecce venio; in cápite libri ſcriptum eſt de me: Ut fáciam, Deus, voluntátem tuam. Supériùs dicens: Quia hóſtias & oblatiónes, & holocautómata pro peccáto noluíſti, nec plácita ſunt tibi quæ ſecundùm legem offeruntur; tunc dixi: Ecce vénio, ut fáciam, Deus, voluntátem tuam: aufert primū ut ſequens ſtátuat. In qua voluntáte ſanctificáti ſumus per oblatiónē córporis Jeſu Chriſti ſemel.

℟. VII. Deſcendiſti, & à fácie tua montes defluxérunt: * Occurriſti, Dómine, lætanti & faciénti juſtítiam. *Iſ.* 64. *v.* 3. 5. ℣. Símeon venit in ſpíritu in templum. *Luc.* 2. *v.* 27. * Occurriſti.

LECTIO VIII. v. 11.

Fiducia in Chriſto.

OMnis quidem Sacerdos præſtò eſt quotídiè miniſtrans, &

m ſæpè ófferens hó-
quæ numquam poſ-
ıuferre peccáta. Hic
a unam pro peccátis
ns hóſtiam, in ſem-
ıum ſedet in déxtera
de cætero expéctans
c ponantur inímici e-
abellum pedum ejus.
enim oblatióne con-
ıávit in ſempiternū
ificátos. Conteſtá-
ıtem nos & Spíritus
us. Poſtquàm enim
: Hoc autem teſta-
um quod teſtábor
los poſt dies illos,
Dóminus: Dabo
meas in córdibus
n, & in méntibus
n ſuperſcribam eas;
ccatórum & iniqui-
a eórum jam non
dábor ámpliùs.
VIII. Cùm indúce-
púerum Jeſum pa-
s ejus ut fácerent
ıdùm conſuetúdinē
pro eo, Símeon *
pit eum in ulnas
Luc. 2. *v.* 27. ℣. De-
um cordis ejus tri-
i ei, Dómine, &
ıtáte labiórum ejus
raudaſti eum. *Pſ.* 20.
* Accépit.
o ſancti Evangélii
cundùm Lucam.
TIO IX. C. 2. 22.
riſtus in templo.
illo témpore; Poſt-
ıàm impléti ſunt dies
tiónis Maríæ ſecun-
dùm legem Móyſi, tulé-
runt Jeſum in Jeruſalem
ut ſiſterent eum Dómino,
ſicut ſcriptum eſt in lege
Dómini. Et reliqua.

Homília ſancti Ambróſii Epíſcopi.

In Luc. lib. 2.

Factus ſub lege Chriſtus, ut eos qui ſub lege eſſent, lucrifáceret, ſíſtitur in Jeruſalem. Vides omnem legis véteris ſériem fuiſſe typum futúri. Omne maſculínum adapériens vulvam, ſanctum Dómino vocábitur. Verbis enim legis promittebátur Vírginis partus. Et verè ſanctus, quia immaculátus. Solus enim per ómnia ex natis de fémina ſanctus Dóminus Jeſus, qui terrénæ contágia corruptélæ, immaculáti partûs novitáte non ſénſerit & cœleſti majeſtáte depúlerit. Et ecce homo erat in Jeruſalem, cui nomen Símeon, & homo iſte juſtus & timorátus, expéctans conſolatiónem Iſraël. Non ſolùm ab Angelis, & Prophétis, & à paſtóribus, & paréntibus, ſed étiam à ſenióribus & juſtis generátio Dómini áccipit teſtimónium. Omnis ætas, & uterque ſexus, eventorumque mirácula fidem áſtruunt. Virgo générat, ſtérilis parit, mutus lóquitur, Elízabeth

prophétat, Magus adórat, útero clauſus Joannes exultat, vídua confitétur, juſtus expectat.

℞. IX. Benedixit Deum Símeon, & dixit: Nunc dimittis ſervum tuum, Dómine, ſecundùm verbum tuũ in pace; * Quia vidérunt óculi mei ſalutáre tuum. *Luc.* 2. *v.* 28. 29. 30. ℣. Educ de custódia ánimam meam ad confitendum nómini tuo. *Pſ.* 141. *v.* 8. * Quia. ℣. Glória. * Quia. *Reſumitur* Benedixit.

AD LAUDES.

℣. *Sacerd.* Vidérunt ingreſſus tuos, Deus, ℞. Ingreſſus Dei mei, Regis mei qui eſt in Sancto. *Pſ.* 67. *v.* 26.

Pſalmi de Dominica.

Ant. 8.G. HOmo erat in Jerúſalem, cui nomen Símeon; & homo iſte juſtus & timorátus, expectans conſolatiónem Iſraël. *Luc.* 2. *v.* 25.

Ant. 3.à. Reſponſũ accéperat à Spíritu Sancto, non viſúrum ſe mortem, niſi priùs vidéret Chriſtũ Dómini. *Luc.* 2. *v.* 26.

Ant. 2.D. Dixit ad Maríam matrem Jeſu: Tuam ipsíus ánimam pertransíbit gládius. *Luc.* 2. 34. 35.

Ant. 6. F. Erat.

Canticum. Zach. 2. v. 10.

LAuda, & lætáre, fília Sion, * quia ecce ego venio, & habitábo in médio tuî, ait Dóminus.

Et applicabuntur gentes multæ ad Dóminum in die illa, * & erunt mihi in pópulum, & habitábo in médio tuî:

Et ſcies quia Dóminus exercítuum * miſit me ad te.

Et poſſidébit Dóminus Judam partem ſuam in terra ſanctificáta: * & éliget adhuc Jerúſalem.

Síleat omnis caro à fácie Dómini; * quia conſurrexit de habitáculo ſancto ſuo.

Glória Patri.

Ant. Erat Anna Prophetiſſa, & ipſâ horâ ſupervéniens confitebátur Dómino, & loquebátur de illo ómnibus qui expectábant redemptiónem Iſraël. *Luc.* 2. *v.* 36. 38.

Ant. 5. a. Erat pater ejus & mater mirantes ſuper his quæ dicebantur de illo. *Luc.* 2. 33.

Capitulum. Soph. 3. 16.

IN die illa dicétur Jerúſalem: Noli timére, Sion: non diſſolvantur manus tuæ. Dóminus Deus tuus in médio tuî fortis, ipſe ſalvábit: gaudébit ſuper te in lætítia, ſilébit in dilectióne ſua, exultábit ſuper te in laude,

Hymnus. S. V.

FUMANT Sabæis templa vapóribus;
Nos ſacra poſcunt; jam præit hóſtia;
Sequámur omnes, & lubente
Puri ánimo ſimul immolemur.

LUMEN miniſtret ſplendídior fides;
Miniſtret ignes flámmea cháritas;
Fundatque divínos odóres
Innócuæ bona fama vitæ.

VITÆ nocentis quid tráhimus moras?
Sit fas beáto cum ſene nos mori;
Ut quem ſub aris immolátum
Vídimus, hoc étiam fruámur.

SIT ſumma Patri, ſummaque Fílio,
Sit ſumma ſancto glória Flámini:
Sanctæ litémus Trinitáti
Perpétuo pia corda cultu.
Amen.

℣. Lætábimur in ſalutári tuo; ℟. Et in nómine Dei noſtri magnificábimur. *Pſ.* 19. 6.

Ad Benedictus, *Ant.* 4. *D.* Sanctificáti ſumus per oblatiónem córporis Jeſu Chriſti. *Hebr.* 10. 10.

Oratio.

OMnipotens ſempitérne Deus, majeſtátem tuam ſúpplices exorámus; ut, ſicut Unigénitus Fílius tuus hodiernâ die cum noſtræ carnis ſubſtántia in templo eſt præſentátus, ita nos fácias purificátis tibi méntibus præſentári; Per.

AD HORAS, Doxologia. Qui natus es de Vírgine, &c.

Pſalmi de Dominica.

AD PRIMAM.

Ant. 8. G. Homo.

Capitulum. Iſ. 49. 23.

SCies, quia ego Dóminus, ſuper quo non confundentur qui expectant eum.

℟. *br.* Chriſte. ℣. Qui natus es.

CANON.

Ex Concílio Mediolanenſi tértio.

An. 1573. *tit.* 5.

QUod pietátis & Dei honóris causâ à ſanctâ matre Eccleſiâ inſtitútum eſt, ut feſto die Purificatiónis Beátæ Maríæ Vírginis, candelæ; & palmæ, aut olívæ, prout locórum conſuetúdo eſt, Domínico die, qui de palmis dícitur, in Eccléſia ſolemni ritu benedicantur; hæque candélæ ſtatis illo témpore proceſſiónibus circumferantur, non ſine ſanctiſ-

ſima myſteriórum ſignificatióne; id ut inſtitúti rátio póſtulat, ita religióse celebrári debet.

AD TERTIAM.

Ant. 3. à. Reſponſum.

Capitul. Habac. 2. v. 20.

DOminus in templo sancto ſuo: síleat à fácie ejus omnis terra.

℟. *br. additur bis* Allelúia *ante Septuageſimam.*

℟. *br.* Hic eſt Deus, * Deus noſter in æternū. *Repet.* Hic eſt. ℣. Ipſe reget nos in ſécula.* Deus noſter. ℣. Glória. *Repet.* Hic eſt.

℣. Suſcépimus, Deus, miſericórdiam tuā; ℟. In médio templi tui. *Pſ.* 47. 15. 10.

AD SEXTAM.

Ant. 2. D. Dixit ad Maríam.

Capitul. Cant. 8. v. 6. 7.

FOrtis eſt ut mors diléctio; dura ſicut inférnus, æmulátio: lámpades ejus, lámpades ignis atque flammárum: aquæ multæ non potuérunt extínguere charitátem; nec flúmina óbruent illam.

℟. *br.* Tu es ipſe * Rex meus & Deus meus. *Rep.* Tu es. ℣. Qui mandas ſalútes Jacob. * Rex. ℣. Glória. *Rep.* Tu es. *Pſ.* 43. 5.

℣. Parcet páuperi & ínopi, ℟. Et ánimas páuperum ſalvas fáciet. *Pſ.* 71. 13.

AD NONAM.

Ant. 5. a. Erat pater.

Capitul. Eccli. 11. v. 4.

MIrabília ópera Altíſſimi ſolíus; & glorióſa, & abſconſa, & invíſa ópera illíus.

℟. *br.* Benedíctus Dóminus, * Deus Iſraël. *Rep.* Benedíctus. ℣. Qui facit mirabília ſolus. * Deus. ℣. Glória. *Rep.* Benedíctus.

℣. Replébitur majeſtáte ejus omnis terra: ℟. Fiat, fiat. *Pſ.* 71. *v.* 18. 19.

AD VESPERAS.

Antiph. de Laudibus; Pſalmi de Officio parvo.

Capitulum. Eph. 5. v. 2.

CHriſtus diléxit nos, & trádidit ſemetípſum pro nobis oblatiónē & hóſtiam Deo in odórē ſuavitátis.

Hymnus. Stupéte gentes, *ut in primis Veſperis, p.* 612.

℣. Protéctor noſter, áſpice, Deus, ℟. Et réſpice in fáciem Chriſti tui. *Pſ.* 83. *v.* 10.

Ad Magníficat, *Ant.* 1. D. Ut perfecérunt ómnia ſecundùm legem Dómini, reverſi ſunt in Galilæam, in civitátem ſuā Názareth. *Luc.* 2. *v.* 39.

Oratio, Omnípotens, *ut ſuprà ad Laudes.*

Commem. ſequentis.

AD COMPLETOR.

Pſalmi de Dominica; cætera ut heri.

DIE III.

In Feſto

SANCTI BLASII

Epiſcopi & Martyris.

Simplex.

De Comm. unius Martyris. Oratio, Fac nos. pag. xj.

Lectio j. & ij. de Scriptura occurrente, ex tribus duæ.

De Expoſitióne ſancti Ambróſii Epíſcopi in Pſalmum centéſimum décimum octávum.

Serm. 11. n. 7.

LECTIO III.

PRíncipes perſecúti ſunt me gratis; & à verbis tuis trepidávit cor meum. Bene hoc Martyr dicit, quòd injuſtè perſecutiónum tormenta ſuſtíneat; qui nihil rapúerit, nullum violentus oppréſſerit, nullíus sánguinem fúderit, nullíus thorum putáverit eſſe violandum: qui nihil légibus débeat, & gravióra latrónum ſuſtinére cogátur ſupplícia: qui loquátur juſta, & non audiátur: qui loquátur plena ſalútis, & impugnétur, ut poſſit dícere: Cùm loquébar illis, impugnábant me gratis. Gratis ígitur perſecutiónem pátitur, qui impugnátur ſine crímine: impugnátur ut nóxius, cùm ſit in tali confeſſióne laudábilis: impugnátur quaſi venéficus, quia in nómine Dómini gloriátur; cùm pietas virtútum ómnium fundamentum ſit. Verè fruſtrà impugnátur, qui apud ímpios & infidos impietátis arcéſſitur, cùm fídei ſit magiſter.

DIE IV.

In Feſto

SANCTI ISIDORI

Preſbyteri.

Simplex.

Omnia de Comm. unius Presbyteri.

Lectio j. & ij. de Scriptura occurrente, ex tribus duæ.

LECTIO III.

Ex ſancti Iſidori epiſtolis.

ISidórus natus Alexándriæ, quarto Eccleſiæ ſéculo, paréntibus, quos inter & Patriarchas ſanctum Cyrillum & Theóphilum fuit affinitas; património paupéribus diſtribúto, receſſit in montem deſertum ad Nili os Orientále, non longè à Pelúſio. Preſbyter ordinátus Evangélicæ veritátis, & diſciplínæ Eccleſiáſticæ integritáte, contra impugnatóres defendere non déſtitit verbo & exemplo. Scripſit epiſtolas ad uſque decem míllia, quarum fere quarta pars ad noſtram pervénit ætá-

tem. Contra Theóphilū ſancti Chryſóſtomi partes ſuſcepit. Sanctum Cyrillū Alexandrinum, cui ſummæ fuit veneratióni, adjúvit máximè inter exortos motus occaſióne Concílii generális Ephesíni. Illátas Eccléſiæ & ſibi perſecutiónes, ad majórem fidei ſplendórem, & própriam ſalútem promovendam valdè útiles æſtimávit. Váriis ſæpe exagitátus procellis, labórum finem, & portum quiétis mortem proſpexit; quam ſuſcepit valde ſenex, die quartâ Februárii. Illíus feſtum à Græcis & Ægyptiis fuit celebrátum: quos imitáti ſunt Latíni.

VESPERÆ de Pſalterio. A Capitulo de ſequenti.

DIE V.

In Feſto

SANCTÆ AGATHÆ

Virginis & Martyris.

Simplex.

De Communi unius Virginis. Oratio, Deus qui inter. lj.

Lectio j. & ij. de Scriptura occur. ex tribus duæ.

LECTIO III.

Ex Homilia ſancti Methodii Epiſcopi Conſtantinopolitani apud Bollandum.

HOdiè Chriſtiána Eccléſia ſeſe exornet, cùm jam ſuam glorióſam intínxerit púrpuram puríſſimo Mártyris Agathæ cruóre. Gáudeat & exultet, canatque ejus victórias & triumphos. Quænam enim res creáta magis admirábilem Dei poténtiam, quid magis amábilem ejus bonitátem oſtendat, quàm in frágili feminárum corpúſculo viríles ánimos atque heróïcas virtútes intuéri? Inter féminas autē, quid illúſtrius invénias, quàm tenellas Vírgines Deo conſecrátas? Inter Vírgines verò poſt Deíparam Vírginem, quid admirabílius, quám hæc Virgo ſinguláris Agatha? Agatha enim non ſolùm de primítiis córporis ſui; ſed étiam de tota ſua ſubſtántia honorandum ſibi decrévit Deum, ac cuncta córporis animíque ornamenta Chriſto mancipávit. Hæc Cátanæ in Sicília ſub imperatóre Décio, júdice Quintiáno, poſt álapas & cárcerem, poſt equúleum & tortiónes, poſt mamillárum abſciſſiónem, ſed à Dómino ſanatiónem, poſt volutatiónem in téſtulis ac carbónibus, tandem martyrio in cárcere conſummáta eſt.

VESPERÆ de Pſalterio. A Capitulo de ſancto Amando

[A]mando Epiſcopo, ut in [Co]mmuni, xviij. *Orat.* Dí[rig]e. xxij.

Fit comm. ſancti Veda[ſti] Epiſcopi. Ant. Dedit. Memor. *Orat.* Miſeri[cor]diam. *infrà.*

DIE VI.

In Feſto

SANCTI AMANDI

Epiſcopi.

Simplex.

Lectio prima & ſecunda [de] Scriptura occurrente, [...]ribus duæ.

LECTIO III.

[Ex] ejus vita, autore Baldemundo coætaneo.

AMandus natus in território Nannetenſi, ſacris litteris à pueritia eruditus ſeceſſit in Ogiam ínſulam, nunc diœcéſis Rupellenſis; unde Turónes pergens ſancti Martini veneratúrus ſepulchrum, tonſis capillis Clero aſcriptus eſt. Biturigum, deinde Romà, profectus, & póſteà reverſus in Gálliam, non ad certam diœcéſim gubernandam, ſed ad prædicandam fidem géntibus nondum chriſtiánis, Tréviris Epiſcopus ordinátus eſt. Primùm Brabantínis, deinde Seleucis Evangélium annuntiávit. Ob increpátam vivendi licéntiam pulſus in exſilium à rege Dagoberto, Vaſcónes Chriſto acquisívit: mox à rege revocátus, conſentiente Epíſcopo Noviomenſi, Gándavis prædicávit fidem. Unde promovente Sigeberto, qui ab eo Baptiſmum ſuſcéperat, ad Trajectenſem ſedem aſſumptus eſt anno ſexcenteſimo quadrageſimo nonò. Ob Cleri mores depravátos, quibus reprimendis ímparem ſe æſtimábat, de deſerenda ſede cógitans, ſcripſit ad ſanctum Martinum Papam, qui miſſis decrétis, quæ Concílium Lateranenſe contra Monothelítas nuper edíderat, eum ad perſeverántiam hortátus eſt: ſed Romam íterùm profectus, & liber à ſede Trajectenſi dimiſſus, várias prædicandi causâ peragrávit regiónes. Dénique ſénio confectus & clarus miráculis ánimam Deo réddidit.

Oratio, Dírige, *ut in Communi*, xxij.

Pro commemoratione ſancti Vedaſti Ant. Státuit. ℣. Sacerdótes. *pag.* xviij.

Oratio.

MIſericórdiam tuam nobis, quæſumus, Dómine, ſancti Vedaſti Pontíficis intercéſſio beáta concíliet; ut, qui inceſſábili culpâ offéndi-

mus, ejuſdem aſsíduis précibus ab omni reátu liberémur; Per Chriſtum Dóminum noſtrum. Amen.

DIE VIII.

In Feſto

SANCTI JOANNIS DE MATHA, Preſbyteri.

Semiduplex.

De Comm. unius Preſbyteri.

Lectiones de Scriptura occurrente.

LECTIO IV.

Ex Bullis Innocentii Tertii. & Roberto Gaguino.

JOannes cui de Matha cognómen, in Província Narbonenſi ſecunda, Falcóne natus eſt, paréntibus pietáte, & nobilitáte conſpícuis. Studiórum causâ primùm Aquas Séxtias, & póſteà Paríſios proféctus, emenſo Theológiæ currículo, Magiſtérii Láuream adeptus eſt. In Clerum Pariſienſem ab Epíſcopo Mauritio aſcriptus, & tandem Preſbyter ordinátus, cùm in ejus ſacello primum ſacrifícium offerret, divinitùs inflammátum ſe ſenſit ad redimendos ab infidélium ſervitúte captívos. Ut tamen matúriùs in re tanta procéderet, in ſolitúdinem quamdam Vadenſis pagi, intra límites Meldenſis Epiſcopátûs ſeceſſit; ibíque initâ ſocietáte cum Felíce Eremíta, qui illic jam ab annis plúribus vitam agébat aſcéticam; per triénnium, oratióne & jejúnio, humilitáte & obediéntiâ ſe exércuit. Romam cum Felíce proféctus, ab Innocéntio tértio facultátem impetrávit ſeſe & ſuos rediméndis captívis devovéndi. Cæterùm Paríſios ad Odónem Epíſcopum qui Mauritio ſucceſſerat, & Abſalónem Abbátem ſancti Victóris remiſſus, ut communicáto cum eis consílio, vitæ órdinem inſtitutumque ſelígeret, regulamque ſóciis, quam ſequerentur, perſcriberet.

LECTIO V.

ITaque Felíce in priſtinam pagi Vadenſis ſolitúdinem remeante, ut ſócios congregáret, & exemplis régeret, Joannes Paríſios ad Epíſcopum de modo ordinandæ famíliæ tractatúrus accédit: ac tándem compóſitis ex ſenténtia rebus ómnibus, ad Felícem revértitur. Tunc ædificátâ conjunctis curis Eccléſiâ, cum qualicumque domo, aliiſque ædificiis, primum órdinis monaſtérium in loco dicto Cervo-frígido ſub nómine & clientéla ſanctíſſimæ Trinitátis.

conſtituit. Régula autem, ut eam ipſe perſcripſerat, paucis adjectis, ſtatim ab Apoſtólicâ Sede confirmáta eſt, nec multò pòſt inſtitútum Paríſiis, annuente Epíſcopo & Capitulo Pariſienſi in domo ſancti Mathuríni recep- tum. Ab eo témpore Joannes innúmera per Itáliá, Gálliam & Hiſpánias ædificávit cœnóbia, & captivórum immenſam multitúdinem, per ſe & per órdinis alumnos in libertátem aſſéruit. Dénique Romæ plenus opéribus bonis, óbiit die vigéſimâ primâ Decembris anno milléſimò ducentéſimo décimo tértio.

Lect. vi. *Homília ut in Communi Lectiónum Sancti non Pontíficis*. pag. lxxj.

Orátio.

Deus, qui beáto Joanni Preſbytero, ac ſóciis ejus, zelum fidéles rediméndi captívos inſtituíſti: da ſervis tuis illam córporis & ánimæ libertátem, quâ Chriſtus Fílius tuus nos liberávit; Qui tecum vivit & regnat in unitáte Spíritûs Sancti Deus; per ómnia ſǽcula.

AD VESPERAS, commemorátio ſanctæ Apollóniæ, Vírginis & Mártyris. *Ant.* Dómi-num. ℣. Regnábit. xlvij. *Oratio*, Deus, qui inter. *pag.* lj.

DIE IX.

In Feſto

S. APOLLONIÆ,

Virginis & Martyris.

Simplex.

De Comm. unius Virgi-nis & Martyris, xlvj. *Oratio*, Deus qui inter, *pag.* lj.

Lectiones de Scriptura occurrente, ex tribus d.iæ.

Ex Epíſtola ſancti Dionyſii Alexandríni, ad Fábium Antiochénum.

Euſ. Hiſt. Lib. 6. Cap. 41.

LECTIO III.

Nequáquam ex Décii Imperatóris edicto perſécutio apud nos cœpta eſt, ſed íntegro anno antevérterat. Nam infauſtus quidam vates ac poéta commóvit Alexandríæ advérsùs nos gentílium turbas. Ab illo ígitur ſtimuláti, hanc ſolam pietátem cultumque dæmonum ſuórum exiſtimábant, ſi cædibus advérsùs noſtros ſævírent. Itaque admirandam illam provectæ jam ætátis vírginem Apollóniam tunc comprehendérunt; & maxillas quidem ejus percutientes, cunctos ei dentes excuſſérunt. Accenſo autem extra urbem rogo, minabantur vivam ſe illâ combuſtúros, niſi unà

cum ipſis ímpia verba pronuntiáret. At illâ veniam deprecári pauliſper visâ, atque ínterim dimiſsâ, celériter in ignem insíliit & conflagrávit.

VESPERÆ de Pſalterio; à Capitulo de ſancta Scholaſtica, ut in Comm. Virginum. xlvj. *Oratio*, Deus, qui habitáculum. pag. lj.

DIE X.
In Feſto
S. SCHOLASTICÆ
VIRGINIS.
Simplex.

De Comm. unius Virginis. xlvij.

Lectiones de Scriptura occurrente, ex tribus duæ.

Ex libro Dialogórum ſancti Gregórii Papæ.

Lib. 2. cap. 33.

LECTIO III.

SOror Benedicti, Scholáſtica nómine, Dómino ab infántiæ témpore dedicáta, ad eum ſemel per annum veníre conſuéverat. Ad quam vir Dei non longè extra jánuā in poſſeſſióne Monaſtérii deſcendébat. Quadam verò die venit ex more: cùmque inter ſacra collóquia tárdior ſe hora protráheret, ſoror ejus eum rogávit, dicens: Quæſo te ne iſtâ nocte me déſeras, ut uſque manè de cœleſtis vitæ gáudiis loquámur. Cui ille reſpondit: Quid eſt quod lóqueris, ſoror? manére extra cellam nullátenùs poſſum. Sanctimoniális autem fémina, cùm verba fratris negantis audiſſet, inſertas dígitis manus ſuper menſam póſuit, & caput in mánibus omnipotentem Dóminum rogatúra declinávit. Cumque de menſa leváret caput, tanta coruſcatiónis & tonítrui virtus, tantaque inundátio plúviæ erúpit; ut neque Benedictus, neque fratres qui cum eo áderant, extra loci limen pedem movére potuiſſent. Cumque die áltero éadem venerábilis fémina ad cellam própriam receſſiſſet, vir Dei ad monaſtérium rédiit: cùm ecce poſt tríduum in cella conſiſtens, elevátis in áera óculis, vidit ejuſdem ſoróris ſuæ ánimam, de ejus córpore egreſſam, in columbæ ſpécie, cœli ſecréta penetráre. Qui tantæ ejus glóriæ congaudens, omnipotenti Deo in hymnis & láudibus grátias réddidit, ejuſque óbitum frátribus denuntiávit: quos étiam prótinùs miſit ut ejus corpus ad monaſtérium deferrent, atque in ſepulchro quod ſibi ipſe paráverat, pónerent. Quo facto, cóntigit ut quorū mens una ſemper in Deo

ſúerat, eórum quoque córpora nec ſepultúra ſeparáret.

Oratio, Deus, qui habitáculum. lj.

VESPER. de Pſalterio.

A Capitulo de ſequenti.

DIE XI.

In Feſto

S. BENEDICTI

Anianenſis, Abbatis.

Simplex.

De Comm. unius Abbatis. Oratio, Omnípotens. p. xxxix.

Lectiones de Scriptura occurrente, ex tribus duæ.

LECTIO III.

Ex hiſt. gen. Occit.

BEnedíctus Anianenſis, diſciplínæ Monáſticæ per totum ferè Occidentem Inſtaurátor, patre Magalonenſi cómite natus, cùm in aula Pipíni regis liberálibus inſtitútus fuiſſet diſciplínis, ſub Cárolo magno in caſtris aliquándiu, ſummâ cum laude, méruit. Póſtmodum vitæ tranquillióris amóre captus, colendæque pietátis causâ, ad ſancti Séquani Monaſtérium in Burgundiónibus ſe cóntulit. Ibi ſuſcepto Religiónis hábitu, cùm Mónachi in locum defuncti Abbátis Benedíctum ſubſtitúere cogitárent, abſceſſit in pátriam: excitatâque, paterno ſolo, ad rivum Aniánum céllulâ, cum frátribus áliquot ibi in ſummâ rerum inópiâ, ſanctíſſimè vixit. Deinde verò, diſcípulis ad eum, ob ſanctitátis famam, úndique confluéntibus, ampliſſimum coactus eſt ædificáre Monaſtérium, in quo, brevi témpore, trecenti & ámpliùs collecti Mónachi; ex quibus plúrimi ad Epiſcopáles Cáthedras aſſumpti ſunt, plúrimi in vária Monaſtéria Abbátes delecti. Interim à Ludovíco Pio imperatóre & Francórum rege, vir Dei accersítus, ſecum ductis quibuſdam ab Anianenſi Monaſtério Mónachis, tránſtulit ſe in Monaſtérium ſancti Cornélii ad Indam, non longè ab Aquiſgráno; quod quidem Imperátor ædificandum curáverat, ut ejus ope conſiliiſque facíliùs uterétur. Tum collabentem in Gálliis & Germánia diſciplínam Monáſticam, Imperatóris juſſu reſtituendam curávit: quo in negótio, quantùm ope divínâ profúerit, revocáta póſtmodū in Monaſtériis píetas, ſeveriorque obſervántia ſatis declarárunt. Plura erudítè ſcripſit; inter quæ éminet potiſſimùm regulárū concórdia. Obiit anno octingentéſimo vigéſimo pri-

mo, tértio Idus Februárii, in Monaſtério ſancti Cornélii ad Indam; ubi ejus corpus etiamnum religióſè aſſervátur.

DIE XVIII.

In Feſto

SANCTI SIMEONIS

Epiſcopi Hieroſolymitani, & Mart.

Simplex.

De Com. unius Martyris, vj. *Oratio*, Omnípotens. xj.

Lectiones de Scriptura occurrente, ex tribus duæ.

Ex libro quinto Commentariórũ ſancti Hegeſippi Hiſtoriógraphi.

LECTIO III.

Euſ. Hiſt. Lib. 3.

SImeon, cognátus Dómini, filius Cleóphæ, calúmniam paſſus ab Hæréticis, accusátus eſt coram Attico conſulári; & per plúrimos dies excruciátus, martyr effectus eſt; ita ut omnes ſuprámodum admirarentur, & ipſe quoque Conſuláris, quómodo is qui centum viginti annos attígerat, tália pertuliſſet. Tandem verò ſenténtiâ júdicis cruci affixus eſt. Ad hæc uſque témpora Eccléſia virgo pura & incorrupta permanſit, in obſcúro adhuc receſſu, deliteſcéntibus quicumque rectam ſalutáris prædicatiónis régulâ depraváre nitebantur. Poſtquam autem ſacer Apoſtolórum chorus vário mortis génere extinctus eſt, effluxeratque jam ætas hóminum illórum qui divínam ipſam ſapiéntiam ſuis áuribus auſcultáre merúerant, tunc demum exorta eſt ímpii erróris conſpirátio, nullo vidélicet ámplius ex Apóſtolis ſupérſtite.

Oratio, Omnípotens. p. xj.

DIE XXIV. aut XXV.

In Feſto

SANCTI MATTHIÆ

Apoſtoli.

Duplex-majus.

De Communi Apoſtolorum.

Si hoc Feſtum occurrerit Feriâ IV. Cinerum, transfertur in Feriam V. tum in Quadrageſima ex prima Lectione Scripturæ occurrentis fiunt duæ.

IN I. NOCTURNO.

Lectiones de Scriptura occurrente.

IN II. NOCTURNO.

Ex Commentário ſancti Joannis Chryſóſtomi in Actus Apoſtolórũ.

LECTIO IV.

Hom. 3.

IN diébus illis, exurgens Petrus. Tamquã férvidus, & tamquam is cui à Chriſto grex commiſſus fúerat, & tamquã chori princeps, ubíque primus íncipit loqui. Viri

s, oportebat impleri túram. Illud consí- quòd Petrus agit a ex commúni ſen- , nihil ex autoritá- nihil cum império. tet ígitur ex viris cum congregátis in témpore. Quam- n commúnicat hoc ium cum illis? ne erentur in conten- m: nam ſi his ipſis ccidit, multò magis iſſet illis. Proptéreà Viri fratres, oportet e è nobis. Multitú- permittit judícium; eos qui eligebantur ns venerandos, & im líberans ab ódio órum. Ex quibus au- facienda ſit eléctio, nterpretátur, dicens: iris nobiſcum con- itis in omni témpo- étenim ſi dixiſſet, eſtos oportet adeſſe; os affeciſſet contu- i.

LECTIO V.

T ſtatuérunt duos: Joſeph qui vocabátur bas, qui cognomi- eſt Juſtus, & Mat- . Quare non mul- ne major fieret ani- m dejéctio, neve n multos diſtraheré- Neque témerè Mat- propónit: ſed oſ- ns, frequenter cum pud hómines in pré- tio eſt, apud Deum eſſe inferiórem. Et verò om- nes commúniter precan- tur, dicentes: Tu, Dó- mine, qui noſti corda ómnium, oſtende. Tu, ínquiunt, non nos. Aptè córdium cognitórem áp- pellant: hinc enim eléctio erat facienda, non ab ex- terióribus. Neque dixé- runt, Elige; ſed, Oſten- de electum, hoc eſt, quem tu elegiſti: ſcientes ómnia præfiníta eſſe à Deo.

LECTIO VI.

ET dedérunt eis ſor- tes. Nondum judica- bant ſe eſſe idóneos ut rem ipſi ſibi permítterent. Ideóque cúpiunt áliquo ſigno edoceri. Alióqui, ſi illic ubi nec erat pre- cátio, neque viri probi, tantùm váluit ſors, eò quòd recto ánimo fieret ſuper Jona; multò magis hìc explévit chorum, ac perfécit órdinem. Nec al- ter ille dóluit: non enim celaſſent Apóſtoli pró- prios defectus, qui de ipſis primóribus non vé- riti ſunt dícere, quòd álibi commóti fúerint in- dignatióne: idque non ſemel, ſed ſæpiùs. Hos ígitur & nos imitémur. Non jam ómnibus lo- quor, ſed his tantùm qui principátum affectant. Si credis Dei eſſe electió-

nem, ne indignéris: illi enim indignáris, & irritáris adversùs illum. Ille eſt, qui elégit.

IN III. NOCTURNO.

De Actibus Apoſtolórum.

LECTIO VII. c. 1. v. 15.

Deliberatur de eligendo Apoſtolo.

IN diébus illis, exurgens Petrus in médio fratrum, dixit: (erat autem turba hóminum ſimul ferè centum viginti:) Viri fratres, oportet impléri Scriptúram, quam prædixit Spíritus ſanctus per os David de Juda, qui fuit dux eórum qui comprehendérunt Jeſum: Qui connumerátus erat in nobis, & ſortítus eſt ſortem miniſtérii hujus. Et hic quidẽ poſſédit agrum de mercéde iniquitátis, & ſuſpenſus crépuit médius, & diffúſa ſunt ómnia víſcera ejus. Et notum factum eſt ómnibus habitántibus Jeruſalẽ, ita ut appellarétur ager ille, linguâ eórum, Hacéldama, hoc eſt, ager ſánguinis. Scriptum eſt enim in libro Pſalmórum: Fiat commorátio eórum deſerta, & non ſit qui inhábitet in ea: & epiſcopátum ejus accípiat alter.

LECTIO VIII. v. 21.

Eligitur Matthias.

OPortet ergo ex his viris, qui nobiſcum ſunt congregáti in omni témpore, quo intrávit & exívit inter nos Dóminus Jeſus, incípiens à baptíſmate Joannis uſque in diem qua aſſumptus eſt à nobis, teſtem reſurrectiónis ejus nobiſcum fieri unum ex iſtis; & ſtatuérunt duos, Joſeph, qui vocabátur Bárſabas, qui cognominátus eſt Juſtus, & Matthíam. Et orantes dixérunt: Tu, Dómine, qui corda noſti ómnium, oſtende, quem elégeris ex his duóbus unum, accípere locum miniſtérii hujus, & apoſtolátûs, de quo prævaricátus eſt Judas ut abíret in locum ſuum. Et dedérunt ſortes eis, & cécidit ſors ſuper Matthíam, & annumerátus eſt cum úndecim Apóſtolis.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Matthæum.

LECTIO IX. c. 19. v. 27.

Iis qui ſequuntur Jeſum merces promiſſa.

IN illo témpore; Reſpondens Petrus, dixit Jeſu: Ecce nos relíquimus ómnia, & ſecúti ſumus te; quid ergò erit nobis? Jeſus autem dixit illis: Amen dico vobis, quòd vos qui ſecúti eſtis me, in regeneratióne, cùm ſéderit Fílius hóminis in ſede majeſtátis ſuæ, ſedébitis & vos ſuper ſedes duóde-

cim judicantes duódecim tribus Iſraël. Et réliqua.

Homília ſancti Auguſtíni Epíſcopi.

In Pſalm. 86.

SEdébitis, inquit Chriſtus, ſuper duódecim ſedes. Si duódecim ſellæ ibi ſunt, non eſt ubi ſédeat tertius décimus Paulus Apóſtolus, & non erit quómodò júdicet: & ipſe ſe judicatúrum dixit, non hómines tantùm, ſed & Angelos. Reſpondéret ergo turba: Quid te jactas judicatúrum? Ubi ſedébis? Duódecim ſedes dixit Dóminus, duódecim Apóſtolos; unus cécidit Judas, in locum ipsíus Matthías ordinátus eſt; implétus eſt duodenárius númerus ſédium. Duódecim ergo ſedes quid ſibi velint, videámus. Sacramentum eſt cujuſdam univerſitátis, quia per totum orbem terrárum futúra erat Eccléſia: & ídeò, quia úndique venítur ad judicandū, duódecim ſedes ſunt; ſicut quia úndique intrátur in illá civitátē, duódecim portæ ſunt.

Oratio.

DEus, qui beátum Matthíam Apoſtolórum tuórum collégio ſociaſti: tríbue, quæſumus, ut ejus interventióne tuæ circa nos pietátis ſemper víſcera ſentiámus; Per.

DIE XXVIII.

[*Anno Biſſext.* DIE XXIX.]

In Feſto SS. MARTYRUM, Qui obiêre in charitatis officio, erga peſtilentiâ afflictatos Alexandriæ.

Simplex.

Omnia de Communi plurium Martyrum, præter ea quæ ſequuntur.

AD VESPERAS.

Capitul. Rom. 12. v. 4. 5.

SIcut in uno córpore multa membra habémus, ómnia autē membra non eumdē actum habent: ita multi unum corpus ſumus in Chriſto, ſinguli autem alter altérius membra.

Hymnus.

FESTUS dies non éxhibet,
Quos ſanguis ornet Mártyres:
Sed Númini, quos ígneæ
Vis charitátis ímmolat.

MORTIS ferax cùm plúrimæ
Lues per urbem ſpárgitur;
Ægros amant inviſere,
Et cómmori, dum ſúblevant.

JAM qui juvârunt lánguidos,
Lethále virus ópprimit:
Adſunt & his, qui própriæ
Vitæ miniſtrent pródigi.

QUOS péſtifer tenet vapor,
Verſant, in ulnis cónfovent;

Et mox humandi déferunt
Humanda collo córpora.
A charitátis múnere,
Non mors repellit ímminens;
Quot morbus ater præripit,
Ardens fides tot ſúſcitat.
SIT laus Patri, laus Fílio,
Sit par tibi laus, Spíritus,
Quo dante, mortis néſcia,
Afflat fidéles cháritas.
Amen.

Oratio. Da, quæſumus. *ut infrà.*

AD OFF. NOCTUR.

Hymnus. Feſtus dies, *ſupra.*

Antiphonæ Verſiculus & Reſponſoria ut in primo Nocturno Communis plurium Martyrum, in quacumque Feria Feſtum evenerit.

LECTIO I. & II. *de Scriptura occurrente, ex tribus duæ.*

Ex Epíſtola ſancti Dionyſii Alexandríni Epíſcopi, de peſte quæ Alexandriæ graſſabátur.

Apud Euſeb. lib. 7. c. 22.

LECTIO III.

REpentè íngruit lues illa, quæ ómnium ſpem opinionemque ſuperávit: neque enim à nobis abſtínuit, licèt plúrimùm in Gentíles graſſáta ſit. Plúrimi ex frátribus noſtris ob nímiam charitátem, curam omnem própriæ ſalútis abjicientes, dum ægros ſecúrè atque audacter invíſunt, eíſque aſsíduè miniſtrant, & curatiónem ádhibent, in Chriſto unà cum illis mórtui ſunt, aliórum ægritúdini libentíſſimè ſeſe impendentes, & proximórum morbum in ſemetipſos quodámmodo attrahentes, doloreſque eórum ſponte ſuâ exprimentes, atque extergentes. Et hoc quidem pacto óptimi quique ex frátribus noſtris, quorum nonnulli Presbyteri erant ac Diáconi, & ex pópulo laudatíſſimus quiſque mortem oppetiérunt, ádeò ut genus hoc mortis ob pietátem, fideíque conſtántiam, nequáquam inférius martyrio cenſeátur. Hi ergo Sanctórum córpora ſupínis mánibus gremióque excipientes, óculos illis, & ora claudentes, bajulantes éadē húmeris ſuis, componentes, adhæreſcentes illis, complectentes, & veſtimentis ornantes, paulò pòſt éadem offícia ab áliis conſecúti ſunt, cùm ſupérſtites ſemper eórum qui præcéſſerant, veſtígiis inſíſterent. Gentíles verò prorsùs contrária his egérunt.

AD LAUDES.

Capitulum, ut ſuprà ad Veſperas.

Hymnus.

Elapsa cœlo chári-
tas,
ale robur méntibus,
ſuperno quas mo-
'es,
ſve quales íngeris!
on ulla te diſcrímina,
damna te terrent:
uî
'a, tantùm próximi
s periclis ánxia.
ſana dum furit lues,
ſque vaſtat, fers o-
oem:
:, paráta pro tuis
m paciſci frátribus.
tas beáta, quâ ma-
nu,
ue fratrum péctore,
um ſibi ſolátium
ctus æger répperit!
unc ô ſacrátos, chá-
ritas,
Ignes per orbem ſúſcita:
Amóris & fac mútui
Accendat ardor péctora.
Sit laus Patri, laus Fí-
lio,
Sit par tibi laus, Spíritus,
Quo dante, mortis néſcia
Afflat fidéles cháritas.
Amen.

Oratio.

Da, quæſumus, omní-
potens Deus, inter-
cedéntibus ſanctis Marty-
ribus tuis, qui frátribus
dirâ lue afflictis cum vitæ
diſpéndio miniſtráre non
timuérunt; nos eódem
ſpíritu ferventes, neceſſitá-
tibus Sānctórum commu-
nicáre; Per Dóminum
noſtrum Jeſum Chriſtum
Fílium tuum, Qui tecum
vivit & regnat.

Veſperæ de Pſalterio.

FESTA MARTII.

Die i.
In Feſto
ncti Albini,
Epiſcopi.
Simplex.

Lectio iii.

vitâ autore Fortunato
i. Epiſc. ap. Bolland.

Lbínus, Venétiæ
in Aremóricis cla-
ro génere natus,
tis à púero parénti-
, in Cincillacenſe mo-
érium ingreſſus eſt. Anno ætátis trigéſimo
quinto Abbas creátus, ſin-
gulári vigilántiâ cœnóbiū
adminiſtrávit annis quin-
que & viginti. Unde in-
vítus ad cáthedram An-
degavenſem evectus, to-
tus alendis paupéribus,
tuendis cívibus, ægris vi-
ſitandis, captívis redimen-
dis, incúbuit. Eccleſiáſti-
cæ diſciplínæ vindex fuit
acérrimus, ádeo ut nec
précibus nec minis poten-

tiórum moverétur; quod ei multórum invídiam conflávit. Váriis in Synodis, ac præcípuè in Aurelianenſi tértiâ, plúrimùm laborávit, ut inceſtæ núptiæ damnarentur. Cæſárium quoque Arelatenſem ſuper eâ re conſultúrus ádiit unà cum ſancto Leobíno tum Abbáte Brajacenſi, poſteà Carnutenſi Epíſcopo. Juſſus ab Epíſcopis quoſdam à ſe excommunicátos abſólvere, páruit ſacerdotáli judício: ab iiſque rogátus ut & ipſe ſignáret eulógias quas ad unum ex illis dirigendas benedíxerant, reſpondit: Etſi ad impérium veſtrum ſignáre compellor; dum vos cauſam Dei recusátis defféndere, ipſe potens eſt vindicáre. At ille, nondum acceptis eulógiis, intériit. Explétis demum Epiſcopátûs annis viginti, ménſibus ſex, ætátis octoginta, mortalitátem éxuit.

Orat. Da Eccléſiæ. xxiij.

DIE VII.

In Feſto

SS. PERPETUÆ ET FELICITATIS, Martyrum.

Commemoratio.

Pridiè ad Veſperas.

Ad Magníficat, *Ant.* 3. a. Timor Dómini cum electis féminis gráditur, & cum juſtis & fidélibus agnóſcitur. *Eccli.* 1. 16.

℣. Firmamentum eſt Dñs timéntibus eum; ℟. Et teſtamentum ipſius, ut manifeſtétur illis. *Pſ.* 24. 14

Or. Omnípotens *ut inf.*

Ad Benedictus, *Ant.* 4. E. Infirma mundi elégit Deus, ut confundat fórtia, ut non gloriétur omnis caro in conſpectu ejus. 1. *Cor.* 1. *v.* 27. 29.

℣. Firmamentum. *ut ſup.*

Oratio.

Omnípotens ſempitérne Deus, qui infirma mundi éligis ut fórtia quæque confundas; da nobis, intercedéntibus beátis Martyribus tuis Perpétuâ & Felicitáte, ut ſpíritu tuæ veritátis armáti, mundum ſive blandientem, ſive ſævientem víncere pro tui nóminis amóre valeámus; Per.

DIE IX.

In Feſto

SS. MARTYRUM, Qui pro ſacris Libris interiêre.

Simplex.

Ut in Comm. Martyr. xiij.

Ex Actis ſanctórum Saturníni, Datívi, & aliórũ plurimórum Mártyrum in Africa.

Apud Ruinart, anno 304.

LECTIO III.

Tempóribus Diocletiáni, & Maximiáni, bellum diábolus Chriſtiá-

indixit iſto modo, ut roſancta Dómini teſta- nta, Scripturaſque diví- ad exurendum péte-, Baſílicas Domínicas vérteret, & ritus ſa-, cœtuſque ſanctíſſi- celebrári Dómino hibéret. Sed non tulit rcitus Dómini Dei immáne præceptũ. Et mvis tradendo Gentí- Scriptúras Domíni-, atque Teſtamenta vína profánis ígnibus buréda cecídére non- li; conſervando tamen, & pro ipſis libenter m ſánguinem effun- do fórtiter finíêre mplúrimi. Quique ple- Deo, devícto atque pro- ſtráto diábolo, victrícem mam in paſſióne geſtantes, ſenténtiam in tradítóres, atque in eórum conſortes, quâ illos ab Eccléſiæ communióne rejécerant, cuncti Mártyres próprio ſánguine conſignábant. Fas enim non fúerat, ut in Eccléſia Dei ſimul eſſent Mártyres & Traditóres.

Oratio.

PRæſta, quæſumus, Deus miſéricors, ut recolendo ſanctos Mártyres, qui pótiùs elegérunt ſubíre mortem, quàm Scriptúras ſacras comburendas trádere, eórum æmulando fidem & conſtántiam, in ómnibus adverſis habeámus ſolátio ſanctos Libros, qui ſunt in mánibus noſtris; Per Chriſtum Dóminum.

EXTRACTUM
E RUBRICIS GENERALIBUS
Quæ reperiuntur Parte Vernâ.

IN Officio Annuali, reſumuntur tertium, ſextum, & nonum Reſponſorium : in Officio Solemni-majore, reſumentur ſextum & nonum ; in Solemni-minore, ſolum Reſponſorium nonum.

In prædictis Officiis & in Duplici-Majore, tria dicuntur Nocturna plena, id eſt, novem Antiphonæ, tot Pſalmi, tot quoque Lectiones ; & ſic ubi fit de die Dominicâ.

In Duplici-minore, dicuntur tantùm ſex Lectiones hoc ordine : In I. Nocturno dicuntur tres Antiphonæ & tres Pſalmi tantùm ; omittuntur Verſiculus & Lectiones. In II. Nocturno, præter tres Antiphonas & tres Pſalmos, dicuntur Verſic. tres Lectiones & tria Reſponſoria. In III. Nocturno tres dicuntur Antiphonæ, tres Pſalmi, Verſic. tres Lectiones ; quarta & quinta de Sancto ; ſexta, Homilia : & ſi ſit Lectio ſeptima, dicitur poſt ſextum Reſponſ. & Benedictio eſt: *Ipſe Deus pacis ſanctificet nos per omnia* ; deinde ſine Reſponſ. *Te Deum*. Ad primas Veſperas Duplicis-minoris & ſuprà, poſt Capitulum dicitur Reſponſorium.

Semiduplex Officium non transfertur ; & ſi occurrat Officium Duplex-minus aut ſuprà, fit de Semiduplici Commemoratio ad utraſque Veſperas & Laudes : non legitur de Sancto Semiduplici. Fiunt Suffragia communia ad utraſque Veſperas & Laudes ; ſed non dicuntur Preces Feriales ad Primam & Completor. utrumque. Ad I. Veſp. non dicitur Reſp.

Ad Officium Nocturnum, tres Pſalmi primi Nocturni dicuntur ſub unâ Antiphonâ è tribus ejuſdem primi Nocturni juxta Feriam, ita : prima dicitur Feriâ ſecundâ & quintâ ; ſecunda dicitur Feriâ tertiâ & ſextâ ; tertia verò, Feriâ quartâ & Sabbato. Ita in ſecundo Nocturno dicitur una tantùm Antiphona ; quâ dictâ, dicuntur Verſiculus, Lectiones de Scriptura occurrente, & tria Reſponſoria de Sancto. In tertio Nocturno ut in ſecundo.

Simplex incipit à Capitulo die præcedenti. In Officio novem Lectionum fit de eo Commemoratio ad primas Veſperas & Laudes, & non dicitur Lectio ad Nocturnum Officium : at in Officio Duplici-minore , Semiduplici, de Beatâ in Sabbato, & in Feriis majoribus, poſt ultimum Reſponſorium dicitur Lectio de Simplici cum Benedictione, *Ipſe Deus pacis ſanctificet nos per omnia;* & non dicitur Reſponſorium, ſed *Te Deum* ſi dicendum ſit. Dicuntur ad Veſperas & Laudes Suffragia; ad Completorium & Primam, Preces. Ad Officium Nocturnum dicuntur novem Pſalmi Feriæ, & unum Nocturnum de Communi juxta Feriam occurrens ; tres Antiphonæ dicendi Nocturni, unaquæque poſt tres Pſalmos : prima Lectio ex duabus prioribus de Scriptura ; tertia, de Sancto. Laudes dicuntur ſub unâ Antiphonâ, quæ eſt quarta de Communi.

Officium Dominicæ fit ritu Duplici, ita ut cedat Duplici-majori, non minori. Ad Primam & utrumque Completorium, non dicuntur Preces. Ad utraſque Veſperas & Laudes, fit tantùm Commemoratio de Beata, & ſi non ſit Patrona Eccleſiæ, additur Commemoratio Patroni. De Feſto Semiduplici aut Simplici fit Commemoratio ad Veſperas & Laudes, ſed non dicitur Lectio.

Invitatorium in Annuali ante Pſalmum *Venite*, bis dicitur, & poſt quemlibet Pſalmi verſum integrè repetitur ; poſt *Gloria* verò repetitur à medio , & poſteà adhuc integrè dicitur : & ita in Solemni-majore. At verò in Solemni-minore, & in omnibus aliis Officiis, ante Pſalmum bis dicitur integrum ; deinde alternatim repetitur integrum & ab aſteriſco, & in fine adhuc integrè repetitur.

[illegible]

ͻOMMUNE SANCTORUM.

PARS HYEMALIS.

OMMUNE APOSTOLORUM.

[*In omni Officio de nctis dicuntur Pſalmi de ria, niſi aliter notetur.*]

:N I. VESPERIS.

nt. VOs Sacerdótes D. Dómini vocamini: Miniſtri Dei noti, dicétur vobis: Fortidinem géntium comeltis. *Iſai.* 61. 6.

Ant. 2. D. Vocabuntur ortes juſtítiæ, plantátio ómini ad glorificanım. *Ibid. v.* 3.

Ant. 3. a. Ædificábunt eſerta à ſéculo, & ruías antíquas érigent. *Ibid.* 4.

Ant. 4. E. Sanctificáınt Sanctum Jacob, & eum Iſraël prædicáınt. *Ib.* 29. 23.

Ant. 5. C. Qui ſunt iſti, ui ut nubes volant, & uaſi columbæ ad feneras ſuas? *Ibid.* 60. 8.

apitulum. Iſai. 61. v. 8. 9.

DAbo opus eórum in veritáte, & fœdus erpétuum fériam eis. Et ient in géntibus ſemen orum, & germen eórum médio populórum.

℟. Non ſunt loquélæ neque ſermónes, quorum non audiantur voces eórum; * In omnem terram exívit ſonus eórum, † Et in fines orbis terræ verba eórum. *Pſ.* 18. 4. 5. ℣. Illi profecti prædicavérunt ubíque, Dómino cooperante, & ſermónem confirmante. *Marc.* 16. 20. * In omnem. ℣. Glória. † Et in.

Hymnus.

ORbis lætítiâ férveat, & ſua
Noſtris jungat ovans cántica pláuſibus:
Vos, biſſéna novi lúmina fœderis,
Feſto cármine pángimus.

Ut nubes plúviis denſa ſalúbribus,
Veri fœta cohors, tránſvolat æquora;
Chriſtum voce tonat, fánaque Núminum
Verbi fúlmine díruit.

Cultores óperis, quo páritur ſalus,
Plures cùm lácrymas, & ſtérili ſuum

Fundunt ſemen agro, ſpem ſimul áureæ
Meſſis córdibus ínſerunt.

Tentantur váriis dum cruciátibus,
Docti dura pati, célſaque dícere,
Fictas delícias, vánaque lúdicra
Mundi, quàm benè dédocent!

His Chriſti réferunt dógmata móribus,
Naſcentiſque gregis partúriunt fidem;
Quam ne degéneri péctore décidat,
Fuſo sánguine róborant.

Sit ſupréma tibi glória, Trinitas,
Quâ cæcis óculis lux óritur nova:
Fac quæ ſancta datur lex per Apóſtolos,
Sit lux vítaque córdium.
Amen.

℣. Magnificéntiam glóriæ ſanctitátis tuæ loquentur, ℟. Et mirabília tua narrábunt. *Pſal.* 144. 5.

Ad Magníficat. *Ant.* 6. F. Pópulos vocábunt ad montem, ibi immolábunt víctimas juſtítiæ: qui inundatiónem maris quaſi lac ſugent, & theſauros abſcónditos arenárum. *Deut.* 33. 19.

Oratio propria.

AD OFFICIUM NOCT.

Invit. Apoſtolórum Magiſtrum & Dóminum, * Veníte, adorémus. *Joan.* 13. 13. *Pſ.* Venite.

Hymnus, Orbis lætítiâ, *ut in primis Veſperis.*

IN I. NOCTURNO.

Ant. 3. a. Vocávit ad ſe quos vóluit ipſe, & venérunt ad eum. *Marc.* 3. 13.

Ant. 4. D. Dedit illis poteſtátem curandi infirmitátes, & ejiciendi dæmónia. *Ibid.* 15.

Ant. 6. F. Ignobília mundi elégit Deus, & ea quæ non ſunt, ut ea quæ ſunt deſtrúeret. 1. *Cor.* 1. 28.

℣. Cuſtodiébant teſtimónia ejus; ℟. Et præceptum quod dedit illis. *Pſ.* 98. 7.

℟. *j.* Vocávit Jeſus diſcípulos ſuos, & elégit duódecim ex ipſis, * Quos & Apóſtolos nominávit. *Luc.* 6. 13. ℣. Laudémus viros glorióſos, & parentes noſtros, in generatióne ſua. *Eccli.* 44. 1. * Quos & Apóſtolos.

℟. *ij.* Póſuit Dóminus óculum ſuum ſuper corda illórum, oſténdere illis magnália óperum ſuórum, * Ut nomen ſanctificatiónis collaudent, & magnália enarrent óperum ejus. *Eccli.* 17. 7. 8. ℣. Fecit ut eſſent duódecim cum illo,

& ut mitteret eos prædicáre. *Marc.* 3. 14. * Ut nomen.

℟. *iij.* Accédens Jeſus, locútus eſt úndecim diſcípulis, dicens : Euntes docéte omnes gentes ; & ecce ego vobiſcum ſum ómnibus diébus, * Uſque ad conſummatiónem ſéculi. *Matt.* 28. *v.* 18. 19. 20. ℣. Fílii eórum propter illos uſque in æternum manent. *Eccli.* 44. 13. * Uſque ad conſummatiónem. ℣. Glória Patri, & Fílio, & Spirítui ſancto. * Uſque ad conſummatiónem ſéculi.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 7. d. Virtúte magnâ reddébant Apóſtoli teſtimónium reſurrectiónis Jeſu Chriſti. *Act.* 4. 33.

Ant. 1. g. Grátia magna erat in ómnibus illis. *Ibid.*

Ant. 8. G. Apóſtoli eccleſiárum glória Chriſti. 2. *Cor.* 8. 23.

℣. Deus noſter, tu exaudiébas eos : ℟. Deus, tu propítius fuiſti eis. *Pſ.* 98. 8.

℟. *iv.* Per manus Apoſtolórum, * Fiébant ſigna & prodígia multa in plebe. *Act.* 5. 12. ℣. Póſuit in eis verba ſignórum ſuórum & prodigiórum. *Pſ.* 104. 27. * Fiébant ſigna.

℟. *v.* Magnificábat eos pópulus : * Magis autem augebátur credéntium in Dómino multitúdo. *Act.* 5. 13. 14. ℣. Benedixit eis Dóminus, & multiplicáti ſunt nimis. *Pſ.* 106. 38. * Magis.

℟. *vj.* Non vos eſtis qui loquímini, ſed Spíritus Patris veſtri, * Qui lóquitur in vobis. *Matt.* 10. 20. ℣. O quàm bonus & ſuávis eſt Spíritus. *Sap.* 12. 1. * Qui lóquitur. ℣. Glória Patri, & Fílio, & Spirítui ſancto. * Qui.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 2. D. Locútus es, Dómine, cum eis de cœlo, & dediſti eis judícia recta, & legem veritátis. 2. *Eſd.* 9. 13.

Ant. 6. F. Dediſti eis regna & pópulos, & partítus es eis ſortes. *Ibid.* 9. 20.

Ant. 5. C. Multiplicaſti fílios eórum ſicut ſtellas cœli. *Ibid.* 23.

℣. Séminant in lácrymis ; ℟. In exultatióne metent. *Pſ.* 125. 5.

℟. *vij.* Inclúſos cuſtodiébant fílios tuos, Dómine, * Per quos incipiébat incorruptum legis lumen ſéculo dari. *Sap.* 18. 4. ℣. Injecérunt in Apóſtolos manus, & poſuérunt eos in cuſtódiam.

Act. 4. 3. * Per quos incipiébat.

℟. *viij.* Ibant gaudentes à conſpectu concílii; * Quóniam digni hábiti ſunt pro nómine Jeſu contuméliam pati. *Act.* 5. 41. ℣. Hærédítas ſancta nepótes eórum, & in teſtamentis ſtetit ſemen eórum. *Eccli.* 44. 12. * Quóniam.

℟. *ix.* Teſtamentum ætérnum conſtítuit Dóminus cum illis, & juſtítiam, * Et judícia ſua oſtendit illis, † Et magnália honóris ejus vidit óculus illórum. *Eccli.* 17. 10. ℣. Tradidérunt Apóſtoli ánimas ſuas pro nómine Dómini noſtri Jeſu Chriſti. *Act.* 15. 26. * Et judícia. ℣. Glória Patri, & Fílio. † Et magnália.

Te Deum.

AD LAUDES.

℣. *Sacerd.* Magnificávit Dóminus, ℟. Fácere cum eis. *Pſ.* 125. 2.

Ant. 8. c. Exulta, cœlum, & ſancti Apóſtoli; quóniam judicávit Deus judícium veſtrum. *Apoc.* 18. 20.

Ant. 4. A. Sedébitis & vos ſuper ſedes duódecim, judicantes duódecim tribus Iſraël. *Matt.* 19. 28.

Ant. 7. c. Rogáte Dóminum meſſis, ut mittat operários in meſſem ſuam. *Matth.* 9. 38.

Ant. 3. a. Vos eſtis ſal terræ; vos eſtis lux mundi. *Matt.* 5. 13. 14.

Ant. 6. F. In fundamentis Jerúſalem, nómina duódecim Apoſtolórum Agni. *Apoc.* 21. 14.

Capitul. Eph. 2. *v.* 19. 20.

FRatres, jam non eſtis hóſpites & ádvenæ; ſed eſtis cives Sanctórum & doméſtici Dei, ſuperædificáti ſuper fundamentum Apoſtolórum & Prophetárum, ipſo ſummo anguläri lápide Chriſto Jeſu.

Hymnus.

GENTES, voce novâ vos Deus ádvocat;
Tandem vincla jugi rúmpite ahænei;
Feſtináte; Tonantis
Verbo péctora ſúbdite.

AUDIMUR: pópuli concípiunt fidem;
Orbi ſparſa ſalus; templa Deûm ruunt:
Quos luſit vetus error,
Ducit ſpléndida véritas.

UNI Roma ſtupet ſúbdita Númini;
Signis inſólitis Græcia ſtérnitur;
Indorumque remótis
Chriſti vox ſonat inſulis.

MUNDUS diſſímilis ſit ſibi móribus;

Pax ſincéra nitet, lis ubi férbuit;
In quo culpa ſedébat,
Regnat péctore cháritas.

Passi præco Dei crux venerábilis,
Victis conſpicitur fróntibus áddita:
Hoc inſigne triumphi,
Teſtes fúneris érigunt.

O nullis hóminum pérvia ſénſibus,
Sit ſupréma tibi glória, Trínitas;
Da clangat tuba Chriſti,
Fines orbis ad últimos.
Amen.

℣. Conſtítues eos príncipes ſuper omnem terram: ℟. Mémores erunt nóminis tui, Dómine. *Pſ.* 44. *v.* 17. 18.

Ad Benedictus. *Ant.* J. Quorum remiſéritis peccáta, remittuntur eis; & quorum retinuéritis, retenta ſunt. *Joan.* 20. 23.

Oratio propria.

AD PRIMAM.

Ant. Exulta cœlum.

Capitulum, ut in Pſalterio.

CANON, ut habetur ſuo loco.

AD TERTIAM.

Ant. Sedébitis.

Capitulum. Sap. 3. 8.

Judicábunt natiónes, & dominabuntur pópulis; & regnábit Dóminus illórum in perpétuum.

℟. *br.* Sedérunt ſedes, * In judício. *Repet.* Sedérunt. ℣. Sedes ſuper domum David. *Pſ.* 121. 5. * In judício. ℣. Glória. *Repet.* Sedérunt.

℣. Príncipes populórum congregáti ſunt, ℟. Cum Deo Abraham. *Pſ.* 46. 10.

AD SEXTAM.

Ant. Rogáte.

Capitulum. Eccli. 36. 16. 17.

Reple Sion, Deus, inenarrabílibus verbis tuis, & ſuſcita prædicatiónes quas locúti ſunt in nómine tuo Prophétæ prióres.

℟. *br.* Euntes * Ibant & flebant. *Repet.* Euntes. ℣. Mittentes ſémina ſua. * Ibant. ℣. Glória. *Rep.* Euntes.

℣. Veniéntes autem vénient cum exultatióne, ℟. Portantes manípulos ſuos. *Pſ.* 125. 6.

AD NONAM.

Ant. In fundamentis Jeruſalem.

Capitulum. Apoc. 21. 21.

Duódecim portæ, duódecim margarítæ ſunt per ſíngulas: & ſíngulæ portæ erant ex ſíngulis margarítis.

℟. *br.* Mihi autem nimis * Honorificáti ſunt amíci tui, Deus. *Rep.* Mihi. ℣. Nimis confortátus

eſt principátus eórum. * Honorificáti ſunt. ℣. Glória. *Rep.* Mihi. *Pſ.* 138. 17.

℣. Dii fortes terræ, ℟. Vehementer eleváti ſunt. *Pſ.* 46. 10.

AD II. VESPERAS.

Antiphonæ de Laudibus.

Capitulum. Eccli. 44. 7. 8.

GLóriam adepti ſunt, & in diébus ſuis habentur in láudibus. Qui de illis nati ſunt, reliquérunt nomen narrandi laudes eórum.

Hymnus.

CRESCAT ut verbum, fidei ſatóres
Cónſecrant curæ ſócios perennis;
Qui novas terras, nova ſint paráti
Bella ſubíre.

Hinc apud gentes ſacra lux remótas
Fulget, & ſermo ſéritur ſalútis;
Nos adhuc fruges ſumus hoc feráci
Sémine cretæ.

MULTIPLEX meſſis referenda cœlo;
Sed ſuos pauci géminant labóres:
Tu tuæ Clerum, Deus, adjuvando,
Cónſule meſſi!

CHRISTE, virtútem rénova ſupernam,
Quâ cohors mundum duodéna vicit,
Quâ pares curas, eadémque vitæ
Dona ferámus!

SEDE biſſénâ próceres verendi,
Déſuper veſtræ ſóboli favéte,
Ut fide purâ recolátur unus
Chriſtus in orbe!

SUMMA laus Patri, Genitóque ſumma,
Laus tibi compar, utriúſque Nexus;
Ad tuam laudem, Déitas ſupréma,
Prótege Clerum! Amen.

℣. Annuntiavérunt ópera Dei, ℟. Et facta ejus intellexérunt. *Pſ.* 63. 10.

Ad Magníficat. *Ant.* 8. G. Quæcumque alligavéritis ſuper terram, erunt ligáta & in cœlo; & quæcumque ſolvéritis ſuper terram, erunt ſolúta & in cœlo. *Matt.* 18. 18.

Oratio, ut in Proprio.

COMMUNE UNIUS MARTYRIS.

IN I. VESPERIS.

Ant. 1. a. JUſtus quaſi leo confídens, abſque terróre erit. *Prov.* 28. 1.

Ant. 7. c. Timórem, & metum, & probatiónem indúcet ſuper illum Dóminus, donec credat áni-

mæ illíus. *Eccli.* 4. 19.

Ant. 5. C. In tentatióne Deus illum conſervábit ; non illidétur quaſi in procella navis. *Eccli.* 33. v. 1. 2.

Ant. 6. F. Firmábit illum, & lætificábit, & theſaurizábit ſuper illum intellectum juſtítiæ. *Eccli.* 4. v. 20. 21.

Ant. 4. a. Uſque in tempus ſuſtinébit pátiens, & póſteà reddítio jucunditátis. *Eccli.* 1. 29.

Capitulum. Iſ. 12. 2.

Ecce Deus Salvátor meus : fiduciáliter agam, & non timébo ; quia fortitúdo mea & laus mea Dóminus.

In Duplicibus - Minoribus & ſuprà, dicitur :

℟. Benedictus vir, qui confídit in Dómino ; * Erit Dóminus fidúcia ejus ; † Non timébit, cùm vénerit æſtus. *Jer.* 17. 7. 8. ℣. Qui ſuſtinúerit in finem, hic ſalvus erit. *Marc.* 13. 13. * Erit. ℣. Glória. † Non timébit.

Hymnus. S. V.

Felix morte tuâ, qui cruciátibus
Cœlo difficilem rúmpere amas viam ;
Et ſignáre cruóre,
Quam Chriſto déderas fidem.

Poenis victa quibus deficeret fides,
Tu pœnas avidâ mente præóccupas ;
Cui non ſufficit una,
Ambis innúmeras neces.

Te pro lege ſua magnánimum mori,
Te Chriſtus púgilem ſpectat ab æthere :
Ne ſuccúmbere poſſis,
Tecum prælia ſuſtinet.

Et nos delícias, vana per ótia,
Gens inſida Deo, quærimus ánxii :
Quid torpémus ? inertes
Sanguis Mártyris éxcitat.

Patri máxima laus, máxima Fílio ;
Sit par, Sancte, tibi glória, Spíritus,
Quo donante, corónâ
Invictus pugil óbtinet.
Amen.

℣. Juſtus, cùm cecíderit, non collidétur ; ℟. Quia Dóminus ſuppónit manum ſuam. *Pſ.* 36. 24.

Ad Magníficat. *Ant.* 3. E. Pro certo habet omnis qui te colit, Dómine, quòd vita ejus, ſi in probatióne fúerit, coronábitur. *Tob.* 3. 21.

Oratio propria, vel ut infrà ad Laudes.

Si facienda ſit Comm. alterius Mart. fit per Ant. & ℣. è Laudibus, & ſic in omni alio Communi.

AD OFFICIUM NOCT.

Invit. Chriſtum qui dat vincenti manna abſcónditum, * Veníte, adorémus. *Apoc.* 2. 17.

Pſal. Venite.

Hymnus. S. V.

EX quo, ſalus mortálium,
Fluxit ſacer Dei cruor;
Homo redemptus æmulum
Deo litávit ſánguinem.

NON jam crucis Chriſti pudet:
Quin ſurgit ingens glória,
Deum fatéri mórtuum,
Pro mórtuo mori Deo.

HOC iſte plenus Spíritu,
Ridet minas, ridet neces;
Tuâque fretus déxterâ,
Tibi, Redemptor, mílitat.

PARATA ſpectans præmia,
Secúrus ad pœnas volat;
Sic pugnat, ut ſperet mori,
Et morte mortem víncere.

UNUS tot armátas manus
Stupente laſſat júdice;
Et tortus ipſe qui cadit,
Torquéntibus fit fórtior.

DA, Chriſte, tanti mílitis
Æquáre facta fórtia:
Da ſuſtinére pro tuo,
Quodcumque durum, nómine.

ÆTERNE tu Verbi Pater,
Ætérne Fili, par Patri,
Et par utríque, Spíritus,
Tibi, Deus, ſit glória.
Amen.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 1. g. Dóminus tecum, virórum fortíſſime. *Judic.* 6. 12.

Ant. 2. D. Deus tuus quem colis ſemper, ipſe liberábit te. *Dan.* 6. 16.

Ant. 3. c. Ejíciet à fácie tua inimícum, dicétque: Contérere. *Deut.* 33. 27.

℣. Scápulis ſuis obumbrábit tibi, ℟. Et ſub pennis ejus ſperábis. *Pſ.* 90. 4.

℟. *j.* Patienter ſuſtinens, * Deſtinávit non admíttere illícita propter vitæ amórem. 2. *Machab.* 6. 20. ℣. Confeſſus bonam confeſſiónem coram multis téſtibus. 1. *Timoth.* 6. 12. * Deſtinávit.

℟. *ij.* Certámen forte dedit illi Dóminus, * Ut vínceret, & ſciret quóniam ómnium poténtior eſt ſapiéntia. *Sap.* 10. 12. ℣. Confortátus eſt fide, dans glóriam Deo. *Rom.* 4. 20. * Ut vínceret.

℟. *iij.* Deus à peccatóribus liberávit eum, * Deſcenditque cum illo in fóveam, & in vínculis † Non derelíquit illum. *Sap.* 10. 13. 14. ℣. Expectábat fundamenta habentem civitátem, cujus ártifex & cónditor Deus. *Heb.* 11. 10. * Deſcenditque. ℣. Glória. † Non.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 4. E. In fraude

ircumveniéntium illum affuit illi. *Sap.* 10. *v.* 11.

Ant. 5. a. Attulit illi poténtiam adverſùs eos qui eum deprimébant. *Ib.* *v.* 14.

Ant. 6. F. Intrávit in ánimam ſervi ſui, & ſtetit contra Reges horrendos in portentis & ſignis. *Ibid. v.* 16.

℣. Exáudiet illum Deus, ℟. De cœlo ſancto ſuo. *Pſ.* 19. 7.

℟. *iv.* Propter opus Chriſti uſque ad mortem acceſſit, * Tradens ánimam ſuam. *Philip.* 2. 30. ℣. Glorioſíſſimam mortem complectens, voluntáriè præíbat ad ſupplícium. 2. *Machab.* 6. 19. * Tradens.

℟. *v.* Magis éligens affligi, quàm temporális peccáti habére jucunditátem, * Inviſíbilem tamquam videns, ſuſtínuit. *Hebr.* 11. *v.* 25. 27. ℣. Tormenta ſuſcépit, & in último ſpíritu conſtitútus. 2. *Mach.* 7. *v.* 8. 9. * Inviſíbilem.

℟. *vj.* Beátus vir qui ſuffert tentatiónem: quóniam cùm probátus fúerit, * Accípiet corónam vitæ. *Jac.* 1. 12. ℣. Hic ítaque mundus óbiit, per ómnia in Dómino confídens. 2. *Machab.* 7. 40. * Accípiet. ℣. Glória. * Accípiet.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 7. d. Divítias æſtimans imPropérium Chriſti, aſpiciébat in remuneratiónem. *Hebr.* 11. 26.

Ant. 8. c. Timet Dóminum, nil trepidábit; & non pavébit, quóniam ipſe eſt ſpes ejus. *Eccli.* 34. 16.

Ant. 1. D. In quocumque loco fúeris, Dómine, ſive in morte, ſive in vitâ, ibi erit ſervus tuus. 2. *Reg.* 15. 20.

℣. Dicet Dómino: Suſceptor meus es tu, ℟. Et refúgium meum. *Pſ.* 90.

℟. *vij.* Nequaquam ut mori ſolent ignávi, mórtuus eſt: * Sicut ſolent cádere coram filiis iniquitátis, ſic corruíſti. 2. *Reg.* 3. 33. 34. ℣. Dóminus Jeſus Chriſtus cum ſpíritu tuo. 2. *Tim.* 4. 22. * Sicut.

℟. *viij.* Mendáces oſtendit Dóminus, qui maculavérunt illum, * Et dedit illi claritátem ætérnam. *Sap.* 10. 14. ℣. Oppreſſum à nefandórum injúriâ erípuit illum Deus. 2. *Petr.* 2. 7. * Et dedit.

℟. *ix.* Hanc tentatiónem ídeò permíſit Dóminus evenire illi, * Ut póſteris darétur † Exemplum patiéntiæ ejus. *Tob.* 2. 12. ℣. In labóribus plúrimis, in carcéribus

abundántiùs, in plagis ſupra modum, in mórtibus frequenter. 2. *Cor.* 11. 23. * Ut póſteris. ℣. Glória. † Exemplum.

Te Deum.

AD LAUDES.

℣. *Sac.* Lux orta eſt juſto, ℟. Et rectis corde lætitia.

Ant. 3. a. Honeſtávit illum in labóribus, & còmplévit labóres illíus. *Sap.* 10. 10.

Ant. 8. G. Erat Deus cum eo, & crípuit eum ex ómnibus tribulatiónibus ejus. *Act.* 7. 9. 10.

Ant. 7. *d.* Abſque terróre requieſcet, & abundántiâ perfruétur, timóre malórum ſubláto. *Prov.* 1. 33.

Ant. 1. a. Data eſt ei coróna, & exívit vincens ut vínceret. *Apoc.* 6. 2.

Ant. 4. a. Quia acceptus eras Deo, neceſſe fuit ut tentátio probáret te. *Tob.* 12. 13.

Capitulum. 2. Timoth. 4. v. 7. 8.

Bonum certámen certávi, curſum conſummávi, fidem ſervávi; in réliquo repóſita eſt mihi coróna juſtitiæ, quam reddet mihi Dóminus in illa die juſtus Judex.

Hymnus. S. V.

Jam non te lácerant carníficum manus,
Inter qui récubas cœlícolum choros;
Nunc pro cárcere cæco,
Fulgentes hábitas domos.

Non jam vincla manus, non cóhibent pedes;
Tu liber ſuperûm regna perámbulas:
Quot plagis laniátus,
Cœlo tot rádiis nites.

Nec te dira fames, nec ſitis ámpliùs,
Nec probróſa premit te modò núditas:
Nunc te lúmine puro
Paſcit Chriſtus & índuit.

Sic tu Martyribus dexter ades, Deus,
Ut quos mors périmit, glória víndicet;
Confundiſque tyrannum,
Dum quos déprimis, élevas.

Patri máxima laus, máxima Fílio;
Sit par, Sancte, tibi glória, Spíritus,
Quo donante, corónam
Invictus pugil óbtinet. Amen.

℣. Juſtus ut palma florébit; ℟. Sicut cedrus Líbani multiplicábitur. *Pſ.* 91. 13.

Ad Benedictus. *Ant.* 1. D. Vitâ deceſſit, univerſæ genti memóriam mortis ſuæ ad exemplum virtútis & fortitúdinis derelinquens. 2. *Mach.* 6. 31.

Oratio.
ſto, Dómine, ſup-
icatiónibus noſ-
qui beáti Márty-
N. natalítiis glo-
, nec minis in-
rſequéntium, nec
rturbémur adver-
.

Alia Oratio.
nobis, quæſumus,
ómine, interce-
eáto *N.* Mártyre
tua fide & ſince-
onſtántiam; ut in
e divína firmáti,
tentatiónibus ab
tegritáte divellá-
er.

ſit Pontifex.
Oratio.
ios, Dómine Deus,
ári ſacerdotálem
tiam beáti *N.*
is tui atque Pon-
ut fidem ſervan-
m dócuit, ejuſ-
orónæ conſortes
ur; Per.

Alia Oratio.
lnípotens ſempi-
rne Deus, qui
N. dignam Már-
que Pontífice fi-
fortitúdinem tri-
fac nos, ejus méri-
æ frágilis amórem
, & ad te, qui ſo-
vita es, perveni-
.

cienda ſit comme-
alterius Marty-
per Antiph. &
℣. *ex ij. Veſperis; & ſic in omni alio Communi.*

AD PRIMAM.

Ant. Honeſtávit.

AD TERTIAM.

Ant. Erat Deus.

Capitulum. Jer. 20. 13.

CAntáte Dómino, laudáte Dóminum, quia liberávit ánimam páuperis de manu malórum.

℟. *br.* Super ſalutáre tuum, Dómine, * Exultábit vehementer. *Repet.* Super. ℣. Deſidérium cordis ejus tribuiſti ei. * Exultábit. ℣. Glória. *Rep.* Super. *Pſ.* 20. 2.

℣. Poſuiſti, Dómine, in cápite ejus corónam, ℟. De lápide pretióſo. *Pſ.* 20. 4.

AD SEXTAM.

Ant. Abſque terróre.

Capitulum. Apoc. 3. 12.

QUi vícerit, fáciam illum columnam in templo Dei mei, & foràs non egrediétur ámplius; & ſcribam ſuper eum nomen Dei mei.

℟. *br.* Magna eſt glória ejus, * In ſalutári tuo. *Repet.* Magna eſt. ℣. Glóriam & magnum decórem impónes ſuper eum. *Pſal.* 20. 6. * In ſalutári. ℣. Glória. *Repet.* Magna eſt.

℣. Dabis eum in benedictiónem, ℟. In ſéculum ſéculi. *Ibid. v.* 7.

AD NONAM.

Ant. Quia acceptus.

Capitul. Job. 23. 10. 11.

PRobávit me Deus quaſi aurum, quod per ignem tranſit: veſtígia ejus ſecútus eſt pes meus; viam ejus cuſtodívi, & non declinávi ex ea.

℟. *br.* Lætábimur * In ſalutári tuo. ℣. Et in nómine Dei noſtri magnificábimur. *Pſal.* 19. 5. * In ſalutári tuo. ℣. Glória Patri. *Repet.* Lætábimur.

℣. Hábitat in adjutório Altíſſimi, ℟. Et in protectióne Dei. *Pſ.* 90. 1.

AD II. VESPERAS.

Ant. Honeſtávit, *cum cæteris de Laudibus.*

Capitulum. Tob. 3. 22. 23.

POſt tempeſtátem tranquillum facis, Dómine, & poſt lacrymatiónem & fletum exultatiónem infúndis; ſit nomen tuum, Deus Iſrael, benedíctum in ſécula.

Hymnus, Felix morte, *ut in primis Veſperis.*

℣. Tríbuat tibi Dóminus ſecundùm cor tuum, ℟. Et omne consílium tuum confirmet. *Pſ.* 19. 5.

Ad Magníficat. *Ant.* 2. D. Factus es, Dómine, fortitúdo egéno in tribulatióne ſua, ſpes à túrbine, umbráculum ab æſtu. *Iſ.* 25. 4.

Oratio ut ſuprà ad Laudes, niſi ſit propria.

COMMUNE PLURIUM MARTYRUM.

IN I. VESPERIS.

Ant. 8. G. JUſtítia rectórum liberábit eos; & in insidiis ſuis capientur íniqui. *Prov.* 11. 6.

Ant. 1. D. Oculi Dómini præbent fortitúdinem his qui corde perfecto credunt in eum. 2. *Paral.* 16. 9.

Ant. 7. d. Eligentur & dealbabuntur, & quaſi ignis probabuntur multi. *Daniel.* 12. 10.

Ant. 4. D. Vaſa figuli probat fornax, & hómines juſtos tentátio tribulatiónis. *Eccli.* 27. 6.

Ant. 2. D. In paucis vexáti, in multis benè diſponentur. *Sap.* 3. 5.

Capitulum. Iſa. 51. v. 7. 8.

NOlíte timére oppróbrium hóminum, & blaſphémias eórum ne metuátis: ſicut enim veſtimentum, ſic cómedet eos vermis; ſalus autem mea in ſempitérnum erit.

In Duplicibus & ſuprà:

℟. Ruent in gládio, &

in flamma, & in captivitáte: * Ut conflentur & dealbentur uſque ad tempus præfinítum. *Dan.* 11. *v.* 33. 35. ℣. Datum eſt beſtiæ bellum fácere cum ſanctis. *Apoc.* 13. 7.* Ut conflentur. ℣. Glória Patri. * Ut conflentur & dealbentur.

Hymnus.

QUANTO, morte ſacrâ
quos tibi dévoves,
Firmas, Chriſte, tuos róbore mílites!
Ad tórmenta vehit non pávidos mori,
Quam das ígnea cháritas.

Tortoris rábies ſæviat ímpotens;
Addat carcéribus férrea víncula;
Conſtanti púgiles péctore, prælia,
Trunci córpore ſúſtinent.

Alto de ſólio nunc, Deus, áſpice
Non indigna tuo númine múnera;
Quot proſtráta jacent córpora Mártyrum,
Aſtant tot tibi víctimæ.

Ad te, letífero vúlnere ſaucii,
Vectantur róſeo flúmine ſánguinis:
Emenſi, duce te, Chriſte, perícula,
Tangunt líttora pátriæ.

Sed quid barbáries ímpia próficit?
Non hæc Chriſtíadas vúlnera déprimunt:
Gens exorta ſacro fúnere Núminis,
Creſcit ſánguine Mártyrum.

Patri máxima ſit, máxima Fílio,
Sit par Spirítui; laus tibi, Trínitas,
Quæ te Martyribus pródiga præmium
Das, & vívere per neces. Amen.

℣. Cuſtódit Dóminus ánimas ſanctórum ſuórum; ℟. De manu peccatóris liberábit eos. *Pſ.* 96. 10.

Ad Magníficat. *Ant.* 5. C. Exultábitis lætítiâ inenarrábili & glorificátâ, reportantes finem fidei veſtræ ſalútem animárum. 1. *Petr.* 1. 8. 9.

AD OFFICIUM NOCT.

Invit. Deum patiéntiæ & ſolátii, * Veníte, adorémus. *Rom.* 15. 5.

Pſalm. Veníte.

Hymnus. S. V.

FORTES cadendo Mártyres,
Quos empta fuſo ſánguine
Cœleſtis ornat púrpura,
Junctis canámus vócibus.

Implere vos omnes decet,
Paſſo Deo quod déſuit;

Per tot neces, læſo Patri
Fit plena Chriſtus hóſtia.
Quem lictor insánus ſitit,
Quem cæcus effundit furor,
Amor ſacerdos pródigum
Chriſto cruórem cónſecrat.
Sic, Chriſte, robur Mártyrum,
Certáre das & víncere;
Tuoſque múnerans, tua
Æquus corónas præmia.
Æterne tu Verbi Pater,
Æterne Fili, par Patri,
Et par utríque, Spíritus,
Tibi, Deus, ſit glória.
Amen.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 8. G. Per viam quam præcépit Dóminus Deus veſter, ambulábitis. *Deut.* 5. 33.

Ant. 2. D. Tentat vos Dóminus, ut palàm fiat utrùm diligátis eum, an non, in toto corde. *Deut.* 13. 3.

Ant. 3. c. Vos hódie contra inimícos veſtros pugnam commíttitis. *Deut.* 20. 3.

℣. Lætámini in Dómino, & exultáte, juſti; ℟. Et gloriámini, omnes recti corde. *Pſal.* 31. 11.

℟. *j.* Vobis donátum eſt pro Chriſto, * Non ſolùm ut in eum credátis, ſed ut étiam pro illo patiámini. *Philip.* 1. 29. ℣. In virtúte Dei cuſtodímini per fidem. 1. *Pet.* 1. 5. * Non ſolùm.

℟. *ij.* Dóminus Deus veſter in médio veſtrî eſt, * Et pro vobis contra adverſários dimicábit, ut éruat vos de perículo. *Deut.* 20. 4. ℣. Quóniam eſtis filii, miſit Deus Spíritum Fílii ſui in corda veſtra. *Galat.* 4. 6. * Et pro.

℟. *iij.* Mundi Creátor qui formávit hóminis nativitátem, * Et ſpíritum vobis íterum cum miſericórdiâ reddet & vitam, ſicut nunc voſmetipſos deſpícitis † Propter leges ejus. 2. *Mac.* 17. 23. ℣. Qui ſuſcitávit Jeſum Chriſtum à mórtuis, vivificábit & mortália córpora veſtra. *Rom.* 8. 11. * Et ſpíritum. ℣. Glória. † Propter.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 7. a. Fidélis Deus eſt, qui confirmábit vos, & cuſtódiet à malo. 2. *Theſſ.* 3. 3.

Ant. 1. a. Non injuſtus Deus, ut oblivìſcátur óperis veſtri, & dilectiónis quam oſtendiſtis in nómine ipsius. *Hebr.* 6. 10.

Ant. 4. A. Sicut ſócii paſſiónum eſtis, ſic éritis & conſolatiónis. 2. *Cor.* 1. 7.

℣. Salvábit eos Dó-

minus; ℟. Quia ſperavérunt in eo. *Pſ.* 36. 40.

℟. *iv.* Tamquam aurum in fornáce, probávit illos Dóminus, * Et quaſi holocauſti hóſtiam accépit illos. *Sap.* 3. 6. ℣. Diſtenti ſunt, non ſuſcipientes redemptiónem, ut meliórem invenírent reſurrectiónem. *Hebr.* 11. 35. * Et quaſi.

℟. *v.* Benedictus Deus, qui éruit ſervos ſuos qui credidérunt in eum, * Et tradidérunt córpora ſua, ne ſervírent, & ne adorárent omnem Deum excepto Deo ſuo. *Dan.* 3. 95. ℣. Per fidem vicérunt regna, operáti ſunt juſtítiam. *Hebr.* 11. 33. * Et tradidérunt.

℟. *vj.* Decantavérunt, Dómine, nomen ſanctum tuum, * Et victrícem manum tuam † Laudavérunt páriter. *Sap.* 10. 20. ℣. In multo experimento tribulatiónis, abundántia gáudii ipſórum fuit. 2. *Cor.* 8. 2. * Et victrícem. ℣ Glória Patri. † Laudavérunt.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 5. a. Rex mundi defunctos pro ſuis légibus in ætérnæ vitæ reſurrectióne ſuſcitábit. 2. *Machab.* 7. 9.

Ant. 6. F. Agnus reget illos, & dedúcet eos ad vitæ fontes aquárum. *Ap.* 7. 17.

Ant. 1. f. Si coram homínibus tormenta paſſi ſunt, ſpes illórum immortalitáte plena eſt. *Sap.* 3. 4.

℣. Salus juſtórum à Dómino; ℟. Et protector eórum in témpore tribulatiónis. *Pſal.* 36. 39.

℟. *vij.* Ludíbria & vérbera experti ſunt, inſuper & víncula & cárceres: lapidáti ſunt, ſecti ſunt, tentáti ſunt, in occiſióne gládii mórtui ſunt: * Circuiérunt egentes, anguſtiáti, afflicti, quibus dignus non erat mundus. *Hebr.* 11. *v.* 36. 37. ℣. Deus tentávit eos, & invénit illos dignos ſe. *Sap.* 3. 5. * Circuiérunt.

℟. *viij.* Abſterget Deus omnem lácrymam ab óculis eórum: & mors ultrà non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit ultrà, * Quia prima abiérunt. *Apoc.* 21. 4. ℣. Accípient regnum décoris, & diadéma ſpeciéi de manu Dómini. *Sap.* 5. 17. * Quia prima.

℟. *ix.* Ipſi vicérunt propter ſanguinem Agni; * Et non dilexérunt ánimas ſuas uſque ad mortem: † Proptérea lætámini, cœli, & qui habitátis in eis. *Apoc.* 12. *v.* 11. Ie-

℣. Módico dolóre ſuſtentáto, ſub teſtamento æternæ vitæ effecti ſunt. 2. *Machab.* 7. 36. * Ex non. ℣. Glória. * Proptérea.

Te Deum.

AD LAUDES.

℣. *Sacerd.* Vox exultatiónis & ſalútis, ℟. In tabernáculis juſtórum. *Pſ.* 117. 15.

Ant. 6. F. Ecce beatificámus eos qui ſuſtinuérunt, quóniam miſéricors Dóminus eſt. *Jac.* 5. 11.

Ant. 7. d. Magnum certámen ſuſtinuiſtis paſſiónum, oppróbriis & tribulatiónibus ſpectáculum facti. *Hebr.* 10. 32. 33.

Ant. 2. D. Rapínam bonórum veſtrórum cum gáudio ſuſcepiſtis, cognoſcentes vos habére meliórem & manentem ſubſtántiam. *Hebr.* 10. 34.

Ant. 4. f. Qui ſponte obtuliſtis ánimas veſtras ad perículum, benedícite Dómino. *Judic.* 5. 2.

Ant. 5. a. Tamquam filiis vobis offert ſe Deus: quis enim filius, quem non córripit pater? *Hebr.* 12. 7.

Capitulum. Sap. 3. v. 1. 2. 3.

JUſtórum ánimæ in manu Dei ſunt, & non tanget illos tormentum mortis: viſi ſunt óculis inſipiéntium mori, illi autem ſunt in pace.

Hymnus. S. V.

QUAM, Chriſte, ſignaſti viam
Primus, profúſo ſánguine,
Per hanc tui te fórtiter
Ducem ſequuntur mílites.
OMNES in oſtro ſplendidi,
Tuum tribúnal ámbiunt:
Accepta monſtrant vúlnera,
Et per tot ora ſúpplicant.
AUDIRE ſi nos réſpuis,
Quos críminum moles gravat;
Audi tuos, qui ſánguinem
Fudére pro te, Mártyres.
FAC, ſi tyrannus déficit,
Ne blandiendo móllius
Frangat volúptas péctora,
Ipſis tyrannis ſævior.
ÆTERNE tu Verbi Pater,
Æterne Fili, par Patri,
Et par utríque, Spíritus,
Tibi, Deus, ſit glória.
Amen.

℣. In te, Dómine, ſperavérunt, ℟. Et liberaſti eos. *Pſ.* 21. 5.

Ad Benedict. *Ant.* 3. a. Lætítia ſempiterna ſuper caput eórum; gáudium & lætítiam obtinébunt, & fúgiet dolor & gémitus. *Iſa.* 35. 10.

Oratio.

EXaudi nos, Dómine, Mártyrum tuórum *N.* & *N.* victórias celebrantes; ut córdibus ex eórum paſſióne ſuccenſis, in lege tua fidéliter ambulémus; Per.

Alia Oratio.

MArtyris tui *N.* & ſociórum ſolémnia recenſentes, ſupplices te, Dómine, deprecámur; ut in tua charitáte radicáti & fundáti, paſſiónes hujus témporis, glóriæ cœleſtis amóre, ánimo volenti ſuſtineámus; Per Dóminum.

Si ſint Pontifices.

Oratio.

BEatórum Mártyrum tuórum & Pontíficum *N.* & *N.* nos, quæſumus, Dómine, feſta tueantur, & eórum commendet orátio veneranda; Per.

Alia Oratio.

DEus, cujus grátiâ ſancti Mártyres & Pontífices *N.* & *N.* mundi nec blandítiis, nec terróribus devicti ſunt: da nobis, ut te ſolum diligentes, próſpera mundi ſimul & adverſa deſpiciámus; Per.

AD PRIMAM.

Ant. Ecce.

AD TERTIAM.

Ant. Magnum.

Capitulum. Apoc. 22. 3. 4.

VIdébunt fáciem Agni, & nomen ejus in fróntibus eórum; & nox ultrà non erit, & non egébunt lúmine lucernæ, neque lúmine ſolis, quóniam Dóminus Deus illuminábit illos.

℟. *br.* Exultent juſti * In conſpectu Dei. *Repet.* Exultent. ℣. Et delectentur in lætítia. *Pſal.* 67. 4. * In conſpectu Dei. ℣. Glória. *Repet.* Exultent.

℣. Próteges eos, Dómine, ℟. In tabernáculo tuo. *Pſal.* 30. 21.

AD SEXTAM.

Ant. Rapínam.

Capitulum. Sap. 10. *v.* 17. 18.

REddidit juſtis Deus mercédem labórum ſuórum, & deduxit illos in via mirábili; tránſtulit illos per mare rubrum, & tranſvexit illos per aquam nímiam.

℟. *br.* Clamavérunt juſti, * Et Dóminus exaudívit eos. *Repet.* Clamavérunt. ℣. Et de ómnibus tribulatiónibus liberávit eos. *Pſal.* 33. 18. * Et Dóminus. ℣. Glória. *Repet.* Clamavérunt.

℣. Speravérunt in Dómino, ℟. Et protector eórum eſt. *Pſ.* 113. 11.

AD NONAM.

Ant. Tamquam.

Capitulum. Dan. 3. 88.

LAudáte & ſuperexaltáte Dóminum in ſæ-

cula, quia éruit nos de inferno, & ſalvos fecit de manu mortis.

℟. *br.* Abſcondes eos, Dómine, * In abſcóndito faciéi tuæ. *Repet.* Abſcondes. ℣. A conturbatióne hóminum. *Pſ.* 30. 21. * In abſcóndito. ℣. Glória. *Repet.* Abſcondes.

℣. Confitebuntur nómini tuo, ℟. Et habitábunt recti cum vultu tuo. *Pſ.* 139. 14.

AD II. VESPERAS.

Ant. Ecce beatificámus, *cum cæteris de Laudibus.*

Capitulum. Sap. 5. 1.

STabunt juſti in magna conſtántia adverſùs eos qui ſe anguſtiavérunt, & qui abſtulérunt labóres eórum.

Hymnus, Quanto morte ſacrâ, *ut in I. Veſperis.*

℣. Oculi Dómini ſuper juſtos, ℟. Et aures ejus in preces eórum. *Pſ.* 33. 16.

Ad Magníficat. *Ant.* I. Hi ſunt qui venérunt de tribulatióne magna, & lavérunt ſtolas ſuas in sánguine Agni. *Apoc.* 7. 14.

Oratio ut ſuprà, niſi ſit propria.

COMMUNE UNIUS PONTIFICIS.

IN I. VESPERIS.

Ant. 1. D. QUæsívit Dóminus ſibi virum juxta cor ſuum. 1. *Reg.* 13. 14.

Ant. 7. *d.* Præcépit ei ut eſſet dux ſuper pópulum ſuum. *Ibid.*

Ant. 8. G. Quemcumque elégerit Dóminus, ipſe erit ſanctus. *Num.* 16. 7.

Ant. 5. a. Geſtábit judicium filiórum Iſraël in péctore ſuo in conſpectu Dómini ſemper. *Exod.* 28. 30.

Ant. 3. a. Rogante pro eis Sacerdóte, propítius erit eis Dóminus. *Levit.* 4. 20.

Capitulum. 1. Reg. 2. 35.

SUſcitábo mihi Sacerdótem fidélem, qui juxta cor meum & ánimam meam fáciet: & ædificábo ei domum fidélem, & ambulábit coram Chriſto meo cunctis diebus.

In Feſtis Duplicibus, & ſuprà:

℟. Factum eſt illi in teſtamentum æternum, * Fungi ſacerdótio, & glorificáre pópulum ſuum † In nómine ejus. *Eccli.* 45. 19. ℣. Nec quiſquam ſumit ſibi honórem, ſed qui vocátur à Deo, tamquam Aaron. *Hebr.* 5. 4.

Fungi ſacerdótio, & ...rificáre. ℣. Glória Pa... & Fílio, & Spirítui ...ncto. † In nómine e...

Hymnus. G. Ep. S.

CHRISTE, Paſtórũ caput atque princeps, ...æſulis feſtam venerata lucem,
...bitis ſupplex tua templa votis
Turba frequentat.

ILLE non vano ténuit tremendam
...iritu ſedem, próprio nec auſu:
...d ſacrum juſſus, Dómino vocante,
Sumpſit honórem.

...TRENUUM bello púgilem ſuperni
...ríſmatis pleno tuus unxit intùs
...íritus cornu, poſuitque ſanctam
Páſcere gentem.

...T gregis paſtor, pater atque forma:
...mnium curas levat & labóres:
...etus impendit ſua, ſeque: cunctis
Súfficit unus.

PRO reis orat, réficit gementes,
...rigit lapſos, tenebraſque pellit;
...it potens verbo, docet alta, pravum
Cónterit hoſtem.

FAC ut illíus précibus juvémur,
Chriſte; fac Patrem, pariterque tecum
Spíritum jugi celebrémus hymno
Omne per ævum.
Amen.

℣. Beátus quem elegiſti & aſſumpſiſti: ℟. Inhabitábit in átriis tuis. *Pſ.* 64. 5.

Ad Magníf. *Ant.* 4. f. Elégit ipſum Dóminus ab omni vivente, offerre ſacrifícium Deo, incenſum & bonum odórem pro pópulo ſuo. *Eccli.* 45. 20.

Oratio propria, aut infrà ad Laudes.

AD OFFICIUM NOCT.

Invit. Chriſtum Paſtórum príncipem, * Veníte, adorémus. 1. *Petr.* 5. 4.

Pſal. Veníte.

Hymnus. S. V.

CHRISTE, decréto Patris inſtitútus
Póntifex ſummo, tibi qui fidéles,
Quos legis, formas pópulis regendis
Ipſe miniſtros.

HUNC juvat feſto celebráre cantu,
Qui licet magnis méritis abundans,
Flens & invítus, duce te, tremendum
Sumpſit honórem.

NOVERAT quantis páteat períclis
Ille, qui ſummos ápices adeptus,

Omnium curas, ſibi raptis uni,
Súſtinet omnes.
Fecerat fervens amor inquiétum;
Quò gregis chari pia cura poſcit,
Advolat promptus; mora non euntem
Ulla retardat.
Dux iter, vitâ præeunte, monſtrat;
Cómprobat factis ſua dicta magnis;
Et domum ſanctam benè olente Chriſti
Implet odóre.
Lux erat cæco, cólumen labanti,
Una ſpes lapſo, míſero levámen,
Próvidus cunctis pater, omnibuſque
Omnia factus.
Christe, Paſtórum bonus ipſe Paſtor,
Qui greges paſcis próprio cruóre,
Fac ut æternæ ſúbeant opíma
Páſcua vitæ. Amen.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 2. D. Cùm párvulus eſſes in óculis tuis, caput in tríbubus Iſrael factus es. 1. *Reg.* 15. 17.

Ant. 3. à. Tu introdúces pópulum iſtum in terram quam datúrum ſe jurávit Dóminus. *Deut.* 31. 7.

Ant. 4. E. Dóminus ipſe erit tecum; non dimittet, nec derelinquet te. *Deut.* 31. 8.

℣. Ingréditur ſine máculâ, ℟. Et operátur juſtítiam. *Pſ.* 14. 2.

℟. *j.* Lex veritátis fuit in ore ejus; iníquitas non eſt inventa in lábiis ejus; * Et multos avertit ab iniquitáte. *Malach.* 2. 6. ℣. Suſcipiébat omnes, prædicans regnum Dei. *Act.* 28. *v.* 30. 31. * Et multos.

℟. *ij.* Quæsívit bona genti ſuæ; * Et plácuit illis poteſtas ejus, & glória ejus ómnibus diebus. 1. *Mach.* 14. 4. ℣. Hic erat edoctus viam Dómini, & fervens ſpíritu loquebátur. *Act.* 18. 25. * Et plácuit.

℟. *iij.* In lege Dómini congregatiónem judicávit, * Et in fide ſua † Probátus eſt Prophéta. *Eccli.* 46. 17. ℣. Quæritur inter diſpenſatóres, ut fidélis quis inveniátur. 1. *Cor.* 4. 2. * Et in fide. ℣. Glória. † Probátus eſt.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 8. c. Bonus paſtor ánimam ſuam dat pro óvibus ſuis. *Joan.* 10. 11.

Ant. 7. d. Próprias oves vocat nominátim, & edúcit eas. *Ibid.* *v.* 3.

Ant. 1. f. Ante eas vadit, & oves eum ſequuntur, quia ſciunt vocem ejus. *Ibid.* *v.* 4.

:légit Dóminus
ſuum, ℟. Páſce-
litátem ſuam. *Pſ.*
71.
'. Hortabátur om-
propóſito cordis
ére in Dómino,
erat vir bonus, &
Spíritu Sancto.
. *v.* 23. 24. ℣. In
peccatórum cor-
'it pietátem. *Ec-*
4. * Quia erat vir

'. Miſericórdiam
* Docet & érudit
ſtor gregem ſuum.
8. 13. ℣. Confir-
Eccléſias, præcí-
uſtodíre præcepta.
. 41. * Docet.
vj. In diébus ip-
nanavérunt pútei
m, * Qui curávit
. ſuam, † Et libe-
am à perditióne.
50. 3. 4. ℣. Hic
s vocábitur in re-
elórum. *Matt.* 5.
Qui. ℣. Glória. †
rávit.
I. NOCTURNO.
6. F. In omni
ledit confeſſiónem
& Excelſo in ver-
riæ. *Eccli.* 47. 9.
3. a. Dedit illi
ius in præceptis
oteſtátem docére
teſtimónia, & in
ta lucem dare Iſ-
Eccli. 45. 21.
1. a. Non recé-

det memória ejus, & nomen ejus requirétur à generatióne in generatiónem. *Eccli.* 39. 13.

℣. Pavit eos in innocéntia cordis ſui; ℟. Et in intellectibus mánuum ſuárum deduxit eos. *Pſ.* 77. 72.

℟. *vij.* Circumcinxit eum Dóminus zonâ glóriæ; * Coronávit eum in vaſis virtútis. *Eccli.* 45. 9. ℣. Supra ómnia quæ póſſidet, conſtituet illum. *Luc.* 12. 44. Coronávit.

℟. *viij.* In bonitáte & alacritáte ánimæ ſuæ, * Plácuit Deo pro Iſrael: ídeò ſtátuit illi teſtamentum pacis, ut ſit illi ſacerdótii dignitas in ætérnum. *Eccli.* 45. *v.* 29. 30. ℣. Exemplum fidélium, in verbo, in converſatióne, in charitáte, in fide. 1. *Tim.* 4. 12. * Plácuit.

℟. *ix.* Quaſi ſtella matutína in médio nébulæ, & quaſi luna plena in diébus ſuis lucet, & quaſi ſol refulgens, * Sic ille effulſit † In templo Dei. *Eccli.* 50. 6. 7. ℣. Sicut ſol lucet in virtúte ſua. *Apoc.* 1. 16. * Sic ille. ℣. Glória. † In templo.

Te Deum.

AD LAUDES.

℣. *Sacerd.* Stabit in

loco ſancto ejus, ℟. Innocens mánibus & mundo corde. *Pſ.* 23. *v.* 3. 4.

Ant. 1. g. Sacerdos magnus in vita ſua ſuffulſit domum, & in diébus ſuis corroborávit templum. *Eccli.* 50. 1.

Ant. 2. D. Inventus eſt perfectus, juſtus; & in témpore iracúndiæ factus eſt reconciliátio. *Eccli.* 44. 17.

Ant. 3. à. Fidélis ſervus & prudens, quem conſtítuit dóminus ſuper famíliam ſuam. *Matt.* 24. 45.

Ant. 4. a. Fuit máximus in ſalútem electórum Dei. *Eccli.* 46. 1. 2.

Ant. 8. c. Hic eſt qui multùm orat pro pópulo. 2. *Mac.* 15. 14.

Capitulum. Hebr. 5. 1.

OMnis Póntifex ex homínibus aſſumptus, pro homínibus conſtítuitur in iis quæ ſunt ad Deum, ut ófferat dona & ſacrifícia pro peccátis.

Hymnus. G. Ep. S.

JEsu, Sacerdótum decus,
In hac die, quâ glóriâ
Sanctum corónas Præſulem,
Votis adeſto ſúpplicum.

Sui probátus præmium
Amóris, & pignus tui,
A Patre tráditos tibi
Accépit agnos páſcere.

Hos novit, & præ
vocans
In tuta quemque páſcua,
Victumque præbet: audiunt,
Sequuntur, & vivunt oves.

Quam ſentit errantem jugis,
Hanc nocte quærit ac die;
Et gaudet inventam ſuo
Portans ovíli réddere.

Arcet frementes béſtias,
Lupi retundit ímpetus,
Doloſque fallit, vel mori
Charo parátus pro grege.

Offert frequentem víctimam
Cum plebe Paſtor innocens;
Secumque devótum gregem
Pius Sacerdos ímmolat.

Qui nos creávit, laus Patri;
Laus, qui redémit, Fílio;
Qui charitáte nos fovet,
Sit par tibi laus, Spíritus.
Amen.

℣. Memor ſit Dóminus omnis ſacrifícii tui, ℟. Et holocauſtum tuum pingue fiat. *Pſ.* 19. 4.

Ad Benedictus. *Ant.* 5. C. Dedit illi Dóminus legem vitæ & diſciplinæ docére Jacob teſtamentum ſuum, & judícia ſua Iſrael. *Eccli.* 45. 6.

Oratio.

DIrige oves tuas, Dómine, in viam ſa

rnæ, quam beá-
icis *N.* vita cum
monſtrávit: &
, eódem inter-
, ſic ejus ſúbſe-
ígia, ut cum ip-
nári mereámur;
ninum.
lia Oratio.
Ecclésiæ tuæ, mi-
icors Deus, ut mé-
ıcti Epiſcopi *N.*
a tuam pro ipſa
exórent, & fru-
a nobis labórum
tódiant; Per.
PRIMAM.
Sacerdos magnus.
TERTIAM.
Inventus eſt.
lum. Hebr. 5. 4.
riſtus non ſemet-
ſum clarificávit ut
x fieret, ſed qui
eſt ad eum: Filius
s tu; ego hódie gé-
: quemádmodum
lio loco dicit: Tu
rdos in æternum.
r. Tu es Sacerdos
ternum. *Repet.* Tu
ecundùm órdinem
ſedech. *Pſ.* 109. 4.
Glória. *Rep.* Tu es.
Non fecit táliter
natióni, ℟. Et ju-
ıa non manifeſtá-
Pſ. 147. 20.
SEXTAM.
Fidélis.
lum. Eccli. 50. 7.
alſit in templo Dei
uaſi ignis effulgens,

& thus ardens in igne, quaſi vas auri ſólidum, ornátum omni lápide pretióſo.

℟. *br.* Glóriâ & honóre * Coronaſti eum, Dómine. *Repet.* Glóriâ. ℣. Et conſtituiſti eum ſuper ópera mánuum tuárum. *Pſ.* 8. 6. 7. * Coronaſti. ℣. Glória Patri. *Repet.* Glóriâ & honóre.

℣. Lætificábis eum, Dómine, in gáudio, ℟. Cum vultu tuo. *Pſal.* 20. 7.

AD NONAM.

Ant. Hic eſt.

Capitulum. Eccli. 49. 4.

Ipſe eſt directus divínitùs in pœniténtiam gentis, & tulit abominatiónes impietátis, & gubernávit ad Dóminum cor ipsíus, & in diébus peccatórum corroborávit pietátem.

℟. *br.* Deduxit eos * In viam rectam. *Repet.* Deduxit. ℣. Ut irent in civitátem habitatiónis. *Pſ.* 106. 7. * In viam. ℣. Glória Patri. *Repet.* Deduxit.

℣. Beátus vir, Dómine, cujus eſt auxílium abs te, ℟. Aſcenſiónes in corde ſuo diſpóſuit. *Pſ.* 83. 6.

AD II. VESPERAS.

Antiphona de Laudibus.

Capitulum. Act. 20. 28.

ATténdite vobis, & univerſo gregi, in quo vos Spíritus Sanctus póſuit Epíſcopos régere Eccléſiam Dei.

Hymnus, Chriſte Paſtórum, *ut in pr. Veſperis.*

℣. Sacerdótes tui, Dómine, induantur juſtítiam, ℟. Et ſancti tui exultent. *Pſ.* 131. 9.

Ad Magníficat. *Ant.* 6. F. Státuit ei Dóminus teſtamentum æternum; dedit illi ſacerdótium gentis, & beatificávit illum in glória. *Eccli.* 45. 8.

Oratio, ut in Laudibus, niſi ſit propria.

COMMUNE UNIUS DOCTORIS.

IN I. VESPERIS.

Ant. 1. D. BEátus vir, qui in ſapiéntia morábitur, & in ſenſu cogitábit circumſpectiónem Dei. *Eccli.* 14. 22.

Ant. 2. D. Cibábit illum Deus pane vitæ & intellectûs, & aquâ ſapiéntiæ ſalutáris potábit illum. *Eccli.* 15. 3.

Ant. 3. a. Denudábit illi Dóminus abſconſa ſua, & theſaurizábit ſuper illum ſciéntiam & intellectum juſtítiæ. *Eccli.* 4. 21.

Ant. 5. C. Tamquam inundátio abundábit, & consílium illius ſicut fons vitæ. *Eccli.* 21. 16.

Ant. 6. F. Vir ſápiens implébitur benedictiónibus, & videntes illum laudábunt. *Eccli.* 37. 27.

Capitulum. Prov. 3. 13.

BEátus homo qui invénit ſapiéntiam, & qui áffluit prudéntiâ: mélior eſt acquisítio ejus negotiatióne argenti.

In Feſtis Duplicibus & ſuprà:

℟. In médio Eccléſiæ apériet os ejus; * Adimplébit illum Dóminus ſpíritu ſapiéntiæ & intellectûs. *Eccli.* 15. 5. ℣. Non in perſuaſibílibus humánæ ſapiéntiæ verbis, ſed in oſtenſióne ſpíritûs & virtútis. 1. *Cor.* 2. 4. * Adimplébit. ℣. Glória Patri. * Adimplébit illum.

Hymnus. S. V.

O Qui perpétuus nos mónitor doces,
Vox æterna Patris, Chriſte, vicários
Doctóres, pátrias cùm rémeas domos,
Nobis quàm benè ſúppetis!
Hi ſemper vígilant, ne quid adúlterum
Corrumpat

Corrumpat fidei virgíneum decus :
Lædi vel léviter non pátitur fides,
His cuſtódibus íntegra.

INFAMES ábolent rellíquias deûm ;
Erróres ábigunt, crímina dédocent ;
Chriſto reſtítuunt, quos malè crédulos
Mendax lúſerat hæreſis.

PATRUM canítiem, tot venerábiles
Rugas objíciunt, unde nitet fides :
Quæ ſunt priſca, docent ; quæ nova, ſúbruunt :
Servant depóſitum Dei.

SIT ſupréma tibi glória, Véritas,
Quæ per ſcripta Patrum quando foris ſonas,
Nullo vocis egens, corda doces, ſono,
Et te méntibus ínſeris. Amen.

℣. Beátus homo quem tu erudíeris, Dómine,
℟. Et de lege tua docúeris eum. *Pſ.* 93. 12.

Ad Magnificat. *Ant.* 7. G. Ipſe tamquam imbres mittet elóquia ſapiéntiæ ſuæ, & in oratióne confitébitur Dómino. *Eccli.* 39. 9.

AD OFFICIUM NOCT.

Invit. Fontem ſapiéntiæ Dóminum, * Veníte, adorémus. *Eccli.* 1. 5.

Pſ. Veníte.

Hymnus. S. V.

JAM nunc, quæ númeras tot tibi víndices,
Effer ſídéreum, Relligio, caput :
Quot ſunt mota tibi prælia, nóbiles
Tot nectis tibi láureas.

CUM per mille neces impíetas furit,
Oppónis válido péctore mártyres :
Cùm per mille dolos décipit hæreſis,
Doctóres tibi ſúſcitas.

QUANDO ſparſa lues úndique críminum,
Hi gliſcens vitium prótinus ámputant :
Quando plúrima nox méntibus íncubat,
Hi plenum révehunt diem.

FIRMANT inſtábiles, & dúbios regunt :
Monſtrant tuta procul líttora náufragis :
Nobis, qui véhimur cæca per æquora,
Lucent perpétuæ faces.

QUÆ dixére tuis cónſona ſénſibus,
Noſtris illa, Deus, córdibus ímprimas :
Quos terris cólimus, quos ſéquimur duces,
Fac nos móribus áſſequi.

SIT ſupréma tibi glória, Véritas,

Quæ per ſcripta Patrum
quando foris ſonas,
Nullo vocis egens, cor...
doces, ſono,
Et te méntibus ...
ris. Amen.

IN I. NOCT...

Ant. 4. E...
tis quæritur ...
& verba ill... ...mó-
in córdi... ... nomen
21. 20 ... à genera-
An... ...generatiónem;
lius ...á ejus enarrábunt
& ...es, & laudem ejus
...nuntiábit Ecclésia.

Hymnus. S. V.

VOs ſuccenſa Deo,
ſpléndida lúmina:
Vos ſal, nos hómines quo
ſápimus Deum;
Ævum, puri ánimo, mó-
ribus íntegri,
Quo condimur in ál-
terum.

Per vos Relligio, tú-
taque Véritas,
Per vos virgíneis fulget
honóribus:
Per vos Chriſtus amat
pándere divites
Theſauros ſapiéntiæ.

Vestris unda fluit pu-
ra canálibus;
Chriſti floret ager; mun-
da nitet ſeges:
Lac aptum púeris, & ſó-
lidum viris
Cauti ſufficitis cibum.

Hi ſunt, ſumme Deus,
qui tibi mílitant;
Hi ſunt, qui ſtábiles æ-
dificant domos;
... cohors armi...
...t manu,
...s conſtruit al-
...râ.

...istis ſtygias vos
...uibus hæreſes,
nos accipimus tela
ſupérſtites:
His pugnámus adhuc, nec
dúbio éxitu,
His armis quoque víncimus.

Sit ſupréma tibi glória,
Véritas,
Quæ per ſcripta Patrum
quando foris ſonas,
Nullo vocis egens, corda
doces, ſono,
Et te méntibus inſe-
ris. Amen.

℣. Ignitum elóquium
tuum, Dómine, ℟. Et
ſervus tuus dilexit illud.
Pſ. 118. 140.

Ad Benedictus. *Ant.*
4. *D.* Qui fécerit & do-
cúerit, hic magnus vo-
cábitur in regno cœló-
rum. *Matt.* 5. 19.

Oratio.

DEus, qui pópulo tuo
æternæ ſalútis beá-
tum *N.* miniſtrum tri-
buiſti: præſta, ut quem
doctórem vitæ habúimus
in terris, interceſſórem
habére mereámur in cœ-
lis; Per Dóminum.

Alia Oratio.

EXcita, quæſumus, Dó-
mine, intercedente
beáto *N.* tuórum corda
fidélium; ut ſacris in-

qui te áudiunt. 1. *Tim.* 4. 16. * Sapiens es.

℟. *vj.* Vidit principátum ſuum, quòd in parte ſua doctor eſſet repóſitus. * Fuit cum princípibus, † Et fecit juſtítias Dómini, & judícium ſuum cum Iſrael. *Deut.* 33. 21. ℣. Prædicans regnum Dei, & docens quæ ſunt de Dómino Jeſu. *Act.* 28. 31. * Fuit. ℣. Glória. † Et fecit.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 6. F. Se dedit ad diligéntiam lectiónis legis, & Prophetárum, & aliórum librórum. *Prol. Eccli.*

Ant. 3. a. Sicut érudit filium ſuum homo, ſic Dóminus Deus tuus erudívit te. *Deut.* 8. 5.

Ant. 2. D. Beáti viri tui, & beáti ſervi tui, qui ſtant coram te ſemper, & áudiunt ſapiéntiam tuam. 3. *Reg.* 10. 8.

℣. Déxteram tuam, Dómine, ſic notam fac, ℟. Et erudítos corde in ſapiéntia. *Pſ.* 89. 12.

℟. *vij.* Quæſivit verba utília, * Conſcripſit ſermónes rectíſſimos ac veritáte plenos. *Eccl.* 12. 10. ℣. Potens exhortári in doctrína ſana, & eos qui contradicunt, argúere. *Tit.* 1. 9. * Conſcripſit.

℟. *viij.* Scriba doctus in regno cœlórum, símilis eſt hómini patrifamílias, * Qui profert de theſauro ſuo nova & vétera. *Matt.* 13. 52. ℣. Perféctio tua, Dómine, & doctrína tua viro ſancto tuo. *Deut.* 33. 8. * Qui profert.

℟. *ix.* Ad ínſulas longè divulgátum eſt nomen tuum, * Dilectus es in pace tua, † In interpretatiónibus mirátæ ſunt terræ. *Eccli.* 47. 17. 18. ℣. Ut innoteſcat per Ecléſiam multiformis ſapiéntia Dei. *Eph.* 3. 10. * Dilectus es. ℣. Glória. † In interpretatiónibus. Te Deum.

AD LAUDES.

℣. *Sacerd.* Quis ſápiens? & cuſtódiet hæc, ℟. Et intélliget miſericórdias Dómini? *Pſ.* 106. 43.

Ant. 5. a. Vir perítus multos erudívit, & ánimæ ſuæ ſuávis eſt. *Eccli.* 37. 22.

Ant. 3. c. Vóluit & ipſe ſcríbere áliquid horum quæ ad doctrínam & ſapiéntiam pértinent. *Prol. Eccli.*

Ant. 4. A. In fide ſua probátus eſt prophéta, & cógnitus eſt in verbis ſuis fidélis. *Eccli.* 46. 17. 18.

Ant. 1. g. Dedit illi ſa-

piéntia ſciéntiam ſanctórum, honeſtávit illum in labóribus. *Sap.* 10. 10.

Ant. 6. F. Collaudábunt multi ſapiéntiam ejus, & uſque in ſéculum non delébitur. *Eccli.* 39. 12.

Capitulum. Eccli. 39. 13. 14.

NOn recédet memória ejus, & nomen ejus requirétur à generatióne in generatiónem; ſapiéntiá ejus enarrábunt gentes, & laudem ejus enuntiábit Eccléſia.

Hymnus. S. V.

VOs ſuccenſa Deo, ſpléndida lúmina:
Vos ſal, nos hómines quo ſápimus Deum;
Ævum, puri ánimo, móribus íntegri,
Quo condímur in álterum.

Per vos Relígio, tútaque Véritas,
Per vos virgíneis fulget honóribus:
Per vos Chriſtus amat pándere dívites
Theſauros ſapiéntiæ.

Veſtris unda fluit pura canálibus;
Chriſti floret ager; munda nitet ſeges:
Lac aptum púeris, & ſólidum viris
Cauti ſufficitis cibum.

Hi ſunt, ſumme Deus, qui tibi militant;
Hi ſunt, qui ſtábiles ædíficant domos;
Unâ docta cohors armis tenet manu,
Muros cónſtruit álterâ.

Viciſtis ſtygias vos quibus hæreſes,
Hæc nos accípimus tela ſupérſtites:
His pugnámus adhuc, nec dúbio éxitu,
His armis quoque víncimus.

Sit ſupréma tibi glória, Véritas,
Quæ per ſcripta Patrum quando foris ſonas,
Nullo vocis egens, corda doces, ſono,
Et te méntibus ínſeris. Amen.

℣. Ignítum elóquium tuum, Dómine, ℟. Et ſervus tuus diléxit illud. *Pſ.* 118. 140.

Ad Benedictus. *Ant.* 4. D. Qui fécerit & docúerit, hic magnus vocábitur in regno cœlórum. *Matt.* 5. 19.

Oratio.

DEus, qui pópulo tuo æternæ ſalútis beátum *N.* miniſtrum tribuiſti: præſta, ut quem doctórem vitæ habúimus in terris, interceſſórem habére mereámur in cœlis; Per Dóminum.

Alia Oratio.

EXcita, quæſumus, Dómine, intercedente beáto *N.* tuórum corda fidélium; ut ſacris in-

enta doctrínis, & ſtúleant amáre quod amávit, & ópere exercére quod dócuit; Per.

AD PRIMAM.

Ant. Vir perítus.

AD TERTIAM.

Ant. Vóluit.

Capitulum. Eſd. 7. 10.

PArávit cor ſuum ut inveſtigáret legem Dómini, & fáceret & docéret in Iſraël præceptum & judícium.

℟. *br.* Judícia Dómini vera, * Juſtificáta in ſemetipſa. *Repet.* Judícia. ℣. Deſiderabília ſuper aurum.* Juſtificáta. ℣. Glória. *Repet.* Judícia.

℣. Servus tuus cuſtódit ea, ℟. In cuſtodiendis illis retribútio multa. *Pſ.* 18. 10. 12.

AD SEXTAM.

Ant. In fide ſua.

Capitulum. Eccl. 46. 18. 19.

VIdit Deum lucis, & invocávit Dóminum omnipoténtem in oppugnando hoſtes circumſtantes úndique.

℟. *br.* Os juſti * Meditábitur ſapiéntiam. *Rep.* Os juſti. ℣. Et lingua ejus loquétur judícium. * Meditábitur. ℣. Glória. *Rep.* Os juſti. *Pſ.* 36. 30.

℣. Lex Dei ejus in corde ipſius, ℟. Et non ſupplantabúntur greſſus ejus. *Pſ.* 36. 31.

AD NONAM.

Ant. Collaudábunt.

Capitulum. Eccli. 45. 6.

DEdit illi Dóminus coràm præcepta, & legem vitæ & diſciplínæ, docére Jacob teſtamentum ſuum & judícia ſua Iſraël.

℟. *br.* Lex Dómini immaculáta * Convertens ánimas. *Repet.* Lex. ℣. Teſtimónium Dómini fidéle. * Convertens. ℣. Glória. *Repet.* Lex. *Pſ.* 18. 8.

℣. Juſtitiæ Dómini rectæ, ℟. Lætificantes corda. *Pſ.* 18. 8.

AD II. VESPERAS.

Ant. de Laudibus.

Capitulum. Eph. 4. v. 11. 12.

FRatres, Ipſe dedit quoſdam quidem Apóſtolos, quoſdam autem Prophétas, álios verò Evangeliſtas, álios autem Paſtóres & Doctóres ad conſummatiónem ſanctórum, in opus miniſtérii, in ædificatiónem córporis Chriſti.

Hymnus, O qui, *ut in primis Veſperis.*

℣. Elóquia Dómini elóquia caſta, ℟. Argentum igne examinátum. *Pſ.* 11. 7.

Ad Magníficat. *Ant.* 6. F. Qui docti fúerint, fulgébunt quaſi ſplendor firmamenti: & qui ad ju-

ſtitiam erúdiunt multos, quaſi ſtellæ in perpétuas æternitátes. *Dan.* 12. 3.

Oratio, ut ſuprà ad primas Veſperas. niſi ſit propria.

COMMUNE UNIUS PRESBYTERI.

IN I. VESPERIS.

Ant. 1. D. LAbia Sacerdótis cuſtódient ſciéntiam, & legem requírent ex ore ejus. *Malach.* 2. 7.

Ant. 3. a. Miniſtrábit in nómine Dómini Dei ſui, ſicut omnes fratres ejus Levítæ. *Deut.* 18. 7.

Ant. 5. C. In pópulo hæreditábit honórem, & nomen illíus erit vivens in ætermum. *Eccli.* 37. 29.

Ant. 6. F. Cibábit illum Dóminus pane vitæ & intellectûs. *Eccli.* 15. 3.

Ant. 4. E. Qui habúerit máculam, non óffeeret panes Deo ſuo, nec accédet ad miniſtérium. *Lev.* 21. 6.

Capitulum. Ezech. 44. *v.* 28. 29.

POſſeſſiónem non dábitis eis in Iſrael, ego enim poſſéſſio eórum. Víctimam & pro peccáto & pro delicto ipſi cómedent, & omne votum in Iſrael ipſórum erit.

In Duplicibus, & ſuprà:

℟. Jurávit Dóminus, & non pœnitébit eum: * Tu es ſacerdos in æternum ſecundùm órdinem Melchíſedech. *Pſal.* 109. 4. ℣. Non ſecundùm legem mandáti carnális factus. *Hebr.* 7. 16. * Tu es. ℣. Glória. * Tu es.

Hymnus.

JAM ſatis fluxit cruor hoſtiárum;
Príſtinæ ceſſent holocauſta legis;
Chriſte, quos formas, melióra libant
Sacra, Miniſtri.

ELICIT flammas Elias ab alto;
Myſta nunc major jubet, & potenti
Obſequens verbo, Deus aſtat aris,
Hóſtia factus.

PINGUE libámen, novus & ſacerdos,
Orbe jam toto Deus immolátur;
Se manu noſtrâ litat incruento
Fúnere Chriſtus.

TALE nil priſcis pátribus tribútum;
Angelis nuſquam data par poteſtas;
Se manu noſtrâ Deus ipſe jugem

Præbet in eſcam.

Christe, fac ſemper tua ſacra puro
Corde tractémus, manibuſque puris;
Cháritas aptos tua nos tremendis
Applicet aris.

Luminis ſplendor, Patris una proles,
Chriſte, te pronus venerétur orbis,
Qui ſacerdótes per amóris almi
Flamen inungis.
Amen.

℣. Fructum ſuum dabit ℟. In témpore ſuo. *Pſ.* 1. 3.

Ad Magníficat. *Ant.* 7. G. Tecum eſt Dóminus Deus tuus, in ómnibus ad quæcumque perréxeris. *Joſ.* 1. 9.

Oratio propria, aut ut infrà ad Laudes.

AD OFFICIUM NOCT.

Invit. Sacerdótem in æternum, * Veníte, adorémus. *Hebr.* 5. 6.

Pſal. Veníte.

Hymnus. Jam ſatis, *ut in primis Veſperis.*

IN I. NOCTURNO.

Ant. 1. a. Sápiens in verbis ſuis ſeipſum amábilem facit. *Eccli.* 20. 13.

Ant. 8. c. Quærit legem, replébitur ab ea. *Eccli.* 32. 19.

Ant. 3. à. Exorábit pro peccátis, & continébit ſe ab illis, & in oratióne diérum exaudiétur. *Eccli.* 3. 4.

℣. Loquétur poténtias Dómini, ℟. Audítas fáciet omnes laudes ejus. *Pſ.* 105. 2.

℟. *j.* Homo iſte juſtus & timorátus expectans conſolatiónem Iſrael; * Et Spíritus Sanctus erat in eo. *Luc.* 2. 25. ℣. Deprecátus eſt Deum, & obſecrávit eum intentè, & exaudívit oratiónem ejus. 2. *Par.* 33. 13. * Et Spíritus.

℟. *ij.* Oblátio juſti impinguat altáre, * Et odor ſuavitátis eſt in conſpectu Altiſſimi. *Eccli.* 35. 8. ℣. Multum enim valet deprecátio juſti aſſidua. *Jac.* 5. 16. * Et odor ſuavitátis.

℟. *iij.* Surrexit quaſi ignis * Et verbum ipſíus † Quaſi fácula ardébat. *Eccli.* 48. 1. ℣. Docébat diligenter ea quæ ſunt Jeſu. *Act.* 18. 25. * Et verbum. ℣. Glória. † Quaſi.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 6. F. Rogante pro eis ſacerdóte, propítius erit eis Dóminus. *Lev.* 4. 20.

Ant. 7. d. Sacrificia & víctimæ Dómini Dei Iſrael, ipſa eſt ejus hæréditas. *Joſ.* 13. 14.

Ant. 2. D. Erat Dómi-

nus cum eo, & in cunctis ad quæ procedébat, ſapienter ſe agébat. 4. *Reg.* 18. 7.

℣. Nihil proficiet inimícus in eo, ℟. Et filius iniquitátis non appónet nocére ei. *Pſ.* 88. 23.

℟. *iv.* Vir Dei es tu, * Et verbum Dómini in ore tuo verum eſt. 3. *Reg.* 17. 24. ℣. Exaudíta eſt deprecátio tua. *Luc.* 1. 13. * Et verbum Dómini.

℟. *v.* Invocávit Dóminum omnipoténtem * In oblatióne Agni inviolàti. *Eccli.* 46. 19. ℣. Debet pro pópulo & pro ſemetipſo offerre pro peccátis. *Hebr.* 5. 3. * In oblatióne.

℟. *vj.* Vir ſápiens plebem ſuam érudit, & fructus ſenſûs illíus fidéles ſunt; * Implébitur benedictiónibus, † Et videntes illum laudábunt. *Eccli.* 26. 27. ℣. Ex homínibus aſſumptus pro homínibus conſtitúitur in iis quæ ſunt ad Deum. *Hebr.* 5. 1. * Implébitur. ℣. Glória. † Et videntes.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 4. E. Adhæſit Dómino, & non receſſit à veſtígiis ejus, fecitque mandáta. 4. *Reg.* 18. 6.

Ant. 5. C. Doctrína viri per patiéntiam nóſcitur, & glória ejus eſt iniqua prætérgredi. *Prov.* 19. 11.

Ant. 3. a. Ipſe Dóminus poſséſſio ejus, ſicut promíſit ei Dóminus. *Deut.* 10. 9.

℣. Hic accípiet benedictiónem à Dómino, ℟. Et miſericórdiam à Deo. *Pſ.* 23. 5.

℟. *vij.* Confirmávit omnes húmiles pópuli ſui, * Legem exquisívit, & ábſtulit omne iníquum & malum. 1. *Mac.* 14. 14. ℣. Tamquam ex virtúte quam adminiſtrat Deus. 1. *Petr.* 4. 11. * Legem.

℟. *viij.* Operátus eſt bonum, & rectum, & verum coram Dómino Deo ſuo * In univerſa cultúra miniſtérii domûs Dómini juxta legem & ceremónias. 2. *Par.* 31. 20. 21. ℣. Juſtítiæ quæ per fidem eſt, hæres eſt inſtitútus. *Hebr.* 11. 7. * In univerſa.

℟. *ix.* Sacrifícium juſti acceptum eſt * Et memóriam ejus † Non obliviſcétur Dóminus. *Eccli.* 35. 9. ℣. Per fidem defunctus adhuc lóquitur. *Hebr.* 11. 4. * Et memóriam. ℣. Glória. † Non obliviſcétur.

Te Deum.

AD LAUDES.

℣. *Sacerd.* Domus Aaron, benedícite Dómino;

ɔmus Levi, benedí-
Dómino. *Pſ.* 134.
o.
ɩ. 7. *d.* Miráti ſunt
ɔ multi, & hono-
ınt Deum. *Eccli.* 11.

ɩ. 8. G. Obtulit ho-
ſta ſuper altáre; o-
ıſque eſt Dóminus
m ſuavitátis. *Gen.*
1.
ɩ. 3. c. Dedit in ce-
iónibus decus, &
it témpora uſque ad
mmatiónem vitæ.
47. 12.
ɩ. 5. a. Sancta glo-
rit, & multiplicá-
aſa ſanctórum. 1.
14. 15.
ɩ. 1. a. Erat potens
rbis & in opéribus
Act. 7. 22.
ulum. 1. Tim. 5.
17.
Ui bene præſunt
Preſbyteri, dúplici
re digni habean-
máximè qui labó-
n verbo & doctrí-
licit enim Scriptú-
Non alligábis os bo-
turanti; & dignus
erárius mercéde ſuâ.

Hymnus.

SACERDOTUM veneranda jura!
ices Chriſti téneant, ſalútis
ri, claudunt, reſerantque nobis
Atria cœli.

OMNE pendentes ſcelus in ſtatéra,
Cùm reum ſolvunt, Deus ipſe ſolvit;
Cùm ligant ſontem, Deus ipſe ſontis
Víncula nectit.

QUAM manus morbis ádhibent perítas!
Cùm ſecant, ſemper pia dextra cædit;
Cùm fovent, ſemper pia lenit ungens
Vúlnera dextra.

VERBA dum promunt, pópulus fidélis
Excipit vocem, cúpidus docéri;
Nempè divínæ ſacra verba legis
Mente recondunt.

IRRUENS prompti cohibére fulmen,
Stant ab adverſo, Dominumque placant,
Víndices in nos quóties ab alto
Dépluit iras.

DUM ſacerdótes tua ſacra tractant,
Chriſte, fac ſacris quibus applicaſti,
Cónſonent mores, populique fiat
Forma ſacerdos.

LUMINIS ſplendor, Patris una proles,
Chriſte, te pronus venerétur orbis,
Qui ſacerdótes per amóris almi
Flamen inungis.
Amen.

℣. Prævenisti eum, Dómine, ℟. In benedictiónibus. *Pſ.* 20. 4.

Ad Benedictus. *Ant.* 6. F. Obtulit holocaustum Dómino, & clamávit ad Dóminum pro Iſrael, & exaudívit eum Dóminus. 1. *Reg.* 7. 9.

Oratio.

DOmine Deus omnípotens, qui fámulum tuum *N.* ut ſacerdótio tibi fungerétur à pópulo ſegregaſti; præſta, quæſumus, ut ejus exempla ſectantes, genus electum, regále ſacerdótium, gens ſancta, pópulus acquiſitiónis éffici mereámur; Per Dóminum.

AD PRIMAM.

Ant. Mirári ſunt.

AD TERTIAM.

Ant. Obtulit.

Capitulum. Eccli. 50. 16.

POrrexit manum ſuam in libatióne, & libávit de ſánguine uvæ; effúdit in fundamento altáris odórem divínum excelſo príncipi.

℟. *br.* Lætábimur * In ſalutári tuo. *Repet.* Lætábimur. ℣. Et in nómine Dei noſtri magnificábimur. * In ſalutári. ℣. Glória. *Repet.* Lætábimur. *Pſ.* 19. 6.

℣. Memor ſit Dóminus omnis ſacrifícii tui, ℟. Et holocauſtum tuum pingue fiat. *Pſ.* 19. 6. 4.

AD SEXTAM.

Ant. Dedit.

Capitulum. Eccli. 50. 22.

MAnus ſuas éxtulit in omnem congregatiónem filiórum Iſrael, dare glóriam Deo à lábiis ſuis, & in nómine ipſíus gloriári; & iterávit oratiónem ſuam volens oſténdere virtútem Dei.

℟. *br.* Dabis eum, Dómine, * In benedictiónem. *Repet.* Dabis. ℣. In ſéculum ſéculi. * In benedictiónem. ℣. Glória. *Repet.* Dabis. *Pſ.* 20. 7.

℣. Glóriâ & honóre coronaſti eum, ℟. Et conſtituiſti eum ſuper ópera mánuum tuárum. *Pſ.* 8. 7.

AD NONAM.

Ant. Erat potens.

Capitulum. Eſdræ, 7. 10.

PArávit cor ſuum ut intellígeret legem Dómini, & fáceret & docéret in Iſrael præceptum & judícium.

℟. *br.* Beátus cujus * Deus Jacob adjútor ejus. *Repet.* Beátus. ℣. Spes ejus in Dómino Deo ipſíus. * Deus. ℣. Glória *Repet.* Beátus. *Pſ.* 83. 6.

℣. Ad níhilum deductus eſt in conſpectu ejus malignus: ℟. Timentes autem Dóminum glorífiicat. *Pſ.* 14. 4.

AD II. VESPERAS.

Ant. Mirári ſunt, & *cæter. de Laudibus.*

Capitulum. 1. Tim. 3. 13.

QUi bene miniſtráverint, gradum bonum ſibi acquírent, & multam fidúciam in fide quæ eſt in Chriſto Jeſu.

℣. Magna eſt glória ejus, ℟. In ſalutári tuo. *Pſ.* 20. 7.

Hymnus, Jam ſatis fluxit, *ut in pr. Veſperis.*

Ad Magníficat. *Ant.* 4. E. Plúrimam hóſtiam óbtulit Deo, per quam teſtimónium conſecútus eſt eſſe juſtus. *Hebr.* 11. 4.

Oratio, ut ſuprà, niſi ſit propria.

COMMUNE UNIUS ABBATIS, vel Monachi.

IN I. VESPERIS.

Ant. 6. F. EXultábit ſolitúdo, & florébit quaſi lílium, exultábit lætabunda & laudans. *Iſ.* 35. *v.* 1. 2.

Ant. 7. c. Bonum eſt viro, cùm portáverit jugum ab adoleſcéntia ſua, ſedébit ſolitárius, & tacébit. *Thren.* 3. *v.* 27. 28.

Ant. 8. G. Erit quaſi lignum quod tranſplantátur ſuper aquas, quod ad humórem mittit radíces ſuas. *Jerem.* 17. 8.

Ant. 2. D. Erumpet radix ejus ut Líbani, & erit quaſi olíva glória ejus. *Oſee.* 14. *v.* 6. 7.

Ant. 1. D. Erit fólium ejus víride, nec aliquandò déſinet fácere fructum. *Jerem.* 17. 8.

Capitulum. Jerem. 51. 6.

FUgite de médio Babylónis, & ſalvet unuſquiſque ánimam ſuam: nolíte tacére ſuper iniquitátem ejus: quóniam tempus ultiónis eſt à Dómino.

In Duplicibus & ſuprà: ℟. Erit vir ſicut qui abſcónditur à vento, * Et celat ſe à tempeſtáte. *Iſ.* 32. 2. ℣. Fide obedívit in locum exíre, & éxiit néſciens quò iret. *Hebr.* 11. 8. * Et celat. ℣. Glória. * Et celat.

Hymnus. S. V.

FElices némorum pángimus íncolas,
Certo consílio quos Deus ábdidit,
Ne contágio ſecli
Mores læderet íntegros.

UT te poſsídeant, quem ſítiunt Deum,
Urbes, regna, ſuos, ſe quoque déſerunt:
Totus víluit orbis,

Dum cœléſtia cógitant.

Nudi, prompti, álacres, liberi ab ómnibus,
Ad luctam púgiles óciùs ádvolant;
Ut vaſtum mare tranent,
Prudentes onus éxuunt.

Æternas ut opes, cértaque gáudia
Secúri rápiant, ómnia lúdicra
Sano péctore temnunt,
Confiſi melióribus.

Illis ſumma fuit glória, déſpici;
Illis divítiæ, paupériem pati;
Illis ſumma voluptas,
Longo ſupplício mori.

Fac nos, ſumme Deus, quæ pátimur mala,
In pœnam ſcélerum ferre libéntiùs;
Et tellúre relictâ,
Immortália quærere.

Æternus ſit honos ingénito Patri;
Sit par unígenæ glória Fílio;
Sacri nexus amóris,
Laus compar tibi, Spíritus. Amen.

℣. Sperat in Dómino,
℟. Et in miſericórdia Altíſſimi non commovébitur. *Pſ.* 20. 8.

Ad Magnificat. *Ant.* 3. a. Aſſumpſit eum Dóminus, atque portávit in húmeris ſuis: Dóminus ſolus dux ejus fuit. *Deut.* 32. *v.* 11. 12.

Oratio ut infra, niſi ſit propria.

AD OFFICIUM NOCT.

Invit. Jeſum, qui ductus eſt in deſertum, * Veníte, adorémus. *Matt.* 4. 1.

Pſal. Veníte.

Hymnus. S. V.

Tua beandos glóriâ,
Miris, Deus, probas modis,
Qui, dum lates, præſéntior,
Votis amantûm páſceris.

Procul remóti, ſúpplices
Tendunt manus, & pátriam
Per vota, per ſuſpíria
Cœlum ſalútant éxules.

Te ſola mors cùm det frui,
Seſe necant labóribus,
Seſe necant jejúniis,
Et, quâ licet, vellent mori.

Quam, morte promptâ, férvidi
Emére palmam Mártyres,
Hic doctus in dies mori
Longo reportat fúnere.

Æterne tu Verbi Pater,
Æterne Fili, par Patri,
Et par utríque, Spíritus,
Tibi, Deus, ſit glória. Amen.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 2. D. Quid pro-

t hómini, ſi mundum verſum lucrétur, áni-
:. verò ſuæ detrimen-
a patiátur. *Matth.* 16.

Ant. 7. c. Dóminus us tuus ipſe eſt ductor s, & non dimittet nec elinquet te. *Deut.* 31. 6.
Ant. 3. a. Abundáre te iet Dóminus Deus tuus cunctis opéribus. *Deut.* . 9.
℣. Scápulis ſuis obumbit tibi, ℟. Et ſub nis ejus ſperábis. *Pſ.*

℟. *j.* Majóres divítias imans theſauro Æ-tiórum impropérium rîſti; * Fide relíquit yptum. *Hebr.* 11. 27. Dixit patri ſuo & maſuæ: Néſcio vos; & tribus ſuis: Ignóro vos. *ut.* 33. 9. * Fide.
℟. *ij.* In cáſulis habiido cum cohærédibus romiſſiónis ejuſdem, Expectábat fundamenhabentem civitátem, us ártifex & cónditor us. *Hebr.* 11. *v.* 9. 11. Secéſſerat in deſera locum, ibíque vitam n ſuis agébat. 2. *Ma-tb.* 5. 27. * Expectá-.
℟. *iij.* De benedictióDómini terra ejus, De vértice móntium, pomis cóllium æternóa. *Deut.* 13. 15. ℣. Uberes fructus ager áttulit. *Luc.* 12. 16. * De vértice. ℣. Glória. * De vértice.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 1. f. Circumduxit eum Dóminus, & dócuit, & cuſtodívit quaſi pupillam óculi ſui. *Deut.* 32. 10.

Ant. 8. c. Non hábuit ánimi ſui triſtítiam, & non éxcidit à ſpe ſua. *Eccli.* 14. 2.

Ant. 7. b. Pauper gloriátur per diſciplinam & timórem ſuum. *Eccli.* 10. 33.

℣. Mélius eſt módicum juſto, ℟. Super divítias peccatórum multas. *Pſ.* 36. 16.

℟. *iv.* Multitúdinis credéntium erat cor unum, & ánima una; * Nec quiſquam áliquid ſuum eſſe dicébat, ſed erant illis ómnia commúnia. *Act.* 4. 32. ℣. Reliquérunt quæcumque habébant. 1. *Mach.* 2. 28. * Nec quiſquam.

℟. *v.* Opéruit cilício carnem ſuam, * Jejunávit & dormívit in ſacco, & ambulávit demiſſo cápite. 3. *Reg.* 21. 27. ℣. In vigíliis multis, in fame & ſiti, in frígore & nuditáte. 2. *Cor.* 12. 27. * Jejunávit.

℟. *vj.* Iſte pauper clamávit, * Et Dóminus

exaudívit eum. *Pſ.* 33. 7. ℣. Multum valet deprecátio juſti aſsídua. *Jacob.* 5. 16. * Et Dóminus. ℣. Glória. * Et Dóminus.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 6. F. Omnes obédiunt uni, & non eſt invídia neque zelus inter eos. 1. *Mach.* 8. 16.

Ant. 5. C. Fodit in altum, & póſuit fundamentum ſupra petram. *Luc.* 6. 4.

Ant. 4. E. Manducávit panem cum luctu & tremóre. *Tob.* 2. 5.

℣. Adjúvit Dóminus páuperem de inópia, ℟. Vidébunt recti & lætabuntur. *Pſal.* 106. 41. 42.

℟. *vij.* Hic multis tempóribus continéntiæ propóſitum ténuit,* Corpuſque & ánimam trádere contentus pro perſeverántia. 2. *Mach.* 14. 38. ℣. Vir erat religióſus ac timens Deum, cum omni domo ſua. *Act.* 10. 2. * Corpuſque.

℟. *viij.* Fecit quod plácuit Deo,*Et ſpíritu magno vidit última. *Eccli.* 48. *v.* 25. 27. ℣. Grátias agens Deo, accépit fidúciam. *Act.* 28. 15. * Et ſpíritu.

℟. *ix.* In fide & lenitáte ipsíus * Dóminus ſanctum fecit illum. *Eccli.* 45. 4. ℣. Gloriétur frater húmilis in exaltatióne ſua. *Jac.* 1. 9. * Dóminus. ℣. Glória. * Dóminus.

Te Deum.

AD LAUDES.

℣. *Sacerd.* Lux orta eſt juſto, ℟. Et rectis corde lætítia. *Pſ.* 96. 11.

Ant. 1. a. Iſte cuſtodívit ánimam ſuam, & memor fuit Dómini in toto corde ſuo. *Tob.* 1. 12. 13.

Ant. 8. G. In ſolitúdine portávit te Dóminus, ut ſolet homo geſtáre párvulum ſuum. *Deut.* 1. 31.

Ant. 4. a. Videt bonum de labóre ſuo, hoc donum Dei eſt. *Eccl.* 3. 13.

Ant. 7. d. Immóbilis in Dei timóre permanſit, agens grátias Deo ómnibus diébus vitæ ſuæ. *Tob.* 2. 13.

Ant. 3. b. Abjécit veſtimentum ſuum à ſe, & indútus eſt ſacco, & ſedit in cínere. *Jon.* 3. 6.

Capitulum. 1. Cor. 9. 25.

FRatres: Omnis qui in agóne contendit, ab ómnibus ſe ábſtinet: & illi quidem ut corruptíbilem corónam accípiant, nos autem incorruptam.

Hymnus. S. V.

QUID tu, relictis úrbibus,
Mortálium conſórtia
Timens fugis? quid tu vides,
Soluſque tecum cógitas?

MENTIS volátu líbero,
Percurris æternas domos;
Et quæ negas mortálibus,
Transfers Deo commercia.

PRÆSENS choris cœléſtibus,
Sacro quiétus ótio,
Totus tuendo Númini,
Totus colendo tu vacas.

QUAM pura, qui te díligunt,
O Chriſte, libant gáudia!
Te propter antris ábditos
Tuo recondis in ſinu.

ÆTERNE tu Verbi Pater,
Æterne Fili, par Patri,
Et par utríque, Spíritus,
Tibi, Deus, ſit glória.
Amen.

℣. Aſcenſiónes in corde ſuo diſpóſuit, ℟. In valle lacrymárum. *Pſal.* 83. 6.

Ad Benedictus. *Ant.* 2. D. Fide demorátus eſt in terra repromiſſiónis tamquam in aliéna. *Hebr.* 11. 9.

Si ſit Abbas, Oratio.

OMnípotens ſempitérne Deus, terréna pro te calcántium merces magna nimis: da nobis exemplo & interceſſióne beáti N. Abbátis cujus ſolémnia celebrámus, ut purificátis ab omni ſéculi deſidério méntibus, te ſolo divites eſſe velímus; Per Dóminum.

Si non ſit Abbas, Oratio.

DEus, qui nos ádmones exemplo beáti N. temporália deſpícere, & ad ætérna feſtináre: da fámulis tuis, ut quæ tibi plácita cognóvimus, ipſo pro nobis intercedente, implére valeámus; Per Dóminum.

AD PRIMAM.

Ant. Iſte cuſtodívit.

AD TERTIAM.

Ant. In ſolitúdine.

Capitulum. 1. Machab. 2. 29.

DEſcendérunt multi quærentes judícium & juſtitiam in deſertum, & ſedébant ibi.

℟. *br.* Beáta gens, * Cujus eſt Dóminus Deus ejus. *Repet.* Beáta. ℣. Pópulus quem elégit. * Cujus eſt. ℣. Glória Patri. *Repet.* Beáta gens. *Pſal.* 32. 12.

℣. Pingueſcent ſpecióſa deſerti, ℟. Et exultatióne colles accingentur. *Pſal.* 64. 13.

AD SEXTAM.

Ant. Videt bonum.

Capitul. 2. Paral. 31. 20.

OPerátus eſt bonum & rectum, & verum coram Dómino Deo ſuo.

℟. *br.* Ecce ſic * Benedicétur homo. *Repet.* Ecce. ℣. Qui timet Dóminum. * Benedicétur homo. ℣. Glória. *Repet.* Ecce. *Pſ.* 127. 4.

℣. Ingréditur ſine mácula, ℟. Et operátur juſtitiam. *Pſ.* 14. 2.

AD NONAM.

Ant. Abjécit.

Capitulum. Coloſſ. 3. 5.

MOrtificáte membra veſtra, quæ ſunt ſuper terram; fornicatiónem, immundítiam, libídinem, concupiſcéntiam malam, & avarítiam quæ eſt ſimulacrórum ſérvitus.

℟. *br.* Beátus vir * Qui timet Dóminum. *Repet.* Beátus. ℣. In mandátis ejus volet nimis. * Qui. ℣. Glória. *Rep.* Beátus. *Pſ.* 111. 1.

℣. Fáciet Dóminus judícium ínopis, ℟. Et vindíctam páuperum. *Pſ.* 139. 13.

IN II. VESPERIS.

Ant. de Laudibus.

Capitulum. Coloſſ. 3. v. 3. 4.

MOrtui eſtis, & vita veſtra eſt abſcóndita cum Chriſto in Deo: cùm Chriſtus apparúerit vita veſtra, tunc & vos apparébitis cum ipſo in glória.

Hymnus, Felíces, *ut in pr. Veſperis.*

℣. Iſte pauper clamávit, ℟. Et de ómnibus tribulatiónibus ejus ſalvávit eum Dóminus. *Pſ.* 33. 7.

Ad Magníficat. *Ant.* 5. C. Dóminus Deus ductor tuus fuit, & cibávit te manna in ſolitúdine. *Deut.* 8. 15. 16.

Oratio, ut ſuprà ad Laudes, niſi ſit propria.

COMMUNE UNIUS JUSTI.

IN I. VESPERIS.

Ant. 3. a. TEnébit juſtus viam ſuam, & mundis mánibus addet fortitúdinem. *Job.* 17. 9.

Ant. 4. *D.* Timenti Dóminum bene erit, & in diébus conſummatiónis illíus benedicétur. *Eccli.* 1. 19.

Ant. 5. C. Timor Dómini delectábit cor, & dabit lætítiam & gáudium, & longitúdinem diérum. *Ibid. v.* 12.

Ant. 8. G. Fortitúdo

ſimplicis via Dómini ; juſtus in æternum non commovébitur. *Prov.* 10. *v.* 29. 30.

Ant. 7. d. Quaſi virens fólium germinábit ; fructus juſti lignum vitæ. *Prov. v.* 28. 30.

Capitulum. Eccli. 39. 6.

COr ſuum tradet ad vigilandum dilúculo ad Dóminum, qui fecit illum, & in conſpectu Altiſſimi deprecábitur.

In Duplicibus & ſuprà :

℟. Erit tamquam lignum quod plantátum eſt ſecus decurſus aquárum, quod fructum ſuum dabit in témpore ſuo ; * Et fólium ejus non défluet, † Et ómnia quæcumque fáciet,proſperabuntur.*Pſ.* 1. 3. ℣. Non auditor obliviósus factus, ſed factor óperis, hic beátus in facto ſuo erit. *Jac.* 1. 25. * Et fólium. Glória. † Et ómnia.

Hymnus. G. Ep. S.

SUMMI puſillus grex Patris,
Timóre mentem ſólvite ;
Sui paternus vos amor
Vult eſſe regni cómpotes.

GAUDETE ; regnat ínclytus
Hic qui fugáci ſéculo
Ignótus, exóſus ſibi,
Qui pauper, & ſciens pati.

ANGUSTA pœniténtiæ
Ingreſſus, & viam crucis,
Per dura Chriſtum prælia,
Per damna non timet ſequi.

CARNEM terit jejúniis ;
Linguam domat ſiléntio ;
In páuperum, parcus ſibi,
Abſcondit & ſpargit ſinu.

SAPORE verbi páſcitur ;
Totóque legem péctore
Scrutátus, orat pérvigil ;
Mens celſa versátur polo.

HAC ſurgit ad cœlum viâ :
Et nos eâdem da, Pater,
Da, Nate, da cum Spíritu,
Ad te veníre sémitâ.
Amen.

℣. Beátus vir cujus eſt nomen Dómini ſpes ejus : ℟. Et non reſpexit in vanitátes & insánias falſas. *Pſ.* 39. 5.

Ad Magníſic. *Ant.* 1.D. Aſſimilábitur viro ſapienti, qui ædificávit domum ſuam ſupra petram. *Matth.* 7. 24.

Oratio, ut infrà ad Laudes.

AD OFFICIUM NOCT.

Invit. Diligentem juſtos Dóminum, *Veníte, adorémus. *Pſ.* 145. 8.

Pſal. Veníte.

Hymnus. S. V.

NON parta ſolo ſánguine
Ornat beátos púrpura :

Sunt incruenta, quæ ſuos
Habent triumphos, prælia.

Non iſte flammas, non cruces,
Non ſenſit uncos péctines:
Crudélis & durus ſibi,
Se morte lentâ cónficit.

Si lictor illi défuit,
Si vincla, fuſtes, úngulæ;
Paráta pro Chriſto mori,
Hoc ſupplet omne chári-tas.

Corpus ſubégit cáſtitas,
Et líberam mentem fides;
Amor ſupernis ígnibus
Totam litávit hóſtiam.

Venis apertis ómnibus,
Qui vellet ultrò erúmpere,
Fraudátus optátâ viâ,
It fuſus in fletum cruor.

Da, Chriſte, ſic nos vívere,
Diſcámus ut ſemper mori:
Da, poſt brevis vitæ dies,
Vitæ perennis gáudia.

Æterne tu Verbi Pater,
Æterne Fili, par Patri,
Et par utríque, Spíritus,
Tibi, Deus, ſit glória.
Amen.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 8. *G.* Turris fortíſſima, nomen Dómini: ad ipſum currit juſtus, & exaltábitur. *Prov.* 18. 10.

Ant. 1. g. Quaſi lux ſplendens procédit, & creſcit uſque ad perfectam diem. *Prov.* 4. 18.

Antiph. 2. D. Præcepta súſcipit, ámbulat ſimplíciter, ámbulat confidenter. *Prov.* 10. *v.* 8. 9.

℣. Beátus vir qui timet Dóminum: ℟. In mandátis ejus cupit nimis. *Pſ.* 111. 1.

℟. *j.* In lege Dómini voluntas ejus, & in lege ejus * Meditábitur die ac nocte. *Pſ.* 1. 2. ℣. Quóniam oportet ſemper oráre & non defícere. *Luc.* 18. 1. * Meditábitur.

℟. *ij.* Stabilíta ſunt bona illíus in Dómino, *Eleemóſynas illíus enarrábit omnis Eccléſia ſanctórum. *Eccli.* 31. 11. ℣. Séminat in benedictiónibus, de benedictiónibus & metet. 2. *Cor.* 9. 6. * Eleemóſynas.

℟. *iij.* Oratiónes tuæ & eleemóſynæ tuæ * Aſcendérunt in memóriam † In conſpectu Dei. *Act.* 10. 4. ℣. In manſuetúdine ópera tua. *Eccli.* 3. 9. * Aſcendérunt. ℣. Glória. † In conſpectu.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 4. f. Pergébat ad templum Dómini, & ibi adorábat Dóminum Deum Iſrael. *Tob.* 1. 6.

Ant. 5. a. Ambulat in

juſtítiis, & lóquitur veritátem; iſte in excelſis habitábit. *Iſai.* 33.15.16.

Ant. 1. D. Exquisívit Dóminum; cúmque requíreret Dóminum, dírexit eum in ómnibus.

℣. Lex Dei ejus in corde ipsíus, ℟. Et non ſupplantabuntur greſſus ejus. *Pſal.* 36. 31.

℟. *iv.* Erat vir ille ſimplex & rectus, * Ac timens Deum, & recédens à malo. *Job.* 1. 1. ℣. Homo iſte juſtus & timorátus. *Luc.* 2. 25. * Ac timens.

℟. *v.* Dabis eum, Dómine, in benedictiónem in ſéculum ſéculi: * Lætificábis eum in gáudio cum vultu tuo. *Pſ.* 20. 7. ℣. Céntuplum accípiet, & vitam æternam poſſidébit. *Matth.* 19. 29. * Lætificábis.

℟. *vj.* Innocens mánibus & mundo corde * Non accépit in vano ánimam ſuam, nec jurávit in dolo próximo ſuo; † Hic accípiet benedictiónem à Dómino. *Pſ.* 23. 4. 5. ℣. Expectans conſolatiónem Iſrael. *Luc.* 2. 25. * Non accépit. ℣. Glória. † Hic.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 7. ç. Gáudium juſto eſt fácere judícium. *Prov.* 21. 15.

Ant. 3. g. Pecúnias non accépit, & non accusávit illum homo. *Eccli.* 46. 22.

Ant. 6. F. Fecit quod rectum erat in conſpectu Dómini. 3. *Reg.* 22. 43.

℣. Præveniſti eum, Dómine, ℟. In benedictiónibus. *Pſ.* 20. 4.

℟. *vij.* Claudit óculos ſuos ne vídeant malum; * Regem in decóre ſuo vidébunt óculi ejus, cernent terram de longè. *Iſai.* 33. *v.* 15. ℣. Expectábat & ipſe regnum Dei. *Luc.* 23. 51. * Regem.

℟. *viij.* Poſuiſti, Dómine, in cápite ejus corónam de lápide pretióſo * Vitam pétiit à te, & tribuiſti ei longitúdinem diérum in ſéculum & in ſéculum ſéculi. *Pſ.* 20. 4. 5. ℣. Factum eſt ut morerétur, & portarétur ab Angelis in ſinum Abrahæ. *Luc.* 16. 22. * Vitam.

℟. *ix.* Ambulávit ſervus tuus in conſpectu tuo, in veritáte & juſtítia, & recto corde tecum, * Cuſtodiſti ei, Dómine, miſericórdiã tuam grandem. 3. *Reg.* 3. 6. ℣. Habet vitam æternam, & in judícium non venit, ſed tránſiit à morte in vitam. *Joan.* 5. 24. * Cuſtodiſti ei. ℣. Glória Patri. * Cuſtodiſti.

Te Deum.

AD LAUDES.

℣. *Sacerd.* Lux orta eſt juſto, ℟. Et rectis corde lætitia. *Pſ.* 96. 11.

Ant. 3. à. Oculus Dei reſpexit illum in bono; miráti ſunt in illo multi, & honoravérunt Deum. *Eccli.* 11. 13.

Ant. 6. C. Exaudita eſt orátio tua, & eleemóſynæ tuæ commemorátæ ſunt in conſpectu Dei. *Act.* 10. 31.

Ant. 1. a. Pótuit tránſgredi, & non eſt tranſgreſſus: fácere mala, & non fecit. *Eccli.* 31. 10.

Ant. 7. c. Dilectus Deo & homínibus, cujus memória in benedictióne eſt. *Eccli.* 45. 1.

Ant. 8. c. De omni corde ſuo laudávit Dóminum, & dilexit Deum, qui fecit illum. *Eccli.* 47. 10.

Capitulum. Eccli. 31. *v.* 8. 9.

BEátus qui inventus eſt ſine mácula, & qui poſt aurum non ábiit, nec ſperávit in pecúnia & theſauris: quis eſt hic, & laudábimus eum? fecit enim mirabília in vita ſua.

Hymnus. S. V.

QUI te, Deus, ſub íntimo
Amans recépit péctore,
Non ille terras ámpliùs
Suſpírat, oblítus ſuî.

QUID ergo gaudes néctere
Triſtes moras amántibus?
Terris retardas éxules,
Cives polo quos déſtinas.

HINC fervet in dies amor;
In vota toti díffluunt:
Ad aſtra feſtinántibus
Fit pœna, vita lóngior.

VIX iſte tardi córporis
Pondus moleſtum ſuſtinet;
Mortis diem præóccupat,
Ardens Deo ſe júngere.

ÆTERNE tu Verbi Pater,
Æterne Fili, par Patri,
Et par utríque, Spíritus,
Tibi, Deus, ſit glória.
Amen.

℣. Non ábiit in concílio impiórum, ℟. Et in via peccatórum non ſtetit. *Pſ.* 1. 1.

Ad Benedictus. Ant. 7. G. Probátus & perfectus eſt; erit illi glória ætérna. *Eccli.* 31. 10.

Oratio.

ADeſto, Dómine, ſupplicatiónibus noſtris, quas in beáti N. feſtivitáte deférimus; ut qui noſtræ juſtítiæ fidúciam non habémus, ejus qui tibi plácuit, précibus adjuvémur; Per Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum.

AD PRIMAM.

Ant. Oculus Dei.

AD TERTIAM.

Ant. Exaudíta eſt.

Capitulum. Jac. 1. 27.

Relígio munda & immaculáta apud Deum hæc eſt, viſitáre pupillos, & víduas in tribulatióne eórum; & immaculátum ſe cuſtodíre ab hoc ſéculo.

℟. *br.* Diſperſit, * Dedit paupéribus. *Rep.* Diſperſit. ℣. Juſtítia ejus manet in ſéculum. * Dedit paupéribus. ℣. Glória Patri & Fílio. *Repet.* Diſperſit.

℣. Cornu ejus exaltábitur in glória. ℟. Peccátor vidébit & iraſcétur. *Pſal.* 111. 9. 10.

AD SEXTAM.

Ant. Pótuit.

Capitulum. Eccli. 33. *v.* 2. 3.

Sapiens non odit mandáta & juſtítias, credit legi Dei, & lex illi fidélis.

℟. *br.* Judícia Dómini vera, * Juſtificáta in ſemetipſa. *Repet.* Judícia. ℣. In cuſtodiendis illis retribútio multa. * Juſtificáta. ℣. Glória Patri. *Pſ.* 18. *v.* 10. 11. *Repet.* Judícia.

℣. In memória ætérna erit juſtus; ℟. Ab auditióne mala non timébit. *Pſal.* 111. 7.

AD NONAM.

Ant. De omni.

Capitulum. Eccli. 11. 13.

Erexit eum Deus ab humilitáte ipsíus, & exaltávit caput ejus.

℟. *br.* Juſtus * Ut palma florébit. *Repet.* Juſtus. ℣. Sicut cedrus Líbani multiplicábitur. * Ut palma. ℣. Glória. *Rep.* Juſtus. *Pſ.* 91. 13.

℣. Jucundus homo qui miſerétur, ℟. Et cómmodat. *Pſ.* 111. 5.

AD II. VESPERAS.

Ant. de Laudibus.

Capitulum. 1. Petr. 3. *v.* 10. 11.

Qui vult vitam dilígere, & dies vidére bonos, declínet à malo, & fáciat bonum: inquírat pacem, & ſequátur eam.

Hymnus, Summi puſillus, *ut ſuprà ad pr. Veſper.*

℣. Beátus vir cui non imputávit Dóminus peccátum; ℟. Nec eſt in ſpíritu ejus dolus. *Pſal.* 31. 2.

Ad Magníficat. *Ant.* 4. *D.* Juſtum deduxit Dóminus per vias rectas, & oſtendit illi regnum Dei; & dedit illi ſciéntiam ſanctórum. *Sap.* 10. 10.

Oratio, ut ſuprà ad Laudes, niſi ſit propria.

COMMUNE UNIUS VIRGINIS.

IN I. VESPERIS.

Ant. 8. G. NOn vocáberis ultrà derelícta, quia complácuit Dómino in te. *Iſai.* 62. 4.

Ant. 5. C. Eris coróna glóriæ in manu Dómini, & diadéma regni in manu Dei tui. *Ibid.* v. 3.

Ant. 4. A. Abundáre te fáciet Dóminus Deus tuus in cunctis opéribus mánuum tuárum. *Deut.* 30. 9.

Ant. 3. a. Benedícat tibi Dóminus, pulchritúdo juſtítiæ, mons ſanctus. *Jerem.* 31. 23.

Ant. 6. F. Deus miſéricors Deus tuus eſt, non dimittet te. *Deut.* 4. 30. 31.

Capitulum. Oſee, 2. 19.

SPonsábo te mihi in ſempiternum: & ſponsábo te mihi in juſtítia & judício, & in miſericórdia, & in miſeratiónibus.

℟. Audi, fília, & vide, & inclína aurem tuam: * Oblivíſcere pópulum tuum & domum patris tui, & concupiſcet rex decórem tuum † Quóniam ipſe eſt Dóminus Deus tuus. *Pſal.* 44. 12. ℣. Spíritus ubi vult ſpirat, & vocem ejus audis. *Joan.* 3. 8. * Oblivíſcere. ℣. Glória. † Quóniam.

Si non ſit Martyr.

Hymnus. S. V.

VOs ô Virgínei cum cítharis chori,
Agni delíciæ, pars gregis óptima,
Sponſum virgíneo progénitum ſinu
Puris tóllite láudibus.

HÆC eſt feſta dies cœlítibus ſacra,
Quâ plenâ rútilans óbvia lámpade,
Sponſo ſponſa Deo próxima concinit
Virgo cántica Vírgini.

MORTALES thálamos, córporis ímmemor,
Solo digna Deo cónjuge, réſpuit:
Sponſo perpétuo fœdere júngitur,
Sponſæ ſe Deus óbligat.

ÆGRO vix ſua ſunt pábula córpori:
Nil cernunt óculi, nil ſonat áuribus;
Morti, quod ráperet, próvida præripit;
Unus ſit Deus ómnia.

Fac, ô Chriſte, tuæ
Vírginis æmulos,
Nos inſtáre ſacrâ, quâ
gráditur, viâ;
Qui gens ſancta ſumus,
móribus íntegris
Uni fac tibi vívere.

Da te, ſumme Pater,
tóllere láudibus:
Da te, Chriſte, ſequi,
láurea Vírginum:
Fac incenſa tuis, Spíritus,
árdeant
Flammis, frígida péctora.
Amen.

Si ſit Martyr.

Hymnus. S. V.

Feſtis læta ſonent æthera
cántibus:
Nunc aptáte tubas, ſúmite
tympana,
Cœtus Angélici; dícite
Vírginem,
Chriſti dícite Mártyrem.

Veſtris illa fuit débita
cœtibus,
Quæ mortális adhuc, nóbilis
æmula,
Ut vos exprímeret, dedídicit
genus,
Virgo córporis immemor.

Sed quid cogis, amor? fórtiter
ámbiit
Sponſo virgíneum fúndere
ſánguinem;
Oblíti méminit tunc bene
córporis,
Præcláræ sítiens necis.

Sic quâ parte minor,
vos ſuperéminet,
Immortále genus, quæ
pótuit mori,
Et per damna ſui córporis,
íntegram
Teſtári Dómino fidem.

Patri máxima laus,
máxima Fílio;
Amborumque ſacro máxima
Flámini,
A quo magnánimæ prælia
ſúſtinent,
Spreto fúnere, Vírgines.
Amen.

℣. Regnábit Dóminus in ſécula Deus tuus, ℟. In generatiónem & generatiónem. *Pſ.* 145. 10.

Ad Magníficat. *Ant.* 1. D. Dóminum elegiſti hódie, ut ſit tibi Deus, & ámbules in viis ejus. *Deut.* 26. 17.

Oratio, ut infrà, niſi ſit propria.

AD OFFICIUM NOCT.

Invit. Agnum quem ſequuntur Vírgines, * Veníte, adorémus. *Apoc.* 14. 4.

Pſal. Veníte.

Si non ſit Martyr.

Hymnus. S. V.

Cœleſtis aula pánditur;
En Sponſus; omnes óbviæ,
Exíte ſponſo vírgini,
Exíte, ſponſæ Vírgines.

Hæc nuptiális eſt dies,
Quæ, longa poſt ſuſpíria,

Dat ómnibus, dat ſingulis
Jam pléniùs frui Deo.
Q U Æ caſta vobis gáudia,
Quos afflet ignes, dícite:
Ab ore cujus púrior
Torrens voluptas éffluit?
H U N C propter unum víluit
Superba regum púrpura:
Dotáta quæ ſponſo Deo,
Quid Virgo terris ámbiat?
O VIRGINALES núptiæ,
Per quas caro fit ſpíritus!
O dulce vinclum, júngitur
Quo mens Deo, menti Deus!
SIT laus Patri, laus Fílio;
Sit par tibi laus, Spíritus,
Divína qui perénnibus
Firmas ſigillis fœdera.
Amen.

Si ſit Martyr.

Hymnus. S. V.

VIRGINUM robur, Deus, atque cuſtos,
Sexus imbellis, médios per enſes,
Dum faves, quas non ſúperat viríli
Péctore mortes!
PRO tuis aris animóſa Virgo
Molle dat pœnis laceráre corpus;
Non ſuos ſentit, memor ô! tuórum,
Chriſte, dolórum.
NON graves plagæ, válidi nec ictus
Integram poſſunt violáre mentem;
Quin ſacri creſcit magis obſtinátus
Ardor amóris.
SPONSA dilecto placitúra Sponſo,
Déſpicit ruptum laniáta corpus:
Eſt ſuus truncis honor, & venuſtas
Eſt ſua membris.
SUMMA laus Patri, genitóque Verbo,
Et tibi compar, utriuſque Nexus,
Fac tibi ſemper placeámus uni
Móribus æquis.
Amen.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 7. ç. Omnis ponderátio non eſt digna continentis ánimæ. *Eccli.* 26. 20.

Ant. 3. à. Habébit fructum in reſpectióne animárum ſanctárum. *Sap.* 3. 14.

Ant. 1. a. Dóminus Deus Iſraël ipſe eſt poſſéſſio ejus. *Joſ.* 13. 33.

℣. Exultent fíliæ Judæ, ℟. Propter judícia tua, Dómine. *Pſ.* 47.12.

℟. *j.* Lámpades ejus lámpades ignis atque flammárum; * Aquæ multæ non potuérunt extínguere charitátem. *Cant.* 8. 6. 7. ℣. Pudíca eſt, pacífica,

ι, modeſta, bonis
tiens, plena mi-
diâ, & frúctibus
Jac. 3. 17. *

℣. Innupta & vir-
ógitat quæ Dómi-
:, ut ſit ſancta cór-
& ſpíritu. 1. *Cor.*
℣. Diſciplína il-
tum Dei eſt. *Eccli.*
. * Cógitat.
iij. Magna facta
& præclárior erat
ſæ terræ Iſraël: *
tiam virtúti cáſti-
uncta. *Judith.* 16.
. Omne opus bo-
bſecúta eſt. 1. *Tim.*
* Erat. ℣. Gló-
Erat.
I. NOCTURNO.
. 8. c. Timens Dó-
ι, ipſa laudábitur.
3. 30.
. 3. a. Omnium
gratióſa, & amá-
debátur. *Eſth.* 2.

. 5. a. Gáudio gau-
opter vocem Sponſi.
3. 29.
Delectavérunt te,
ie, filiæ regum,
honóre tuo. *Pſal.*

iv. Deprecabátur
ıum Deum Iſraël,
; * Dómine mi,
x noſter es ſolus,
me; præter te nul-
auxiliátor. *Eſther.*
℣. Omne datum
emalis. Carc.

óptimum & omne do-
num perfectum deſursùm
eſt, deſcendens à Patre
lúminum. *Jacob.* 1. 17.
* Dómine.

℟. *v.* Immortális eſt
memória illius: * Quó-
niam apud Deum nota
eſt, & apud hómines.
Sap. 4. 1. ℣. Lumen ejus
símile lápidi pretióſo.
Apoc. 21. 11. * Quó-
niam.

℟. *vj.* In perpétuum
coronáta * Triumphat,
incoinquinatórum certá-
minum præmium vin-
cens. *Sap.* 4. 2. ℣. Quia
fortis eſt ut mors dilé-
ctio. *Cant.* 8. 6. * Trium-
phat. ℣. Glória. * Trium-
phat.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 4. E. Dóminus
Deus tuus ignis conſú-
mens eſt, Deus æmulá-
tor. *Deut.* 4. 24.

Ant. 2. D. Silébit Dó-
minus in dilectióne ſua,
exultábit ſuper te in lau-
de. *Soph.* 3. 17.

Ant. 6. F. Dóminus
Deus tuus in médio tuî
fortis, ipſe ſalvábit. *Ibid.*

℣. Benedícat te Dó-
minus ex Sion, ℟. Qui
fecit cœlum & terram.
Pſal. 133. 3.

℟. *vij.* Exultémus &
demus glóriam Deo, quia
venérunt núptiæ Agni *
Et uxor ejus præparávit
ſe. *Apoc.* 19. 7. ℣. Ipſe

tamquam ſponſus procédens de thalamo ſuo. *Pſ.* 18. 6. * Et uxor ejus præparávit.

℟. *viij*. Exulta ſatis, filia Sion; júbila, filia Jerúſalem; ecce Rex tuus véniet, * Tibi juſtus & ſalvátor. *Zach.* 9. 9. ℣. Médiâ nocte clamor factus eſt; Ecce ſponſus venit. *Matth.* 25. 6. * Tibi juſtus.

℟. *ix*. Reddat tibi Dóminus pro ópere tuo, * Plenam mercédem recípias à Dómino Deo Iſraël, † Sub cujus confugiſti alas. *Ruth.* 2. 12. ℣. Fília, fides tua te ſalvam fecit. *Matt.* 9. 22. * Plenam. ℣. Glória. † Sub.

Te Deum.

AD LAUDES.

℣. *Sacerd.* Vírgines laudent nomen Dómini, ℟. Quia exaltátum eſt nomen ejus ſolíus. *Pſal.* 148. 12. 13.

Ant. 6. F. Lauda, filia Sion; lætáre, & exulta in omni corde, filia Jerúſalem. *Soph.* 3. 14.

Ant. 4. a. Dóminus Deus tuus ipſe eſt vita tua, & longitúdo diérum tuórum. *Deut.* 30. 20.

Ant. 8. c. Ipſe eſt pater tuus, qui poſſédit te, & fecit, & creávit te. *Deut.* 32. 6.

Ant. 5. C. Sit Dóminus tuus benedictus, cui complacuiſti, eò quòd diléxerit Dóminus Iſraël. 3. *Reg.* 10. 9.

Ant. 1. g. Dominábitur tuî qui fecit te; Dóminus exercítuum, nomen ejus. *Iſai.* 54. 5.

Capitulum. 1. Cor. 7. 25.

DE virgínibus præceptum Dómini non hábeo; consílium autem do, tamquam miſericórdiam conſecútus à Dómino, ut ſim fidélis.

Si non ſit Martyr.

Hymnus. Muret.

O VIRGO, pectus cui ſacrum
Amóris expers ímprobi,
Intùs ſuis ardóribus
Sanctus peruſſit Spíritus!

NON te voluptas ſénſuum
Fallax venénis mólliit,
Solas amantem pérſequi
Cœleſtis Agni núptias.

SIC ille natus Vírgine
Suo decóre céperat,
Ut ejus ardens ígnibus,
Mundána cuncta témneres.

BEATA cui nunc Cœlitum,
Inter canéntium choros,
Cœlo licet perénnibus
Sponſi potíri gáudiis.

ÆTERNE Sponſe Vírginum,
Jeſu, tibi ſit glória,
Cum Patre & almo Spíritu,

In ſempiterna ſécula.
Amen.

Si ſit Martyr.

Hymnus. S. V.

QUid ſacram, Virgo, generóſa Martyr,
Ambiunt frontem dúplices corónæ?
Nempe non unum gémino reportas
Hoſte triumphum.

Mollior fregit neque te voluptas;
Impotens flexit neque te Tyrannus;
Tu graves pœnas, pariterque blandos
Vincis amóres.

Liliis Sponſus récubat, roſiſque;
Tu, tuo ſemper bene fida Sponſo,
Et roſas Martyr, ſimul & dediſti
Lília Virgo.

Summa laus Patri, genitóque Verbo,
Et tibi compar, utriuſque Nexus;
Fac tibi ſemper placeámus uni
Móribus æquis.
Amen.

℣. Corónat te Dóminus in miſericórdia, ℟. Et miſeratiónibus. *Pſal.* 102. 4.

Ad Benedictus. *Ant.* 3. E. Felix eſt ſtérilis & incoinquináta, quæ neſcívit thorum in delicto. *Sap.* 3. 13.

Si ſit Martyr. Oratio.

DEus, qui inter cætera poténtiæ tuæ mirácula, étiam in ſexu frágili victóriam martyrii contuliſti: concéde propítius, ut qui beátæ N. Vírginis & Mártyris tuæ natalítia cólimus, per ejus ad te exempla gradiámur; Per.

Alia Oratio.

INdulgéntiam nobis, quæſumus, Dómine, beáta N. Virgo & Martyr implóret, quæ tibi grata ſemper éxtitit, & mérito caſtitátis, & tuæ profeſſióne virtútis; Per.

Si non ſit Martyr. Oratio.

DEus, qui habitáculum tuum in corde pudíco conſtituiſti: concéde, ut qui fidélis ſponſæ tuæ N. puritátem húmili venerámur obſéquio, piæ converſatiónis ſequámur exemplo; Per Dóminum.

Alia Oratio.

OMnípotens ſempitérne Deus, qui mundi contemptum te diligéntibus inſpiraſti: da nobis, in feſtivitáte beátæ N. Vírginis, ejus interceſſióne terréna deſpícere, & tibi ſoli firmiter adhærére; Per.

AD PRIMAM.

Ant. Lauda.

AD TERTIAM.

Ant. Dóminus.

Capitulum. Zach. 9. 17.

QUid bonum Dómini eſt, & quid pulchrum ejus, niſi frumentum electórum, & vinum gérminans vírgines?

℟. *br.* Fiat cor meum, Dómine, * Immaculátum. *Rep.* Fiat. ℣. In juſtificatiónibus tuis. * Immaculátum. ℣. Glória. *Rep.* Fiat. *Pſ.* 118. 80.

℣. Beáti immaculáti in via, ℟. Qui ámbulant in lege Dómini. *Pſ.* 118. 1.

AD SEXTAM.

Ant. Ipſe eſt.

Capitulum. Sap. 8. 21.

UT ſcivi quóniam áliter non poſſem eſſe cóntinens, niſi Deus det; & hoc ipſum erat ſapiéntiæ, ſcire cujus eſſet hoc donum; ádii Dóminum.

℟. *br.* Dóminus cuſtódit te, * Dóminus protéctio tua. *Repet.* Dóminus. ℣. Super manum déxteram tuam. * Dóminus protéctio. ℣. Glória. *Repet.* Dóminus cuſtódit. *Pſ.* 120. 5.

℣. Per diem ſol non uret te, ℟. Neque luna per noctem. *Pſal.* 120. 6.

AD NONAM.

Ant. Dominábitur.

Capitulum. Sap. 6. 19. 20.

CUſtodítio legum conſummátio incorruptiónis eſt: incorrúptio autem facit eſſe próximum Deo.

℟. *br.* Vitam pétiit à te, Dómine, * Et tribuíſti ei. *Rep.* Vitam. ℣. Longitúdinem diérum. * Et tribuíſti. ℣. Glória. *Repet.* Vitam pétiit.

℣. Magna eſt glória ejus, ℟. In ſalutári tuo. *Pſ.* 20. 5. 6.

AD II. VESPERAS.

Ant. Lauda, fília, *cum cæteris de Laudibus.*

Capitulum. 1. Cor. 7. v. 7. 8.

UNuſquiſque próprium donum habet ex Deo; dico non nuptis: Bonum eſt illis, ſi ſic permáneant.

Hymnus. Vos ô Virgínei, *vel* Feſtis læta ſonent, *ut ſup. ad pr. Veſperas.*

℣. Replet Dóminus in bonis deſidérium tuum; ℟. Renovábitur ut áquilæ juventus tua. *Pſ.* 102. 5.

Ad Magnif. *Ant.* 7. G. Dómine, qui habes ómnium ſciéntiam, tu ſcis quòd nunquam lætára ſit ancilla tua, niſi in te, Dómine Deus. *Eſth.* 14. 16. 18.

Oratio ut ſup. ad Laudes, niſi ſit propria.

UNE UNIUS MULIERIS vel Viduæ.

SPERIS.
Ulier fortis
oblectat vi-
: annos vitæ
ce. implébit.

ı. Sicut ſol
lo in altiſſi-
ſic mulíeris
s in orna-
ûs ejus. *Ibid.*

Fáciat Dó-
mulíerem ,
& Liam quæ
: domum Iſ-
ı. 11.
:. Sit exem-
; , & hábeat
n. *Ibid.*
Fundamen-
ıpra petram
nandáta Dei
íeris ſanctæ.

rov. 31. 10.
em fortem
véniet ? Pro-
ımis finibus
; confidit in
ſui , & ſpó-
gébit.
: *& ſuprà :*
ıdo & decor
ejus , *Ri-
e noviſſimo.
. ℣. Múlier
colens Deum, cujus Dó-
minus apéruit cor. *Act.* 16. 14. * Ridébit.
℣. Glória. † In die.

Hymnus. S. V.

ADESTE, ſanctæ Cónjuges ;
En illa fortis Fémina ;
Ornáta quæ virtútibus ,
Triumphat inter Cœlites.

NON illa luxu véſtium ;
Non crine torto ſpléndui t ;
Cultu nitens ſed símplice,
Puris placébat móribus.

SE ſub ſerénis vúltibus
Auſtéra virtus óccúlit ;
Timet vidéri , ne ſuum ;
Dum prodit , amittat decus.

PASCENDA cœleſti cibo ,
Sacris ſtudébat lítteris ;
Templo frequens , ſed ſédula
Redíbat ad curam domûs.

ÆTERNE tu Verbi Pater ,
Æterne Fili , par Patri ,
Et par utríque , Spíritus ,
Tibi , Deus , ſit glória.
Amen.

℣. Non timébit à timóre nocturno , ℟. A ſagitta volante in die. *Pſal.* 90. 5.

Ad Magnif. *Ant.* 7. G. Pars bona, múlier bona, in parte timéntium Deũ; dábitur viro pro factis bonis. *Eccli.* 26. 3.

Orat. ut infrà ad Laudes.

AD OFFICIUM NOCT.

Invit. Deum in quo ſanctæ mulieres ſperavérunt, * Veníte, adorémus. 1. *Pet.* 3. 5.

Pſal. Veníte.

Hymnus. S. V.

ARDET Deo quæ Fémina,
Latére fruſtrà cógitat:
Quot indigentes ſublevat,
Tot próditur præcónibus.

PRODESSE quærit ómnibus,
Curis honeſtis ánxia;
Patróna, cuſtos Vírginum,
Secunda mater órphanis.

PANNIS latentem vílibus,
Chriſtum fovébat hóſpitem;
Quas dura ſubtraxit ſibi,
Opes refundit pródiga.

PACEM domi, pacem foris
Alto colit ſiléntio:
Lites amat compónere,
Ut una mens ſit ómnibus.

ÆTERNE tu Verbi Pater,
Æterne Fili, par Patri,
Et par utríque, Spíritus,
Tibi, Deus, ſit glória.
Amen.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 8. *G.* Grátia ſuper grátiam, múlier ſancta & pudórata. *Eccli.* 26. 19.

Ant. 3. g. Mulíeris bonæ beátus vir; númerus enim annórum illíus duplex. *Ibid.* v. 1.

Ant. 2. D. Múlier ſenſáta & tácita, non eſt immutátio erudítæ ánimæ. *Ibid.* v. 18.

℣. Anima ejus in bonis demorábitur, ℟. Et ſemen ejus hæreditábit terram. *Pſal.* 24. 13.

℟. j. Non extinguétur in nocte lucerna ejus; * Manum ſuam apéruit ínopi, & palmas ſuas extendit ad páuperem. *Prov.* 31. 18. 20. ℣. Surget in judício cum generatióne iſta, & condemnábit eam. *Matth.* 12. 4. * Manum.

℟. ij. Lex cleméntiæ in lingua ejus: * Conſiderávit ſémitas domûs ſuæ, & panem otióſa non comédit. *Prov.* 31. 26. 27. ℣. Quod decet mulieres promittentes pietátem per ópera bona. 1. *Tim.* 2. 10. * Conſiderávit.

℟. iij. Ingreſſa eſt oratórium ſuum, * Et proſternens ſe Dómino, † Clamábat ad Dóminum. *Judith.* 9. 1. ℣. Fidélem crédidit eſſe eum qui repromíſerat. *Hebr.* 11. 11. * Et proſternens. ℣. Glória. † Clamábat.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 4. a. Quæſívit lanam & linum, & operáta eſt consílio mánuum ſuárum. *Prov.* 31. 13.

Ant. 7. *d.* Facta eſt quaſi navis inſtitóris, de longè portans panem ſuum. *Ibid. v.* 14.

Ant. 5. a. De nocte ſurrexit, deditque prædam doméſticis ſuis. *Ibid. v.* 15.

℣. Deus in dómibus ejus cognoſcétur, ℟. Cùm ſuſcípiet eam. *Pſalm.* 47. 4.

℟. *iv.* Hæc confitebátur Dómino, * Loquebátur de illo ómnibus qui expectábant redemptiónem Iſraël. *Luc.* 2. 38. ℣. Repléta ſapiéntiâ, & femíneæ cogitatióni maſculínum ánimum ínſerens. 2. *Mac.* 7. 21. * Loquebátur.

℟. *v.* Hæc non diſcedébat de templo, * Jejúniis & obſecratiónibus ſérviens nocte ac die. *Luc.* 2. 37. ℣. Flétibus & lúctui apta indumenta ſuſcépit, & deprecabátur Dóminum. *Eſth.* 14. 2. 3. * Jejúniis.

℟. *vj.* Benedicta es à Dómino, filia; * Scit enim omnis pópulus mulíerem te eſſe virtútis. *Ruth.* 3. *v.* 10. 11. ℣. O múlier, magna eſt fides tua! *Matt.* 15. 28. * Scit enim. ℣. Glória. * Scit enim.

IN III. NOCTURNO

Ant. 7. d. Conſiderávit agrum & emit eum: de fructu mánuum ſuárum plantávit víneam. *Prov.* 31. 16.

Ant. 6. F. Guſtávit, & vidit, quia bona eſt negotiátio ejus. *Ibid. v.* 18.

Ant. 1. D. Omne opus bonum ſubſecúta eſt. 1. *Tim.* 5. 10.

℣. Confirmátum eſt cor ejus, ℟. Non commovébitur. *Pſal.* 111. 8.

℟. *vij.* Surrexérunt fílii ejus, & beatíſſimam prædicavérunt; * Vir ejus, & laudávit eam. *Prov.* 31. 28. ℣. Múlier glória viri eſt: non enim vir ex mulíere, ſed múlier ex viro. 1. *Cor.* 11. *v.* 7. 8. * Vir ejus.

℟. *viij.* Hæc erat plena opéribus bonis, & eleemóſynis quas faciébat: * Factum eſt autem in diébus illis ut infirmáta morerétur. *Act.* 9. 36. ℣. Suſpexit ad cœlum; erat enim cor ejus fidúciam habens in Dómino. *Deut.* 13. 35. * Factum.

℟. *ix.* Nunc ergo ora pro nobis, * Quóniam múlier ſancta es, & timens Deum. *Judith.* 8.

29. ℣. Fides tua te ſalvam fecit. *Luc.* 7. 50. * Quóniam. ℣. Glória. * Quóniam.

Te Deum.

AD LAUDES.

℣. *Sacerd.* Exultáte in conſpectu Patris orphanórum, ℟. Et Júdicis viduárum. *Pſalm.* 67. 5. 6.

Ant. 6. F. Fallax grátia, & vana eſt pulchritúdo: múlier timens Dóminum ipſa laudábitur. *Prov.* 31. 30.

Ant. 8. c. Manum ſuam miſit ad fórtia, & digiti ejus apprehendérunt fuſum. *Ibid. v.* 19.

Ant. 4. E. Accinxit fortitúdine lumbos ſuos, & roborávit bráchium ſuum. *Ibid. v.* 17.

Ant. 1. f. In ancilla ſua adimplévit Dóminus miſericórdiam ſuam. *Judith.* 13. 18.

Ant. 5. a. Laudent eam in portis ópera ejus. *Prov.* 31. 31.

Capitulum. 1. Tim. 2. 9.

MUlíeres in hábitu ornáto, cum verecúndia & ſobrietáte ornantes ſe, & non in tortis crínibus, aut auro, aut margarítis, vel veſte pretióſâ.

Hymnus. S. V.

O Jam beáta, quæ ſuo
Tandem ſolúta córpore,
Vinclis perennióribus
Uni Deo conjúngitur!

Per quos gradus cœlum petit,
Hâc ire vos omnes docet,
Junctæ jugáli vínculo,
Et vos ſolútæ cónjuges.

Insignis & nos Féminæ
Sequi decet veſtígia,
Magnum vel ipſis quæ fuit
Virtútis exemplum viris.

Queis arſit illa, fac, Deus,
Flagrémus & nos ígnibus;
Eôque, quo te vis coli,
Amóre, fac mens te colat.

Æterne tu Verbi Pater,
Æterne Fili, par Patri,
Et par utríque, Spíritus,
Tibi, Deus, ſit glória. Amen.

℣. Dilexiſti juſtitiam, ℟. Et odiſti iniquitátem. *Pſal.* 44. 8.

Ad Benedictus. *Ant.* 2. D. Orábat Dóminum Deum Iſraël, & munda manébat in tabernáculo. *Judith.* 12. *v.* 8. 9.

Si ſit Martyr, Oratio.

TRíbue, quæſumus, Dómine, précibus noſtris cum exultatióne proventum: ut beátæ *N.* cujus paſſiónem recólimus, conſtántiam imitémur; Per.

Alia Oratio.

MArtyris tuæ *N.* nos, Dómine, conféſſio

. commúniat, &
.táti noſtræ contí-
ímpetret ſubsí-
; Per.
ſit Martyr. Oratio.
Jórum corda fidé-
ium, Deus miſerá-
lluſtra; & beátæ N.
ıus ac méritis, fac
ɪrréna deſpícere, &
: cœléſtia; Per.
Alia Oratio.
to, quæſumus, Dó-
ıine, intercedente
N. propítius plebi
ut quæ tibi non pla-
reſpuentes, tuórum
ımur deſidério man-
um; Per.
) PRIMAM.
t. Fallax.
TERTIAM.
ıt. Manum.
ulum. Judith. 10. 8.
Loriétur ſuper te Je-
rúſalem, & ſit no-
tuum in número
órum & juſtórum.
ixérunt hi qui illic
: omnes unâ voce:
, fiat.
. *br.* Lauda Dómi-
, * Lauda Deum
ı. *Rep.* Lauda Dómi-
. ℣. Benedixit fíliis
in te. * Lauda.
Glória. *Rep.* Lauda.
'. Póſuit fines tuos
m, ℟. Et ádipe fru-
ti ſátiat te. *Pſal.*
. 14.
D SEXTAM.
Int. Accinxit.

Capitulum. Tob. 10. 13.

MOnébant fíliam ſuam honoráre ſóceros, dilígere marítum, régere famíliam, gubernáre domum, & ſeipſam irreprehensíbilem exhibére.

℟. *br.* Totâ die * Miſerétur & cómmodat. *Repet.* Totâ. ℣. Et ſemen illíus in benedictióne erit. * Miſerétur. ℣. Glória. *Repet.* Totâ die. *Pſal.* 36. 16.

℣. Pupillum & víduam ſuſcípiet Dóminus, ℟. Et vias peccatórum diſperdet. *Pſal.* 145. 9.

AD NONAM.

Ant. Laudent.

Capitul. 1. Tim. 2. 15.

SAlvábitur per filiórum generatiónem, ſi permánſerit in fide, & dilectióne, & ſanctificatióne, cum ſobrietáte.

℟. *br.* Vídeas bona Jeruſalem * Omnibus diébus vitæ tuæ. *Rep.* Vídeas. ℣. Et vídeas fílios filiórum tuórum. * Omnibus. *Pſalm.* 127. 6. ℣. Glória. *Repet.* Vídeas.

℣. Exultavérunt fíliæ Judæ, ℟. Propter judícia tua, Dómine. *Pſal.* 96. 8.

AD II. VESPERAS.

Ant. Fallax, *cum cæteris de Laudibus.*

Capitulum. 1. Petr. 3. 1.

MUlieres ſubditæ ſint viris ſuis, ut ſi qui non credunt verbo, per mulierum converſatiónem ſine verbo lucrifiant.

Hymnus, Adeſte, *ut ſupr. ad pr. Veſperas.*

℣. Benedicat tibi Dóminus ex Sion, ℟. Et videas bona Jeruſalem. *Pſ.* 147. 5.

Ad Magnif. *Ant.* 3. E

Erat hæc in ómnibus famosíſſima, quóniam timébat Dóminum valde; nec erat qui loquerétur de illa verbum malum. *Judith.* 8. 8.

Si non ſit propria Oratio, dicitur ut ſuprà ad Laudes.

COMMUNE LECTIONUM PRO FESTIS SANCTORUM,

Quibus propriæ non aſſignantur.

Si Feſtum ſit Semiduplex aut Duplex-minus, in I. Nocturno non leguntur Lectiones: in II. de Scriptura occurrente: in III. quarta & quinta ſunt prima & ſecunda Nocturni II. infrà poſiti; ſexta verò, Evangelium cum Homilia.

Si Feſtum ſit Duplex-majus, aut Solemne-minus aut majus, in I. Nocturno Lectiones de Scriptura occurrente; in II. & III. Nocturno, ut infrà.

Si Feſtum ſit Annuale Patroni, fit omninò ut infrà.

In Feſto Annuali PATRONI, aut PATRONÆ, aut etiam plurium Patronorum.

Officium fit de Communi conveniente.

IN I. NOCTURNO.

De libro ſecundo Machabæórum.

LECTIO I. *Cap.* 15. 7.

Exemplum ſpei in Deo.

MAchabæus ſemper confidébat cum omni ſpe auxílium ſibi à Deo affutúrum. Et hortabátur ſuos ne formidárent ad adventum Natiónum, ſed in mente habérent adjutória ſibi facta de cœlo, & nunc ſperárent ab Omnipotente ſibi affutúram victóriam. Et allocútus eos de Lege & Prophétis, ádmonens étiam certámina, quæ fécerant priùs, promptióres conſtítuit eos: & ita ánimis eórum erectis, ſimul oſtendébat Géntium falláciam, & juramentórum prævaricatiónem.

LECTIO II. *v.* 11.

Oratio Oniæ pro omni populo.

SIngulos autem illórum armávit, non clypei, & haſtæ munitióne, ſed ſermónibus óptimis, & exhortatió-

nibus, expóſito digno fide ſómnio, per quod univerſos lætificávit. Erat autem hujuſcémodi viſus: Oníam, qui fúerat ſummus Sacerdos, virum bonum & benignum, verecundum viſu, modeſtum móribus, & elóquio decórum, & qui à púero in virtútibus exercitátus ſit, manus protendentem, oráre pro omni pópulo Judæórum. Poſt hoc apparuiſſe & álium virum ætáte & glóriâ mirábilem, & magni decóris habitúdine circa illum.

LECTIO III. *v. 16.*

Fratrum amator.

RESpondentem verò Oníam dixiſſe: Hic eſt fratrum amátor, & pópuli Iſraël; hic eſt qui multum orat pro pópulo & univerſa ſancta civitáte, Jeremías Prophéta Dei. Extendiſſe autem Jeremíam déxteram, & dediſſe Judæ gládium áureum, dicentem: Accipe ſanctum gládium munus à Deo, in quo dejícies adverſários pópuli mei Iſraël. Exhortáti ítaque Judæ ſermónibus bonis valdè, de quibus extolli poſſet ímpetus, & ánimi júvenum confortári, ſtatuérunt dimicáre & conflígere fórtiter, ut virtus de negótiis judicáret.

Si Feſtum ſit unius Martyris.

IN II. NOCTURNO.

Sermo ſancti Auguſtini Epíſcopi.

Serm. 283. in Nat. Mart. Maſſil.

LECTIO IV.

FOrtitúdinem ſanctórum Mártyrum ſic in eórum paſſióne mirémur, ut grátiam Dómini prædicémus. Neque enim & illi in ſeipſis laudári voluérunt, ſed in illo cui dícitur: In Dómino laudábitur ánima mea. Hoc qui intélligunt, non ſupérbiunt: cum tremóre petunt, cum gáudio accípiunt: perſevérant, jam non amittunt. Quia enim non ſupérbiunt, mites ſunt. Et ídeò cùm dixiſſet: In Dómino laudábitur ánima mea; áddidit: Audiant mites, & jucundentur. Quid caro infirma, quid vermis & putrédo eſſet, niſi quod cantávimus verum eſſet: Deo ſubjiciétur ánima mea, quóniam ab ipſo eſt patiéntia mea? Etenim ut mala ómnia pro fide Mártyres toleráren[t] virtus eórum patiénti[a] nominátur.

LECTIO V.

DUo ſunt enim q[ui] in peccáta hómi[nes] aut illíciunt, aut imp[el]lunt: voluptas, aut [...]

lor : voluptas íllicit, dolor impellit. Contra voluptátes neceſſária eſt continéntia ; contra dolóres patiéntia. Hoc enim modo ſuggéritur humánæ menti ut peccet. Aliquando dícitur : Fac, & hoc habébis ; aliquando autem : Fac, ne hoc patiáris. Voluptátem præcédit promíſſio, dolórem comminátio. Ut ergo hábeant hómines voluptátem, vel non patiantur dolórem, peccant. Ideo Deus contra iſta duo, quorum eſt unum in blanda promiſſióne, álterum in terríbili comminatióne ; & promíttere dignátus eſt, & terrére : promíttere regnum cœlórum, terrére de ſuppliciis inferórum. Dulcis eſt voluptas, ſed dúlcior Deus. Malus eſt dolor temporális, ſed pejor eſt ignis ætérnus. Habes quod ames pro mundi amóribus, imò pro immundis amóribus. Habes quod tímeas pro mundi terróribus. Sed parum eſt monéri, niſi ímpetres adjuvári. Præſens ergo pſalmus quem cantávimus, dócuit nos à Deo útique eſſe patiéntiam noſtram contra dolóres. Tu autem, Dómine, miſerére noſtri.

℟. Deo grátias.

Lect. VI. *Long. poſt præd.*

DIcite quod ſéquitur : Deus adjútor eſt. Hunc adjutórem, ut vínceret, beátus Martyr hábuit, quem mirámur, cujus ſolemnitátem hódie celebrámus. Sine illo non vínceret. Et ſi dolóres vínceret, diábolum non vínceret. Aliquando enim victi à diábolo, vincunt dolóres ; non habentes patiéntiam, ſed durítiam. Ille ergo adjútor áffuit, ut donáret ei veram fidem, fáceret ei bonam cauſam, & pro bona cauſa donáret patiéntiam. Tunc enim eſt patiéntia, quando præcédit bona cauſa. Non enim & ipſam fidem álius quàm Deus donat. Bréviter utrumque commendávit Apóſtolus ; & cauſam pro qua patiámur, & patiéntiam quâ mala perferámus, à Deo nobis eſſe : exhortans enim Mártyres, ait : Quia vobis donátum eſt pro Chriſto ; ecce cauſa bona : Non ſolùm ut credátis in eum, ſed étiam ut patiámini pro eo ; hæc eſt vera patiéntia.

IN III. NOCTURNO.

De Epíſtola ſecunda beáti Pauli Apóſtoli ad Corínthios.

Lectio VII. *Cap. 4.*

SEmper enim nos qui vívimus, in mortem

trádimur propter Jeſum: ut & vita Jeſu manifeſtétur in carne noſtra mortáli. Ergo mors in nobis operátur, vita autem in vobis. Habentes autem eumdem ſpíritum fidei, ſicut ſcriptum eſt: Crédidi, propter quod locútus ſum; & nos crédimus, propter quod & lóquimur: ſcientes, quóniam qui ſuſcitávit Jeſum, & nos cum Jeſu ſuſcitábit, & conſtítuet vobiſcum. Omnia enim propter vos, ut grátia abundans, per multos in gratiárum actióne, abundet in glóriam Dei. Propter quod non deficimus: ſed licèt is, qui foris eſt, noſter homo corrumpátur: tamen is qui intùs eſt, renovátur de die in diem.

LECTIO VIII.
Cap. 4. & 5.

ID enim quod in præſenti eſt momentáneum & leve tribulatiónis noſtræ, ſupra modum in ſublimitáte æternum glóriæ pondus operátur in nobis: non contemplántibus nobis quæ videntur, ſed quæ non videntur. Quæ enim videntur, temporália ſunt; quæ autem non videntur, æterna ſunt. Scimus enim, quóniam ſi terreſtris domus noſtra hujus habitatiónis diſſolvátur, quòd ædificatiónem ex Deo habémus, domum non manufactam, æternam in cœlis. Nam & in hoc ingemíſcimus, habitatiónem noſtram quæ de cœlo, eſt ſuperíndui cupientes: ſi tamen veſtiti, non nudi, inveniámur. Nam & qui ſumus in hoc tabernáculo, ingemíſcimus graváti; eò quòd nólumus expoliári, ſed ſuperveſtíri; ut abſorbeátur quod mortále eſt, à vita.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Matthæum.

LECTIO IX. *Cap.* 10.

IN illo témpore, Dixit Jeſus diſcípulis ſuis: Non eſt diſcípulus ſuper magiſtrum, nec ſervus ſuper dóminum ſuum. Et réliqua.

Homília ſancti Cypriáni Epíſcopi & Mártyris.
Epiſt. 56. de Exhort. mart. ad Thibaritanos.

SIt ante óculos, fratres dilectiſſimi, quòd qui omne judícium à Patre ſolus accépit, & qui ventúrus eſt & judicatúrus, jam judícii ſui & cognitiónis futúræ ſenténtiam protúlerit, prænúntians & conteſtans confeſſúrum ſe coram Patre ſuo confitentes, & negatúrum negantes. Neque áliquis perſecutiónis

metu ſic terreatur, ut non evangélicis exhortatiónibus & præceptis, ac mónitis cœléſtibus, ad ómnia inveniátur armátus. Iráſcitur adversárius, & minátur; ſed eſt qui poſſit de ejus mánibus liberáre. Ille metuendus eſt, cujus iram nemo poteſt evádere, ipſo præmonente & dicente: Ne timuéritis eos qui occídunt corpus, ánimam autem non poſſunt occídere; magis autem metúite eum, qui poteſt & corpus & ánimam occídere in gehennam. Et íterum: Qui amat ánimam ſuam, perdet illam; & qui odit ánimam ſuam in iſto ſéculo, in vitam ætérnam conſervábit illam. Ecce agon ſublímis & magnus, & corónæ cœleſtis præmio glorióſus. Præliantes nos ſpectat Deus, ſpectant Angeli ejus, ſpectat & Chriſtus. Quanta eſt glóriæ dígnitas, quanta felícitas, præſente Deo cóngredi, & Chriſto júdice coronári!

Si Feſtum ſit plur. Martyr.

IN II. NOCTURNO.

Sermo ſancti Auguſtíni Epíſcopi.

Serm. 335. in Nat. Mart.

LECTIO IV.

QUóniam dies ſanctórum Mártyrum eſt, unde pótius áliquid delectet nos dicere niſi de glória ipſórum? Adjuvet nos Dóminus Mártyrum. Audívimus paulò antè beátum Paulum Apóſtolum prædicantem: Quis nos ſeparábit à charitáte Chriſti? (Iſta vox eſt Mártyrum.) Tribulátio, an anguſtia, an perſecútio, an fames, an núditas, an perículum, an gládius? ſicut ſcriptum eſt: Propter te mortе afficimur totâ die, deputáti ſumus ut oves occiſiónis: ſed in his ómnibus ſuperámus per eum qui diléxit nos. Hæc eſt vox Mártyrum, ómnia toleráre, & de ſe nihil præſúmere; illum dilígere, qui glorificátur in ſuis: ut, Qui gloriátur, in Dómino gloriétur.

LECTIO V.

NOverant & illud quod nos cantávimus paulò antè: Lætámini in Dómino, & exultáte juſti. Si juſti in Dómino lætantur, injuſti non novérunt lætári niſi in ſéculo. Sed ipſa eſt prima ácies debellanda: primò vincendæ ſunt delectatiónes, & póſteà dolóres. Quómodo poteſt ſuperáre mundum ſævientem, qui non poteſt ſuperáre blandientem? Blanditur hic mundus, polli-

cendo honóres, divítias, voluptátes: minátur hic mundus, intentando dolóres, egeſtátes, humilitátes. Qui non contemnit quod pollicétur, quómodo ſuperáre poteſt quod minátur?

LECTIO VI.

HAbent delectatiónem ſuam divítiæ: quis néſciat? Sed plus habet delectatiónis juſtítia. Delectáre divítiis cum juſtitia. Ubi autem talis artículus tentatiónis incíderit, ut duo hæc véniant in tentatiónem, divítiæ & juſtítia; & non poſſis habére utrumque; ſed ſi míſeris manum ad divítias, neceſſe eſt ut amittas juſtítiam; ſi míſeris manum ad juſtítiam, péreant divítiæ: modò élige, modò pugna; modò videámus ſi non ſine cauſa cantaſti: Lætámini in Dómino, & exultáte juſti; modò videámus ſi non ſine cauſa audiſti: Quis nos ſeparábit à charitáte Chriſti? Et quidem prætermíſit ómnia quibus blandítur mundus, & te vóluit commemoráre cui blandítur mundus. Quare? Quia certámina Mártyrum prænuntiábat: illa útique certámina, ubi vicérunt perſecutiónem, famem, ſitim, egeſtátem, ignomíniam; ad extrémum, timórem mortis, & hoſtem ſæviſſimum.

IN III. NOCTURNO.

De Epíſtola beáti *Pauli* Apóſtoli ad Romános.

LECTIO VII. Cap. 8.

FRatres, debitóres ſumus non carni, ut ſecundùm carnem vivámus. Si enim ſecundùm carnem vixéritis, moriémini: ſi autem ſpíritu facta carnis mortificavéritis, vivétis. Quicumque enim ſpíritu Dei aguntur, ii ſunt filii Dei. Non enim accepiſtis ſpíritum ſervitútis iterùm in timóre: ſed accepiſtis ſpíritum adoptiónis filiórum, in quo clamámus: Abba, Pater. Ipſe enim ſpíritus teſtimónium reddit ſpirítui noſtro quòd ſumus filii Dei. Si autem filii, & hærédes: hærédes quidem Dei, cohærédes autem Chriſti: ſi tamen compátimur, ut & conglorificémur. Exíſtimo enim quòd non ſunt condignæ paſſiónes hujus témporis ad futúram glóriam, quæ revelábitur in nobis. Nam exſpectátio creatúræ revelatiónem filiórum Dei exſpectat.

LECTIO VIII.

SCimus autem quóniam diligéntibus

Deum ómnia cooperantur in bonum, iis qui ſecundùm propóſitum vocáti ſunt ſancti. Nam quos præſcívit, & prædeſtinávit conformes fieri imáginis Fílii ſui, ut ſit ipſe primogénitus in multis frátribus. Quos autem prædeſtinávit, hos & vocávit: & quos vocávit, hos & juſtificávit: quos autem juſtificávit, illos & glorificávit. Quid ergo dicémus ad hæc? Si Deus pro nobis, quis contra nos? Qui étiam próprio Fílio ſuo non pepercit, ſed pro nobis ómnibus trádidit illum: quómodo non étiam cum illo ómnia nobis donávit? Quis accuſábit adversùs electos Dei? Deus qui juſtíficat, quis eſt qui condemnet? Chriſtus Jeſus, qui mórtuus eſt, imò qui & reſurrexit, qui eſt ad déxteram Dei, qui étiam interpellat pro nobis.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Lucam.

Lectio IX. *Cap. 6.*

IN illo témpore, Deſcendens Jeſus de monte, ſtetit in loco campeſtri, & turba diſcipulórum ejus, & multitúdo copióſa plebis ab omni Judæa, & Jerúſalem, & marítima, & Tyri, & Sidónis. Et réliqua.

Homília ſancti Ambróſii Epíſcopi.

Lib. I. Off. Cap. 15. & 16.

NOn poteſt quis præmium accípere, niſi legítimè certáverit: nec eſt glorióſa victória, niſi ubi fúerint laborióſa certámina. Nonne injuſtus eſt, qui antè quærat præmium quàm certámen fúerit abſolútum? Ideóque Dóminus in Evangélio ait: Beáti qui perſecutiónem patiuntur propter juſtítiam, quóniam ipſórum eſt regnum cœlórum: beáti eſtis cùm vobis maledícent hómines, & perſequentur, & dicent omne malum adversùm vos propter juſtítiam; gaudéte & exultáte, quóniam merces veſtra copióſa eſt in cœlo. Futúram, non præſentem; in cœlo, non in terra, mercédem promíſit eſſe reddendam. Quid álibi poſcis, quod álibi debétur? quid præpróperè corónam éxigis, ántequam vincas? quid detérgere púlverem? quid requiéſcere cupis? quid epulári geſtis, ántequam ſtádium ſolvátur? Adhuc pópulus ſpectat, adhuc athlétæ in ſcámmate ſunt; & tu jam ótium petis? Sed fortè dicas: Cur ímpii lætantur? cur luxuriantur? cur étiam ipſi

non mecum labórant ? Quóniam qui non ſubſcrípſerint ad corónam, non tenentur ad labórem certáminis : qui in ſtádium non deſcénderint, non ſe perfundunt óleo, non oblíniunt púlvere. Quos manet glória, expectat injúria. Unguentáti ſpectáre ſolent, non decertáre ; non ſolem, æſtus, púlverem, imbreſque pérpeti. Dicant ergo & ipſis athlétæ : Veníte, nobiſcum laboráte. Sed reſpondébunt ſpectatóres : Nos hic ínterim de vobis judicámus ; vos autem ſine nobis corónæ, ſi vicéritis, glóriam vindicábitis.

Si Feſtum ſit Pontificis.

IN II. NOCTURNO.

Ex libro S. Gregórii Papæ, de cura paſtoráli.

Part. I. *Cap.* 9. & 10.

LECTIO IV.

Cum curam pópuli electus Præſul ſúſcipit, quaſi ad ægrum médicus accédit. Si ergo adhuc in ejus córpore paſſiónes vivunt ; qua præſumptióne percuſſum medéri próperat, qui in fácie vulnus portat ? Ille ígitur modis ómnibus debet ad exemplum bene vivendi pértrahi, qui cunctis carnis paſſiónibus móriens jam ſpirituáliter vivit, qui próſpera mundi poſtpónit, qui nulla adverſa pertimeſcit, qui ſola interna desíderat. Cujus intentióni bene cóngruens, nec omníno per imbecillitátem corpus, nec valdè per contumáciam repugnat ſpíritus. Qui ad aliéna cupienda non dúcitur ; ſed própria largítur. Qui per pietátis víſcera cítiùs ad ignoſcendum fléctitur ; ſed nunquam plus quàm déceat ignoſcens, ab arce rectitúdinis inclinátur.

LECTIO V.

Qui nulla illícita pérpetrat, ſed perpetráta ab áliis ut própria deplórat. Qui ex affectu cordis aliénæ infirmitáti compátitur, ſicque in bonis próximi ſicut in ſuis proféctibus lætátur. Qui ita ſe imitábilem céteris, in cunctis quæ agit, inſinuat ; ut inter eos non hábeat, quod ſaltem de tranſactis erubeſcat. Qui ſic ſtudet vívere, ut proximórum quoque corda aréntia doctrínæ váleat fluentis irrigáre. Qui oratiónis uſu & experimento jam dídicit quòd obtinére à Dómino quæ popóſcerit, poſſit ; cui prophética voce jam quaſi ſpeciáliter dícitur : Adhuc loquente te, dicam, Ecce adſum.

LECTIO VI.

Cap. II.

SI enim fortaſſe quis véniat, ut pro ſe ad intercedendum nos apud potentem quémpiam virum, qui ſibi irátus, nobis verò eſt incógnitus, ducat; prótinus reſpondémus: Ad intercedendum veníre non póſſumus, quia familiaritátis ejus notítiam non habémus. Si ergo homo apud hóminem, de quo minimè præſúmit, fieri interceſſor erubeſcit; quâ mente apud Deum interceſſiónis locum pro pópulo árripit, qui familiárem ſe ejus grátiæ eſſe per vitæ méritum neſcit? Aut ab eo, quómodo áliis véniam póſtulat, qui utrum ſibi ſit placátus ignórat? Qua in re adhuc áliud eſt ſollicítiùs formidandum; ne qui placáre iram poſſe créditur, hanc ipſe ex próprio reátu mereátur. Cuncti enim líquidò nóvimus, quia cùm is qui díſplicet, ad intercedendum míttitur, iráti ánimus ad deterióra provocátur.

IN III. NOCTURNO.

De Epíſtola ad Titum.

LECTIO VII.

Cap. I.

OPortet enim Epíſcopum ſine crímine eſſe, ſicut Dei diſpenſatórem, non ſuperbum, non iracundum, non vinolentum, non percuſſórem, non turpis lucri cúpidum: ſed hoſpitálem, benignum, ſóbrium, juſtum, ſanctum, continentem, amplectentem eum qui ſecundùm doctrínam eſt, fidélem ſermónem: ut potens ſit exhortári in doctrína ſana, & eos qui contradícunt, argúere. Sunt enim multi étiam inobedientes, vaníloqui, & ſeductóres, máximè qui de circumciſióne ſunt, quos oportet redárgui: qui univerſas domos ſubvertunt, docentes quæ non oportet turpis lucri grátiâ.

LECTIO VIII.

Cap. 2.

TU autem lóquere quæ decent ſanam doctrínam: Senes ut ſóbrii ſint, pudíci, prudentes, ſani in fide, in dilectióne, in patiéntia: Anus ſímiliter in hábitu ſancto, non criminatríces, non multo vino ſervientes, bene docentes, ut prudéntiam dóceant adoleſcéntulas, ut viros ſuos ament, fílios ſuos díligant, prudentes, caſtas, ſóbrias, domûs curam habentes, benignas, ſúbditas viris ſuis, ut non blaſphemétur ver-

bum Dei: Júvenes ſimíliter hortáre, ut ſóbrii ſint. In ómnibus teipſum præbe exemplum bonórum óperum, in doctrína, in integritáte, in gravitáte, verbum ſanum, irreprehensíbile; ut is qui ex adverſo eſt, vereátur, nihil habens malum dicere de nobis.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Matthæum.

LECTIO IX.

Cap. 24.

IN illo témpore, Dixit Jeſus diſcípulis ſuis: Vigiláte, quia neſcítis quâ horâ Dóminus veſter ventúrus ſit. Et réliqua.

Homília ſancti Hilárii Epíſcopi.

Comment. in Matth. Cap. 26.

UT ignorántiam illam diéi ómnibus táciti, non ſine útilis ſiléntii ratióne eſſe ſcirémus, vigiláre nos Dóminus propter adventum furis admónuit, & oratiónum aſſiduitáte detentos, ómnibus præceptórum ſuórum opéribus inhærére. Furem enim eſſe oſtendit zábulum, ad detrahenda ex nobis ſpólia pervígilem, & córporum noſtrórum dómibus inſidiantem; ut ea incurióſis nobis & ſomno déditis, conſiliórum ſuórum atque illecebrárum jáculis perfódiat. Parátos ígitur eſſe nos cónvenit: quia diéi ignorátio intentam ſollicitúdinem ſuſpenſæ expectatiónis exágitat. Quis namque eſt fidélis ſervus & prudens, quem conſtituit dóminus ſuper famíliam ſuam? Quanquam in commúne nos ad indefeſſam vigilántiæ curam adhortétur; ſpeciálem tamen pópuli princípibus, id eſt, epíſcopis, in expectatióne adventúque ſuo ſollicitúdinem mandat. Hunc enim ſervum fidélem atque prudentem, præpóſitum famíliæ ſignificat, cómmoda atque utilitátes commiſſi ſibi pópuli curantem. Qui ſi dicto áudiens, & præceptis obédiens erit, id eſt, ſi doctrínæ opportunitáte & veritáte infirma confírmet, diſrupta conſólidet, depraváta convertat, & verbum vitæ in æternitátis cibum alendæ famíliæ diſpendat, atque hæc agens, hiſque ímmorans deprehendátur: glóriam à Dómino tamquam diſpenſátor fidélis, & víllicus útilis conſequétur, & ſuper ómnia bona conſtituétur; id eſt, in Dei glória collocábitur, quia nihil ſit ultrà, quod mélius ſit. Tu autem.

Si Feſtum ſit Sancti non Pontificis.

IN II. NOCTURNO.

Ex libro Morálium ſancti Gregórii Papæ.

Lib. 10. *Cap.* 16.

LECTIO IV.

DEridétur juſti ſimplícitas. Hujus mundi ſapiéntia eſt, cor machinatiónibus tégere, ſenſum verbis veláre; quæ falſa ſunt, vera oſténdere; quæ vera ſunt, fallácia demonſtráre. Hæc nimírum prudéntia uſu à juvénibus ſcitur, hæc à púeris prétio diſcitur: hanc qui ſciunt, céteros deſpiciendo ſupérbiunt; hanc qui néſciunt, ſubjecti & tímidi in áliis mirantur: quia ab eis hæc éadem duplícitas iniquitátis nómine palliáta diligitur, dum mentis perverſitas, urbánitas vocátur. Hæc ſibi obſequéntibus præcipit honórum cúlmina quærere, adeptâ temporális glóriæ vanitáte gaudére, irrogáta ab áliis mala multiplíciùs réddere; cùm vires ſuppetunt, nullis reſiſténtibus cédere; cùm virtútis poſſibílitas deeſt, quidquid explére per malítiam non valent, hoc in pacífica bonitáte ſimuláre.

LECTIO V.

AT contrà, ſapiéntia juſtórum eſt, nil per oſtenſiónem fingere, ſenſum verbis aperire, vera ut ſunt diligere, falſa devitáre, bona gratis exhibére, mala libentiùs toleráre quàm fácere; nullam injúriæ ultiónem quærere, pro veritáte contuméliam lucrum putáre. Sed hæc juſtórum ſimplícitas deridétur: quia ab hujus mundi ſapiéntibus puritátis virtus fatúitas créditur. Omne enim quod innocenter ágitur, ab eis procul dúbio ſtultum putátur: & quidquid in ópere véritas appróbat, carnáli ſapiéntiæ fátuum ſonat. Quid namque ſtúltius vidétur mundo, quàm mentem verbis oſténdere; nil cállidâ machinatióne ſimuláre, nullas injúriis contumélias réddere; pro maledicéntibus oráre; paupertátem quærere; poſſeſſa relínquere; rapienti non reſiſtere; percutienti maxillam álteram præbére?

Poſt pauca. Cap. 16. *&* 17.

LECTIO VI.

QUæ nimírum juſti ſimplícitas bréviter ſed ſufficienter exprímitur, cùm prótinus ſubinfertur: Lampas contempta apud cogitatiónes divitum. Sæpè namque contingit, ut electus quiſque, qui ad æternam fe-

licitátem dúcitur, continuâ hìc adverſitáte deprimátur; non hunc rerum abundántia fúlciat, non dignitátum glória honorábilem oſtendat, nulla ei obſequéntium frequéntia ſuppetat, nulla hunc humánis óculis véſtium pompa compónat: à cunctis verò deſpicábilis cérnitur, & hujus mundi glóriâ indignus æſtimátur: ſed tamen ante occulti júdicis óculos virtútibus émicat, vitæ méritis coruſcat; honorári métuit, déſpici non réfugit; corpus continéntiâ ásficit, ſolâ in ánimo dilectióne pingueſcit: mentem ſemper ad patiéntiam præparat, & erectus pro juſtítia de perceptis contuméliis exultat; afflictis ex corde compátitur; de bonórum proſperitátibus quaſi de própriis lætátur; ſacri verbi pábula in mente ſollícitus rúminat; & inquisítus quódlibet, éloqui duplíciter ignórat.

IN III. NOCTURNO.

De libro Sapiéntiæ.

LECTIO VII. *Cap.* 4.

JUſtus ſi morte præoccupátus fúerit, in refrigério erit. Senectus enim venerábilis eſt, non diuturna, neque annórum número computáta. Cani autem ſunt ſenſus hóminis, & ætas ſenectútis vita immaculáta. Placens Deo factus eſt dilectus, & vivens inter peccatóres tranſlátus eſt. Raptus eſt, ne malítia mutáret intellectum ejus, aut ne fictio deciperet ánimam illíus. Faſcinátio enim nugacitátis obſcúrat bona, & inconſtántia concupiſcéntiæ tranſvertit ſenſum ſine malítia. Conſummátus in brevi explévit témpora multa: plácita enim erat Deo ánima illíus; propter hoc properávit edúcere illum de médio iniquitátum.

LECTIO VIII.

POpuli autem videntes, & non intelligentes, nec ponentes in præcórdiis tália: quóniam grátia Dei, & miſericórdia eſt in ſanctos ejus, & reſpectus in electos illíus. Condemnat autem juſtus mórtuus vivos ímpios, & juventus celérius conſummáta, longam vitam injuſti. Vidébunt enim finem ſapientis, & non intélligent quid cogitáverit de illo Deus, & quare muníerit illum Dóminus. Vidébunt, & contemnent eum: illos autem Dóminus irridébit. Et erunt poſt hæc decidentes ſine honóre, & in contumélia inter mórtuos in perpétuum: quó-

diſrumpet illos in-
ſine voce, & com-
›it illos à funda-
; ; & uſque ad ſu-
m deſolabuntur.
ſancti Evangélii ſe-
ındùm Lucam.
·IO IX. *Cap.* 12.
illo témpore, Di-
ſeſus diſcípulis ſuis:
ımbi veſtri præcin-
: lucernæ ardentes
ánibus veſtris. Et
a.
lia ſancti Gregórii
Papæ.
Evang. Hom. 13.
Ominus dicit: Sint
umbi veſtri præcin-
Lumbos præcíngi-
ùm carnis luxúriam
ontinéntiam coar-
ıs. Sed quia minus
ala non ágere, niſi
quiſque ſtúdeat &
opéribus inſudáre,
ıùs ádditur: Et lu-
: ardentes in máni-
ſtris. Lucernas quip-
dentes in mánibus
ıus, cùm per bona
próximis noſtris lu-
empla monſtrámus.
ıibus profectò opé-
Dóminus dicit:
ıt lux veſtra coram
nibus, ut vídeant
veſtra bona, &
icent Patrem ve-
, qui in cœlis eſt.
autem ſunt quæ ju-
r, & lumbos re-
ere, & lucernas te-
nére; ut & munditia ſit
caſtitátis in córpore, &
lumen veritátis in ope-
ratióne. Redemptóri éte-
nim noſtro unum ſine
áltero placére nequáquam
poteſt: ſi aut is qui bona
agit, adhuc luxúriæ in-
quinamenta non déſerit:
aut is qui caſtitáte præé-
minet, necdum ſe per bo-
na ópera exercet. Nec cá-
ſtitas ergo magna eſt ſine
bono ópere, nec opus
bonum eſt áliquod ſine
caſtitáte.

Si Feſtum ſit Virginis.

IN II. NOCTURNO.

Ex libro ſancti Cypriáni Epíſcopi & Mártyris, de diſciplina & hábitu Vírginum.

Paulò poſt init.

LECTIO IV.

NUnc nobis ad Vírgines ſermo eſt, quarum quò ſublímior glória eſt, major & cura eſt. Flos eſt ille eccleſiáſtici gérminis, decus atque ornamentum grátiæ ſpiritális, læta indoles, laudis & honóris opus íntegrum atque incorruptum; Dei imágo reſpondens ad ſanctimóniam Dómini, illúſtrior pórtio gregis Chriſti. Gaudet per illas, atque in illis lárgiter floret Eccléſiæ matris glorióſa fecúnditas: quantóque plus copióſa virgínitas nú-

mero ſuo addit, tantò plus gaudium matris augeſcit.

LECTIO V.

AD has lóquimur, has adhortámur affectióne pótiùs quàm poteſtáte: non quòd extrémi, & mínimi, & humilitátis noſtræ ádmodum cónſcii, áliquid ad cenſúram licéntiæ vindicémus; ſed quòd ad ſollicitúdinem magis cauti, plus de diáboli infeſtatióne timeámus. Neque enim inánis hæc cáutio eſt, & vana formído, quæ ad ſalútis viam cónſulit, quæ domínica & vitália præcepta cuſtódit; ut quæ ſe Chriſto dicáverint, & à carnáli concupiſcéntia recedentes, tam carne, quàm mente ſe Deo vóverint, conſúmment opus ſuum magno præmio deſtinátum: nec ornári jam, aut placére cuiquam, niſi Dómino ſuo, ſtúdeant, à quo & mercédem virginitátis expectant, dicente ipſo: Non omnes cápiunt verbum, ſed illi quibus datum eſt.

LECTIO VI.

DEnuo quoque per hanc Angeli vocem, continéntiæ munus oſténditur, virgínitas prædicátur. Hi ſunt, inquit, qui cum muliéribus ſe non coinquinavérunt; vírgines enim permanſérunt: hi ſunt qui ſequuntur Agnum quocumque íerit. Neque enim tantùm máſculis continéntiæ grátiam Dóminus repromíttit, & féminas prætérit: ſed quóniam fémina viri pórtio eſt, & ex eo ſumpta atque formáta eſt; in ſcriptúris ferè ómnibus ad protoplaſtum Deus lóquitur, quia ſunt duo in carne una, & in máſculo ſimul ſignificátur & fémina. Quòd ſi Chriſtum continéntia ſéquitur, & regno Dei virgínitas deſtinátur; quid eſt illis cum terréno cultu, & cum ornamentis, quibus dum homínibus placére géſtiunt, Deum offendunt?

IN III. NOCTURNO.

De Epíſtola prima B. Pauli Apóſtoli ad Corínthios.

LECTIO VII. *Cap. 7.*

DE virgínibus præceptum Dómini non hábeo: consilium autem do, tamquam miſericórdiam conſecútus à Dómino, ut ſim fidélis. Exíſtimo ergo hoc bonum eſſe propter inſtantem neceſſitátem, quóniam bonum eſt hómini ſic eſſe. Alligátus es uxóri? noli quærere ſolutiónem. Solútus es ab uxóre? noli quærere uxórem. Si autem accéperis

uxórem,

uxórem, non peccaſti. Et ſi núpſerit virgo, non peccávit. Tribulatiónem tamen carnis habébunt hujúſmodi. Ego autem vobis parco. Hoc ítaque dico, fratres: tempus breve eſt: réliquum eſt, ut & qui habent uxóres, tamquam non habentes ſint: & qui flent, tamquam non flentes: & qui gaudent, tamquam non gaudentes: & qui emunt, tamquam non poſſidentes: & qui utuntur hoc mundo, tamquam non utantur; prǽterit enim figúra hujus mundi.

LECTIO VIII.

VOlo autem vos ſine ſollicitúdine eſſe. Qui ſine uxóre eſt, ſollícitus eſt quæ Dómini ſunt, quómodo pláceat Deo. Qui autem cum uxóre eſt, ſollícitus eſt quæ ſunt mundi, quómodo pláceat uxóri: & diviſus eſt. Et múlier innupta & virgo cógitat quæ Dómini ſunt, ut ſit ſancta córpore & ſpíritu. Quæ autem nupta eſt, cógitat quæ ſunt mundi, quómodo pláceat viro. Porrò hoc ad utilitátem veſtram dico: non ut láqueum vobis injíciam, ſed ad id quod honeſtum eſt, & quod facultátem præbeat ſine impedimento Dóminum obſecrandi.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Matthæum.

LECTIO IX. *Cap.* 25.

IN illo témpore, Dixit Jeſus diſcípulis ſuis parábolam hanc: Símile erit regnum cœlórum decem virgínibus, quæ accipientes lámpades ſuas, exiérunt óbviàm ſponſo & ſponſæ. Et réliqua.

Homília ſancti Gregórii Papæ.

In Evang. Homil. 12.

OMnes lámpades habent, ſed omnes óleum non habent; quia plerumque bona in ſe ópera cum electis & réprobi oſtendunt: ſed ſoli ad ſponſum cum oleo véniunt, quia de his quæ foris égerint, intùs glóriam requírunt. Unde per Pſalmiſtam quoque de ſancta Electórum Ecclésia dícitur: Omnis glória ejus fíliæ regis ab intùs. Moram autem faciente ſponſo, dormitavérunt omnes & dormiérunt: quia dum venire judex ad extrémum judícium differt, electi & réprobi in mortis ſomno ſopiuntur. De adventu ſponſi clamor in média nocte fit: quia ſic dies judícii ſurrépit, ut prævidéri non váleat quando venit. Unde ſcriptum eſt: Dies Dómini ſicut fur in nocte, ita véniet. Tunc

omnes vírgines ſurgunt: quia & electi & réprobi à ſomno ſuæ mortis excitantur. Lámpades ornant; quia ſua ſecum ópera númerant, pro quibus æternam recípere beatitúdinem expectant. Sed lámpades fatuárum vírginum extinguuntur; quia eárum ópera quæ clara homínibus foris apparuérunt, in adventu júdicis intùs obſcurantur: & à Deo retributiónem non invéniunt, quia pro eis recepérunt ab homínibus laudes quas amavérunt.

Si Feſtum ſit ſanctæ Mulieris aut Viduæ.

IN II. NOCTURNO.

Ex libro ſancti Ambróſii Epíſcopi, de Víduis.

Sub finem.

LECTIO IV.

UT ad grátiam virtútis víduas adhortámur, ita étiam ad eccleſiáſticam diſciplínam féminas provocámus, quia Eccléſia conſtat ex ómnibus. Diverſis virtútibus merces diverſa propóſita eſt: nec áliud reprehénditur, ut áliud prædicétur; ſed ómnia prædicantur, ut quæ melióra ſunt præferantur. Honorábile ígitur conjúgium, ſed honorabílior intégritas: nam & qui matrimónio jungit vírginem ſuam, bene facit; & qui non jungit, mélius facit. Quod ígitur bonum, non vitandum eſt; & quod eſt mélius, eligendum eſt. Itaque non impónitur, ſed præpónitur. Et ídeo bene Apóſtolus dicit: De virgínibus præceptum Dómini non hábeo, consílium autem do.

Long. poſt præd.

LECTIO V.

SEd nec vídua præceptum áccipit, ſed consílium; consílium autem non ſemel datum, ſed ſæpe repetítum. Nam & primò dixit, Bonum eſt enim mulíerem non tángere; & íterùm, Volo ſic omnes hómines eſſe, ſicut & meipſum; & tértiò, Bonum eſt illis ſi ſic máneant ſicut & ego; & quartò, Bonum eſt propter inſtantem neceſſitátem: & hoc placére Dómino, & hoc honeſtum eſſe: poſtrémò beatiórem eſſe in viduitáte perſeverantem, non tantùm ſuo consílio, ſed étiam Dei ſpíritu definívit. Quænam ígitur talis conſiliárii benignitátem recúſet, qui & voluntáti habénas indúlgeat, & id ſuádeat áliis, quod in ſe expertus útile judicávit, non fácilis comprehendi, nec faſtidióſus æquári? Quæ ígitur refúgiat ſan-

cta fíeri córpore & ſpíritu; cùm ſupra labórem ſit prǽmium, ſupra uſum grátia, ſupra opus mercés?

LECTIO VI.

ATque hoc ita dico, non ut láqueum cæteris injíciam, ſed ut commiſſi mihi ruris operárius agrum hunc Eccléſiæ fértilem cernam, nunc integritátis flore vernantem, nunc viduitátis gravitáte pollentem, nunc étiam conjúgii frúctibus redundantem. Nam etſi diverſi, unius tamen agri fructus ſunt: nec tanta hortórum lília, quantæ ariſtæ ſégetum, méſſium ſpicæ, compluriúmque ſpátia campórum recipiéndis aptantur ſeminibus, quàm rédditis novales frúctibus feriantur. Bona ergo vidúitas quæ tóties apoſtólico judício prædicátur: hæc enim magiſtra fídei, magiſtra eſt caſtitátis.

IN III. NOCTURNO.

De Parábolis Salómonis.

LECTIO VII. *Cap.* 31.

MUlíerem fortem quis invéniet? procul, & de últimis fínibus prétium ejus. Confídit in ea cor viri ſui, & ſpóliis non indigébit. Reddet ei bonum, & non malum, ómnibus diébus vitæ ſuæ. Quæſívit lanam & linum, & operáta eſt consílio mánuum ſuárum. Facta eſt quaſi navis inſtitóris, de longè portans panem ſuum. Et de nocte ſurrexit, deditque prædam domésticis ſuis, & cibária ancillis ſuis. Conſiderávit agrum, & emit eum: de fructu mánuum ſuárum plantávit víneam. Accinxit fortitúdine lumbos ſuos, & roborávit bráchium ſuum.

LECTIO VIII.

GUſtávit, & vidit quia bona eſt negotiátio ejus: non extinguétur in nocte lucerna ejus. Manum ſuam miſit ad fórtia, & digiti ejus apprehendérunt fuſum. Manum ſuam apéruit ínopi, & palmas ſuas extendit ad páuperem. Non timébit dómui ſuæ à frigóribus nivis: omnes enim doméſtici ejus veſtiti ſunt duplícibus. Stragulátam veſtem fecit ſibi, byſſus & púrpura indumentum ejus. Nóbilis in portis vir ejus, quando ſéderit cum ſenatóribus terræ. Síndonem fecit, & véndidit, & cíngulũ trádidit Chananæo.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Matthæum.

LECTIO IX. *Cap.* 13.

IN illo témpore, Dixit Jeſus diſcípulis ſuis parábolam hanc: Símile

eſt regnum cœlórum theſauro abſcóndito in agro. Et réliqua.

Homília ſancti Gregórii Papæ.

In Evang. Homil. 11.

CŒlórum regnum, fratres chariſſimi, idcirco terrénis rebus símile dícitur, ut ex his quæ ánimus novit, ſurgat ad incógnita quæ non novit: quátenus exemplo viſibílium ſe ad inviſibília rápiat, & per ea quæ uſu dídicit, quaſi confricátus incaleſcat: ut per hoc quod ſcit notum dilígere, diſcat & incógnita amáre. Ecce enim regnum cœlórum theſauro abſcóndito in agro comparátur: quem qui invénit homo, abſcondit, & præ gáudio illíus vadit, & vendit univerſa quæ habet, & emit agrum illum. Qua in re hoc quoque notandum eſt, quòd inventus theſaurus abſcónditur, ut ſervétur; quia ſtúdium cœleſtis deſidérii à malignis ſpirítibus cuſtodíre non ſúfficit, qui hoc & ab humánis láudibus non abſcondit. In præſenti étenim vita quaſi in via ſumus, quâ ad pátriam pérgimus: maligni autem ſpíritus iter noſtrum quaſi quidam latrúnculi óbſident. Deprædári ergo deſíderat, qui theſaurum públicè portat in via. Hoc autem dico, non ut próximi ópera noſtra bona non vídeant, cùm ſcriptum ſit: Vídeant ópera veſtra bona, & gloríficent Patrem veſtrum qui in cœlis eſt; ſed ut per hoc quod ágimus, laudes extériùs non quærámus. Sic autem ſit opus in público, quátenus inténtio máneat in occulto: ut & de bono ópere próximis præbeámus exemplum, & tamen per intentiónem quâ ſoli Deo placére quærimus, ſemper optémus ſecrétum.

DIEBUS INTRA OCTAVAM.

Semiduplex.

Omnia ut in die, exceptis quæ ſequuntur.

Ad Officium Nocturn. tres Ant. ℣. *&* ℟℟℟. *de Nocturno diei ſecundùm Feriam occurrentem. Lectio I. & II. de Scriptura occurrente. Fit una ex j. & ij. Lectio III. ut infrà pro qualibet die.*

Ad Laudes, dicuntur Pſalmi Feriæ cum Cantico de Feſtis ſub unica Antiphon. quæ eſt quarta Laudum.

Ad Veſperas, Pſalmi Feriæ ſub unica Ant. quæ eſt prima de Laudibus.

Dominicâ intra Octavam occurrente, totum Officium fit de Dominica ut in Pſalterio, incipiendo à j. Veſperis quæ erunt integra de Sabbato ante Dominicam occurrentem, cum commemoratione Octavæ in utriuſque Veſperis & Laudibus.

SECUNDA DIE.

Sermo ſancti Gregórii Niſſéni Epíſcopi.

Orat. de ſancto Theodoro.

CONſiderâte, hujus puri cultûs miniſtri ſtudióſi, quanta res ſit cultus, quámque multas conſequátur remuneratiónes: & cógnito pietátis fructu, imitámini consílium, & aſpiráte ad ánimum & voluntátem eórum, qui ita præ cæteris honorantur. Cui regum talis honor habétur? quis eſt ex iis, qui ſupra modum inter hómines excéllere viſi ſunt, qui tali memóriâ celebrétur? Quis imperatórum, qui urbes munítas cepérunt, natiónes innúmeras ſubegérunt, ádeò decantátus & famâ celebrátus eſt?

TERTIA DIE.

Sermo ſancti Ambróſii Epíſcopi.

Ep. 22. ad Marcel. ſororem.

GRátias tibi, Dómine Jeſu, quòd hoc témpore tales nobis Sanctórum ſpíritus excitaſti, quo Ecclésia tua ſancta præsídia majóra desíderat. Agnoſcant omnes quales ego propugnatóres requíram. Hos ego acquisívi tibi, plebs ſancta, qui proſint ómnibus, némini nóceant: tales ego ámbio defenſóres: tales mílites hábeo: hoc eſt, non ſéculi mílites, ſed mílites Chriſti. Nullam de tálibus invídiam tímeo, quorum quò majóra, eò tutióra patrocínia ſunt. Horum étiam illis ipſis, qui mihi eos ínvident, opto præsídia. Véniant ergo & vídeant ſtipatóres meos: tálibus me armis ambíri non nego. Nos etſi eos vidére non póſſumus, ſentímus tamen.

QUARTA DIE.

Sermo ſancti Hierónymi Preſbyteri.

Contra Vigilantium.

DIcis in libello tuo, quòd dum vívimus, mútuò pro nobis oráre póſſumus: poſtquam autem mórtui fuérimus, nullíus ſit pro álio exaudienda orátio. Si Apóſtoli & Mártyres adhuc in córpore conſtitúti, poſſunt oráre pro cæteris, quando pro ſe adhuc debent eſſe ſollíciti: quantò magis, poſt corónas,

victórias & triumphos ! Unus homo Móyſes ſexcentis míllibus armatórum ímpetrat à Deo véniam : & Stéphanus imitátor Dómini ſui, & primus Martyr in Chriſto, pro perſecutóribus véniam deprecátur : & poſtquàm cum Chriſto eſſe cœperint, minùs valébunt ?

QUINTA DIE.

Sermo S. Basílii Epíſcopi.

Orat. in 40. *Martyres.*

PArátum eſt hìc Chriſtiánis auxílium, Eccléſia vidélicet Mártyrum, exércitus triumphántium, chorus laudántium Deum. Qui áliquâ prémitur angúſtiâ, ad hos cónfugit : qui rursùs lætátur, ad hos occurrit : hic ut à malis liberétur ; ille ut duret in rebus lætis. Hìc múlier orans pro fíliis audítur ; peregrinanti viro réditum incólumem, ægrotanti verò ſalútem implórat. O ſanctum chorum ! ô ſacrum órdinem ! ô cúneum inexpugnábilem ! ô commúnes géneris humáni cuſtódes ! óptimi curárum ſócii, precum adjutóres, legáti apud Deum potentíſſimi, aſtra mundi, flores Eccleſiárum ! Vos non terra contexit, ſed cœlum excépit.

SEXTA DIE.

Sermo ſancti Clementis Papæ & Mártyris.

Epiſt. 1. *ad Corinth. c.* 32. 33. *ſec.* 1.

II glóriam & amplitúdinem conſecúti ſunt non per ſeipſos aut ópera ſua, aut juſtas actiónes quas fecérunt, ſed per voluntátem Dei. Et nos ígitur ex voluntáte illíus in Chriſto Jeſu vocáti, non per noſipſos juſti efficimur, neque per ſapiéntiam noſtram, aut intelligéntiam, aut pietátem, aut ópera quæ in cordis ſanctitáte operáti ſumus ; ſed per fidem, per quam cunctos, qui unquam juſti fuérunt, juſtificávit Deus omnípotens. Quid ígitur faciémus, fratres ? ceſſábimus à bonis opéribus, & charitátem derelinquémus ? néutiquam hoc à nobis fieri permittat Dóminus : ſed cum diligéntia & alacritáte feſtinémus omne opus bonum perficere. Videámus quòd in bonis opéribus ornáti fuérunt omnes juſti. Et ipſe Dóminus cùm ſe opéribus decoraſſet, gavíſus eſt. Habentes ítaque hoc exemplar, ímpigrè ad voluntátem ejus accedámus ; ex totis víribus noſtris operémur opus juſtítiæ.

PTIMA DIE.
no ſancti Auguſtini
Epíſcopi.
. 1. *in Ep.* 15. *Joann.*
annes quid dixit ? Et
quis peccáverit, ad-
um habémus apud
m Jeſum Chriſtum.
licit áliquis : Ergo
i non petunt pro
; ? Ergo Epíſcopi vel
óſiti non petunt pro
lo ? Sed atténdite
túras, & vidéte quia
epóſiti commendant
pulo. Nam Apóſto-
icit plebi : Orantes
& pro nobis. Orat
tolus pro plebe : orat
pro Apóſtolo. Orá-
pro vobis, fratres,
vos oráte pro no-
ínvicem pro ſe óm-
nembra orent, ca-
pro ómnibus inter-
t.

*l Veſperas, omnia ut
imis Veſperis Feſti.*

N OCTAVA.
Duplex-majus.
*ficium ut in die, ex-
quæ ſequuntur.*

II. NOCTURNO.
o ſancti Bernardi
Abbátis.

ECTIO IV.
*igilia SS. Petri &
Pauli.*

Ria ſunt quæ in fe-
ſtivitátibus Sanctó-
vigilanter conſide-
debémus : auxílium
Sancti, exemplum ejus, confuſiónem noſtram. Auxílium ejus, quia qui potens in terra fuit, poténtior eſt in cœlis ante fáciem Dómini Dei ſui. Si enim dum hìc víveret, miſertus eſt peccatóribus, & orávit pro eis : nunc tantò ámpliùs, quantò vériùs agnóſcit miſérias noſtras, orat pro nobis Patrem : quia beáta illa pátria charitátem ejus non immutávit, ſed augmentávit : neque enim quia impaſſíbilis omnínò, ídeò & incompaſſíbilis factus eſt.

LECTIO V.

DEbémus étiam atténdere exemplum ejus, quia quámdiù in terris viſus eſt, & cum homínibus converſátus eſt, non declinávit ad déxteram, neque ad ſiniſtram, ſed viam régiam ténuit, donec veníret ad illum, qui dicit : Ego ſum via, véritas, & vita. Intuémini humilitátem óperum ejus, auctoritátem verbórum ejus ; & tunc vidébitis quómodò tam verbo, quam exemplo lúxerit inter hómines : quália nobis veſtígia derelíquerit, ut ambulémus per ea, & non errémus in eis. Verè juxta Prophétam : Sémita juſti.

recta eſt, rectus callis juſti ad ambulandum.

LECTIO VI.

SEd & diligentióri intúitu confuſiónem noſtram inſpiciámus: quia homo ille ſímilis nobis fuit paſſíbilis, ex eódem luto formátus, ex quo & nos. Quid ergo eſt quòd non ſolùm difficile, ſed & impoſſíbile crédimus, ut faciámus ópera quæ fecit? Confundámur, fratres, & contremiſcámus. Hómines iſti fuérunt, qui præceſſérunt nos, qui tam mirabíliter proceſſérunt per vias vitæ, ut vix eos hómines fuiſſe credámus. Sic ergo in Sanctórum feſtivitátibus & gaudére & confundi debémus: gaudére, quia Patrónos præmíſimus; confundi, quia eos imitári non póſſumus.

IN III. NOCTURNO.

De libro Apocalypſis beáti Joannis Apóſtoli.

LECTIO VII. *Cap. 5. 6.*

VIdi, & ecce in médio throni, & quátuor animálium, & in médio ſeniórum, Agnum ſtantem, tamquàm occíſum, habentem córnua ſeptem, & óculos ſeptem; qui ſunt ſeptem ſpíritus Dei, miſſi in omnem terram. Et venit, & accépit de déxtera ſedentis in throno librum. Et cùm aperuiſſet librum, quátuor animália, & viginti quátuor ſeniores cecidérunt coram Agno, habentes ſínguli cítharas, & phíalas áureas plenas odoramentórum, quæ ſunt oratiónes Sanctórum: & cantábant cánticum novum.

Si fuerit Dominica, legitur pro VIII. Lectione Evangelium & Homilia Feſti, & pro IX. Lectione, Evangelium & Homilia Dominicæ occurrentis.

LECTIO VIII. *Cap. 8. 2.*

VIdi ſeptem Angelos ſtantes in conſpectu Dei, & datæ ſunt illis ſeptem tubæ. Et álius Angelus venit, & ſtetit ante altáre habens thuríbulum áureum: & data ſunt illi incenſa multa, ut daret de oratiónibus Sanctórum ómnium ſuper altáre áureum, quod eſt ante thronum Dei. Et aſcendit fumus incenſórum de oratiónibus Sanctórum de manu Angeli coram Deo. Et accépit Angelus thuríbulum, & implévit illud de igne altáris, & miſit in terram, & facta ſunt tonítrua, & voces, & fúlgura, & terræ motus magnus.

ſancti Evangélii ſe-
ndùm Lucam.

o IX. *Cap.* 11. 5.

perſeverans omnia impetrat.

llo témpore; Di-
'eſus diſcípulis ſuis:
veſtrûm habébit
n, & ibit ad il-
iédiâ nocte, & di-
i: Amíce, cóm-
mihi tres panes.
qua.

ília ſancti Basílii
Epíſcopi.

ut. Monaſt. Cap. 1.

Oc exemplum id-
circò nobis propó-
Dómino, ut in
res ac pertináces
s dóceat. Exem-
b hómine ad álium
em ſumit, ut in-
s nullâ labóris fati-
debére te à ſuſcep-
óſito desíſtere, ut
et quandocumque
petíeris, neque impetráveris, támdiù perſevéres, quoad ímpetres, ſi tamen ea petas, quæ voluntáti Dei non repugnent. Neque díxeris: Peccátor ſum, & proptérea non exáudior. Ut enim diffidéntiæ ille tibi cauſam omnem præcíderet, illud adjécit: Etſi non dabit illi ſurgens, eò quòd amícus ejus ſit, propter improbitátem tamen dabit illi quotquot habet neceſſários. At ſæpe petívi, neque impetrávi: prorsùs, quia non rectè petiviſti, vidélicet aut dubitabundus, aut áliud agens, aut quæ tibi utília non erant futúra. Quòd ſi & quæ tibi erant utília ſæpe petiiſti, at non perſeverántiam adhibuiſti: ſcriptum eſt enim: Qui perſeveráverit uſque in finem, hic ſalvus erit.

OFFICIUM B. MARIÆ
IN SABBATO,
Et in Feſtis ejuſdem quæ non habent Officium proprium.

Omnibus Sabbatis, præterquam in Adventu, Quadrageſimâ, Vigiliis cujuſcumque Feſti, inter Octavas, & niſi occurrat Feſtum Semiduplex aut ſuprà, ac niſi Officium fieri debeat de Feria, propter Quatuor Tempora, vel propter Officium alicujus Dominicæ quod eo die ponendum eſt, fit Officium de ſancta Maria, incipiendo à Veſperis Feriæ ſextæ præcedentis, & terminatur ad Nonam.

Pſalmi de Feria per totum Officium.

FERIA SEXTA.

AD VESPERAS.

Ritu Semiduplici.

Ant. 7. *d.* SUper te oriétur Dóminus, & glória ejùs in te vidébitur. *Iſ.* 60. 2.

Ant. 1. f. Ex te egrediétur, qui ſit Dominátor in Iſraël. *Mic.* 5. 2.

Ant. 8. G. In te benedicentur univerſæ cognatiónes terræ. *Gen.* 12. 3.

Ant. 3. a. Vidébunt gentes juſtum tuum, & cuncti reges ínclytum tuum. *Iſ.* 61. 2.

Ant. 5. a. Eris coróna glóriæ in manu Dómini, & diadéma regni in manu Dei tui. *Iſ.* 62. 3.

Capitulum. Bar. 5. 1. 2.

INdue te decóre, & honóre ejus quæ à Deo tibi eſt ſempiternæ glóriæ. Circúmdabit te Deus diplóide juſtítiæ, & impónet mitram cápiti honóris æterni.

Cùm ſit de Feſto Duplici aut ſuprà, dicitur ſequens

℟. Deus oſtendet ſplendórem ſuum in te omni qui ſub cœlo eſt; * Nominábitur tibi nomen tuum à Deo in ſempitérnum, † Pax juſtítiæ, & honor pietátis. *Bar.* 5. 3. 4. ℣. Quod naſcétur ex te Sanctum, vocábitur Fílius Dei. *Luc.* 1. 35. * Nominábitur.

℣. Glória. † Pax juſtítiæ.

Hymnus.

AVE, maris Stella,
Dei Mater alma,
Atque ſemper Virgo,
Felix cœli porta.

SUMENS illud Ave,
Gabriélis ore,
Funda nos in pace,
Mutans nomen Evæ.

SOLVE vincla reis,
Profer lumen cæcis:
Mala noſtra pelle,
Bona cuncta poſce.

MONSTRA te eſſe matrem;
Sumat per te preces,
Qui pro nobis Natus,
Tulit eſſe tuus.

VIRGO ſingulláris,
Inter omnes mitis,
Nos culpis ſolútos,
Mites fac & caſtos.

VITAM præſta puram,
Iter para tutum,
Ut videntes Jeſum,
Semper collætémur.

SIT laus Deo Patri,
Summo Chriſto decus,
Spirítui ſancto,
Tribus honor unus.
Amen.

℣. Concupiſcet Rex decórem tuum, ℟. Quia ipſe eſt Dóminus Deus tuus. *Pſ.* 44. 12.

Ad Magnif. *Ant.* 7. G. Magna eris, & nomen tuum nominábitur in univerſa terra. *Judith.* 10. 21.

Oratio, Concéde nos, *ut infrà in Laudibus.*

Quoties Veſperæ dictæ ſunt de Beata, toties

AD COMPLETORIUM.

Hymnus.

VIRGINEIS títulis quæ matris jungit honóres,
Hâc natos fóveat nocte benigna ſuos.
FULGIDA ſtella maris, ſecli dum mérgimur undis,
Sit lux in ténebris, & bene fida quies.
SI ſopor obrépit, caſti fac Mater amóris,
Cor vígilans uno ſpiret amóre Dei.
VIRGO Dei génitrix, própiùs res áſpice noſtras;
Dicáris pópuli vita ſaluſque tui.
GLORIA ſumma Patri, compar ſit glória Nato,
Par tibi laus, Flamen, quo piâ Virgo parit.
Amen.

Capitulum. Iſ. 60. 20.

NOn óccidet ultrà ſol tuus, & luna tua non minuétur, quia erit tibi Dóminus in lucem ſempitérnam.

℟. *br.* In manus tuas, Dómine, &c.

℣. Cuſtódi nos, &c.

Ad Nunc dimittis. *Ant.* 7. d. Sub tuum præſídium confúgimus, ſancta Dei Génitrix, noſtras deprecatiónes ne deſpícias in neceſſitátibus;

ſed à periculis cunctis líbera nos ſemper, Virgo glorióſa & benedicta.

Non dicuntur preces.

Oratio.

DEus, qui in ſinu Vírginis Matris tuæ caſtiſſimæ requiéſcere dignátus es: da nobis, ipsâ intercedente, ut inimíci per noctem devitémus insídias, & tu ſis noſtra quies & tutum præſídium; Qui vivis.

AD OFFICIUM NOCT.

Ritu Simplici.

Invitatorium. Ave, María, grátiâ plena; * Dóminus tecum. *Luc.* 1. 28.

Pſ. Veníte.

Hymnus.

NOBIS Deum quæ párturis,
O Virgo, matrum máxima,
Preces tibi quas fúndimus,
Offer benigna Fílio.

NOVI ſimul tu fœderis,
Et orbis arca náufragi,
Columba pacis núntia,
Et pacis obſes mitteris.

QUO vivis, à te súſcipit
Vitam, Creátor ómnium;
Immenſus in te cláuditur;
De te fit Æternus, caro.

TUIS tenétur légibus,
Mundi tremendus Légifer;
A te puer lac mútuat
Qui dat cibum quo páſceris.

COELUM ferentem ſúſtines,
Greſſus Tonantis témperas;
Suóque ſtantem Númine,
Loco ſitúque dímoves.

SIT laus Patri, laus Fílio,
Qui natus eſt de Vírgine;
Quo Virgo fit puérpera,
Sit par tibi laus, Spíritus.
Amen.

Menſibus Januario, Aprili, Junio, & Septembri, dicitur hoc I. Noct.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 8. c. Dóminus fáciens & formans te, ab útero auxiliátor tuus. *Iſ.* 44. 2.

Ant. 6. C. Benedicentur in te omnes tribus terræ. *Gen.* 28. 14.

Ant. 4. a. Venit lumen tuum, & glória Dómini ſuper te orta eſt. *Iſ.* 60. 1.

℣. Ipſe eſt Dóminus Deus tuus; ℟. Et adorábunt eum. *Pſ.* 44. 12.

℟. *j.* Manus Dómini confortávit te, * Et ídeò eris benedicta in ætérnum. *Judith.* 15. 11.
℣. Beáta quæ credidiſti, quóniam perficientur ea quæ dicta ſunt tibi à Dómino. *Luc.* 1. 45. * Et.

℟. *ij.* Tu honorificéntia pópuli noſtri, quia feciſti viríliter, & confortátum eſt cor tuum, * Eò quòd caſtitátem

amáveris. *Judith.* 15. 10. 11. ℣. Miſſus eſt Angelus Gábriel à Deo. *Luc.* 1. 26. * Eò quòd.

℟. *iij.* In omni gente quæ audíerit nomen tuum, * Magnificábitur ſuper te Deus Iſraël. *Judith.* 13. 31. ℣. Ubicumque prædicátum fúerit Evangélium. *Marc.* 14. 9. * Magnificábitur. ℣. Glória. * Magnificábitur.

Menſibus Februario, Julio, & Octobri, dicitur hoc ſecundum Nocturn.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 3. g. Non vocáberis ultrà derelícta, quia complácuit Dómino in te. *Iſ.* 62. 4.

Ant. 2. D. In ſécula ſeculórum luce ſplendidâ fulgébis. *Tob.* 13. 12. 13.

Ant. 7. d. Benedícta tu à Deo tuo in omni tabernáculo Jacob. *Judith.* 13. 31.

℣. Glorióſa dicta ſunt de te, ℟. Cívitas Dei. *Pſal.* 86. 3.

℟. *iv.* Benedícta es tu, fília, à Dómino Deo excelſo, * Præ ómnibus muliéribus ſuper terram. *Judith.* 13. 23. ℣. Ne tímeas, María: Inveniſti enim grátiam apud Deum. *Luc.* 1. 30. * Præ ómnibus.

℟. *v.* Multæ fíliæ congregavérunt divítias; * Tu ſupergreſſa es univerſas. *Prov.* 31. 29. ℣. Dóminus tecum; benedícta tu in muliéribus. *Luc.* 1. 28. * Tu ſupergreſſa.

℟. *vj.* Non pepercíſti ánimæ tuæ propter angúſtias & tribulatiónem géneris tui, * Subveníſti ruínæ † Ante conſpectum Dei noſtri. *Judith.* 13. 25. ℣. Fecit Dóminus poténtiam in bráchio ſuo; diſperſit ſuperbos mente cordis ſui. *Luc.* 1. 51. * Subveníſti. ℣. Glória. † Ante.

Menſibus Martio, Maio, Auguſto, & Novembri, dicitur hoc tertium Nocturnum: etiam Decembri ante Adventum.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 1. a. Quàm pulchra es! Oculi tui columbárum. *Cant.* 4. 1.

Ant. 4. E. Sicut vitta coccínea, lábia tua; & elóquium tuum dulce. *Ibid.* 4. 3.

Ant. 5. a. Odor unguentórum tuórum ſuper ómnia arómata. *Ibid.* 4. 10.

℣. Pulchritúdine tuâ intende, ℟. Próſperè procéde, & regna. *Pſ.* 44. 4.

℟. *vij.* Benedixit te Dóminus in virtúte ſua; * Quia per te ad níhilum redégit inimícos noſtros. *Judith.* 13. 22. ℣. Benedícta tu inter mulíeres, & benedíctus fru-

ctus ventris tui. *Luc.* 1. 42. * Quia.

℟. *viij*. Benedictus Dóminus qui creávit cœlum & terram; * Quia hódie nomen tuum ita magnificávit, ut non recédat laus tua de ore hóminum. *Judith.* 13. 24. 25. ℣. Reſpexit Dóminus humilitátem ancillæ ſuæ. *Luc.* 1. 48. * Quia.

℟. *ix*. Memento diérum humilitátis tuæ, * Et tu ínvoca Dóminum, & lóquere Regi pro nobis, † Et líbera nos de morte. *Eſther.* 15. 2. 3. ℣. Quia non erit impoſsíbile apud Deum omne verbum. *Luc.* 1. 37. * Et tu. ℣. Glória. † Et líbera.

Te Deum.

AD LAUDES.

℣. *Sacerd.* Confiteantur tibi pópuli, Deus, ℟. Terra dedit fructum ſuum. *Pſ.* 66. 6. 7.

Ant. 6. F. Tu glória Jeruſalem, tu lætítia Iſraël, tu honorificéntia pópuli noſtri. *Judith.* 15. 10.

Ant. 8. c. Tota pulchra es, & mácula non eſt in te. *Cant.* 4. 7.

Ant. 1. g. Beáti omnes qui gaudent ſuper pace tua. *Tob.* 13. 18.

Ant. 4. A. Erit.

Canticum. Judith. 13. 17.

LAudáte Deum noſtrum, * qui non deſéruit ſperantes in ſe;

Et in me ancilla ſua adimplévit miſericórdiam ſuam, * quam promíſit dómui Iſraël;

Et interfécit in manu mea * hoſtem pópuli ſui.

Vivit autem ipſe Dóminus; * quóniam cuſtodívit me Angelus ejus:

Et hinc euntem, & ibi commorantem, * & inde huc reverteutem.

Et non permíſit me Dóminus * ancillam ſuam coinquinári.

Sed ſine pollutióne peccáti revocávit me * vobis gaudentem,

In victória ſua, in evaſióne mea, * & in liberatióne veſtra.

Glória Patri, &c.

Ant. Erit tibi Dóminus in lucem ſempiternam, & Deus tuus in glóriam tuam. *Iſ.* 60. 19.

Ant. 7. d. Quàm pulchra es, & quàm decóra in delíciis! *Cant.* 7. 6.

Capitulum. Cant. 6. 3.

PUlchra es, ſuávis, & decóra ſicut Jeruſalem, terríbilis ut caſtrórum ácies ordináta.

Hymnus.

O Quæ polo ſublímior,
Regína cœli díceris,
Nos è ſupernis ſédibus,
María, clemens áſpice.

Christus ſibi quos élígit

Fratres, adopta filios;
Et matris in nos víſcera,
Miteſque vultus índue.
Quid à Deo non óbtines
Supplex tuum per Fílium,
Quem virgináli víctimam
Offers placentem déxterâ?
Confisa tanto pígnori,
Ama favére nóxiis,
A te dato quos sánguine
Tuus redémit Fílius.
Fac, Virgo, noſtris cáſtitas
Intacta regnet córdibus:
Vitæque puræ críminum,
Sit mors beáta términus.
Sit laus Patri, laus Fílio,
Qui natus eſt de Vírgine;
Quo Virgo ſit puérpera,
Sit par tibi laus, Spíritus.
Amen.

℣. Rex noſter operátus eſt ſalútem, ℟. Tu confregiſti cápita dracónis. *Pſ.* 73. 12. 14.

Ad Benedictus. *Ant.* 3. E. Benedictus Dóminus qui te direxit in vúlnera cápitis príncipis inimicórum noſtrórum. *Judith.* 13. 24.

Oratio.

Concéde nos fámulos tuos, quæſumus, Dómine Deus, perpétuâ mentis & córporis ſanitáte gaudére: & glorióſâ beátæ Maríæ ſemper Vírginis interceſſióne, à præſenti liberári triſtítiâ, & æternâ pérfrui lætítiâ; Per Dóminum.

AD PRIMAM.

Ant. Tu glória.

Capitul. ut in Pſalterio.

℟. Chriſte, ℣. Qui natus es de María Vírgine.

AD TERTIAM.

Ant. Tota pulchra.

Capitulum. Judith. 8. 28.

Omnia quæ locúta es, vera ſunt, & non eſt in ſermónibus tuis ulla reprehénſio; nunc ergo ora pro nobis.

℟. *br.* Tríbuat tibi Dóminus * Secundùm cor tuum. *Repet.* Tríbuat. ℣. Et omne consílium tuum confirmet. * Secundùm. ℣. Glória. *Repet.* Tríbuat. *Pſ.* 19. 5.

℣. Ora pro nobis, ſancta Dei Génitrix, ℟. Ut digni efficiámur promiſſiónibus Chriſti.

AD SEXTAM.

Ant. Beáti.

Capitulum. Tob. 13. 23.

Benedictus Dóminus, qui exaltávit eam, & ſit regnum ejus in ſécula ſeculórum ſuper eam.

℟. *br.* Corónat te Dóminus * In miſericórdia. *Repet.* Corónat. ℣. Et miſeratiónibus. * In miſericórdia. ℣. Glória. *Repet.* Corónat. *Pſalm.* 102. 4.

℣. Elégit eam Dómi-

nus ℟. In habitatiónem ſibi. *Pſ.* 131. 13.

AD NONAM.

Ant. Quàm pulchra es.

Capitulum. Cant. 4. 11.

FAvus diſtillans lábia tua, mel & lac ſub lingua tua; & odor veſtimentórum tuórum ſicut odor thuris.

℟. *br.* Diffúſa eſt * Grátia in lábiis tuis. *Repet.* Diffúſa. ℣. Benedixit te Deus in æternum. * Grátia. ℣. Glória. *Repet.* Diffúſa.

℣. Replet Dóminus in bonis, ℟. Deſidérium tuum. *Pſ.* 102. 4.

Quando dicentur ſecundæ Veſperæ, Antiphonæ, Capitulum, ℣. de Laudibus, Hymnus, Ave, maris ſtella.

Ad Magnif. *Ant.* 8. G. Beáta Dei Génitrix María, Virgo perpétua, templum Dómini, ſacrárium Spíritûs Sancti: ſola ſine exemplo placuiſti Dómino noſtro Jeſu Chriſto.

Lectiones ſequentes dicuntur ſingulis menſibus in Officio Beatæ Mariæ in Sabbato.

MENSE JANUARIO.

Ex libro Epiſtolárum ſancti Cyrilli Alexandríni.

Conc. Eph. Part. 1. *Cap.* 9.

LECTIO III.

QUod Verbum caro factum perhibétur, id áliud nihil eſt, quàm quòd, perinde ac nos, carni & ſánguini communicávit, noſtróque córpore ſibi adjuncto ex mulíere prodíerit; deitáte ínterim, aut ex Patre nativitáte, non abjectâ: manſit enim in ipſa quoque carnis aſſumptióne quod priùs erat. Hoc, exactióris fidei doctrína ubíque prædicat: hoc ſanctos patres ſanxiſſe, eâque de causâ ſacram Vírginem Deíparam appellare mínimè dubitáſſe conſtat; non quòd Verbi natúra, ipſiúſve divínitas, ortûs ſui princípium ex ſancta Vírgine ſumpſerit; ſed quòd ſacrum illud corpus ánimâ intelligente perfectũ, ex ea tráxerit; cui & Dei Verbum ſecundùm hypóſtaſim unítum, ſecundùm carnem natum dícitur.

MENSE FEBRUARIO.

Sermo ſancti Gregórii Nyſſéni.

Orat. in Nat. Chriſti.

LECTIO III.

AUdi pudícam Vírginis vocem. Angelus partum núntiat: at illa virginitáti inhæret, & integritátem angélicæ demonſtratióni anteponendam júdicat: ne Angelo fidem non habet, nec à propóſito recédit ſuo. Interdixi, inquit, mihi con-

: viri. Quómodo
mihi, quóniam
ıon cognoſco ?
aríæ vox, de-
io eſt eórum quæ
ta hiſtória refe-
Si enim nuptiá-
â ducta fuiſſet à
quómodo paritú-
gelo prænuntian-
ı novam & alié-
ıre præ ſe tuliſ-
. ipſa quoque ſe-
axiſſet naturæ le-
liquando mater
rùm quia carnem
ſecrátam, tam-
ınctum áliquod
munus, opor-
actam integram-
táre; idcirco,
inquit, Angelus
è cœlo vénias,
quod oſténditur
ſúperet humá-
men me virum
re nefas eſt; quó-
e viro mater ero?
ıim ſponſum no-
virum non co-

E MARTIO.
; ſancti Irenæi
& Mártyris ad-
ùs hæreſes.
ſ. *Cap.* 19.
TIO III.
própria veniente
ıo; & ſuâ pró-
bajulante condi-
ıæ bajulátur ab-
ecapitulatiónem
in ligno fuit in-

obediéntiæ, per eam quæ in ligno eſt obediéntiam, faciente; & ſeductióne illâ ſolútâ quâ ſeducta eſt malè illa quæ jam viro deſtináta erat virgo Eva: per veritátem evangelizáta eſt bene ab Angelo jam ſub viro Virgo María. Quemádmodum enim illa per angélicum ſermónem seducta eſt, ut effúgeret Deum, prævaricáta verbum ejus: ita & hæc per angélicum ſermónem evangelizáta eſt, ut portáret Deum, obédiens ejus verbo. Et ſicut illa seducta eſt, ut effúgeret Deum; ſic hæc ſuáſa eſt obedíre Deo, utì vírginis Evæ virgo María fieret advocáta. Et quemádmodum aſtrictum eſt morte genus humánum per vírginem, ſolvátur per vírginem: æquâ lance diſpóſita virginális inobediéntia, per virginálem obediéntiam.

Si occurrat Feſtum celebrandum in aliqua Eccleſia de Beata Maria, ſi ſit Semiduplex, aut Duplex-minus, non leguntur Lectiones in I. Nocturno.

In II. leguntur de ſcriptura occurrente: in III. IV. & V. Lectiones erunt duæ Lectiones appoſitæ pro menſibus. VI. erit Homilia poſita inferiùs.

Si Feſtum celebretur

ritu Duplicis-majoris, aut ſuprà, in I. Nocturno Lectiones de ſcriptura occurrente. In II. tres Lectiones pro menſibus appoſitæ.

In III. Nocturno VII. Lectio erit ea quæ eſt II. in parvo Officio, cui apponetur Titulus, De Epíſtola beáti Pauli Apóſtoli ad Gálatas. *VIII. erit III. ejuſdem parvi Officii cui apponetur titulus*, De Apocalypſi beáti Joannis Apóſtoli. *IX. erit Homilia.*

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Lucam.

LECTIO VI. *aut* IX. *Cap.* 11.

IN illo témpore, Cùm loquerétur Jeſus ad turbas, extollens vocem quædam múlier de turba, dixit illi: Beátus venter qui te portávit, & úbera quæ ſuxiſti. Et réliqua.

Homília venerábilis Bedæ Presbyteri. *Lib.* 4. *C.* 49. *in Luc.* 11.

EXtollámus vocem cum Ecclésia Cathólica, cujus hæc múlier typum geſſit; extollámus & mentem de médio turbárum, dicamúſque Salvatóri: Beátus venter qui te portávit, & úbera quæ ſuxiſti! Verè enim beáta parens, quæ, ſicut quidam ait, Enixa eſt puérpera Regem qui cœlum terrámque tenet per ſécula. Quin immò beáti qui áudiunt verbum Dei, & cuſtódiunt! Pulchrè Salvátor atteſtatióni mulíeris ánnuit, non eam tantúmmodò quæ Verbum Dei corporáliter generáre merúerat, ſed & omnes qui idem Verbum ſpirituáliter audítu fídei concípere, & boni óperis cuſtódiâ, vel in ſuo, vel in proximórum corde párere, & quaſi álere ſtudúerint, aſſevérans eſſe beátos: quia & éadem Dei génitrix, & inde quidem beáta, quia Verbi incarnandi miniſtra facta eſt temporális: ſed inde multò beátior, quia ejuſdem ſemper amandi cuſtos manébat ætérna.

OFFICIUM PARVUM
BEATÆ MARIÆ.

Non dicitur quoties ſit Officium Semiduplex, aut ſuprà, nec intra Octavas, nec quando Officium diei eſt de Beata.

Singulæ Horæ hujus Officii dicuntur hoc modo: Officium Nocturnum, Laudes & Veſperæ dicuntur inter Suffragia. Prima, poſt Primam diei, ante Officium Capituli: Tertia poſt Benedicámus *Tertiæ; & ſic de cæteris Horis.*

AD OFFICIUM NOCT.

Invit. Ave, María, grátiâ plena; * Dóminus tecum. *Luc.* 1. 28.

Pſ. Veníte.

Hymnus.

NOBIS Deum quæ párturis,
O Virgo, matrum máxima,
Preces tibi quas fúndimus,
Offer benigna Fílio.

NOVI ſimul tu fœderis,
Et orbis arca náufragi,
Columba pacis núntia,
Et pacis obſes mítteris.

QUO vivis, à te súſcipit
Vitam, Creátor ómnium;
Immenſus in te cláuditur;
De te fit Æternus, caro.

TUIS tenétur légibus,
Mundi tremendus Légifer,
A te puer lac mútuat,
Qui dat cibum quo páſceris.

COELUM ferentem súſtines,
Greſſus Tonantis témperas;
Suóque ſtántem Númine,
Loco ſitúque dímoves.

SIT laus Patri, laus Fílio,
Qui natus eſt de Vírgine;
Quo Virgo fit puérpera,
Sit par tibi laus, Spíritus.
Amen.

In Feſtis beatæ Mariæ dicuntur in Nocturnis novem ſequentes Pſalmi, cum Antiphonis propriis.

In Officio autem parvo dicuntur tantùm tres Pſalmi, ſecundùm ordinem Feriarum, ut infrà notatur.

IN I. NOCTURNO.

Feriâ II. & V.

Ant. ſola 1. a. Ave.

Pſalmus 8.

DOmine Dóminus noſter, * quàm admirábile eſt nomen tuum in univerſa terra!

Quóniam elеváta eſt magnificéntia tua * ſuper cœlos.

Ex ore infántium & lacténtium perfeciſti laudem propter inimícos tuos, * ut déſtruas inimícum & ultórem.

Quóniam vidébo cœlos tuos, ópera digitórum tuórum, * lunam & ſtellas quæ tu fundaſti.

Quid eſt homo, quòd memor es ejus? * aut filius hóminis, quóniam víſitas eum?

Minuiſti eum paulò minùs ab Angelís, glóriâ & honóre coronaſti eum, * & conſtituiſti eum ſuper ópera mánuum tuárum.

Omnia ſubjeciſti ſub pédibus ejus, * oves & boves univerſas, ínſuper & pécora campi.

Vólucres cœli, & piſces maris, * qui perámbulant ſémitas maris.

Dómine Dóminus noſter, * quàm admirábile eſt nomen tuum in univerſa terra!

Pſalmus 18.

CŒli enarrant glóriam Dei, * & ópera mánuum ejus annúntiat firmamentum.

Dies diéi eructat verbum, * & nox nocti índicat ſciéntiam.

Non ſunt loquélæ neque ſermónes, * quorum non audiantur voces eórum.

In omnem terram exívit ſonus eórum, * & in fines orbis terræ verba eórum.

In ſole póſuit tabernáculum ſuum, * & ipſe tamquam ſponſus procédens de thálamo ſuo.

Exultávit ut gigas ad currendam viam; * à ſummo cœlo egréſſio ejus.

Et occurſus ejus uſque ad ſummum ejus; * nec eſt qui ſe abſcondat à calóre ejus.

Lex Dómini immaculáta, convertens ánimas: * teſtimónium Dómini fidéle, ſapiéntiam præſtans párvulis.

Juſtítiæ Dómini rectæ, lætificantes corda: * præceptum Dómini lúcidum, illúminans óculos.

Timor Dómini ſanctus, pérmanens in ſéculum ſéculi: * judícia Dómini vera, juſtificáta in ſemetipſa.

Deſiderabília ſuper aurum, & lápidem pretióſum multum, * & dulcióra ſuper mel & favum.

Etenim ſervus tuus cuſtódit ea; * in cuſtodiendis illis retribútio multa.

Delicta quis intélligit? ab occultis meis munda me: * & ab aliénis parce ſervo tuo.

Si mei non fúerint domináti, tunc immaculátus ero, * & emún-

dábor à delícto máximo.

Et erunt ut complá- ceant elóquia oris mei, * & meditátio cordis mei in conſpectu tuo ſemper.

Dómine, adjútor meus, * & redemptor meus.

Pſalmus 44.

ERuctávit cor meum verbum bonum: * dico ego ópera mea regi.

Lingua mea calámus ſcribæ, * velóciter ſcri- bentis.

Speciósus formâ præ filiis hóminum: diffúſa eſt grátia in lábiis tuis; * proptérea benedixit te Deus in æternum.

Accíngere gládio tuo ſuper femur tuum, * Po- tentíſſime.

Spécie tuâ & pulchri- túdine tuâ * intende, próſperè procéde, & re- gna,

Propter veritátem, & manſuetúdinem, & ju- ſtítiam; * & dedúcet te mirabíliter déxtera tua.

Sagittæ tuæ acútæ, pó- puli ſub te cadent, * in corda inimicórum regis.

Sedes tua, Deus, in ſéculum ſéculi: * virga directiónis, virga regni tui.

Dilexiſti juſtítiam, & odiſti iniquitátem; * pro- ptérea unxit te Deus, Deus tuus, óleo lætítiæ præ conſórtibus tuis.

Myrrha, & gutta, & cáſia à veſtimentis tuis, à dómibus ebúrneis: * ex quibus delectavérunt te filiæ regum in honóre tuo.

Aſtitit regína à dextris tuis in veſtitu deauráto, * circúmdata varietáte.

Audi, filia, & vide, & inclína aurem tuam; * & oblivíſcere pópulum tuum, & domum patris tui:

Et concupiſcet rex de- córem tuum, * quóniam ipſe eſt Dóminus Deus tuus; & adorábunt eum.

Et filiæ Tyri in mu- néribus: * vultum tuum deprecabuntur omnes dí- vites plebis.

Omnis glória ejus fi- liæ regis ab intùs, * in fimbriis áureis, circum- amicta varietátibus.

Adducentur regi vírgi- nes poſt eam: * próxi- mæ ejus afferentur tibi.

Afferentur in lætítia & exultatióne; * adducen- tur in templum regis.

Pro pátribus tuis nati ſunt tibi filii: * conſtí- tues eos príncipes ſuper omnem terram.

Mémores erunt nómi- nis tui, * in omni gene- ratióne & generatiónem.

Proptérea pópuli con- fitebuntur tibi in æter- num, * & in ſéculum ſéculi.

Ant. Ave, grátiâ

plena, Dóminus tecum: benedícta tu in muliéribus. *Luc.* 1.

℣. Ipſe eſt Dóminus Deus tuus, ℟. Et adorábunt eum. *Pſ.* 44. 12.

Pater. *Lectiones infrà.*

IN II. NOCTURNO.

Feriâ III. & VI.

Ant. ſola. 7. d. María.

Pſalmus. 45.

DEus noſter refúgium & virtus: * adjútor in tribulatiónibus quæ invenérunt nos nimis.

Proptérea non timébimus dum turbábitur terra, * & transferentur montes in cor maris.

Sonnérunt & turbátæ ſunt aquæ eórum: * conturbáti ſunt montes in fortitúdine ejus.

Flúminis ímpetus lætíficat civitátem Dei: * ſanctificávit tabernáculum ſuum Altíſſimus.

Deus in médio ejus; non commovébitur: * adjuvábit eam Deus manè dilúculo.

Conturbátæ ſunt gentes, & inclináta ſunt regna: * dedit vocem ſuam, mota eſt terra.

Dóminus virtútum nobiſcum, * ſúſceptor noſter Deus Jacob.

Veníte, & vidéte ópera Dómini, quæ póſuit prodígia ſuper terram, * áuferens bella uſque ad finem terræ.

Arcum cónteret, & confringet arma: * & ſcuta combúret igni.

Vacáte, & vidéte quóniam ego ſum Deus: * exaltábor in géntibus, & exaltábor in terra.

Dóminus virtútum nobiſcum, * ſuſceptor noſter Deus Jacob.

Pſalmus 71.

DEus, judícium tuum regi da, * & juſtítiam tuam fílio regis,

Judicáre pópulum tuum in juſtítia, * & páuperes tuos in judício.

Suſcípiant montes pacem pópulo, * & colles juſtítiam.

Judicábit páuperes pópuli, & ſalvos fáciet fílios páuperum, * & humiliábit calumniatórem.

Et permanébit cum ſole & ante lunam, * in generatióne & generatiónem.

Deſcendet ſicut plúvia in vellus, * & ſicut ſtillicídia ſtillántia ſuper terram.

Oriétur in diébus ejus juſtítia, & abundántia pacis, * donec auferátur luna.

Et dominábitur à mari uſque ad mare, * & à flúmine uſque ad términos orbis terrárum.

Coram illo prócident Æthíopes, * & inimíci ejus terram lingent.

Reges Tharſis & inſulæ múnera ófferent; * reges Arabum & Saba dona addúcent.

Et adorábunt eum omnes reges terræ: * omnes gentes ſérvient ei.

Quia liberábit páuperem à potente, * & páuperem cui non erat adjútor.

Parcet páuperi & ínopi; * & ánimas páuperum ſalvas fáciet.

Ex uſúris & iniquitáte rédimet ánimas eórum: * & honorábile nomen eórum coram illo.

Et vivet, & dábitur ei de auro Arábiæ, & adorábunt de ipſo ſemper: * totâ die benedicent ei.

Et erit firmamentum in terra in ſummis móntium, ſuperextollétur ſuper Líbanum fructus ejus: * & florébunt de civitáte ſicut fœnum terræ.

Sit nomen ejus benedictum in ſécula: * ante ſolem pérmanet nomen ejus.

Et benedicentur in ipſo omnes tribus terræ: * omnes gentes magnificábunt eum.

Benedictus Dóminus Deus Iſraël, * qui facit mirabília ſolus.

Et benedictum nomen majeſtátis ejus in ætérnum: * & replébitur majeſtáte ejus omnis terra: Fiat, fiat.

Pſalmus 84.

Benedixiſti, Dómine, terram tuam, * avertiſti captivitátem Jacob.

Remiſiſti iniquitátem plebis tuæ, * operuiſti ómnia peccáta eórum.

Mitigaſti omnem iram tuam, * avertiſti ab ira indignatiónis tuæ.

Converte nos, Deus ſalutáris noſter, * & averte iram tuam à nobis.

Numquid in ætérnum iraſcéris nobis? * aut extendes iram tuam à generatióne in generatiónem?

Deus, tu converſus vivificábis nos, * & plebs tua lætábitur in te.

Oſtende nobis, Dómine, miſericórdiam tuam, * & ſalutáre tuum da nobis.

Audiam quid loquátur in me Dóminus Deus; * quóniam loquétur pacem in plebem ſuam.

Et ſuper ſanctos ſuos, * & in eos qui convertuntur ad cor.

Verúmtamen prope timentes eum ſalutáre ipſíus, * ut inhábitet glória in terra noſtra.

Miſericórdia & véritas obviavérunt ſibi: * juſtítia & pax oſculátæ ſunt.

Véritas de terra orta eſt, * & juſtítia de cœlo proſpexit.

Etenim Dominus dabit benignitátem ; * & terra noſtra dabit fructum ſuum.

Juſtítia ante eum ambulábit , * & ponet in via greſſus ſuos.

Ant. María , inveniſti grátiam apud Deum. *Luc.* 1. 30.

℣. Glorióſa dicta ſunt de te , ℟. Cívitas Dei. *Pſ.* 86. 3.

Pater. *Lectiones infrà.*.

IN III. NOCTURNO.

Feriâ IV. & Sabbato.

Ant. ſola 8. *G.* Beáta.

Pſalmus 86.

FUndamenta ejus in móntibus ſanctis : * díligit Dóminus portas Sion ſuper ómnia tabernácula Jacob.

Glorióſa dicta ſunt de te , * cívitas Dei.

Memor ero Rahab & Babylónis * ſciéntium me.

Ecce alienígenæ, & Tyrus , & pópulus Æthíopum ; * hi fuérunt illic.

Numquid Sion dicet : Homo , & homo natus eſt in ea ; * & ipſe fundávit eam Altiſſimus ?

Dóminus narrábit in ſcriptúris populórum & príncipum , * horum qui fuérunt in ea.

Sicut lætántium ómnium * habitátio eſt in te.

Pſalmus 96.

DOminus regnávit , exultet terra , * lætentur ínſulæ multæ.

Nubes & calígo in circúitu ejus : * juſtítia & judícium corréctio ſedis ejus.

Ignis ante ipſum præcédet , * & inflammábit in circúitu inimícos ejus.

Illuxérunt fúlgura ejus orbi terræ : * vidit , & commóta eſt terra.

Montes ſicut cera fluxérunt à fácie Dómini ; * à fácie Dómini omnis terra.

Annuntiavérunt cœli juſtítiam ejus ; * & vidérunt omnes pópuli glóriam ejus.

Confundantur omnes qui adórant ſculptília , * & qui gloriantur in ſimulácris ſuis.

Adoráte eum , omnes Angeli ejus : * audivit , & lætáta eſt Sion.

Et exultavérunt filiæ Judæ , * propter judícia tua , Dómine.

Quóniam tu Dóminus altíſſimus ſuper omnem terram : * nimis exaltátus es ſuper omnes deos.

Qui dilígitis Dóminum , odite malum : * cuſtódit Dóminus ánimas ſanctórum ſuórum ; de manu peccatóris liberábit eos.

Lux orta eſt juſto , * & rectis corde lætítia.

Lætámini , juſti , in Dómino , * & confitémini

memóriæ

memóriæ ſanctificatiónis ejus.

Pſalmus 97.

CAntáte Dómino cánticum novum, * quia mirabília fecit.

Salvávit ſibi déxtera ejus, * & bráchium ſanctum ejus.

Notum fecit Dóminus ſalutáre ſuum; * in conſpectu géntium revelávit juſtítiam ſuam.

Recordátus eſt miſericórdiæ ſuæ, * & veritátis ſuæ dómui Iſraël.

Vidérunt omnes términi terræ, * ſalutáre Dei noſtri.

Jubiláte Deo, omnis terra; cantáte, & exultáte, & psállite.

Psállite Dómino in cíthara, in cíthara, & voce pſalmi; * in tubis ductílibus, & voce tubæ córneæ.

Jubiláte in conſpectu regis Dómini: moveátur mare & plenitúdo ejus, * orbis terrárum, & qui hábitant in eo.

Flúmina plaudent manu, ſimul montes exultábunt à conſpectu Dómini, * quóniam venit judicáre terram.

Judicábit orbem terrárum in juſtítia, * & pópulos in æquitáte.

Ant. Beáta quæ credidiſti; quóniam perficientur ea, quæ dicta ſunt tibi à Dómino. *Luc.* 1. 45.

℣. Pulchritúdine tuâ intende, ℟. Próſperè procéde, & regna. *Pſ.* 44. 4.

Pater noſter.

Abſolutio.

PRécibus & méritis beátæ Maríæ ſemper Vírginis, & ómnium Sanctórum, perdúcat nos Dóminus ad regna cœlórum.

℟. Amen.

Jube, Domne, benedícere.

Benedictio. Nos cum prole pia, benedícat Virgo María.

℟. Amen.

LECTIO I. *Iſaiæ* 7.

ADjécit Dóminus loqui ad Achaz, dicens: Pete tibi ſignum à Dómino Deo tuo in profundum inferni, ſive in excelſum ſuprà. Et dixit Achaz: Non petam, & non tentábo Dóminum. Et dixit: Audíte ergo, domus David: Numquid parum vobis eſt moleſtos eſſe homínibus, quia moleſti eſtis & Deo meo? Propter hoc dabit Dóminus ipſe vobis ſignum: Ecce Virgo concípiet, & páriet Fílium; & vocábitur nomen ejus Emmánuel. Tu autem.

℟. Beáta es, Virgo María, quæ Dóminum portaſti Creatórem mundi; * Genuiſti qui te

fecit, & in æternum pérmanes virgo. ℣. Benedícta es tu, fília, à Dómino Deo excelſo. * Genuiſti.

Benedictio. Vírginis Maríæ Fílius, ſit nobis adjútor & propítius.

LECTIO II. *Gal.* 4.

QUanto témpore hæres párvulus eſt, nihil differt à ſervo, cùm ſit dóminus ómnium; ſed ſub tutóribus & actóribus eſt, uſque ad præfinítum tempus à patre: ita & nos cùm eſſémus párvuli, ſub elementis mundi erámus ſervientes. At ubi venit plenitúdo témporis, miſit Deus Fílium ſuum, factum ex mulíere, factum ſub lege; ut eos qui ſub lege erant redímeret, ut adoptiónem filiórum reciperémus. Tu autem.

℟. Sancta & immaculáta virgínitas, quibus te láudibus éfferam néſcio; * Quia quem cœli cápere non póterant, tuo grémio contuliſti. ℣. Benedícta tu inter mulíeres, & benedíctus fructus ventris tui. * Quia.

Benedict. Per Vírginem matrem, concédat nobis Dóminus ſalútem & pacem.

LECT. III. *Apoc.* 11. & 12.

APertum eſt templum Dei in cœlo: & viſa eſt arca teſtamenti ejus in templo ejus, & facta ſunt fúlgura, & voces, & terræ mótus, & grando magna. Et ſignum magnum appáruit in cœlo: Múlier amícta ſole, & luna ſub pédibus ejus, & in cápite ejus coróna ſtellárum duódecim. Tu.

℟. Felix es, ſacra Virgo María, & omni laude digníſſima; * Quia ex te ortus eſt Sol juſtítiæ Chriſtus Deus noſter. ℣. Ora pro pópulo, intérveni pro clero, intercéde pro devóto feminéo ſexu: ſéntiant tuum juvámen, quicumque célebrant tuam ſanctam commemoratiónem. * Quia. ℣. Glória. * Quia.

Non dicitur Te Deum.

Si Laudes non ſequantur, dicitur hìc Oratio, Concéde. *ut infrà, ad Sextam.*

AD LAUDES.

℣. *Sacerd.* Confiteantur tibi pópuli, Deus: ℟. Terra dedit fructum ſuum. *Pſal.* 66. 6. 7.

℣. Deus, in adjutórium.

Ant. ſola. 4. A. Erit tibi.

Pſalmus 66.

DEus miſereátur noſtrî, & benedícat nobis; * illúminet vultum ſuum ſuper nos, & miſereátur noſtrî;

Ut cognoſcámus in terra viam tuam, * in óm-

éntibus ſalutáre

eantur tibi pó-
:us, * confitean-
pópuli omnes.
ıtur & exultent
quóniam júdicas
in æquitáte, *
s in terra díri-

eantur tibi pó-
eus, confiteantur
ıli omnes: * ter-
fructum ſuum.
ícat nos Deus,
oſter, benedícat
us; * & métuant
nes fines terræ.

ſalmus 92.

minus regnávit,
ecórem indútus
ndútus eſt Dómi-
itúdinem, & præ-
:.
m firmávit orbem
* qui non commo-

ta ſedes tua ex
à ſéculo tu es.
ıvérunt flúmina,
: : * elevavérunt
. vocem ſuam.
avérunt flúmina
ſuos, * à vócibus
n multárum.
biles elatiónes ma-
mirábilis in altis
us.
mónia tua credi-
cta ſunt nimis: *
ı tuam decet ſan-
, Dómine, in lon-
em diérum.

Pſalmus 99.

JUbiláte Deo, omnis terra, * ſervíte Dómino in lætítia.

Introíte in conſpectu ejus, * in exultatióne.

Scitóte quóniam Dóminus ipſe eſt Deus: * ipſe fecit nos, & non ipſi nos.

Pópulus ejus, & oves páſcuæ ejus, introíte portas ejus in confeſſióne, átria ejus in hymnis: * confitémini illi.

Laudáte nomen ejus, quóniam ſuávis eſt Dóminus, in æternum miſericórdia ejus, * & uſque in generatiónem & generatiónem véritas ejus.

Cant. *Judith.* 13. 17. Laudáte Deum, *ut in Officio B. Mariæ in Sabbato.*

Pſalmus 150.

LAudáte Dóminum in ſanctis ejus: * laudáte eum in firmaménto virtútis ejus.

Laudáte eum in virtútibus ejus: * laudáte eum ſecúndum multitúdinem magnitúdinis ejus.

Laudáte eum in ſono tubæ: * laudáte eum in pſaltério & cíthara.

Laudáte eum in týmpano & choro: * laudáte eum in chordis & órgano.

Laudáte eum in cýmbalis beneſonántibus; lau-

dáte eum in cymbalis jubilatiónis : * omnis ſpíritus laudet Dóminum.

Ant. Erit tibi Dóminus in lucem ſempiternam, & Deus tuus in glóriam tuam. *Iſ.* 60. 14.

Capitulum. Galat. 4.

UBi venit plenitúdo témporis, miſit Deus Filium ſuum, factum ex muliere, factum ſub lege; ut eos qui ſub lege erant, redímeret, ut adoptiónem filiórum reciperémus.

Hymnus.

O Quæ polo ſublímior,
Regína cœli díceris!
Nos è ſupernis ſédibus,
María, clemens áſpice.

Christus ſibi quos élegit,
Fratres, adopta filios;
Et matris in nos víſcera,
Miteſque vultus índue.

Quid à Deo non óbtines
Supplex tuum per Fílium,
Quem virgináli víctimam
Offers placentem déxterâ?

Confisa tanto pígnori,
Ama favére nóxiis,
A te dato quos ſánguine
Tuus redémit Fílius.

Fac, Virgo, noſtris cáſtitas
Intacta regnet córdibus:
Vitæque puræ críminum,
Sit mors beáta, términus.

Sit laus Patri; laus Fílio,
Qui natus eſt de Virgíne;
Quo Virgo fit puérpera,
Sit par tibi laus, Spíritus.
Amen.

℣. Rex noſter operátus eſt ſalútem, ℟. Tu confregiſti cápita dracónis. *Pſ.* 73. 12. 14.

Ad Bened. *Ant.* 8. G. Beáta Dei génitrix María, Virgo perpétua, templum Dómini, ſacrárium Spíritûs Sancti: ſola ſine exemplo placuiſti Dómino noſtro Jeſu Chriſto.

Oratio.

DEus, qui de beátæ Maríæ Vírginis útero, Verbum tuum, Angelo nuntiante, carnem ſuſcípere voluiſti: præſta ſupplícibus tuis, ut qui verè eam Genitrícem Dei crédimus, ejus apud te interceſſiónibus adjuvémur; Per eumdem Dóminum.

Fiunt commemorationes.

AD PRIMAM.

Hymnus.

MEmento, de Deo Deus,
Quòd matre natus Vírgine;
Noſtrî miſertus, pérditi
Mundi Redemptor véneris.

Et nos, Dei Virgo parens,
Vultu benigno réſpice:
Placábilem tuâ prece
Fac eſſe nobis Fílium.

laus Patri ; laus
ilio ,
itus eſt de Vírgine ;
'irgo fit puérpera ,
tibi laus , Spíritus.
:n.
m. Deus , in nómi-
7. Cantáte .... om-
:rra. 51. Laudáte
ium. 153. *ſub ſola*
:. F. Tu glória Je-
n , tu lætítia Iſ-
t honorificéntia pó-
oſtri.
ulum. Cant. 6. 3.
chra es , ſuávis , &
córa ſicut Jerúſa-
:erríbilis ut caſtró-
:ies ordináta.
br. Miſericórdia &
* Obviavérunt ſi-
pet. Miſericórdia.
ſtítia & pax oſ-
ſunt. * Obviavé-
℣. Glória. *Repet.*
córdia.
'éritas de terra orta
.Et juſtítia de cœlo
xit. *Pſ.* 84. 11. 12.
Oratio.
itege , Dómine , fá-
los tuos ſubsídiis
& beátæ Maríæ
Vírginis patroci-
onfidentes , à cun-
ſtibus & perículis
ſecúros ; Per Dó-
t.
TERTIAM.
m. Ad Dóminum.
:vávi. 56. Lætá-
m. 77. *ſub ſola*
. c. Tota pulchra
es , & mácula non eſt in
te. *Cant.* 4. 7.
Capitulum. Judith. 8. 28.
OMnia quæ locúta es , vera ſunt , & non eſt in ſermónibus tuis ulla reprehénſio ; nunc ergo ora pro nobis.
℟. *br.* Tríbuat tibi Dóminus * Secundùm cor tuum. *Rep.* Tríbuat. ℣. Et omne consílium tuum confírmet. * Secundùm. ℣. Glória. *Rep.* Tríbuat. *Pſ.* 19. 5.
℣. Ora pro nobis , ſancta Dei Génitrix , ℟. Ut digni efficiámur promiſſiónibus Chriſti.

Oratio.

DEus , qui ſalûtis æternæ , beátæ Maríæ Virginitáte fœcundâ , humáno géneri præmia præſtitiſti : tribue , quæſumus , ut ipſam pro nobis intercédere ſentiámus , per quam merúimus autórem vitæ ſuſcípere Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum Fílium tuum ; Qui tecum.

AD SEXTAM.

Pſalm. Ad te levávi. 98. Niſi quia. 56. Qui confidunt. 98. *ſub ſola Ant.* 1. g. Beáti omnes qui gaudent ſuper pace tua. *Tob.* 13. 18.
Capitulum. Tob. 13. 23.
BEnedíctus Dóminus qui exaltávit eam , & ſit regnum ejus in ſé-

cula ſeculórum ſuper eam.

℟. *br.* Corónat te Dóminus * In miſericórdia. *Repet.* Corónat. ℣. Et miſeratiónibus. * In miſericórdia. ℣. Glória. *Rep.* Corónat. *Pſ.* 102. 4.

℣. Elégit eam Dóminus, ℟. In habitatiónem ſibi. *Pſ.* 131. 13.

Oratio.

COncéde, miſéricors Deus, fragilitáti noſtræ præſídium: ut qui ſanctæ Dei Genitrícis memóriam ágimus, interceſſiónis ejus auxílio, à noſtris iniquitátibus reſurgámus; Per eumdem.

AD NONAM.

Pſalm. In convertendo. 57. Niſi Dóminus. 99. Beáti omnes. 161. *ſub ſola Ant.* 7. *d.* Quàm pulchra es, & quàm decóra in delíciis! *Cant.* 7. 6.

Capitulum. Cant. 4. 11.

FAvus diſtillans lábia tua, mel & lac ſub lingua tua, & odor veſtimentórum tuórum ſicut odor thuris.

℟. *br.* Diffúſa eſt *Grátia in lábiis tuis. *Repet.* Diffúſa. ℣. Benedixit te Deus in æternum. * Grátia. ℣. Glória. *Repet.* Diffúſa.

℣. Replet Dóminus in bonis, ℟. Deſidérium tuum. *Pſ.* 102. 4.

Oratio.

FAmulórum tuórum, quæſumus, Dómine, delíctis ignoſce; ut qui tibi placére de áctibus noſtris non valémus, Genitrícis Fílii tui Dómini noſtri interceſſióne ſalvémur; Per eumdem Dóminum noſtrum.

AD II. VESPERAS.

℣. Deus, in adjutórium.

Ant. ſola. 2. D. In ancilla.

Pſalmus 109.

DIxit Dóminus Dómino meo: * Sede à dextris meis;

Donec ponam inimícos tuos * ſcabellum pedum tuórum.

Virgam virtútis tuæ emittet Dóminus ex Sion:* domináre in médio inimicórum tuórum.

Tecum princípium in die virtútis tuæ in ſplendóribus Sanctórum: * ex útero ante lucíferum génui te.

Jurávit Dóminus, & non pœnitébit eum: * Tu es Sacerdos in æternum ſecundùm órdinem Melchíſedech.

Dóminus à dextris tuis,* confrégit in die iræ ſuæ reges.

Judicábit in natiónibus, implébit ruínas, * conquaſſábit cápita in terra multórum.

De torrente in via bi-

bet; * proptérea exaltábit caput.

Pſalmus 112.

LAudáte, púeri, Dóminum, * laudáte nomen Dómini.

Sit nomen Dómini benedictum, * ex hoc, nunc, & uſque in ſéculum.

A ſolis ortu uſque ad occáſum, * laudábile nomen Dómini.

Excelſus ſuper omnes gentes Dóminus, * & ſuper cœlos glória ejus.

Quis ſicut Dóminus Deus noſter, qui in altis hábitat, * & humília réſpicit in cœlo & in terra?

Súſcitans à terra ínopem, * & de ſtércore érigens páuperem,

Ut cóllocet eum cum princípibus, * cum princípibus pópuli ſui;

Qui habitáre facit ſtérilem in domo, * matrem filiórum lætantem.

Pſalmus 121.

LÆtátus ſum in his quæ dicta ſunt mihi: * In domum Dómini íbimus.

Stantes erant pedes noſtri * in átriis tuis, Jerúſalem;

Jerúſalem quæ ædificátur ut cívitas, * cujus participátio ejus in idipſum.

Illuc enim aſcendérunt tribus, tribus Dómini; * teſtimónium Iſraël, ad confiténdum nómini Dómini:

Quia illic ſedérunt ſedes in judício, * ſedes ſuper domum David.

Rogáte quæ ad pacem ſunt Jerúſalem, * & abundántia diligéntibus te.

Fiat pax in virtúte tua, * & abundántia in túrribus tuis.

Propter fratres meos & próximos meos, * loquébar pacem de te.

Propter domum Dómini Dei noſtri, * quæſívi bona tibi.

Pſalmus 126.

NIſi Dóminus ædificáverit domum, * in vanum laboravérunt qui ædíficant eam.

Niſi Dóminus cuſtodíerit civitátem, * fruſtrà vígilat qui cuſtódit eam.

Vanum eſt vobis ante lucem súrgere: * súrgite poſtquam ſedéritis, qui manducátis panem dolóris.

Cùm déderit dilectis ſuis ſomnum: ecce hæréditas Dómini, filii; * merces, fructus ventris.

Sicut ſagittæ in manu potentis, * ita filii excuſſórum.

Beátus vir qui implévit deſidérium ſuum ex ipſis; * non confundétur cùm loquétur inimícis ſuis in porta.

Pſalmus 147.

LAuda, Jerúſalem, Dóminum: * lauda

Deum tuum, Sion;

Quoniam confortávit ſeras portárum tuárum, * benedixit filiis tuis in te;

Qui póſuit fines tuos pacem, * & ádipe frumenti ſátiat te;

Qui emittit elóquium ſuum terræ, * velóciter currit ſermo ejus;

Qui dat nivem ſicut lanam, * nébulam ſicut cinerem ſpargit;

Mittit cryſtallum ſuam ſicut buccellas; * ante fáciem frigoris ejus quis ſuſtinébit?

Emittet verbum ſuum, & liquefáciet ea: * flabit ſpiritus ejus, & fluent aquæ.

Qui annúntiat verbum ſuum Jacob, * juſtítias & judícia ſua Iſraël;

Non fecit táliter omni natióni, * & judícia ſua non manifeſtávit eis.

Ant. In ancilla ſua adimplévit Dóminus miſericórdiam ſuam quam promíſit dómui Iſraël. *Judith.* 13. 18.

Capitulum. Eccli. 24. 12.

QUi creávit me, requiévit in tabernáculo meo; & dixit mihi: In Jacob inhábita, & in Iſraël hæreditáre; & in electis meis mitte radíces. Et ſic in Sion firmáta ſum.

Hymnus.

AVE, maris ſtella,
Dei mater alma,
Atque ſemper virgo,
Felix cœli porta.

SUMENS illud Ave
Gabriélis ore,
Funda nos in pace,
Mutans Evæ nomen.

SOLVE vincla reis,
Profer lumen cæcis,
Mala noſtra pelle,
Bona cuncta poſce.

MONSTRA te eſſe
trem;
Sumat per te preces,
Qui pro nobis natus
Tulit eſſe tuus.

VIRGO ſinguláris,
Inter omnes mitis,
Nos culpis ſolútos,
Mites fac & caſtos.

VITAM præſta pu
Iter para tutum,
Ut videntes Jeſum,
Semper collætémur.

SIT laus Deo Pa
Summo Chriſto de
Spirítui Sancto,
Tribus honor unus.
Amen.

℣. Poſt partum invioláta permanſi
℟. Dei génitrix, céde pro nobis.

Ad Magnif. *Ant.* Sancta María, ſuc míſeris, juva puſi mes, réfove flébiles pro pópulo, intérve clero, intercéde pr vóto femíneo ſexu; tiant omnes tuum men, quicumque céle tuam ſanctam comm ratiónem.

Oratio.

Cordibus noſtris, quæſumus, Dómine, grátiam tuam benignus infunde; & intercedente ſanctiſſimâ Dei genitrice Mariâ, córpora noſtra caſtitáte, & mentes noſtras humilitáte & caritáte ſanctífica; Per eumdem.

Fiunt commemorationes.

AD COMPLETORIUM.

℣. Converte nos, Deus.
℣. Deus, in adjutórium.

Pſ. Sæpè expugnavérunt. 139. De profundis. 99. Dómine, non eſt exaltátum. 99. *ſub ſola Ant.* 5. a. In omni gente quæ audíerit nomen tuum, magnificábitur ſuper te Deus Iſraël. *Judith.* 13. 31.

Hymnus. Virgíneis titulis, *ut ſuprà in Officio B. Mariæ in Sabbato.* pag. lxxxiij.

Capitulum. Judith. 13. 25.

Nomen tuum Dóminus ita magnificávit, ut non recédat laus tua de ore hóminum, qui mémores fúerint virtútis Dómini in æternum.

℟. *br.* Vultum tuum * Deprecabuntur. *Rep.* Vultum. ℣. Omnes dívites plebis. * Deprecabuntur. ℣. Glória. *Rep.* Vultum.

℣. Mémores erunt nóminis tui, ℟. In omni generatióne & generatiónem. *Pſ.* 44. 13. 18.

Ad Nunc dimittis. *Ant.* 7. d. Sub tuum præſidium confúgimus, ſancta Dei Génitrix: noſtras deprecatiónes ne deſpícias in neceſſitátibus; ſed à perículis cunctis líbera nos ſemper, Virgo glorióſa & benedicta.

Oratio.

Beátæ & glorióſæ ſemperque Vírginis Maríæ, quæſumus, Dómine intercéſſio glorióſa nos prótegat, & ad vitam perdúcat æternam; Per.

PROSA DE BEATA ad devotionem.

Inviolata, íntegra & caſta es, María:
Quæ es effecta fúlgida cœli porta.
O Mater alma Chriſti cariſſima,
Súſcipe pia laudum præcónia.
Nostra ut pura péctora ſint & córpora,
Te nunc flágitant devóta corda & ora.
Tua per precáta dulcíſona,
Nobis concédas véniam per ſécula.
O Benigna! O benigna! O benigna!
Quæ ſola invioláta permanſiſti.

℣. Ora pro nobis, ſancta Dei Génitrix; ℟. Ut digni efficiámur promiſſiónibus Chriſti.

Orat. Famulórum. *p.* cij.

PSALMI PŒNITENTIALES.

Pſalmus 6.

DOmine, ne in furóre tuo árguas me, * neque in ira tua corrípias me.

Miſerére meî, Dómine, quóniam infirmus ſum : * ſana me, Dómine, quóniam conturbáta ſunt oſſa mea.

Et ánima mea turbáta eſt valdè ; * ſed tu, Dómine, úſquequò ?

Convértere, Dómine, & éripe ánimam meam: * ſálvum me fac, propter miſericórdiam tuam ;

Quóniam non eſt in morte qui memor ſit tuî :* in inferno autem quis confitébitur tibi ?

Laborávi in gémitu meo, lavábo per ſíngulas noctes lectum meum, * lácrymis meis ſtratum meum rigábo.

Turbátus eſt à furóre óculus meus, * inveterávi inter omnes inimícos meos.

Diſcédite à me, omnes qui operámini iniquitátem, * quóniam exaudívit Dóminus vocem fletûs mei.

Exaudívit Dóminus deprecatiónem meam ; *Dóminus oratiónem meam ſuſcépit.

Erubeſcant & conturbentur vehementer omnes inimíci mei : * convertantur & erubeſcant valdè velóciter.

Pſalmus 31.

BEáti quorum remiſſæ ſunt iniquitátes, * & quorum tecta ſunt peccáta.

Beátus vir cui non imputávit Dóminus peccátum, * nec eſt in ſpíritu ejus dolus.

Quóniam tácui, inveteravérunt oſſa mea, * dum clamárem totâ die.

Quóniam die ac nocte graváta eſt ſuper me manus tua, * converſus ſum in ærumna mea, dum configitur ſpina.

Delictum meum cógnitum tibi feci, * & injuſtítiam meam non abſcondi.

Dixi : Confitébor adversùm me injuſtítiam meam Dómino ; * & tu remiſiſti impietátem peccáti mei.

Pro hac orábit ad te omnis ſanctus * in témpore opportúno.

Verúmtamen in dilúvio

aquárum multárum, * ad eum non approximábunt.

Tu es refúgium meum à tribulatióne quæ circúmdedit me : * exultátio mea, érue me à circumdántibus me.

Intellectum tibi dabo, & ínſtruam te in via hac quâ gradiéris : * firmábo ſuper te óculos meos.

Nolite fieri ſicut equus & mulus, * quibus non eſt intellectus.

In camo & fræno maxillas eórum conſtringe,* qui non appróximant ad te.

Multa flagella peccatóris, * ſperantem autem in Dómino miſericórdia circúmdabit.

Lætámini in Dómino, & exultáte, juſti ; * & gloriámini, omnes recti corde.

Pſalmus 37.

DOmine, ne in furóre tuo árguas me, * neque in ira tua corrípias me ;

Quóniam ſagittæ tuæ infixæ ſunt mihi, * & confirmaſti ſuper me manum tuam.

Non eſt ſánitas in carne mea à fácie iræ tuæ : * non eſt pax óſſibus meis à fácie peccatórum meórum.

Quóniam iniquitátes meæ ſupergreſſæ ſunt caput meum : * & ſicut onus grave gravatæ ſunt ſuper me.

Putruérunt & corruptæ ſunt cicatríces meæ, * à fácie inſipiéntiæ meæ.

Miſer factus ſum,& curvátus ſum uſque in finem : * totâ die contriſtátus ingrediébar.

Quóniam lumbi mei impléti ſunt illuſiónibus;* & non eſt ſánitas in carne mea.

Afflictus ſum & humiliátus ſum nimis : * rugiébam à gémitu cordis mei.

Dómine, ante te omne deſidérium meum ; * & gémitus meus à te non eſt abſcónditus.

Cor meum conturbátum eſt, derelíquit me virtus mea ; * & lumen oculórum meórum, & ipſum non eſt mecum.

Amíci mei & próximi mei * adversùm me appropinquavérunt & ſtéterunt ;

Et qui juxta me erant,de longè ſtetérunt ; * & vim faciébant qui quærébant ánimam meam :

Et qui inquirébant mala mihi, locúti ſunt vanitátes, * & dolos totâ die meditabantur.

Ego autem tamquam ſurdus non audiébam, * & ſicut mutus non apériens os ſuum.

Et factus ſum ſicut ho-

mo non áudiens, * & non habens in ore ſuo redargutiónes.

Quóniam in te, Dómine, ſperávi: * tu exáudies me, Dómine Deus meus.

Quia dixi: Nequando ſupergáudeant mihi inimíci mei; * &, dum commoventur pedes mei, ſuper me magna locúti ſunt.

Quóniam ego in flagella parátus ſum; * & dolor meus in conſpectu meo ſemper.

Quóniam iniquitátem meam annuntiábo; * & cogitábo pro peccáto meo.

Inimíci autem mei vivunt, & confirmáti ſunt ſuper me; * & multiplicáti ſunt qui odérunt me iníquè.

Qui retríbuunt mala pro bonis, detrahébant mihi; * quóniam ſequébar bonitátem.

Ne derelinquas me, Dómine Deus meus, * ne diſcéſſeris à me.

Intende in adjutórium meum, * Dómine Deus ſalútis meæ.

Pſalmus 50.

MIſerére meî, Deus, * ſecundùm magnam miſericórdiam tuam.

Et ſecundùm multitúdinem miſeratiónum tuárum, * dele iniquitátem meam.

Ampliùs lava me ab iniquitáte mea, * & à peccáto meo munda me;

Quóniam iniquitátem meam ego cognoſco, * & peccátum meum contra me eſt ſemper.

Tibi ſoli peccávi, & malum coram te feci; * ut juſtificéris in ſermónibus tuis, & vincas cùm judicáris.

Ecce enim in iniquitátibus conceptus ſum, * & in peccátis concépit me mater mea.

Ecce enim veritátem dilexiſti: * incerta & occulta ſapiéntiæ tuæ maniſeſtaſti mihi.

Aſperges me hyſſópo, & mundábor: * lavábis me, & ſuper nivem dealbábor.

Audítui meo dabis gáudium & lætítiam; * & exultábunt oſſa humiliáta.

Averte fáciem tuam à peccátis meis, * & omnes iniquitátes meas dele.

Cor mundum crea in me, Deus; * & ſpíritum rectum ínnova in viſcéribus meis.

Ne projícias me à fácie tua: * & Spíritum ſanctum tuum ne áuferas à me.

Redde mihi lætítiam ſalutáris tui; * & ſpíritu principáli confirma me.

Docébo iníquos vias

* & impii ad te
tentur.
ra me de ſanguíni-
)eus, Deus ſalútis
* & exultábit lin-
ːa juſtítiam tuam.
iine, lábia mea
: * & os meum
iábit laudem tuam.
niam ſi voluiſſes,
ium dediſſem úti-
* holocauſtis non
beris.
ificium Deo ſpíri-
ıtribulátus : * cor
um & humiliátum,
non deſpícies.
gnè fac, Dómine,
na voluntáte tua
* ut ædificentur
erúſalem.
c acceptábis ſacri-
juſtítiæ, oblatió-
holocauſta; * tunc
ːnt ſuper altáre
ítulos.

?*ſalmus* 101.

)mine, exaudi ora-
ónem meam; * &
: meus ad te vé-

ı avertas fáciem
à me : * in qua-
e die tríbulor, in-
ıd me aurem tuam.
ıuacumque die in-
ːro te, * velóciter
me.
a defecérunt ſicut
dies mei, * & oſſa
cut crémium arué-

uſſus ſum ut fœ-
num, & áruit cor meum : * quia oblítus ſum comé-
dere panem meum.

A voce gémitûs mei * adhæſit os meum carni meæ.

Símilis factus ſum pellicáno ſolitúdinis : * factus ſum ſicut nyctícorax in domicílio.

Vigilávi, * & factus ſum ſicut paſſer ſolitárius in tecto.

Totâ die exprobrábant mihi inimíci mei; * & qui laudábant me, adversùm me jurábant.

Quia cínerem tamquam panem manducábam, * & potum meum cum fletu miſcébam.

A fácie iræ & indignatiónis tuæ; * quia élevans alliſiſti me.

Dies mei ſicut umbra declinavérunt; * & ego ſicut fœnum árui.

Tu autem, Dómine, in æternum pérmanes; * & memoriále tuum in generatiónem & generatiónem.

Tu exurgens miſerébe-ris Sion, * quia tempus miſerendi ejus, quia venit tempus;

Quóniam placuérunt ſervis tuis lápides ejus, * & terræ ejus miſerebuntur.

Et timébunt gentes nomen tuum, Dómine, * & omnes reges terræ glóriam tuam;

Quia ædificávit Dóminus Sion, * & vidébitur in glória ſua.

Reſpexit in oratiónem humílium, * & non ſprevit precem eórum.

Scribantur hæc in generatióne áltera : * & pópulus qui creábitur, laudábit Dóminum :

Quia proſpexit de excelſo ſancto ſuo : * Dóminus de cœlo in terram aſpexit ;

Ut audíret gémitus compeditórum, * ut ſólveret fílios interemptórum ;

Ut annúntient in Sion nomen Dómini, * & laudem ejus in Jerúſalem,

In conveniendo pópulos in unum, & reges, * ut ſérviant Dómino.

Reſpondit ei in via virtútis ſuæ : * Paucitátem diérum meórum núntia mihi.

Ne révoces me in dimídio diérum meórum : * in generatiónem & generatiónem anni tui.

Inítio tu, Dómine, terram fundaſti : * & ópera mánuum tuárum ſunt cœli.

Ipſi períbunt ; tu autem pérmanes : * & omnes ſicut veſtimentum veteraſcent.

Et ſicut opertórium mutábis eos, & mutabuntur : * tu autem idem ipſe es, & anni tui non defícient.

Filii ſervórum tuórum habitábunt ; * & ſemen eórum in ſéculum dirigétur.

Pſalmus 129.

De profundis clamávi ad te, Dómine : * Dómine, exaudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendentes * in vocem deprecatiónis meæ.

Si iniquitátes obſervaveris, Dómine ; * Dómine, quis ſuſtinébit ?

Quia apud te propitiátio eſt, * & propter legem tuam ſuſtínui te, Dómine.

Suſtínuit ánima mea in verbo ejus, * ſperávit ánima mea in Dómino.

A cuſtódia matutína uſque ad noctem, * ſperet Iſraël in Dómino ;

Quia apud Dóminum miſericórdia, * & copióſa apud eum redémptio ;

Et ipſe rédimet Iſraël * ex ómnibus iniquitátibus ejus.

Pſalmus 142.

Dómine, exaudi oratiónem meam ; áuribus pércipe obſecratiónem meam in veritáte tua ; * exaudi me in tua juſtítia.

Et non intres in judícium cum ſervo tuo ; *

quia non juſtificábitur in conſpectu tuo omnis vivens.

Quia perſecútus eſt inimícus ánimam meam : * humiliávit in terra vitam meam.

Collocávit me in obſcúris ſicut mórtuos ſéculi, & anxiátus eſt ſuper me ſpíritus meus : * in me turbátum eſt cor meum.

Memor fui diérum antiquórum ; meditátus ſum in ómnibus opéribus tuis ;* in factis mánuum tuárum meditábar.

Expandi manus meas ad te : * ánima mea ſicut terra ſine aqua tibi.

Velóciter exaudi me, Dómine, * defécit ſpíritus meus.

Non avertas fáciem tuam à me, * & símilis ero deſcendéntibus in lacum.

Audítam fac mihi manè miſericórdiam tuam, * quia in te ſperávi.

Notam fac mihi viam, in qua ámbulem, * quia ad te levávi ánimam meam.

Eripe me de inimícis meis, Dómine ; ad te confúgi : * doce me fácere voluntátem tuam, quia Deus meus es tu.

Spíritus tuus bonus dedúcet me in terram rectam : * propter nomen tuum, Dómine, vivificábis me in æquitáte tua.

Edúces de tribulatióne ánimam meam : * & in miſericórdia tua diſperdes inimícos meos.

Et perdes omnes qui tríbulant ánimam meam : * quóniam ego ſervus tuus ſum.

Ant. Dómine, memor eſto meî, & ne vindictam ſumas de peccátis meis, neque reminiſcáris delicta mea, vel parentum meórum. *Tob.* 3. 3.

LITANIÆ.

Kyrie, eléiſon. Chriſte, eléiſon. Kyrie, eléiſon.

Chriſte, audi nos. Chriſte, exaudi nos.

Pater de cœlis Deus, Miſerére nobis.

Fili Redemptor mundi Deus, miſerére nobis.

Spíritus ſancte Deus, miſerére nobis.

Sancta Trínitas unus Deus, miſerére nobis.

Sancta María, Ora pro nobis.

Sancta Dei Génitrix, ora.

Sancta Virgo vírginum, ora.

Sancte Míchael, ora.

Sancte Gábriel, ora.

Sancte Ráphael, ora.

Omnes ſancti Angeli & Archángeli, oráte pro nobis.

Omnes ſancti beatórum

ſpirítuum órdines, oráte.
Sancte Joannes Baptiſta, ora pro nobis.
Omnes ſancti Patriarchæ & Prophétæ, oráte.
Sancte Petre, ora.
Sancte Paule, ora.
Sancte Andréa, ora.
Sancte Jacóbe, (*Zeb.*) ora.
Sancte Joannes, ora.
Sancte Thoma, ora.
Sancte Jacóbe, ora.
Sancte Philippe, ora.
Sancte Bartholomæe, ora.
Sancte Matthæe, ora.
Sancte Simon, ora.
Sancte Thadæe, ora.
Sancte Matthía, ora.
Sancte Bárnaba, ora.
Sancte Luca, ora.
Sancte Marce, ora.
Omnes ſancti Apóſtoli & Evangeliſtæ, oráte.
Omnes ſancti Diſcípuli Dómini, oráte.
Omnes ſancti Innocentes, oráte pro nobis.
Sancte Stéphane, ora.
Sancti Nazári & Celſe, oráte pro nobis.
Sancte Clemens, ora.
Sancte Fabiáne, ora.
Sancte Sebaſtiáne, ora.
Sancte Vincenti, ora.
Sancte Laurenti, ora.
Sancte Irenæe cum ſóciis tuis, ora.
Sancte Dionyſi cum ſóciis tuis, ora.
Sancti Coſma & Damiáne, oráte.
Sancti Gerváſi & Protáſi, oráte pro nobis.
Sancti Juſte & Paſtor, oráte.
Sancte Saturníne, ora.
Sancte Juſtíne, ora.
Sancte Victor, ora.
Sancte Mauríci cum ſóciis tuis, ora.
Sancte Ignáti, ora.
Omnes ſancti Mártyres, oráte pro nobis.
Sancte Sylveſter, ora.
Sancte Grégori, ora.
Sancte Ambróſi, ora.
Sancte Auguſtine, ora.
Sancte Hierónyme, ora.
Sancte Hilári, ora.
Sancte Martíne, ora.
Sancte Guimerra, ora.
Sancte Hilári, *Carc.* ora.
Sancte Germáne, ora.
Sancte Exúperi, ora.
Sancte Elígi, ora.
Sancte Paule, *Narb.* ora.
Sancte Carole, ora.
Omnes ſancti Pontífices & Confeſſóres, oráte.
Omnes ſancti Doctóres, oráte pro nobis.
Sancte Antóni, ora.
Sancte Benedicte, ora.
Sancte Maure, ora.
Sancte Lupíne, ora.
Sancte Guillelme, ora.
Sancte Bernarde, ora.
Sancte Domínice, ora.
Sancte Franciſce, ora.
Sancte Ludovíce, ora.
Sancte Roche, ora.
Omnes ſancti Sacerdótes & Levítæ, oráte.
Omnes ſancti Mónachi & Eremítæ, oráte.

na , ora.
ría Magdalé-
ora.
:pétua & Felí-
oráte.
atha , ora.
:ia , ora.
ies , ora.
cília , ora.
tharína , ora.
.eréſia , ora.
novéfa , ora.
ioláſtica , ora.
onica , ora.
tildis , ora.
:hildis , ora.
aría Ægyptia ,
ora.
ınctæ Vírgines
e , oráte.
.ncti & Sanctæ
intercédite pro
nobis.
eſto , Parce no-
omine.
eſto , Exaudi
omine.
malo , Líbera
ómine.
peccáto , líbera.
a , líbera.
:a & improvíſa
líbera.
.is diáboli , lí-
s , Dómine.
ındis cogitatió-
líbera.
fornicatiónis ,
nos , Dómine.
c ódio , & omni
oluntáte , líbera.
: & tempeſtáte ,
nos , Dómine.

A morte perpétua , líbera.
Per myſtérium ſanctæ Incarnatiónis tuæ , líbera.
Per adventum tuum , líbera nos , Dómine.
Per nativitátem tuam , líbera.
Per baptiſmum & ſanctum jejúnium tuum , líbera.
Per crucem & paſſiónem tuam , líbera.
Per mortem & ſepultúram tuam , líbera.
Per ſanctam reſurrectiónem tuam , líbera.
Per admirábilem aſcenſiónem tuam , líbera.
Per adventum Spíritûs ſancti paracléti , líbera.
In die judícii , líbera.
Peccatóres , Te rogámus , audi nos.
Ut ad veram pœniténtiam nos perdúcere dignéris , te.
Ut remiſſiónem peccatórum noſtrórum nobis dones , te.
Ut compunctiónem cordis , fontemque lácrymárum nobis dones , te.
Ut fidem , ſpem & caritátem nobis dones , te.
Ut Eccléſiam tuam ſanctam régere & conſerváre dignéris , te.
Ut Domnum Apoſtólicum , & omnes Gradus Eccléſiæ in ſancta religióne conſerváre dignéris , te.
Ut Antíſtitem noſtrum , & omnes congregatió-

nes illi commiſſas, in tuo ſancto obſéquio conſerváre dignéris, te.

Ut Regem noſtrum cuſtodíre dignéris, te.

Ut inimícos ſanctæ Eccléſiæ humiliáre dignéris, te.

Ut Régibus & Princípibus Chriſtiánis pacem & veram concórdiam donáre dignéris, te.

Ut cuncto pópulo Chriſtiáno pacem & unitátem largíri dignéris, te.

Ut noſmetipſos in tuo ſancto ſervítio confortáre & conſerváre dignéris, te.

Ut mentes noſtras ad cœléſtia deſidéria érigas, te.

Ut ómnibus benefactóribus noſtris ſempitérna bona retríbuas, te.

Ut ánimas noſtras, fratrum, propinquórum, & benefactórum noſtrórum, ab ætérna damnatióne erípias, te.

Ut fructus terræ dare & conſerváre dignéris, te.

Ut ómnibus fidélibus defunctis réquiem ætérnam donáre dignéris, te rogámus, audi nos.

Ut nos exaudíre dignéris, te.

Fili Dei, te rogámus.

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, Parce nobis, Dómine.

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, Exaudi nos, Dómine.

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, *Miſerére nobis.*

Kyrie, eléiſon. Chriſte, eléiſon. Kyrie, eléiſon. Pater. *uſque ad* ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem; ℟. Sed líbera nos à malo.

℣. Dómine, non ſecundùm peccáta noſtra fácias nobis; ℟. Neque ſecundùm iniquitátes noſtras retríbuas nobis. *Pſ.* 102. 10.

℣. Eſto nobis, Dómine, turris fortitúdinis, ℟. A fácie inimíci. *Pſ.* 60. 4.

℣. Orémus pro Paſtóre noſtro *N.* ℟. Dóminus conſervet eum, & vivíficet eum. *Pſ.* 40. 3.

℣. Pro Rege noſtro *N.* ℟. Dómine, ſalvum fac Regem; & exaudi nos in die quâ invocavérimus te. *Pſ.* 19. 10.

℣. Pro benefactóribus noſtris. ℟. Deus omnem grátiam abundáre fáciat in illis, & áugeat increménta frugum juſtítiæ illórum. 2. *Cor.* 9. 8. 10.

℣. Pro cunctis fidélibus defunctis. ℟. Edúcat eos Dóminus in lucem, & vídeant juſtítiam ejus. *Mich.* 7. 9.

℣. Pro infirmis, afflíctis, captívis, & peregrí-

ɫ. Líbera eos, Deus,
nnibus tribulatióni-
iis. *Pſ.* 24. 22.
Pro frátribus noſtris
tibus. ℟. Bénefac,
ine, bonis & rectis
. *Pſ.* 124. 4.
Memor eſto con-
tiónis tuæ, ℟. Quam
liſti ab inítio. *Pſ.*
..
Dómine, exaudi
onem meam; ℟. Et
or meus ad te véniat.
01. 2.
ulmus, Deus, in ad-
um. 11. ℣. Dómi-
xaudi, &c. Dómi-
vobiſcum.
Orémus.
Eus, cui próprium
eſt miſeréri ſemper,
rcere: ſúſcipe de-
iónem noſtram; ut
& omnes fámulos
quos delictórum ca-
onſtringit, miſerá-
æ pietátis clementer
vat.
audi, quæſumus,
ómine, súpplicum
, & confiténtium
rce peccátis; ut pá-
nobis indulgéntiam
s benignus & pa-

ffábilem nobis, Dó-
ne, miſericórdiam
clementer oſtende;
ul nos & à peccá-
nnibus éxuas, & à
quas pro iis me-
, erípias.

Deus, qui culpas delinquéntium diſtrictè feriendo pércutis, fletus quoque lugéntium non recúſas: quæſumus, ut qui pondus tuæ animadverſiónis cognóvimus, pietátis tuæ grátiam ſentiámus.

Deus, ómnium fidélium paſtor & rector, fámulum tuum *N.* quem Paſtórem Eccléſiæ tuæ præeſſe voluiſti, propítius réſpice; da ei, quæſumus, verbo & exemplo, quibus præeſt, proficere, ut ad vitam unà cum grege ſibi crédito, pervéniat ſempitérnam.

Omnípotens ſempitérne Deus, miſerére fámulo tuo Pontífici noſtro *N.* & dírige eum ſecundùm tuam cleméntiam in viam ſalútis ætérnæ; ut, te donante, tibi plácita cúpiat, & totâ virtúte perfíciat.

Quæſumus, omnípotens Deus, ut fámulus tuus Rex noſter *N.* qui tuâ miſeratióne ſuſcépit regni gubernácula, virtútum étiam ómnium percípiat incrementa; quibus decenter ornátus, vitiórum monſtra devitáre, hoſtes ſuperáre; & ad te, qui via, véritas & vita es, gratióſus váleat pervenire.

Deus, à quo ſancta deſidéria, recta con-

ſilia & juſta ſunt ópera : da ſervis tuis illam, quam mundus dare non poteſt, pacem ; ut & corda noſtra mandátis tuis dédita ; & , hóſtium ſublátâ formídine, témpora ſint tuâ protectióne tranquilla.

Ure igne ſancti Spíritûs renes noſtros & cor noſtrum, Dómine ; ut tibi caſto córpore ſerviámus, & mundo corde placeámus.

Actiónes noſtras, quæſumus, Dómine, aſpirando præveni, & adjuvando proſéquere ; ut cuncta noſtra orátio & operátio à te ſemper incípiat, & per te cœpta finiátur.

Fidélium, Deus, ómnium cónditor & redemptor, animábus famulórum famularumque tuárum remiſſiónem cunctórum tribue peccatórum ; ut indulgéntiam quam ſemper optavérunt, piis ſupplicatiónibus conſequantur.

Omnípotens ſempitérne Deus, qui vivórum domináris ſimul & mortuórum, omniúmque miſeréris, quos tuos fide & ópere futúros eſſe prænoſcis : te ſúpplices exorámus, ut pro quibus effúndere preces decrévimus, quoſque vel præſens ſéculum adhuc in carne rétinet, vel futúrum jam exútos córpore ſuſcépit, intercedéntibus ómnibus Sanctis tuis, pietátis tuæ cleméntiâ, ómnium delictórum ſuórum véniam conſequantur ; Per Chriſtum Dóminum noſtrum.

℟. Amen.

ORDO
COMMENDATIONIS ANIMÆ
ANTE DECESSUM.

Primùm dicuntur Litaniæ breves in hunc modum :

Kyrie, eléiſon. Chriſte, eléiſon. Kyrie, eléiſon.

Sancta María, Ora pro eo [*vel* ea.]

Omnes ſancti Angeli, oráte pro eo.

Sancte Abel, ora.

Omnis chorus Juſtórum, ora pro eo [*vel* ea.]

Sancte Abraham, ora.
Sancte Joannes Baptiſta, ora.
Omnes ſancti Patriarchæ & Prophétæ, oráte.
Sancte Petre, ora.
Sancte Paule, ora.
Sancte Andréa, ora.
Sancte Joannes, ora.
Omnes ſancti Apóſtoli & Evangeliſtæ, oráte.
Omnes ſancti Diſcípuli Dómini, oráte.
Omnes ſancti Innocentes, oráte.
Sancte Stéphane, ora.
Sancti Nazári & Celſe, oráte.
Sancte Laurenti, ora.
Sancte Vincenti, ora.
Omnes ſancti Mártyres, oráte.
Sancte Sylveſter, ora.
Sancte Auguſtíne, ora.
Sancte Martíne, ora.
Sancte Benedicte, ora.
Omnes ſancti Confeſſóres, oráte.
Sancta María Magdaléne, ora.
Sancta Theréſia, ora.
Sancta Cæcília, ora.
Sancta Genovéfa, ora.
Omnes ſanctæ Vírgines, oráte.
Omnes Sancti & Sanctæ Dei, Intercédite pro eo [*vel* ea.]
Propítius eſto, Parce ei, Dómine.
Propítius eſto, Adjuva eum, [*vel* eam] Dómine.
Propítius eſto, Líbera eum, [*vel* eam] Dómine.
Ab ira tua, líbera.
A mala morte, líbera.
A poteſtáte diáboli, líbera.
A pœnis inferni, líbera.
Per Nativitátem tuam, líbera eum, [*vel* eam] Dómine.
Per crucem & paſſiónem tuam, líbera.
Per mortem & ſepultúram tuam, líbera.
Per glorióſam Reſurrectiónem tuam, líbera.
Per admirábilem Aſcenſiónem tuam, líbera.
Per grátiam Spíritûs ſancti paracléti, líbera.
In die judícii, líbera.
Peccatóres, Te rogámus, audi nos.
Ut ei parcas, te rogámus, audi nos.
Kyrie, eléiſon. Chriſte, eléiſon. Kyrie, eléiſon.

Deinde cùm in agone ſui exitûs anxiatur anima, dicitur :

PRoficíſcere, ánima chriſtiána, de hoc mundo, In nómine Dei Patris omnipotentis, qui te creávit : In nómine Jeſu Chriſti Filii Dei vivi, qui pro te paſſus eſt, In nómine Spíritûs ſancti qui in te effúſus eſt : In nómine Angelórum & Archangelórum : In nómine Thronórum & Dominatiónum : In nómine

Principátuum & Poteſtá-tum : In nómine Chérubim & Séraphim : In nómine Patriarchárum & Prophetárum : In nómine ſanctórum Apoſtolórum & Evangeliſtárum : In nómine ſanctórum Mártyrum & Confeſſórum : In nómine ſanctórum Monachórum & Eremitárum : In nómine ſanctárum Vírginum , & ómnium Sanctórum & Sanctárum Dei. Hódie ſit in pace locus tuus , & habitátio tua in ſancta Sion ; Per Chriſtum Dóminum noſtrum.

℟. Amen. Orémus.

DEus miſéricors, Deus clemens , Deus qui ſecundùm multitúdinem miſeratiónum tuárum peccáta pœniténtium deles , & præteritórum críminum culpas véniâ remiſſiónis evácuas : réſpice propítius ſuper * hunc fámulum tuum *N.* [*vel* hanc fámulam tuam *N.*] & remiſſiónem ómnium peccatórum ſuórum totâ cordis confeſſióne poſcentem , deprecátus exaudi. Rénova in * eo [*vel* ea] piiſſime Pater , quidquid terrénâ fragilitáte corruptum , vel quidquid diabólicâ fraude violátum eſt : & unitáti córporis Eccléſiæ membrum redemptiónis annecte. Miſerére , Dómine , gemítuum , miſerére lacrymárum ejùs ; & non habentem fidúciam , *niſi in tua* miſericórdia , ad tuæ ſacramentum reconciliatiónis admitte ; Per Chriſtum Dóminum noſtrum.

℟. Amen.

COmmendo te omnipotenti Deo , * caríſſime frater [*vel* caríſſima ſoror ;] & ei cujus es creatúra commitro : ut cùm humanitátis débitum perſólveris , ad eum qui te de limo terræ formáverat , revertáris. Egredienti ítaque ánimæ tuæ de córpore , ſpléndidus Angelórum cœtus occurrat : judex Apoſtolórum tibi ſenátus advéniat : candidatórum tibi Mártyrum triumphátor exércitus óbviet : liliáta rutilántium te Confeſſórum turma circumdet : jubilántium te Vírginum chorus excípiat : beátæ quiétis in ſinu Patriarchárum te complexus aſtringat : mitis atque feſtívus Chriſti Jeſu tibi aſpectus appáreat , qui te inter aſſiſtentes ſibi júgiter intereſſe decernat. Ignóres omne quod horret in ténebris , quod ſtridet in flammis , quod crúciat in tormentis. Cedat tibi tetérrimus sátanas cum ſatellítibus ſuis : in adven-

..n tuo, te comitántibus Angelis, contremiſcat, atque in æternæ noctis chaos immáne diffúgiat. Exurgat Deus, & diſſipentur inimíci ejus; & fúgiant qui odérunt eum, à fácie ejus. Sicut déficit fumus, deficiant: ſicut fluit cera à fácie ignis, ſic péreant peccatóres à fácie Dei: & juſti epulentur, & exultent in conſpectu Dei. Confundantur ígitur & erubeſcant omnes tartáreæ legiónes: & miniſtri ſátanæ iter tuum impedíre non áudeant. Líberet te à cruciátu Chriſtus, qui pro te crucifixus eſt. Líberet te ab æterna morte Chriſtus, qui pro te mori dignátus eſt. Conſtítuat te Chriſtus Fílius Dei vivi intra paradíſi ſui ſemper amœna viréntia, & inter oves ſuas te verus ille Paſtor agnoſcat. Ille ab ómnibus peccátis tuis te abſolvat, atque ad déxteram ſuam in electórum ſuórum te ſorte conſtítuat. Redemptórem tuum fácie ad fáciem vídeas; & præſens ſemper aſſiſtens, manifeſtíſſimam beátis óculis aſpícias veritátem. * Conſtitútus [*vel* Conſtitúta] ígitur inter agmina Beatórum, contemplatiónis divínæ dulcédine potiáris in ſécula ſeculórum. ℟. Amen.

Suſcipe, Dómine, * ſervum tuum [*vel* ancillam tuam] in locum ſperandæ ſibi ſalvatiónis à miſericórdia tua. ℟. Amen.

Líbera, Dómine, ánimam ejus ex ómnibus perículis inferni, & de láqueis pœnárum, & ex ómnibus tribulatiónibus. ℟. Amen.

Líbera, Dómine, ánimam ejus, ſicut liberaſti Enoch & Elíam de commúni morte mundi. ℟. Amen.

Líbera, Dómine, ánimam ejus, ſicut liberaſti Noë de dilúvio. ℟. Amen.

Líbera, Dómine, ánimam ejus, ſicut liberaſti Abraham de Ur Chaldæórum. ℟. Amen.

Líbera, Dómine, ánimam ejus, ſicut liberaſti Job de paſſiónibus ſuis. ℟. Amen.

Líbera, Dómine, ánimam ejus, ſicut liberaſti Iſaac de hóſtia, & de manu patris ſui Abrahæ. ℟. Amen.

Líbera, Dómine, ánimam ejus, ſicut liberaſti Lot de Sódomis, & de flamma ignis. ℟. Amen.

Líbera, Dómine, ánimam ejus, ſicut liberaſti Móyſen de manu Pharaónis regis Ægyptiórum. ℟. Amen.

Libera, Dómine, ánimam ejus, ſicut liberaſti Daniélem de lacu leónum. ℟. Amen.

Líbera, Dómine, ánimam ejus, ſicut liberaſti tres púeros de camino ignis ardentis, & de manu regis iniqui. ℟. Amen.

Líbera, Dómine, ánimam ejus, ſicut liberaſti Suſannam de falſo crímine. ℟. Amen.

Líbera, Dómine, ánimam ejus, ſicut liberaſti David de manu regis Saül, & de manu Góliath. ℟. Amen.

Líbera, Dómine, ánimam ejus, ſicut liberaſti Petrum & Paulum de carcéribus. ℟. Amen.

Et ſicut beatiſſimam Theclam, vírginem & mártyrem tuam, de tribus atrociſſimis tormentis liberaſti, ſic liberáre dignéris ánimam hujus * ſervi tui [*vel* ancillæ tuæ;] & tecum fácias in bonis cœléſtibus congaudére. ℟. Amen.

COmmendámus tibi, Dómine, ánimam * fámuli tui [*vel* fámulæ tuæ,] precamurque te, Dómine Jeſu Chriſte, Salvátor mundi, ut eam propter quam ad terram deſcendiſti, Patriarchárum tuórum sínibus inſinuáre non rénuas. Agnoſce, Dómine, creatúram tuam, non à diis aliénis creátam, ſed à te ſolo Deo vivo & vero; quia non eſt álius Deus præter te, & non eſt ſecundùm ópera tua. Lætífica, Dómine, ánimam ejus in conſpectu tuo, & ne memíneris iniquitátum ejus antiquárum, quas ſuſcitávit furor mali deſidérii. Licèt enim peccáverit, tamen Patrem, & Fílium, & Spíritum ſanctum non negávit, ſed crédidit; & zelum Dei in ſe hábuit; & Deum qui fecit ómnia, fidéliter adorávit. ℟. Amen. Orémus.

DElicta juventútis, & ignorántias ejus, quæſumus, ne memíneris, Dómine: ſed ſecundùm magnam miſericórdiam tuam memor eſto illius in glória claritátis tuæ. Aperiantur ei cœli; collætentur illi Angeli. In regnum tuum, Dómine, creatúram tuam ſúſcipe. Suſcípiat eam ſanctus Míchael Archángelus Dei, qui milítiæ cœleſtis méruit principátum. Véniant illi óbviàm ſancti Angeli Dei, & perdúcant eam in civitátem cœleſtem Jerúſalem. Suſcípiat eam beátus Petrus Apóſtolus, cui à Deo claves regni cœleſtis tráditæ ſunt. Adjuvet eam beátus Paulus Apóſtolus, qui

dignus

dignus fuit eſſe vas electiónis: Intercédat pro ea ſanctus Joannes, electus Dei Apóſtolus, cui reveláta ſunt ſecréta cœléſtia. Orent pro ea omnes ſancti Apóſtoli, quibus à Dómino data eſt poteſtas ligandi atque ſolvendi. Intercédant pro ea omnes Sancti & Electi Dei, qui pro Chriſti nómine torménta in hoc ſéculo ſuſtinuérunt; ut vínculis carnis exúta, perveníre mereátur ad glóriam regni cœleſtis, præſtante Dómino noſtro Jeſu Chriſto, qui cum Patre & Spíritu ſancto vivit & regnat in ſécula ſeculórum.

℟. Amen.

Si anxiatur adhuc anima, dicitur Pſalmus Confitémini Dómino. 17. *& totus Pſalmus* Beáti immaculáti in via: *per Horas Dominicæ diſtributus*, 18.

Egreſsâ autem animâ, dicitur: ℟. In te, Dómine, ſperávi, non confúndar in æternum, accélera ut éruas me: in manus tuas commendo ſpíritum meum: * Redemiſti me, Dómine Deus veritátis; illuſtra fáciem tuam ſuper * ſervum tuum [*vel* ancillam tuam;] * ſalvum [*vel* ſalvam] me fac in miſericórdia tua. *Pſ.* 30. ℣. 2. 3. 6. 17. ℣. Dómine Jeſu, ſuſcipe ſpíritum meum. * Redemiſti me. *Act.* 7. 58.

Kyrie, eléiſon, Chriſte, eléiſon. Kyrie, eléiſon. *Secretò*, Pater noſter. *Altâ voce*, ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem; ℟. Sed líbera nos à malo.

℣. Non intres in judícium cum * ſervo tuo [*vel* ancilla tua,] Dómine; ℟. Quia non juſtificábitur in conſpectu tuo omnis vivens. *Pſ.* 142. 2.

℣. Ne tradas béſtiis ánimas confiténtes tibi: ℟. Et ánimas páuperum tuórum ne obliviſcáris in finem. *Pſ.* 73. 19.

℣. Dómine, exaudi oratiónem meam; ℟. Et clamor meus ad te véniat. *Pſ.* 101. 2.

℣. Dóminus vobiſcum.
℟. Et cum ſpíritu tuo.

Orémus.

Tibi, Dómine, commendámus ánimam * fámuli tui [*vel* fámulæ tuæ] *N.* ut * defunctus [*vel* defuncta] ſéculo, tibi vivat: & quæ per fragilitátem humánæ converſatiónis peccáta commíſit, tu véniâ miſericordiſſimæ pietátis abſterge; Per Chriſtum Dóminum noſtrum.

℟. Amen.

ræ, * quia audiérunt ómnia verba oris tui;

Et cantent in viis Dómini, * quóniam magna eſt glória Dómini;

Quóniam excelſus Dóminus, & humília réſpicit, * & alta à longè cognoſcit.

Si ambulávero in médio tribulatiónis, vivificábis me: * & ſuper iram inimicórum meórum extendiſti manum tuam, & ſalvum me fecit déxtera tua.

Dóminus retríbuet pro me: * Dómine, miſericórdia tua in ſéculum: ópera mánuum tuárum ne deſpícias.

Ant. Opera mánuum tuárum, Dómine, ne deſpícias.

Continuò dicitur:

Ad Magnif. *Ant.* 7. b. Cujus opus árſerit, detriméntum patiétur; ipſe autem ſalvus erit, ſic tamen quaſi per ignem. 1. *Cor.* 3. 15.

Secretò, Pater. *Clarâ voce*, ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem; ℟. Sed líbera nos à malo.

℣. In memória ætérna erunt juſti; ℟. Ab auditióne mala non timébunt. *Pſ.* 111. 7.

℣. A porta ínferi, ℟. Erue, Dómine, ánimas eórum. *Pſ.* 88. 49.

℣. Credo vidére bona Dómini, ℟. In terra viventium. *Pſ.* 26. 13.

Pſalmus 145.

LAuda, ánima mea, Dóminum: laudábo Dóminum in vita mea; * pſallam Deo meo quámdiu fúero.

Nolíte confídere in princípibus; * in fíliis hóminum, in quibus non eſt ſalus.

Exíbit ſpíritus ejus, & revertétur in terram ſuam: * in illa die períbunt omnes cogitatiónes eórum.

Beátus cujus Deus Jacob adjútor ejus, ſpes ejus in Dómino Deo ipſius, * qui fecit cœlum & terram, mare, & ómnia quæ in eis ſunt.

Qui cuſtódit veritátem in ſéculum, facit judícium injúriam patiéntibus, * dat eſcam eſuriéntibus.

Dóminus ſolvit compedítos: * Dóminus illúminat cæcos.

Dóminus érigit eliſos: * Dóminus díligit juſtos.

Dóminus cuſtódit ádvenas: pupillum & víduam ſuſcípiet; * & vias peccatórum diſperdet.

Regnábit Dóminus in ſécula, Deus tuus, Sion, * in generatiónem & generatiónem.

℣. Requieſcant in pace, ℟. Amen.

Ant. 8. c. Auxílium.

Pſalmus 120.

LEvávi óculos meos in montes, * unde véniet auxílium mihi.

Auxílium meum à Dómino, * qui fecit cœlum & terram.

Non det in commotiónem pedem tuum; * neque dormítet qui cuſtódit te.

Ecce non dormitábit neque dórmiet, * qui cuſtódit Iſraël.

Dóminus cuſtódit te, Dóminus protéctio tua * ſuper manum déxteram tuam.

Per diem ſol non uret te, * neque luna per noctem.

Dóminus cuſtódit te ab omni malo: * cuſtódiat ánimam tuam Dóminus.

Dóminus cuſtódiat introítum tuum & éxitum tuum, * ex hoc nunc, & uſque in ſéculum.

Ant. Auxílium meum à Dómino, qui fecit cœlum & terram.

Ant. 8. G. Si iniquitátes.

Pſalmus 129.

DE profundis clamávi ad te, Dómine: * Dómine, exaudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendentes * in vocem deprecatiónis meæ.

Si iniquitátes obſerváveris, Dómine: * Dómine, quis ſuſtinébit?

Quia apud te propitiátio eſt, * & propter legem tuam ſuſtinui te, Dómine.

Suſtínuit ánima mea in verbo ejus, * ſperávit ánima mea in Dómino.

A cuſtódia matutína uſque ad noctem * ſperet Iſraël in Dómino;

Quia apud Dóminum miſericórdia, * & copióſa apud eum redémptio;

Et ipſe rédimet Iſraël * ex ómnibus iniquitátibus ejus.

Ant. Si iniquitátes obſerváveris, Dómine: Dómine, quis ſuſtinébit

Ant. 2. D. Opera.

Pſalmus 137.

COnfitébor tibi, Dómine, in toto corde meo, * quóniam audiſti verba oris mei.

In conſpectu Angelórum pſallam tibi: * adorábo ad templum ſanctum tuum, & confitébor nómini tuo:

Super miſericórdia tua & veritáte tua; * quóniam magnificaſti ſuper omne, nomen ſanctum tuum.

In quacumque die invocávero te, exaudi me, * multiplicábis in ánima mea virtútem.

Confiteantur tibi, Dómine, omnes reges ter-

tæ, * quia audiérunt ómnia verba oris tui;

Et cantent in viis Dómini, * quóniam magna est glória Dómini.

Quoniam excel... mimus, & hum... cit, * & alta ... gnoſcit.

Si amb... ...dio tri... ...animabus cábi... ...ac matris meæ, ...unque peccáta dimit... ...æ; meque eos in ætérnæ claritátis gáudio fac vidére; Per Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum.]

AD VIGILIAS.

Invitat. Regem cui ómnia vivunt, * Veníte, adorémus.

Pſalmus Veníte. *In cujus fine, loco* Glória Patri, *dicitur*: Réquiem ætérnam dona eis, Dómine; & lux perpétua lúceat eis.

Dicitur in Commemoratione omnium Fidelium, & quando recitantur tria Nocturna.

Vigiliæ dicuntur cum tribus Nocturn. in Depoſitione corporis, & in omnibus Anniverſariis ritu Duplici celebrandis. In iis verò quæ ritu Simplici fiunt, ubi dicitur unicum Nocturnum, Feriâ II. & V. dicitur primum; Feriâ III. & VI. ſecundum; Feriâ IV. & Sabbato, tertium.

...TURNO.

In ætern...

...nus 5.

...mea auribus ...pe, Dómine: * ...clamórem meum. ...de voci oratiónis * Rex meus & ...meus.

Quóniam ad te orábo, Dómine, * mane exáudies vocem meam.

Mane aſtabo tibi, & vidébo; * quóniam non Deus volens iniquitátem tu es.

Neque habitábit juxta te malignus, * neque permanébunt injuſti ante óculos tuos.

Odiſti omnes qui operantur iniquitátem: * perdes omnes qui loquuntur mendácium.

Virum sánguinum & dolóſum abominábitur Dóminus; * ego autem in multitúdine miſericórdiæ tuæ,

Introíbo in domum tuam, * adorabo ad templum ſanctum tuum in timóre tuo.

Dómine, deduc me in juſtitia tua: * propter inimícos meos dirige in conſpectu tuo viam meam;

Quóniam non eſt in ore eorum véritas, * cor eórum vanum eſt.

Sepulchrum patens eſt guttur eórum, linguis

sè agébant ; *
.os , Deus.
nt à cogitatióni-
ſecundùm mul-
ıpietátum eó-
os , * quó-
nt te , Dó-
es qui
æter-
.aount ; & ha-
ı eis.
riabuntur in te
ui diligunt no-
m , * quóniam
íces juſto.
e , ut ſcuto bonæ
s tuæ * corona-
n æternum exul-
Dómine ; & ha-
ı eis.
. b. Tu, Dómine.
ſalmus 6.
ine , ne in furó-
to árguas me , *
ı ira tua corrí-
re meî , Dómi-
óniam infirmus
ſana me, Dó-
uóniam contur-
oſſa mea.
ma mea turbáta
; * ſed tu , Dó-
ſquequò ?
rtere , Dómine ,
nimam meam: *
me fac propter
:diam tuam ;
am non eſt in
ui memor ſit
n inferno autem

quis confitébitur tibi ?

Laborávi in gémitu meo , lavábo per ſingulas noctes lectum meum,* lácrymis meis ſtratum meum rigábo.

Turbátus eſt à furóre óculus meus , * inveterávi inter omnes inimícos meos.

Diſcédite à me , omnes qui operámini iniquitátem , * quóniam exaudívit Dóminus vocem fletûs mei.

Exaudívit Dóminus deprecatiónem meam : * Dóminus oratiónem meā ſuſcépit.

Erubeſcant & conturbentur vehementer omnes inimíci mei : * convertantur & erubeſcant valde velóciter.

Ant. Tu , Dómine ; úſquequò ? Convértere , Dómine , & éripe.

Ant. 8. c. Réſpice.

Pſalmus 12.

USquequò , Dómine , oblivíſceris me in finem ? * úſquequò avertis fáciem tuam à me ?

Quámdiu ponam consília in ánima mea , * dolórem in corde meo per diem ?

Uſquequò exaltábitur inimícus meus ſuper me ? * réſpice , & exaudi me , Dómine Deus meus.

Illúmina óculos meos , ne umquam obdórmiam

Si aliud Officium non ſequatur, dicitur:

Requieſcant in pace.

℟. Amen.

[*Privatim pro patre & matre,*

Oratio.

DEus, qui nos patrem & matrem honoráre præcepiſti: miſerére clementer animábus patris mei ac matris meæ, eorumque peccáta dimitte; meque eos in æternæ claritátis gáudio fac vidére; Per Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum Fílium tuum.]

AD VIGILIAS.

Invitat. Regem cui ómnia vivunt, * Veníte, adorémus.

Pſalmus Veníte. *In cujus fine, loco* Glória Patri, *dicitur*: Réquiem ætérnam dona eis, Dómine; & lux perpétua lúceat eis.

Dicitur in Commemoratione omnium Fidelium, & quando recitantur tria Nocturna.

Vigiliæ dicuntur cum tribus Nocturn. in Depoſitione corporis, & in omnibus Anniverſariis ritu Duplici celebrandis. In iis verò quæ ritu Simplici fiunt, ubi dicitur unicum Nocturnum, Feriâ II. & V. dicitur primum; Feriâ III. & VI. ſecundum; Feriâ IV. & Sabbato, tertium.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 4. E. In æternum.

Pſalmus 5.

VErba mea áuribus pércipe, Dómine; * intéllige clamórem meum.

Inténde voci oratiónis meæ, * Rex meus & Deus meus.

Quóniam ad te orábo, Dómine, * manè exáudies vocem meam.

Manè aſtábo tibi, & vidébo; * quóniam non Deus volens iniquitátem tu es.

Neque habitábit juxta te malignus, * neque permanébunt injuſti ante óculos tuos.

Odiſti omnes qui operantur iniquitátem: * perdes omnes qui loquuntur mendácium.

Virum sánguinum & dolóſum abominábitur Dóminus; * ego autem in multitúdine miſericórdiæ tuæ,

Introíbo in domum tuam, * adorábo ad templum ſanctum tuum in timóre tuo.

Dómine, deduc me in juſtítia tua: * propter inimícos meos dírige in conſpectu tuo viam meam;

Quóniam non eſt in ore eórum véritas, * cor eórum vanum eſt.

Sepulchrum patens eſt guttur eórum, linguis

ſuis dolóſè agébant ; * júdica illos , Deus.

Décidant à cogitatiónibus ſuis ; ſecundùm multitúdinem impietátum eórum expelle eos , * quóniam irritavérunt te , Dómine.

Et lætentur omnes qui ſperant in te : * in ætérnum exultábunt ; & habitábis in eis.

Et gloriabuntur in te omnes qui díligunt nomen tuum , * quóniam tu benedíces juſto.

Dómine , ut ſcuto bonæ voluntátis tuæ * coronaſti nos.

Ant. In æternum exultábunt , Dómine ; & habitábis in eis.

Ant. 5. b. Tu, Dómine.

Pſalmus 6.

DOmine , ne in furóre tuo árguas me , * neque in ira tua corrípias me.

Miſerére meî , Dómine , quóniam infirmus ſum : * ſana me , Dómine , quóniam conturbáta ſunt oſſa mea.

Et ánima mea turbáta eſt valde ; * ſed tu , Dómine , úſquequò ?

Convértere , Dómine , & éripe ánimam meam: * ſalvum me fac propter miſericórdiam tuam ;

Quóniam non eſt in morte qui memor ſit tuî : * in inferno autem quis confitébitur tibi ?

Laborávi in gémitu meo , lavábo per ſíngulas noctes lectum meum, * lácrymis meis ſtratum meum rigábo.

Turbátus eſt à furóre óculus meus , * inveterávi inter omnes inimícos meos.

Diſcédite à me , omnes qui operámini iniquitátem , * quóniam exaudívit Dóminus vocem fletûs mei.

Exaudívit Dóminus deprecatiónem meam : * Dóminus oratiónem meā́ ſuſcépit.

Erubeſcant & conturbentur vehementer omnes inimíci mei : * convertantur & erubeſcant valde velóciter.

Ant. Tu , Dómine ; úſquequò ? Convértere , Dómine , & éripe.

Ant. 8. c. Réſpice.

Pſalmus 12.

USquequò , Dómine , oblivíſceris me in finem ? * úſquequò avertis fáciem tuam à me ?

Quámdiu ponam consília in ánima mea , * dolórem in corde meo per diem ?

Uſquequò exaltábitur inimícus meus ſuper me ? * réſpice , & exaudi me , Dómine Deus meus.

Illúmina óculos meos , ne umquam obdórmiam

in morte, * nequando dicat inimícus meus: Prævàlui adversùs eum.

Qui tríbulant me, exultábunt ſi motus fúero; * ego autem in miſericórdia tua ſperávi.

Exultábit cor meum in ſalutári tuo, cantábo Dómino qui bona tríbuit mihi; * & pſallam nómini Dómini altíſſimi.

Ant. Réſpice, & exaudi, Dómine.

℣. Ut quid, Deus, repuliſti in finem? ℟. Irátus eſt furor tuus ſuper oves páſcuæ tuæ? *Pſ.* 73. 1.

Secretò, Pater. *Clarâ voce*, ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem; ℟. Sed líbera nos à malo.

Lectiones leguntur ſine Abſolutione, & ſine Benedictionibus.

De libro Job.

LECTIO I. *Cap.* 13. 22.

Job apud Deum queritur.

RÉſponde mihi: Quantas hábeo iniquitátes, & peccáta: ſcélera mea & delicta oſtende mihi. Cur fáciem tuam abſcondis, & arbitráris me inimícum tuum? Contra fólium, quod vento rápitur, oſtendis poténtiam tuam, & ſtipulam ſiccam perſéqueris. Scribis enim contra me amaritúdines, & conſúmere me vis peccátis adoleſcéntiæ meæ. Poſuiſti in nervo pedem meum, & obſervaſti omnes ſémitas meas, & veſtígia pedum meórum conſideraſti. Qui quaſi putrédo conſumendus ſum, & quaſi veſtimentum, quod coméditur à tínea.

℟. *j.* Quóniam ibit homo in domum æternitátis ſuæ; *Revertátur pulvis in terram ſuam unde erat, & ſpíritus rédeat ad Deum qui dedit illum. *Eccleſ.* 12. 5. 7. ℣. Det illi Dóminus invenire miſericórdiam à Dómino in illa die. 2. *Tim.* 1. 18. * Revertátur.

LECT. II. *Cap.* 14. 1.

Fragilitas humana.

HOmo natus de muliere, brevi vivens témpore, replétur multis miſériis. Qui quaſi flos egréditur, & contéritur, & fugit velut umbra, & numquam in eódem ſtatu pérmanet. Et dignum ducis ſuper hujuſcémodi aperire óculos tuos, & addúcere eum tecum in judícium? Quis poteſt fácere mundum de immundo conceptum ſémine? Nonne tu qui ſolus es? Breves dies hóminis ſunt, númerus ménſium ejus apud te eſt, conſtituiſti términos ejus qui præteríri non póterunt. Recéde páululùm ab eo, ut quieſcat; donec optata

véniat, ſicut mercenárii dies ejus.

℟. *ij.* Miſeréris ómnium, Dómine, quia ómnia potes, & diſſímulas peccáta hóminum propter pœniténtiam: nihil odiſti eórum quæ feciſti; * Parcis ómnibus; quóniam tua ſunt, Dómine, qui amas ánimas. *Sap.* 11. 24. 25. 27. ℣. Quia tu es Chriſtus Filius Dei vivi, qui in hunc mundum veniſti. *Joan.* 11. 27. * Parcis.

Lect. III. *Cap.* 14. 13.

Job corporum vaticinatur reſurrectionem.

QUis mihi hoc tríbuat, ut in inferno prótegas me, & abſcondas me, donec pertránſeat furor tuus, & conſtituas mihi tempus, in quo recordéris meî? Putáſne mórtuus homo rurſùm vivat? Cunctis diébus, quibus nunc mílito, expecto donec véniat immutátio mea. Vocábis me, & ego reſpondébo tibi: óperi mánuum tuárum porriges déxteram. Tu quidem greſſus meos dinumeraſti; ſed parce peccátis meis.

℟. *iij.* Ne tradas, Dómine, béſtiis ánimas confiténtes tibi; * Et ánimas páuperum tuórum ne obliviſcáris in finem. *Pſ.* 73. 19. ℣. Dómine, miſerére noſtrî, Fili David. *Matt.* 20. 31. * Et ánimas. ℣. Réquiem. *Et ánimas.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 4. a. In médio.

Pſalmus 22.

DOminus regit me, & nihil mihi déerit: * in loco páſcuæ ibi me collocávit.

Super aquam refectiónis educávit me: * ánimam meam convertit.

Deduxit me ſuper ſémitas juſtítiæ, * propter nomen ſuum.

Nam & ſi ambulávero in médio umbræ mortis, non timébo mala, * quóniam tu mecum es.

Virga tua, & báculus tuus, * ipſa me conſoláta ſunt.

Paraſti in conſpectu meo menſam, * adversùs eos qui tríbulant me.

Impinguaſti in óleo caput meum; * & calix meus inébrians quàm præclárus eſt!

Et miſericórdia tua ſubſequétur me * ómnibus diébus vitæ meæ;

Et ut inhábitem in domo Dómini, * in longitúdinem diérum.

Ant. In médio umbræ mortis non timébo mala, quóniã tu mecum es, Dñe.

Ant. 8. G. Delicta.

Pſalmus 24.

AD te, Dómine, levávi ánimam meã; *

Deus meus, in te confido, non erubeſcam:

Neque irrídeant me inimíci mei; * étenim univerſi qui ſúſtinent te, non confundentur.

Confundantur omnes iníqua agentes * ſupervácuè.

Vias tuas, Dómine, demonſtra mihi, * & ſémitas tuas édoce me.

Dírige me in veritáte tua, & doce me; * quia tu es Deus ſalvátor meus, & te ſuſtínui totâ die.

Reminíſcere miſeratiónum tuárum, Dómine, * & miſericordiárum tuárum quæ à ſéculo ſunt.

Delicta juventútis meæ * & ignorántias meas ne memíneris.

Secundùm miſericórdiam tuam memento meî tu, * propter bonitátem tuam, Dómine.

Dulcis & rectus Dóminus; * propter hoc legem dabit delinquéntibus in via:

Díriget manſuétos in judício, * docébit mites vias ſuas.

Univerſæ viæ Dómini miſericórdia & véritas, * requiréntibus teſtamentum ejus & teſtimónia ejus.

Propter nomen tuum, Dómine, propitiáberis peccáto meo; * multum eſt enim.

Quis eſt homo qui timet Dóminum? * legem ſtátuit ei in via quam elégit.

Anima ejus in bonis demorábitur, * & ſemen ejus hæreditábit terram.

Firmamentum eſt Dóminus timéntibus eum; * & teſtamentum ipsíus ut manifeſtétur illis.

Oculi mei ſemper ad Dóminum, * quóniam ipſe evellet de láqueo pedes meos.

Réſpice in me, & miſerére meî, * quia únicus & pauper ſum ego.

Tribulatiónes cordis mei multiplicátæ ſunt, * de neceſſitátibus meis érue me.

Vide humilitátem meã, & labórem meum, * & dimitte univerſa delicta mea:

Réſpice inimícos meos, quóniã multiplicáti ſunt, * & ódio iníquo odérunt me:

Cuſtódi ánimam meam, & érue me; * non erubeſcam, quóniam ſperávi in te.

Innocentes & recti adhæſérunt mihi, * quia ſuſtínui te.

Líbera, Deus, Iſraël, * ex ómnibus tribulatiónibus ſuis.

Ant. Delicta juventútis, & ignorántias ne memíneris, Dómine.

Ant. 7. ç. Exaudi.

Pſalmus 26.

DOminus illuminátio mea, & ſalus mea;* quem timébo ?

Dóminus protector vitæ meæ ; * à quo trepidábo ?

Dum appròpiant ſuper me nocentes, * ut edant carnes meas.

Qui tribulant me inimíci mei, * ipſi infirmáti ſunt & cecidérunt.

Si conſiſtant adversùm me caſtra, * non timébit cor meum.

Si exurgat adversùm me prælium, * in hoc ego ſperábo.

Unam pétii à Dómino, hanc requíram, * ut inhábitem in domo Dómini ómnibus diébus vitæ meæ :

Ut vídeam voluptátem Dómini,* & víſitem templum ejus ;

Quóniam abſcondit me in tabernáculo ſuo : * in die malórum protexit me in abſcóndito tabernáculi ſui.

In petra exaltávit me, * & nunc exaltávit caput meum ſuper inimícos meos.

Circuívi, & immolávi in tabernáculo ejus hóſtiam vociferatiónis : * cantábo, & pſalmum dicam Dómino.

Exaudi, Dómine, vocem meam quâ clamávi ad te : * miſerére meî, & exaudi me.

Tibi dixit cor meum, Exquisívit te fácies mea :* fáciem tuam, Dómine, requíram.

Ne avertas fáciem tuam à me : * ne declínes in ira à ſervo tuo.

Adjútor meus eſto ; ne derelinquas me, * neque deſpícias me, Deus ſalutáris meus ;

Quóniam pater meus & mater mea dereliquérunt me : * Dóminus autem aſſumpſit me.

Legem póne mihi, Dómine, in via tua ; * & dírige me in ſémitam rectam propter inimícos meos.

Ne tradíderis me in ánimas tribulántium me;* quóniam inſurrexérunt in me teſtes iníqui, & mentíta eſt iníquitas ſibi.

Credo vidére bona Dómini * in terra vivéntium.

Expecta Dóminum, viríliter age ; * & confortétur cor tuum, & ſúſtine Dóminum.

Ant. Exaudi, Dómine ; miſerére ; ne avertas fáciem tuam.

℣. Ne avertátur húmilis, ℟. Factus confuſus. *Pſ.* 73. 21.

Ex Epíſtola S. Cypriáni Epíſcopi ad Antoniánum.

Epiſt. 55. edit. nova.

LECTIO IV.

ALiud eſt ad véniam ſtare, áliud ad glóriam pervenire. Aliud miſſum in cárcerem non exíre inde, donec ſolvat noviſſimum quadrantem; áliud ſtatim virtútis & fídei ardóre mercédem accípere. Aliúd pro peccátis longo dolóre cruciátuum emundári, purgári diu igne; áliud peccáta ómnia paſſióne purgaſſe. Aliud dénique pendére in diem judícii ad ſenténtiam Dómini, áliud ſtatim à Dómino coronári.

℟. *iv.* Qui dórmiunt in terræ púlvere, evigilábunt * Alii in vitam ætérnam, & álii in oppróbrium, ut vídeant ſemper. *Dan.* 12. 2. ℣. In noviſſima tuba; canet enim tuba, & mórtui reſurgent. 1. *Cor.* 15. 52. * Alii.

Ex Oratióne ſancti Ambróſii Epíſcopi, de óbitu Theodóſii Imperatóris.

LECTIO V.

TU ſolus, Dómine, invocandus es, tu rogandus. Da réquiem perfectam ſervo tuo, réquiem illam, quam præparaſti ſervis tuis. Illò convertátur ánima ejus, unde deſcendit, ubi mortis acúleum ſentíre non poſſit, ubi cognoſcat mortem hanc non natúræ finem, ſed culpæ. *Dilexi*, & ídeò próſequor eum uſque ad regiónem vivórum, nec déſeram, donec fletu & précibus indúcam virum, quò ſua mérita vocant, in montem Dómini ſanctum, ubi perennis vita.

℟. *v.* Sancta & ſalúbris eſt cogitátio pro defunctis exoráre, * Ut à peccátis ſolvantur. 2. *Mach.* 12. 46. ℣. Tálibus enim hóſtiis promerétur Deus. *Hebr.* 13. 16. * Ut à peccátis.

De Sermóne ſancti Auguſtini Epíſcopi, de Verbis Apóſtoli.

Serm. 32.

LECTIO VI.

O Rationibus ſanctæ Eccléſiæ, & ſacrifício ſalutári, & eleemóſynis, quæ pro eórum ſpirítibus erogantur, non eſt dubitandum mórtuos adjuvári: ut cum eis miſericórdiùs agátur à Dómino, quàm eórum peccáta meruérunt. Hoc enim à pátribus tráditum univerſa obſervat Eccléſia, ut pro eis qui in corpóris & ſánguinis Chriſti communióne defuncti ſunt; cùm ad ipſum ſacrifícium loco ſuo commemorantur, orétur; ac pro illis

quoque id offerri commemorétur. Cùm eórum commendandórum causâ, ópera miſericórdiæ celebrantur; quis eis dúbitet ſuffragári, pro quibus oratiónes Deo non inániter allegantur? Non omníno ámbigendum eſt iſta prodeſſe defunctis; ſed tálibus, qui ita vixerint ante mortem, ut poſſint hæc utília eis eſſe poſt mortem.

℟. *vj.* Dómine omnípotens, ánima in angúſtiis, & ſpíritus ánxius clamat ad te: * Audi, Dómine, & miſerére; † Quia Deus es miſéricors. *Baru.* 3. 1. 2. ℣. Juſtæ & veræ ſunt viæ tuæ, Rex ſeculórum. *Apoc.* 15. 3. * Audi. ℣. Réquiem. † Quia Deus.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 7. b. Propter iniquitátem.

Pſalmus 38.

DIxi: Cuſtódiam vias meas, * ut non delinquam in lingua mea.

Póſui ori meo cuſtódiam, * cùm consíſteret peccátor adversùm me.

Obmútui, & humiliátus ſum, & ſílui à bonis; * & dolor meus renovátus eſt.

Concáluit cor meum intra me, * & in meditatióne mea exardeſcet ignis.

Locútus ſum in lingua mea: * Notum fac mihi, Dómine, finem meum,

Et númerum diérum meórum, quis eſt; * ut ſciam quid deſit mihi.

Ecce menſurábiles poſuiſti dies meos; * & ſubſtántia mea tamquam níhilum ante te.

Verúmtamen univerſa vánitas, * omnis homo vivens.

Verúmtamen in imágine pertranſit homo, * ſed & fruſtrà conturbátur:

Theſaurízat, * & ignórat cui congregábit ea.

Et nunc quæ eſt expectátio mea? nonne Dóminus? * & ſubſtántia mea apud te eſt.

Ab ómnibus iniquitátibus meis érue me: * oppróbrium inſipienti dediſti me.

Obmútui, & non apérui os meum, quóniam tu feciſti: * ámove à me plagas tuas.

A fortitúdine manûs tuæ ego deféci in increpatiónibus, * propter iniquitátem corripuiſti hóminem:

Et tabéſcere feciſti ſicut aráneam ánimam ejus: * verúmtamen vanè conturbátur omnis homo.

Exaudi oratiónem meã, Dómine, & deprecatiónem meam, * áuribus

pércipe lácrymas meas.

Ne síleas, quóniam ádvena ego ſum apud te, & peregrínus, * ſicut omnes patres mei.

Remitte mihi ut refrígerer, priuſquam ábeam; * & ampliùs non ero.

Ant. Propter iniquitátem corripuiſti hóminem: exaudi oratiónem, Dómine.

Ant. 5. b. Numquid qui dormit.

Pſalmus 40.

BEátus qui intélligit ſuper egénum & páuperem; * in die mala liberábit eum Dóminus.

Dóminus conſervet eum, & vivíficet eum; & beátum fáciat eum in terra, * & non tradat eum in ánimam inimicórum ejus.

Dóminus opem ferat illi ſuper lectum dolóris ejus: * univerſum ſtratum ejus verſaſti in infirmitáte ejus.

Ego dixi: Dómine, miſerére meî; * ſana ánimam meam, quia peccávi tibi.

Inimíci mei dixérunt mala mihi: * Quando moriétur, & períbit nomen ejus?

Et ſi ingrediebátur ut vidéret, vana loquebátur: * cor ejus congregávit iniquitátem ſibi.

Egrediebátur foràs, * & loquebátur in idipſum.

Adversùm me ſuſurrábant omnes inimíci mei: * adversùm me cogitábant mala mihi.

Verbum iníquum conſtituérunt adversùm me: * numquid qui dormit non adjíciet ut reſurgat?

Etenim homo pacis meæ, in quo ſperávi, * qui edébat panes meos, magnificávit ſuper me ſupplantatiónem.

Tu autem, Dómine, miſerére meî, & reſúſcita me; * & retríbuam eis.

In hoc cognóvi quóniam voluiſti me, * quóniam non gaudébit inimícus meus ſuper me.

Me autem propter innocéntiam ſuſcepiſti; * & confirmaſti me in conſpectu tuo in æternum.

Benedictus Dóminus Deus Iſraël à ſéculo, & uſque in ſéculum: * fiat, fiat.

Ant. Numquid qui dormit non adjíciet ut reſurgat? Dómine, miſerére.

Ant. 2. D. In die.

Pſalmus 41.

QUemádmodum desíderat cervus ad fontes aquárum, * ita desíderat ánima mea ad te, Deus.

Sitívit ánima mea ad Deum fortem, vivum: * quando véniam & appa-

rébo ante fáciem Dei ?

Fuérunt mihi lácrymæ meæ panes die ac nocte, * dum dícitur mihi quotídie : Ubi eſt Deus tuus ?

Hæc recordátus ſum, & effúdi in me ánimam meam; * quóniam tranſibo in locum tabernáculi admirábilis, uſque ad domum Dei;

In voce exultatiónis & confeſſiónis, * ſonus epulántis.

Quare triſtis es, ánima mea ? * & quare conturbas me ?

Spera in Deo, quóniam adhuc confitébor illi : * ſalutáre vultûs mei, & Deus meus.

Ad meipſum ánima mea conturbáta eſt; * proptérea memor ero tuî de terra Jordánis, & Hermóniim à monte módico.

Abyſſus abyſſum ínvocat, * in voce cataractárum tuárum.

Omnia excelſa tua, & fluctus tui * ſuper me tranſiérunt.

In die mandávit Dóminus miſericórdiam ſuam, * & nocte cánticum ejus.

Apud me orátio Deo vitæ meæ : * dicam Deo, Suſceptor meus es;

Quare oblítus es meî, * & quare contriſtátus incédo, dum afflígit me inimícus ?

Dum confringuntur oſſa mea, * exprobravérunt mihi qui tribulant me inimíci mei;

Dum dicunt mihi per ſíngulos dies : Ubi eſt Deus tuus ? * quare triſtis es, ánima mea ? & quare conturbas me ?

Spera in Deo, quóniam adhuc confitébor illi : * ſalutáre vultûs mei, & Deus meus.

Ant. In die mandávit Dóminus miſericórdiam ſuam.

℣. Uſque in ſéculum tu es Deus; ℟. Ne avertas hóminem in humilitátem. *Pſ.* 89. 2. 3.

De Epíſtola prima beáti Pauli Apóſtoli ad Corínthios.

LECT. VII. *Cap.* 15. 1.

Chriſtus reſurrexit à mortuis.

NOtum vobis fácio, fratres, Evangélium, quod prædicâvi vobis, quod & accepiſtis, in quo & ſtatis, per quod & ſalvámini : quâ ratióne prædicáverim vobis, ſi tenétis, niſi fruſtrà credidiſtis. Trádidi enim vobis imprímis, quod & accépi : quóniam Chriſtus mórtuus eſt pro peccátis noſtris ſecundùm Scriptúras, & quia ſepultus eſt, & quia reſurrexit tértiâ die ſecundùm Scriptúras, & quia viſus eſt Cephæ,

& poſt hoc Undecim. Deinde viſus eſt plus quàm quingentis frátribus ſimul : ex quibus multi manent uſque adhuc, quidam autem dormiérunt.

℟. vij. Scio quòd Redemptor meus vivit, & in noviſſimo die de terra ſurrectúrus ſum, * Et in carne mea vidébo Deum meum. *Job.* 19. 25. 26. ℣. Oportet corruptíbile hoc indúere incorruptiónem, & mortále hoc indúere immortalitátem. 1. *Cor.* 15. 53. * Et in.

LECTIO VIII. *v.* 20.

Futura corporum reſurrectio, & ordo.

NUnc autem Chriſtus reſurrexit à mórtuis primítiæ dormiéntium : quóniam quidem per hóminem mors, & per hóminem reſurréctio mortuórum : & ſicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Chriſto omnes vivificabuntur. Unuſquiſque autem in ſuo órdine : primítiæ Chriſtus : deinde ii, qui ſunt Chriſti, qui in adventu ejus crediderunt. Deinde finis; cùm tradíderit regnum Deo & Patri, cùm evacuáverit omnem principátum, & poteſtátem, & virtútem. Oportet autem illum regnáre, donec ponat omnes inimícos ſub pédibus ejus. Noviſſima autem inimíca deſtru[...] mors. Omnia enim [...] jécit ſub pédibus e[...] Cùm autem dicat : O[...] nia ſubjecta ſunt ei; [...] dúbio præter eum, q[...] ſubjécit ei ómnia.

℟. viij. Redemptor [...] ſter, à ſéculo nom[...] tuum : * Convértere p[...] pter ſervos tuos, tri[...] hæreditátis tuæ. *Iſ.* 6[...] 16. 17. ℣. Quóniam [...] cíſus es, Dómine, & [...] demiſti nos. *Apoc.* 5. * Convértere.

LECTIO IX. *v.* 2[...]

Reſurrectio corporum [...] fundamentum.

CUm autem ſubj[...] fúerint illi ómn[...] tunc & ipſe Filius ſu[...] ctus erit ei, qui ſub[...] ſibi ómnia, ut ſit [...] ómnia in ómnibus. [...] quin quid fácient qui [...] tizantur pro mórtui[...] omnínò mórtui no[...] ſurgunt ? ut quid & [...] tizantur pro illis ? ut [...] & nos periclitámur [...] horâ ? Quotídiè m[...] per veſtram glóriam [...] tres, quam hábeo in [...] ſto Jeſu Dómino no[...] Si (ſecundùm hómin[...] ad béſtias pugnávi E[...] ſi, quid mihi prod[...] ſi mórtui non reſur[...] Manducémus, & [...] mus, cras enim m[...] mur. Nolíte ſedúci : [...] rumpunt mores b[...]

loquia mala. Evigiláte, ... ſti, & nolíte peccáre: ... norántiam enim Dei ... quidam habent, ad re... veréntiam vobis loquor. ... *Dicitur Reſponſorium ut ... ſequitur quoties fit Officium ... novem Lectionum.*

℟. *ix.* Audi nunc, Dómine, oratiónem mortuórum Iſraël, & filiórum ipſórum qui peccavérunt ante te. * Noli meminiſſe iniquitátum patrum noſtrórum: † Sed meménto manûs tuæ & nóminis tui in témpore iſto; § Quia tu es Dóminus Deus noſter, ¶ Et laudábimus te, Dómine. *Baruc.* 3. 4. 5. 6. ℣. Parce, Dómine, parce pópulo tuo. *Joel.* 2. 17. * Noli meminiſſe iniquitátum patrum noſtrórum: † Sed meménto manûs tuæ & nóminis tui in témpore iſto; § Quia tu es Dóminus Deus noſter, ¶ Et laudábimus te, Dómine. ℣. Ne des hæreditátem tuam in oppróbrium. *Joel.* 2. 17. † Sed meménto manûs tuæ & nóminis tui in témpore iſto; § Quia tu es Dóminus Deus noſter, ¶ Et laudábimus te, Dómine. ℣. Exaudi, Dómine; placáre, Dómine. *Dan.* 9. 19. § Quia tu es Dóminus Deus noſter, ¶ Et laudábimus te, Dómine. ℣. Réquiem ætérnam dona eis, Dómine; & lux perpétua lúceat eis. ¶ Et laudábimus te, Dómine. *Rep.* Audi nunc, *uſque ad* ℣. Parce.

[*Quando Vigiliæ celebrantur manè, prætermiſſis quæ ſequuntur, continuò inchoantur Laudes.*]

℣. Requieſcant in pace. ℟. Amen.

℣. Dómine, exaudi oratiónem meam; ℟. Et clamor meus ad te véniat. *Pſ.* 101. 2.

℣. Dóminus vobiſcum, ℟. Et cum ſpíritu tuo.

Orémus.

Abſolve, quæſumus, Dómine, ánimam * fámuli tui *N.* [Sacerdótis *vel* Pontíficis] [*vel* fámulæ tuæ *N.*] [*vel* ánimas * famulórum tuórum *N.* & *N.* *vel* famulárum tuárum *N.* & *N.*] & ánimas ómnium fidélium defunctórum, ab omni vínculo delictórum, ut in reſurrectiónis glória, inter ſanctos & electos tuos reſuſcitáti reſpírent; Per eum qui ventúrus eſt judicáre vivos & mórtuos, & ſǽculum per ignem. ℟. Amen.

℣. Requieſcant in pace. ℟. Amen.

AD LAUDES.

In Pſal. Miſerére. cix.

Ant. 1. *g.* Secúndùm multitúdinem miſeratió-

& poſt hoc Undecim. Deinde viſus eſt plus quàm quingentis frátribus ſimul : ex quibus multi manent uſque adhuc, quidam autem dormiérunt.

℟. *vij*. Scio quòd Redemptor meus vivit, & in noviſſimo die de terra ſurrectúrus ſum, * Et in carne mea vidébo Deum meum. *Job.* 19. 25. 26. ℣. Oportet corruptíbile hoc indúere incorruptiónem, & mortále hoc indúere immortalitátem. 1. *Cor.* 15. 53. * Et in.

LECTIO VIII. *v.* 20.

Futura corporum reſurrectio, & ordo.

NUnc autem Chriſtus reſurrexit à mórtuis primítiæ dormiéntium : quóniam quidem per hóminem mors, & per hóminem reſurréctio mortuórum : & ſicut in Adam omnes moriúntur, ita & in Chriſto omnes vivificabuntur. Unuſquiſque autem in ſuo órdine : primítiæ Chriſtus : deinde ii, qui ſunt Chriſti, qui in adventu ejus credidérunt. Deinde finis ; cùm tradíderit regnum Deo & Patri, cùm evacuáverit omnem principátum, & poteſtátem, & virtútem. Oportet autem illum regnáre, donec ponat omnes inimícos ſub pédibus ejus. Noviſſima autem inimíca deſtruétur mors. Omnia enim ſubjécit ſub pédibus ejus. Cùm autem dicat : Omnia ſubjecta ſunt ei ; ſine dúbio præter eum, qui ſubjécit ei ómnia.

℟. *viij*. Redemptor noſter, à ſéculo nomen tuum ; * Convértere propter ſervos tuos, tribus hæreditátis tuæ. *Iſ.* 63. 16. 17. ℣. Quóniam occíſus es, Dómine, & redemiſti nos. *Apoc.* 5. 9. * Convértere.

LECTIO IX. *v.* 28.

Reſurrectio corporum fidei fundamentum.

CUm autem ſubjecta fúerint illi ómnia : tunc & ipſe Fílius ſubjectus erit ei, qui ſubjécit ſibi ómnia, ut ſit Deus ómnia in ómnibus. Alióquin quid fácient qui baptizantur pro mórtuis, ſi omnínò mórtui non reſurgunt ? ut quid & baptizantur pro illis ? ut quid & nos periclitámur omni horâ ? Quotídiè mórior per veſtram glóriam, fratres, quam hábeo in Chriſto Jeſu Dómino noſtro. Si (ſecundùm hóminem) ad béſtias pugnávi Epheſi, quid mihi prodeſt, ſi mórtui non reſurgunt ? Manducémus, & bibámus, cras enim moriémur. Nolíte ſedúci : corrumpunt mores bonos

quia mala. Evigiláte,
, & nolíte peccáre :
ántiam enim Dei
m habent , ad re-
tiam vobis loquor.
citur Reſponſorium ut
tur quoties fit Officium
n Lectionum.
ix. Audi nunc , Dó-
, oratiónem mortuó-
ſraël, & filiórum ip-
n qui peccavérunt
te. * Noli memi-
iniquitátum patrum
órum : † Sed me-
o manûs tuæ & nó-
tui in témpore iſto ;
uia tu es Dóminus
noſter, ¶ Et laudábi-
te , Dómine. *Baruc.*
5. 6. ℣. Parce , Dó-
, parce pópulo tuo.
2. 17. * Noli me-
ſſe iniquitátum pa-
noſtrórum : † Sed
ento manûs tuæ &
nis tui in témpore
§ Quia tu es Dómi-
Deus noſter , ¶ Et
bimus te , Dómi-
℣. Ne des hæredi-
tuam in oppró-
n. *Joel.* 2. 17. † Sed
ento manûs tuæ &
nis tui in témpore
§ Quia tu es Dó-
s Deus noſter, ¶ Et
bimus te , Dómine.
audi , Dómine ; pla-
Dómine. *Dan.* 9. 19.
uia tu es Dóminus
noſter, ¶ Et laudábi-
te , Dómine. ℣. Ré-
quiem ætérnam dona eis,
Dómine ; & lux perpé-
tua lúceat eis. ¶ Et lau-
dábimus te, Dómine. *Rep.*
Audi nunc , *uſque ad*
℣. Parce.

[*Quando Vigiliæ celebrantur manè , prætermiſſis quæ ſequuntur , continuò inchoantur Laudes.*]

℣. Requieſcant in pace. ℟. Amen.

℣. Dómine , exaudi oratiónem meam ; ℟. Et clamor meus ad te véniat. *Pſ.* 101. 2.

℣. Dóminus vobiſcum, ℟. Et cum ſpíritu tuo.

Orémus.

ABſolve , quæſumus , Dómine , ánimam * fámuli tui *N.* [Sacerdótis *vel* Pontíficis] [*vel* fámulæ tuæ *N.*] [*vel* ánimas * famulórum tuórum *N.* & *N.* *vel* famulárum tuárum *N.* & *N.*] & ánimas ómnium fidélium defunctórum , ab omni vínculo delictórum ; ut in reſurrectiónis glória, inter ſanctos & electos tuos reſuſcitáti reſpírent ; Per eum qui ventúrus eſt judicáre vivos & mórtuos , & ſéculum per ignem. ℟. Amen.

℣. Requieſcant in pace. ℟. Amen.

AD LAUDES.

In Pſal. Miſerére. cix.

Ant. 1. *g.* Secundùm multitúdinem miſeratió-

num tuárum dele iniquitátem.

Ant. 8. G. Tibi Deus.

Pſalmus 64.

TE decet hymnus, Deus, in Sion, * & tibi reddétur votum in Jerúſalem.

Exaudi oratiónē meam: * ad te omnis caro véniet.

Verba iniquórum prævaluérunt ſuper nos; * & impietátibus noſtris tu propitiáberis.

Beátus quem elegiſti, & aſſumpſiſti: * inhabitábit in átriis tuis.

Replébimur in bonis domûs tuæ; * ſanctum eſt templum tuum, mirábile in æquitáte.

Exaudi nos, Deus ſalutáris noſter, * ſpes ómnium finium terræ, & in mari longè;

Præparans montes in virtúte tua, accinctus poténtiâ: * qui conturbas profundum maris, ſonum flúctuum ejus.

Turbabuntur gentes, & timébunt qui hábitant términos à ſignis tuis: * éxitus matutíni & véſperè delectábis.

Viſitaſti terram, & inebriaſti eam: * multiplicaſti locupletáre eam.

Flumen Dei replétum eſt aquis; paraſti cibum illórum, * quóniam ita eſt præparátio ejus.

Rivos ejus inébria, multiplica genímina ejus; * in ſtillicídiis ejus lætábitur gérminans.

Benedíces corónæ anni benignitátis tuæ; * & campi tui replebuntur ubertáte.

Pingueſcent ſpecióſa deſerti, * & exultatióne colles accingentur.

Indúti ſunt aríetes óvium, & valles abundábunt frumento: * clamábunt, étenim hymnum dicent.

Ant. Tibi, Deus, reddétur votum in Jerúſalem; ad te omnis caro véniet.

Ant. 3. b. Propter.

Pſalmus 142.

DOmine, exaudi oratiónem meam: áuribus pércipe obſecratiónem meam in veritáte tua; * exaudi me in tua juſtitia.

Et non intres in judícium cum ſervo tuo; * quia non juſtificábitur in conſpectu tuo omnis vivens.

Quia perſecútus eſt inimícus ánimam meam: * humiliávit in terra vitam meam.

Collocávit me in obſcúris ſicut mórtuos ſéculi; & anxiátus eſt ſuper me ſpíritus meus: * in me turbátum eſt cor meum.

Memor fui diérum an-

tiquórum : meditátus ſum in ómnibus opéribus tuis;* in factis mánuum tuárum meditábar.

Expandi manus meas ad te : * ánima mea ſicut terra ſine aqua tibi.

Velóciter exaudi me, Dómine; * defécit ſpíritus meus.

Non avertas fáciem tuam à me; * & símilis ero deſcendéntibus in lacum.

Audítam fac mihi manè miſericórdiam tuam;* quia in te ſperávi.

Notam fac mihi viam, in qua ámbulem; * quia ad te levávi ánimam meam.

Eripe me de inimícis meis, Dómine; ad te confúgi : * doce me fácere voluntátem tuam, quia Deus meus es tu.

Spíritus tuus bonus dedúcet me in terram rectam : * propter nomen tuum, Dómine, vivificábis me in æquitáte tua.

Edúces de tribulatióne ánimam meam; * & in miſericórdia tua diſperdes inimícos meos.

Et perdes omnes qui tríbulant ánimam meam;* quóniam ego ſervus tuus ſum.

Ant. Propter nomen tuum, Dómine, vivificábis in æquitáte tua.

Ant. 4. E. Miſerére.

Canticum. Baruch. 3.

DOmine omnípotens, Deus Iſraël, * ánima in angúſtiis, & ſpíritus ánxius clamat ad te:

Audi, Dómine, & miſerére, quia Deus es miſéricors; * & miſerére noſtrî, quia peccávimus ante te.

Quia tu ſedes in ſempiternum, * & nos períbimus in ævum?

Dómine omnípotens, Deus Iſraël, * audi nunc oratiònem mortuórum Iſraël,

Et filiórum ipſórum qui peccavérunt ante te, & non audiérunt vocem Dómini Dei ſui, * & agglutináta ſunt nobis mala.

Noli meminiſſe iniquitátum patrum noſtrórum; * ſed memento manûs tuæ & nóminis tui in témpore iſto:

Quia tu es Dóminus Deus noſter; * & laudábimus te, Dómine.

Ant. Miſerére, quia Deus es miſéricors.

Ant. 7. b. Omnis ſpíritus.

Pſalmus 150.

LAudáte Dóminum in ſanctis ejus : * laudáte eum in firmamento virtútis ejus.

Laudáte eum in virtútibus ejus : * laudáte eum ſecundùm multitúdinem magnitúdinis ejus.

Laudáte eum in ſono tubæ : * laudáte eum in pſaltério & cíthara.

Laudáte eum in tympano & choro : * laudáte eum in chordis & órgano.

Laudáte eum in cymbalis beneſonántibus; laudáte eum in cymbalis jubilatiónis : * omnis ſpíritus laudet Dóminum.

Ant. Omnis ſpíritus laudet Dóminum.

Ad Benedict. *Ant.* 4. f. Venit hora, in qua omnes qui in monumentis ſunt, áudient vocem Fílii Dei, & procédent qui bona fecérunt in reſurrectiónem vitæ. *Joan.* 5. 28. 29.

Pater. *& cætera, ut ſuprà in Veſperis,* cxxv. *excepto quòd loco Pſalmi* Lauda, *dicitur Pſ.* De profundis. cxxiv.

A Veſperis Sabbati ante Dominicam I. Adventûs uſque ad Veſperas Sabbati ante Dominicam I. Quadrageſimæ, dicuntur ſequentes Lectiones in tria Nocturna diſtributa juxta Feriam occurrentem, quoties dicitur tantùm unum Nocturnum.

FERIA II. ET V.

Dicitur primum Nocturnum, ut ſuprà, p. cxxvj. *cum ſequentibus Lectionibus & Reſponſoriis.*

De libro ſecundo Machabæórum.

LECTIO I. *Cap.* 12. 42.

Pro Defunctis orandum.

VIr fortiſſimus Judas hortabátur pópulum conſerváre ſe ſine peccáto, ſub óculis videntes quæ facta ſunt pro peccátis eórum qui proſtráti ſunt. Et factâ collatióne, duódecim míllia drachmas argenti miſit Jeroſólymam offerri pro peccátis mortuórum ſacrificiū, benè & religiósè de reſurrectióne cógitans; (niſi enim eos qui ceciderant, reſurrectúros ſperáret, ſupérfluum viderétur, & vanum oráre pro mórtuis;) & quia conſiderábat quòd hi, qui cum pietáte dormitiónem accéperant, óptimam habérent repóſitam grátiam. Sancta ergo & ſalúbris eſt cogitátio pro defunctis exoráre, ut à peccátis ſolvantur.

℟. *j.* Quóniam. *pag.* cxxviij.

Ex Catécheſi ſancti Cyrilli Jeroſolymitáni Epíſcopi.

Catech. myſtag. 5.

LECTIO II.

PRo ómnibus orámus, qui inter nos vitâ functi ſunt, máximum eſſe credentes animárum juvámen pro quibus offertur precátio ſancti illíus & tremendi, quod in altá-

ti póſitum eſt, ſacrificii. Scio multos dícere: Quid juvat ánimam, ſive cum peccátis, ſive abſque peccátis ex hoc mundo decedentem, étiam ſi in hoc ſacrificio illíus méntio fiat? An enim ſi rex áliquis, eos à quibus offenſus eſt, in exilium pepúlerit, póſteà verò illórum propinqui corónam áliquam conficientes, pro his qui ſunt in ſupplício exúlibus, eídem offerrent; nonne condonatiónem áliquam ſuppliciórum ipſis déderit? Ad eumdem modum & nos pro defunctis precatiónes adhibentes, quamvis ſint peccatóres, non quidem corónam pléctimus, ſed Chriſtum pro noſtris peccátis mactátum offérimus, ut & nobis & illis eum, qui eſt benigníſſimus, propítium reddámus.

℟. *ij.* Miſeréris. *pag.* cxxix.

De Epíſtola ſecunda beáti Pauli Apóſtoli ad Corínthios.

Lectio III. *Cap.* 5. 1.

Spe gloriæ futuræ deſiderandum abſolvi à corpore.

SCimus, fratres, quóniam ſi terreſtris domus noſtra hujus habitatiónis diſſolvátur; quòd ædificatiónem ex Deo habémus, domum non manufactam, ætérnam in cœlis. Nam & in hoc ingemíſcimus, habitatiónē noſtram, quæ de cœlo eſt, ſuperíndui cupientes. Audémus autem, & bonam voluntátem habémus magis peregrinári à córpore, & præſentes eſſe ad Dóminum. Et ídeò conténdimus, ſive abſentes, ſive præſentes, placére illi. Omnes enim nos manifeſtári oportet ante tribúnal Chriſti, ut réferat unuſquiſque própria córporis, prout geſſit, ſive bonum ſive malum.

℟. *iij.* Ne tradas. *pag.* cxxix.

FERIA III. ET VI.

Dicitur II. Nocturnum, ut ſuprà, pag. cxxix. *cum ſequentibus Lectionibus & Reſponſoriis.*

De libro Job.

Lectio I. *Cap.* 17. 1.

Job futuram requiem præſtolatur.

SPíritus meus attenuábitur; dies mei breviabuntur: & ſolum mihi ſupereſt ſepulchrum. Non peccávi, & in amaritudínibus morátur óculus meus. Líbera me, Dómine, & pone me juxta te, & cujuſvis manus pugnet contra me. Dies mei tranſiérunt; cogitatiónes meæ diſſipátæ ſunt torquentes cor meum. Noctem vertérunt in diem, & rursùm poſt

De Epíſtola prima beáti Pauli Apóſtoli ad Corínthios.

Lectio III. *Cap.* 15. 44.

Non in anima tantùm, ſed etiam in corpore erit reſurrectio.

SI eſt corpus animále, eſt & ſpiritále, ſicut ſcriptum eſt: Factus eſt primus homo Adam in ánimam viventem; noviſſimus Adam in ſpíritum vivificantem. Sed non priùs quod ſpiritále eſt, ſed quod animále: deinde quod ſpiritále. Primus homo de terra, terrénus: ſecundus homo de cœlo, cœleſtis. Qualis terrénus, tales & terréni: & qualis cœleſtis, tales & cœleſtes. Igitur, ſicut portávimus imáginem terréni, portémus & imáginem cœleſtis. Hoc autem dico, fratres: quia caro & ſanguis regnum Dei poſſidére non poſſunt; neque corrúptio incorruptélam poſſidébit.

℟. *iij.* Audi nunc. *pag.* cxxxvij. *Dicitur tantùm primus Verſus, deinde* ℣. Réquiem. ¶ Et laudábimus te.

COMMENDATIONES.

Pro pluribus dicuntur in plurali.

℟. MIſeréris ómnium, Dómine, quia ómnia potes; & diſsímulas peccáta hóminum propter pœniténtiam: nihil odiſti eórum quæ feciſti: * Parcis ómnibus; quóniam tua ſunt, Dñe, qui amas ánimas. *Sap.* 11. 24. 25. 27. ℣. Quia tu es Chriſtus Fílius Dei vivi, qui in hunc mundum veniſti. *Joan.* 11. 27. * Parcis.

Kyrie, eléïſon. Chriſte, eléiſon. Kyrie, eléiſon. *Secretò*, Pater. *Clarâ voce*, Et ne nos indúcas.

TIbi, Dómine, commendámus ánimam * fámuli tui *N.* ut defunctus [*vel* fámulæ tuæ *N.* ut defuncta] ſéculo, tibi vivat: & quæ per fragilitátem mundánæ converſatiónis peccáta commíſit, tu véniâ miſericordiſſimæ pietátis abſterge; Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Orémus.

MIſericórdiam tuam, Dómine ſancte, Pater omnípotens, ætérne Deus, pietátis affectu rogáre pro áliis cógimur, qui pro noſtris rogáre peccátis nequáquam ſufficimus; tamen de tua confiſi gratúitâ pietáte & inólitâ benignitáte, cleméntiam tuam depóſcimus, ut ánimam * fámuli tui [*vel* fámulæ tuæ] ad te reverténtem, cum pietáte ſuſcípias: adſit ei Ange-

lus teſtamenti tui Míchaël, & per manus ſanctórum Angelórum tuórum inter ſanctos & electos tuos in sínibus Abrahæ, Iſaac & Jacob Patriarchárum tuórum, eam collocáre dignéris, quátenus liberáta de princípibus tenebrárum & de locis pœnárum, nullis jam primævæ nativitátis, vel ignorántiæ, aut própriæ iniquitátis ſeu fragilitátis confundátur erróribus; ſed agnoſcátur à Sanctis tuis, & beatitúdinis réquie perfruátur: atque cùm magni judícii dies advénerit, inter ſanctos & electos tuos * reſuſcitátus [*vel* reſuſcitáta] glóriâ manifeſtæ contemplatiónis tuæ perpétuò ſatiétur; Per Chriſtum Dóminum noſtrú. ℟. Amen.

In Pſalm. In éxitu. 32. *in cujus fine dicitur* Réquiem.

Ant. 7. ϛ. Qui timent Dóminum, ſperavérunt in Dómino; adjútor eórum & protector eórum eſt. *Pſ.* 113. 11.

Orémus.

OMnípotens ſempitérne Deus, qui humáno córpori ánimam ad ſimilitúdinem tuam inſpiráre dignátus es: dum, te jubente, pulvis in púlverem revértitur; tu imáginem tuam cum ſanctis & electis tuis ætérnis ſédibus præcípias ſociári; eamque ad te reverténtem de Ægypti pártibus, blandè leniterque ſuſcípias, & Angelos tuos ſanctos ei óbviàm mittas; viamque illi juſtítiæ demonſtra, & portas glóriæ tuæ áperi. Repelle, quæſumus, Dómine, ab ea omnes príncipes tenebrárum, & agnoſce depóſitum fidéle quod tuum eſt. Súſcipe, Dómine, creatúram tuam, non à diis aliénis creátam, ſed à te ſolo Deo vivo & vero; quia non eſt álius Deus præter te, Dómine, & non eſt ſecundùm ópera tua. Lætífica, clementíſſime Pater, ánimam ejus, & clarífica eam in multitúdine miſericórdiæ tuæ. Ne memíneris, quæſumus, iniquitátum ejus antiquárum quas ſuſcitávit furor mali deſidérii: licèt enim peccáverit, tamen te non negávit; ſed ſigno fidei inſigníta, te qui ómnia, & eam inter ómnia feciſti, fidéliter adorávit; Qui vivis & regnas Deus. ℟. Amen.

In Pſ. Dilexi. 55. Crédidi. 118. Laudáte Dóminum, omnes gentes. 153. Confitémini. 17. *&* Beati immaculáti. 18. *integrè.*

Antiph. ſola 8. G. Circumdedérunt me dolóres

mortis, & pericula inferni invenérunt me. O Dómine, libera ánimam meam. *Pſ.* 114. 3. 4.

Orémus.

DIrì vúlneris novitáte perculſi, & quodámmodo córdibus ſauciáti, miſericórdiam tuam, mundi Redemptor, flebílibus vócibus implorámus; ut * cari noſtri *N.* [*vel* caræ noſtræ *N.*] ánimam ad tuam cleméntiam, qui fons pietátis es, revertentem blandè leniterque ſuſcípias; & quas ex carnáli commoratióne contraxit máculas, tu, Deus, inólitâ bonitáte clementer déleas, *Chorus*, Amen: Piè indúlgeas, *Chorus*, Amen: Oblivióni in perpétuum tradas, *Chorus*, Amen: Atque hanc laudem tibi cum cæteris redditúram, & ad corpus próprium quandóque reverſúram, Sanctórum tuórum cœtibus aggregári præcípias; Qui cum Deo Patre & Spíritu ſancto vivis & regnas, Deus, per ómnia ſécula ſeculórum.

℟. Amen.

Pater, &c. ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem; ℟. Sed líbera nos à malo.

℣. Réquiem æternam dona ei, Dómine, ℟. Et lux perpétua lúceat ei.

℣. Anima ejus in bonis demorétur, ℟. Et ſemen ejus hæréditet terram. *Pſ.* 24. 13.

℣. Non intres in judícium cum * ſervo tuo [*vel* ancilla tua,] Dómine; ℟. Quia non juſtificábitur in conſpectu tuo omnis vivens. *Pſ.* 142. 2.

℣. A porta ínferi, ℟. Erue, Dómine, ánimam ejus. *Pſ.* 88. 49.

℣. Dómine, exaudi oratiónem meam; ℟. Et clamor meus ad te véniat. *Pſ.* 101. 2.

℣. Dóminus vobiſcum, ℟. Et cum ſpíritu tuo.

Orémus.

PArtem beátæ reſurrectiónis obtíneat, quæſumus, Dómine, ánima * fámuli tui [*vel* fámulæ tuæ *N.*] vitamque æternam habére mereátur in cœlis, per te, Jeſu Chriſte, Salvátor mundi.

DEus, cui ſoli cómpetit medicínam præſtáre poſt mortem; præſta, quæſumus, ut ánima * fámuli tui [*vel* fámulæ tuæ *N.*] terrénis exúta contágiis, in tuæ redemptiónis parte numerétur; Per Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum.

℟. Amen.

℣. Requieſcat in pace.

℟. Amen.

BENEDICTIO MENSÆ,

ANTE PRANDIUM.

BEnedícite. ℟. Dñs. Oculi ómnium in te ſperant, Dómine; & tu das illis eſcam in témpore opportúno: áperis tu manum tuam, & imples omne ánimal benedictióne. *Pſ.* 144. 15. 16.

Glória Patri, & Fílio, & Spirítui ſancto: Sicut erat, &c. Kyrie, eléiſon. Chriſte, eléiſon. Kyrie, eléiſon.

Secretò, Pater. *uſque ad* ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem; ℟. Sed líbera nos à malo.

Orémus.

BEnedic, Dómine, dona † tua, quæ de tua largitáte ſumus ſumptúri; Per Chriſtum Dóminum noſtrum.

℟. Amen.

Si fiat Lectio, Lector dicit: Jube, domne, benedícere.

Bened. Menſæ cœleſtis partícipes fáciat nos Rex ætérnæ glóriæ.

℟. Amen.

In fine Lectionis, dicitur: Tu autem, Dómine, miſerére noſtri. ℟. Deo grátias.

GRATIARUM ACTIO poſt Prandium.

COnfiteántur tibi, Dómine, ómnia ópera tua, & Sancti tui benedícant tibi. *Pſ.* 144. 10.

Glória Patri, &c.

Qui benedixit menſam, dicit:

AGimus tibi grátias, omnípotens Deus, pro univérſis benefíciis tuis; Qui vivis & regnas in ſécula ſeculórum.

℟. Amen.

Deinde procedendo ad Eccleſiam, dicitur Pſal. Miſerére. 164. *Si verò non procedatur, dicitur Pſ.* Laudáte Dóminum, omnes gentes. 153. *Qui Pſalmus ſemper dicitur quando abſolvitur Gratiarum actio in loco refectionis.*

In fine Pſalm. dicitur Glória Patri. *deinde* Kyrie, eléiſon. Chriſte, eléiſon. Kyrie, eléiſon.

Pater. *ſecretò uſque ad* ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem; ℟. Sed líbera nos à malo.

℣. Diſperſit, dedit paupéribus; ℟. Juſtítia ejus manet in ſéculum ſéculi. *Pſ.* 111. 9.

℣. Benedícam Dóminum in omni témpore; ℟. Semper laus ejus in ore meo. *Pſ.* 33. 2.

℣. In Dómino laudábitur ánima mea; ℟. Audiant manſuéti, & læténtur. *Pſ.* 33. 3.

℣. Magnificáte Dómi-

num mecum, ℟. Et exaltémus nomen ejus in idipſum. *Pſ.* 33. 4.
℣. Sit nomen Dómini benedíctum, ℟. Ex hoc nunc, & uſque in ſéculum. *Pſ.* 112. 2.

Retribúere dignáre, Dómine, ómnibus nobis bona faciéntibus, propter nomen ſanctum tuum, vitam ætérnam. ℟. Amen.

Benedicámus Dómino.

Secretò, Et fidélium ánimæ per miſericórdiam Dei requieſcant in pace. ℟. Amen.

Benedictio Menſæ ante Cœnam.

Benedícite. ℟. Dñs. Edent páuperes & ſaturabuntur; & laudábunt Dóminum qui requírunt eum: vivent corda eórum in ſéculum ſéculi. *Pſ.* 21. 27. Glória Patri, &c. Kyrie, eléiſon. Chriſte, eléiſon. Kyrie, eléiſon. *Secretò*, Pater noſter. *Clarâ voce*, Et ne nos, &c.

Orémus.

Benedic, Dómine, dona † tua quæ de tua largitáte ſumus ſumptúri; Per Chriſtum. ℟. Amen.

Ad Lect. Bened. Ad cœnam perpétuæ vitæ perdúcat nos Rex ætérnæ glóriæ. ℟. Amen.

Gratiarum actio poſt Cœnam.

Memóriam fecit mirabílium ſuórum, miſéricors & miſerátor Dóminus: eſcam dedit timéntibus ſe. *Pſ.* 110. 4. Glória Patri & Fílio & Spirítui ſancto. Sicut erat in princípio & nunc & ſemper, &c.

Qui benedixit menſam dicit:

Benedíctus Deus in donis ſuis, & ſanctus in ómnibus opéribus ſuis; Qui vivit & regnat in ſécula ſeculórum. ℟. Amen.

Pſal. & *rel.* cxlvij.

In jejuniis, *ad refectionem, fit Benedictio menſæ & Gratiarum actio, ut notatum eſt pro Cœna.*

Prædictus modus benedicendi menſam, & agendi gratias, mutatur diebus infrà ſcriptis, ut ſequitur.

Ad utramque refectionem.

A NATALI DOMINI ad Vigiliam Epiphaniæ.

Benedictio.

Benedícite. ℟. Dñs. Verbum caro factum eſt, allelúia; & habitávit in nobis, allelúia. *Joan* 1. 14. Glória Kyrie, & *reliqua ut ſuprà*, cxlvij.

Gratiarum actio.

Notum fecit Dóminus, allelúia, ſalu-

táre ſuum, allelúia. *Pſ.* 97. 2. Glória. *& reliqua omnia ut ſuprà, excepto quòd loco Pſ.* Miſerére. *dicitur Pſ.* Cantáte Dómino... quia. 52.

IN EPIPH. DOMINI, & per Octavam.

BENEDICTIO.

Benedícite. ℟. Dñs. Omnes de Saba vénient, allelúia, aurum & thus deferentes, allelúia. *Pſ.* 60. 6. Glória. Kyrie. *& reliqua ut ſuprà.* cxlvij.

GRATIARUM ACTIO.

Reges Tharſis & ínſulæ múnera ófferent, allélúia; Reges Arabum & Saba dona addúcent, allelúia. *Pſal.* 71. 10. Glória. *& reliqua omnia ut ſuprà, excepto quòd loco Pſalmi* Miſerére. *dicitur Pſalm.* Deus, judícium, 61.

ITINERARIUM.

Viator in ipſo itineris ingreſſu, ſi ſolus fuerit, dicat quæ ſequuntur in ſingulari; ſi cum ſociis, in plurali, ut ſequitur.

In Cant. Benedictus. 15. *Ant.* 5. C. In viam pacis & proſperitátis dírigat nos omnípotens & miſéricors Dóminus: & Angelus Ráphaël comitétur nobiſcum in via, ut cum pace, ſalúte & gáudio revertámur ad própria. *Tob.* 4. *&* 5.

PRECES.

Kyrie, eléiſon. Chriſte, eléiſon. Kyrie, eléiſon. Pater. *Secretò, uſque ad* ℣. Et ne nos indúcas, &c.

℣. Salvos fac ſervos tuos, ℟. Deus meus, ſperantes in te. *Pſ.* 85. 2.

℣. Mitte nobis, Dómine, auxílium de ſancto; ℟. Et de Sion tuére nos. *Pſ.* 19. 3.

℣. Eſto nobis, Dómine, turris fortitúdinis, ℟. A fácie inimíci. *Pſal.* 60. 4.

℣. Nihil profíciat inimícus in nobis, ℟. Et fílius iniquitátis non appónat nocére nobis. *Pſ.* 88. 23.

℣. Benedictus Dóminus die quotídie: ℟. Próſperum iter fáciat nobis Deus ſalutárium noſtrórum. *Pſ.* 67. 20.

℣. Vias tuas, Dómine, demonſtra nobis, ℟. Et ſémitas tuas édoce nos. *Pſ.* 24. 4.

℣. Utinam dirigantur viæ noſtræ ℟. Ad cuſtodiendas juſtificatiónes tuas! *Pſ.* 118. 5.

℣. Erunt prava in dirécta, ℟. Et áſpera in vias planas. *Iſ.* 40. 4.

℣. Angelis ſuis Deus

mandávit de te, ℟. Ut caſtódiant te in ómnibus viis tuis. *Pſ.* 90. 11.

℣. Dómine, exaudi, &c.

Orémus.

DEus, qui filios Iſraël per maris médium ſicco veſtígio ire feciſti, quique Magis iter ad te, ſtellâ duce, pandiſti: tribue nobis, quæſumus, iter próſperum tempuſque tranquillum; ut, Angelo tuo ſancto cómite, ad eum quò pérgimus locum, ac demum ad æternæ ſalútis portum pervenire felíciter valeámus.

DEus, qui Abraham púerum tuum de Ur Chaldæórum eductum, per omnes ſuæ peregrinatiónis vias illæſum cuſtodiſti; quæſumus, ut nos fámulos tuos cuſtodíre dignéris: eſto nobis, Dómine, in procinctu ſuffrágium, in via ſolátium, in æſtu umbráculum, in plúvia & frígore tegumentum, in laſſitúdine vehículum, in adverſitáte præſídium, in lúbrico báculus, in naufrágio portus; ut, te duce, quò téndimus, próſperè perveniámus, & demum incólumes ad própria redeámus.

ADeſto, quæſumus, Dómine, ſupplicatiónibus noſtris, & viam famulórum tuórum in ſalútis tuæ proſperitáte diſpóne; ut inter omnes viæ & vitæ hujus varietátes, tuo ſemper protegámur auxílio.

PRæſta, quæſumus, omnípotens Deus, ut família tua per viam ſalútis incédat; & beáti Joannis præcurſóris hortamenta ſectando, ad eum quem prædixit ſecúra pervéniat, Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum Fílium tuum. ℟. Amen.

℣. Procedámus cum pace in nómine Dómini.

℟. Amen.

PRÆPARATIO AD MISSAM,

AD LIBITUM SACERDOTIS.

Pſalmi, Quàm dilecta, 114. Benedixiſti. 65. Inclina, Dómine, *cum ſua diviſ.* 165. Crédidi, 118. De profundis clamávi ad te, Dómine, 99.

Ant. Dómine, memor eſto mei; & ne vindictam ſumas de peccátis meis, neque reminiſcáris delícta mea, vel paréntum meórum. *Tob.* 3. 3.

PRECES.

KYrie, eléiſon. Chriſte, eléiſon. Kyrie, eléiſon. Pater noſter, &c.
℣. Et ne nos, &c.

℣. Ego dixi, Dómine, miſerére meî; ℟. Sana ánimam meam, quia peccávi tibi. *Pſ.* 40. 5.

℣. Convértere, Dómine, úſquequo? ℟. Et deprecábilis eſto ſuper ſervos tuos. *Pſ.* 89. 13.

℣. Fiat miſericórdia tua, Dómine, ſuper nos, ℟. Quemádmodum ſperávimus in te. *Pſal.* 32. 22.

℣. Sacerdótes tui induantur juſtítiam, ℟. Et ſancti tui exultent. *Pſal.* 131. 9.

℣. Ab occultis meis munda me, Dómine, ℟. Et ab aliénis parce ſervo tuo. *Pſal.* 18. 13. 14.

℣. Dómine, exaudi, &c.

Orémus.

AUres tuæ pietátis, mitíſſime Deus, inclína précibus noſtris, & grátiâ ſancti Spíritûs illúmina cor noſtrum; ut tuis myſtériis dignè miniſtráre, teque æternâ charitáte dilígere mereámur.

DEus, cui omne cor patet, & omnis voluntas lóquitur, & quem nullum latet ſecrétum: purífica per infuſiónem ſancti Spíritûs cogitatiónes cordis noſtri; ut te perfectè dilígere, & dignè laudáre mereámur.

URe igne ſancti Spíritûs renes noſtros, & cor noſtrum, Dómine; ut tibi caſto córpore ſerviámus, & mundo corde placeámus.

MEntes noſtras, quæſumus, Dómine, Paraclétus qui à te procédit, illúminet, & indúcat in omnem, ſicut tuus promíſit Fílius, veritátem.

ADſit nobis, quæſumus, Dómine, virtus Spíritûs ſancti; quæ & corda noſtra clementer expurget, & ab ómnibus tueátur adverſis.

DEus, qui corda fidélium ſancti Spíritûs illuſtratióne docuiſti: da nobis in eódem Spíritu recta ſápere, & de ejus ſemper conſolatióne gaudére.

COnſciéntias noſtras, quæſumus, Dómine, viſitando purífica, ut véniens Dóminus noſter Jeſus Chriſtus Fílius tuus, parátam ſibi in nobis inveniat manſiónem: Qui tecum vivit & regnat Deus. ℟. Amen.

GRATIARUM ACTIO POST MISSAM.

Canticum. Benedícite. 12. *Pſ.* Laudáte Dóminum in ſanctis ejus. 68.

Ant. Benedícite, ſacerdótes Dómini, Dómino: laudáte & ſuperexaltáte eum in ſécula. *Dan.* 3. 84.

P R E C E S.

KYrie, eléiſon. Chriſte, eléiſon. Kyrie, eléiſon. Pater noſter, &c. Et ne nos, &c.

℣. Confiteantur tibi, Dómine, ómnia ópera tua; ℟. Et ſancti tui benedicant tibi. *Pſal.* 144. 10.

℣. Exultábunt ſancti in glória: ℟. Lætabuntur in cubílibus ſuis. *Pſal.* 140. 5.

℣. Non nobis, Dómine, non nobis; ℟. Sed nómini tuo da glóriam. *Pſ.* 113. 1.

℣. Dómine, exaudi oratiónem meam; ℟. Et clamor meus ad te véniat. *Pſ.* 101. 2.

Orémus.

DEus, qui tribus púeris mitigaſti flammas ígnium; concéde propítius, ut nos fámulos tuos non exúrat flamma vitiórum.

ACtiónes noſtras, quæſumus, Dómine, aſpirando præveni, & adjuvando proſéquere: ut cuncta noſtra orátio & operátio à te ſemper incípiat, & per te cœpta finiátur.

DA nobis, quæſumus, Dómine, vitiórum noſtrórum flammas extínguere; qui beáto Lauréntio tribuiſti tormentórum ſuórum incéndia ſuperáre; Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

INDEX PSALMORUM.

Pſalmi.		*Paginæ.*
119	AD Dóminum cùm tribulárer.	76
27	Ad te, Dómine, clamábo.	8
24	Ad te, Dómine, levávi.	50
122	Ad te levávi óculos meos.	98
28	Afferte Dómino, filii Dei.	156
77	Atténdite, pópule meus.	84
48	Audíte hæc, omnes gentes.	145
118	BEáti immaculáti in via.	18
127	Beáti omnes qui timent Dóminum.	161
31	Beáti quorum remiſſæ ſunt.	80
40	Beátus qui intélligit.	144
1	Beátus vir qui non ábiit.	3
111	Beátus vir qui timet Dóminum.	34
33	Benedícam Dóminum in omni témpore.	115
103	Bénedic, ánima mea, Dño: Dómine Deus.	37
102	Bénedic, ánima mea, Dómino, & ómnia.	95
143	Benedictus Dóminus Deus meus.	163
84	Benedixiſti, Dómine, terram tuam.	65
91	Bonum eſt confitéri Dómino.	43
95	CAntáte Dño cánticum novum: cantáte.	51
149	Cantáte Dño cánticum novũ, laus ejus.	157
97	Cantáte Dómino cánticum novum, quia.	52
18	Cœli enarrant glóriam Dei.	60
74	Confitébimur tibi, Deus.	147
110	Confitébor tibi, Dómine....in concílio.	30
9	Confitébor tibi, Dómine.... narrábo.	82
137	Confitébor tibi, Dómine,...quóniam audiſti.	118
104	Confitémini Dómino, & invocáte.	39
135	Confitémini Dño quóniam....Confitémini.	44
106	Confitémini Dómino quóniam...Dicant qui.	63
117	Confitémini Dómino quóniam....Dicat nunc.	17
105	Confitémini Dño quóniam....Quis loquétur.	41
15	Conſerva me, Dñe, quóniam ſperávi in te.	101
115	Crédidi, propter quod locútus ſum.	118

4 Cùm invocárem, exaudívit me Deus. 34
129 DE profundis clamávi ad te, Dómine. 99
43 Deus, áuribus noſtris audívimus. 132
49 Deus deórum Dóminus locútus eſt. 71
62 Deus, Deus meus, ad te de luce vígilo. 11
21 Deus, Deus meus, réſpice in me. 137
69 Deus, in adjutórium meum intende. 12
53 Deus, in nómine tuo ſalvum me fac. 127
71 Deus, judícium tuum regi da. 61
108 Deus, laudem meam ne tacúeris. 75
66 Deus, miſereátur noſtri. 112
45 Deus noſter refúgium & virtus. 158
82 Deus, quis ſímilis erit tibi? 148
59 Deus, repuliſti nos. 159
81 Deus ſtetit in ſynagóga deórum. 96
78 Deus, venérunt gentes in hæreditátem tuam. 80
93 Deus ultiónum Dóminus. 97
114 Dilexi, quóniam exáudiet Dóminus. 55
17 Diligam te, Dómine, fortitúdo mea. 5
38 Dixi: Cuſtódiam vias meas. 121
109 Dixit Dóminus Dómino meo. 30
35 Dixit injuſtus, ut delinquat. 88
52 Dixit insípiens.... in iniquitátibus. 54
13 Dixit insípiens .... in ſtúdiis ſuis. 101
140 Dómine, clamávi ad te. 77
7 Dómine, Deus meus, in te ſperávi. 59
87 Dómine Deus ſalútis meæ. 154
8 Dómine Dóminus noſter. 48
142 Dómine, exaudi oratiónem meam, áuribus. 155
101 Dómine, exaudi oratiónem meã, & clamor. 135
20 Dómine, in virtúte tua lætábitur rex. 94
6 Dómine, ne in furóre tuo.... Miſerére. 58
37 Dómine, ne in furóre tuo.... Quóniam. 142
130 Dómine, non eſt exaltátum cor meum. 99
138 Dómine, probaſti me. 139
3 Dómine, quid multiplicáti ſunt. 4
14 Dómine, quis habitábit in tabernáculo tuo? 60
89 Dómine, refúgium factus es nobis. 112
23 Dómini eſt terra, & plenitúdo ejus. 65
26 Dóminus illuminátio mea. 113
22 Dóminus regit me. 115
92 Dóminus regnávit, decórem indútus eſt. 117

ſalmi. Pagina.
6 Dóminus regnávit, exultet terra. 66
8 Dóminus regnávit, iraſcantur pópuli. 53
3 ECce nunc benedícite Dóminum. 35
2 Ecce quàm bonum. 77
8 Eripe me de inimícis meis. 124
9 Eripe me, Dómine, ab hómine malo. 140
4 Eructávit cor meum verbum bonum. 156
4 Exaltábo te, Deus meus rex. 118
9 Exaltábo te, Dómine, quóniam. 8
9 Exáudiat te Dóminus in die tribulatiónis. 102
50 Exaudi, Deus, deprecatiónem meam. 125
63 Exaudi, Deus, oratiónē meam, cùm déprecor. 146
54 Exaudi, Deus, oratiónem meam, & ne. 123
16 Exaudi, Dómine, juſtitiam meam. 149
39 Expectans expectávi Dóminum. 133
80 Exultáte Deo adjutóri noſtro. 108
32 Exultáte, juſti, in Dómino. 103
67 Exurgat Deus, & diſſipentur. 104
86 FUndamenta ejus in móntibus ſanctis. 159
85 INclína, Dómine, aurem tuam. 165
25 In convertendo Dóminus. 57
10 In Dómino confido. 100
13 In éxitu Iſraël de Ægypto. 32
70 In te, Dómine, ſperávi..... & éripe me. 128
30 In te, Dómine, ſperávi..... in juſtitia. 91
65 JUbiláte Deo, omnis terra, pſalmum. 9
99 Jubiláte Deo, omnis terra, ſervite. 12
34 Júdica, Dómine, nocentes me. 69
42 Júdica me, Deus, & diſcerne. 94
25 Júdica me, Dómine, quóniam. 71
21 LÆtátus ſum in his. 77
45 Lauda, ánima mea, Dóminum. 131
47 Lauda, Jerúſalem, Dóminum. 111
48 Laudáte Dóminum, de cœlis. 13
50 Laudáte Dóminum in ſanctis ejus. 68
16 Laudáte Dóminum, omnes gentes. 153
46 Laudáte Dóminum, quóniam bonus. 90
34 Laudáte nomen Dómini. 47
12 Laudáte, púeri, Dóminum. 51
20 Levávi óculos meos in montes. 56

47 MAgnus Dóminus, & laudábilis. 15
131 Memento, Dómine, David. 16
56 Miſerére meî, Deus, miſerére meî. 15
55 Miſerére meî, Deus, quóniam. 14
50 Miſerére meî, Deus, ſecundùm. 16
100 Miſericórdiam & judícium. 61
88 Miſericórdias Dómini in æternum. 10
126 NIſi Dóminus ædificáverit domum. 9
123 Niſi quia Dóminus erat in nobis. 5
36 Noli æmulári in malignántibus. 7
61 Nonne Deo ſubjecta erit. 14
75 Notus in Judæa Deus. 14

46 OMnes gentes, pláudite mánibus. 5

107 PArátum cor meum, Deus. 10
72 QUàm bonus Iſraël Deus. 5
83 Quàm dilecta tabernácula tua. 11
2 Quare fremuérunt gentes. 1
41 Quemádmodum desíderat cervus. 9
124 Qui confidunt in Dómino. 9
51 Quid gloriáris in malítia. 12
90 Qui hábitat in adjutório Altíſſimi. 3
79 Qui regis Iſraël, intende. 11
128 SÆpè expugnavérunt me. 13
68 Salvum me fac, Deus. 12
11 Salvum me fac, Dómine. 11
57 Si verè útique juſtitiam. 14
136 Super flúmina Babylónis. 5

64 TE decet hymnus, Deus, in Sion. 8
94 VEníte, exultémus Dómino. 1
5 Verba mea áuribus pércipe, Dómine. 8
76 Voce meâ ad Dñm..... voce meâ ad Deum. 4
141 Voce meâ ad Dñm..... voce meâ ad Dñm. 7
12 USquequò, Dómine. 7
73 Ut quid, Deus, repuliſti. 16

Index Canticorum Pſalterii.

AUdite, cœli, quæ loquor. 15
Benedícite, ómnia ópera. 11

ticæ.	Paginæ.
:dictus Dóminus.	15
:dictus es, Dómine.	110
témus Dómino.	45
audâte cánticum.	46
fitébor tibi.	89
ıine, audívi.	129
dixi : In dimídio.	67
ltávit cor meum.	110
ɔite Dómino in tympanis.	153
;nificat ánima mea.	33
;nus es, Dómine.	90
eréře noſtrî, Deus.	67
ıc dimittis.	36
; fortitúdinis noſtræ.	130


F I N I S.


INTONATIONES, MEDIATIONES
& Terminationes Pſalmorum & Canticorum.


In hocce Breviario quiſque modus cantandi, quem vulgò tonum vocant, ſuo numero notatur ad Antiphonas; & variæ uniuſcujuſque modi terminationes ſuis litteris deſignantur; terminationes completæ litterâ majuſculâ, terminationes verò incompletæ litterâ minuſculâ. Terminatio completa in verſibus Pſalmorum, ea eſt cujus ultimus ſonus idem eſt ac ultimus ſonus Antiphonæ quæ præceſſit; verbi gratiâ, in primo & ſecundo modo terminatio in la *inferiori, vel in* re; *in tertio, terminatio in* mi, *& ſic de cæteris: Terminatio verò incompleta ſeu ſuſpenſa, ea eſt cujus ultimus ſonus alius eſt ac ultimus ſonus Antiphonæ ejuſdem modi; exempli gratiâ, in primo modo, terminationes in* la, *in* ſol, *in* fa.

Notandum verò eſt quòd loco ſyllabarum, ut, re, mi, fa, ſol, la, ſi, *hæ terminationes compendii causâ per unam è ſeptem primis litteris alphabeticis in hocce libro fuiſſe deſignatas, ita ut more veterum* a *deſignet chordam* la; b *chordam* ſi; c *chordam* ut; d *chordam* re; e *chordam* mi; f *chordam* fa; g *chordam* ſol.

I. Modus in A.

A










Clavis ut plurimum ſic tranſponitur.







I. *Modus in* D.










Sequens terminatio, licèt completa, deſignatur per numerum, J. *caudatum.*




Sequuntur terminationes incompletæ de primo modo.

f.
vel f.


e u o u a e.


g.

g.


e u o u a e. e u o u a e.


a.
vel a.


e u o u a e.


II. Modus in A.

A


Nunc di-mittis ſervum tuum, Domine:




ſe-cundùm verbum tu-um in pa-ce.




e u o u a e.


II. Modus in D.



Di-xit Do-mi-nus Domi-no me-o.




Bene-di-ctus Dominus De-us Iſ-ra-ël.
Et e-re-xit cornu ſa-lu-tis no-bis.



Magni- ficat a-nima me-a Do-minum.

III. Modus.



Di-xit Domi-nus Domi-no me-o :
Se- de à dextris me- is.
e u o u a e:
vel
e u o u a e.
a.
vel a.
e u o u a e.
vel
e u o u a e.
à.
e u o u a e.
g.
e u o u a e.
b.
e u o u a e.
c.
e u o u a e.


Bene- dictus Dominus De- us Iſ-ra- ël.
Magni- fi-cat.


IV. Modus in E.


Be- a- tus vir qui ti- met Do-
mi- num: in manda- tis e-jus vo- let
ni- mis. ſe- cu- lo- rum. A- men.
E.
e u o u a e.
E.
e u o u a e.
D.
e u o u a e.
f.
e u o u a e.
a.
e u o u a e.

Alia ſpecies IV. Modi.




Lauda- te Do- minum de cœlis : lauda-




te e- um in excel- ſis.

In Canticis Evangelicis.




Be-ne- dictus Dominus De- us Iſ- ra-ël.
Et e- re-xit cornu ſa- lu- tis no- bis.




Bene- dictus Dominus De-us Iſ- ra-ël.

V. Modus.




Dixit Do-minus Domino me-o : Sede




à dextris me-is.


Sed clavis vulgò ſic tranſponitur.



Di-xit Domi-nus Do- mino me- o :




Se-de à dex-tris me-is.




Spi-ri-tu-i ſancto.

a.



e u o u a e.




Be-ne-dictus Dominus De-us Iſ-ra-ël.




Magni- fi-cat.

VI. Modus.


F



Lauda- te, pu-e-ri, Domi-num: laudate




nomen Domi- ni. Spi-ri-tu-i ſancto.




e u o u a e. Magni- fi-cat.

In C. *verò ſic vulgò notatur cum* b *molli.*




Nunc di-mittis ſervum tuum, Domine:



ſecundùm verbum tu-um in pa- ce.
Aut ſine
b molli.
Nunc di- mit- tis.

VII. Modus.


Di-xit Domi-nus Domi- no me- o :
Se- de à dextris me- is.
e u o u a e.
in
a.
e u o u a e.
b.
e u o u a e.
ç.
e u o u a e.
c.
e u o u a e.
d.
e u o u a e.


d.
e u o u a e.
Be-ne- dictus Dominus De- us Iſ- ra- ël.
quod lo- cu- tus ſum.
qui potens eſt.
Magni- fi- cat.


VIII. Modus.



Lauda- te pu-e- ri Dominum: lauda- te
nomen Domi- ni.
G
e u o u a e.
G.
e u o u a e.
c.
e u o u a e.





Neumata quæ in fine quarumdam Antiphonarum cantantur juxta uſum locorum, maximè in Solemnitatibus.

I. Modus.





2. 


3. 

4. 

5. 

6. 

7. 

8. 

10

